IOANNIS CORASII TOLOSATIS IC. SENATORISQVE REGII TOLOSÆ CLARISSIMI,

In primum PANDECTARVM librum, ac secundi titulum primum, (*Digestum Vetus vocant*) Commentarij:

Quibus subiectæ sunt in aliquot Iustinianei Codicis responsa, Enarrationes.

Omnia ex postrema Auctoris recognitione.

Elenchum Titulorum & legum tertia abhinc pagina edocebit.

Index rerum & verborum adiectus est locupletissimus.



LVGDVNI,

Apud Bartholomæum Vincentium.

M. D. LXXXIIII.

TITVLI ET CAPITA

legum quæ hoc Tomo enarrantur.

Ex Digesto Veteri.

Ex. Codice.

FINIS.

IOANNIS CORASII TOLOSATIS IVRECONSVLTI CLARISSIMI IN PANDECT. LIB. I. COMMENTARII.

De Iustitia & Iure. Tit. i.

SVMMÆ.

1 *Iustitiæ finis.*
2 *Iustitia duplex.*
3 *Aristides cur iustus dictus.*
4 *Geometrica proportio.*
5 *Distributiua iustitia.*
6 *Commutatiua iustitia.*
7 *Cyri peruersum iudicium.*

1 Iustitiæ finis.
IVS CIVILE tractaturi Iurisconsulti, de Iu
stitia primùm dicere parant: †quòd ea finis sit,
& scopus Iuris ciuilis:[a] & ad quam præstantissi- *a Cic. j. de Orator.*
mi quique philosophi, leges omnes meritissi-
mò retulerint: fruendæ namque Iustitiæ causa,
2 Reges cur constituti.
& bene morati Reges cõstituti, & leges quon-
dam promulgatæ fuerunt.[b] †Porrò iustitiam *b Cicer. 1. Offi.*
Iustitia vniuersalis & particularis
in vniuersalem & particularem veteres sapien
ter diduxerunt.[c] Vniuersalis, vt iidem illi diffi- *c Aristo. 5. ethico.*
nierunt, est obedientia omnibus legibus debi-
ta, quæ ideò cunctas virtutes complectitur:
quinimò huic cæteras omnes ancillari dixit
3 Philosophus,[d] consentítque noster Iustinianus.[e] † Sic Aristides Lysimachi *d é Aristo. iij. politic.*
filius cognomen iusti meruit: quòd omnium honestarum actionum studio-
sus paruisset semper legibus, & obtemperasset.[f] Particularis verò iustitia, *e §. 1. vt omn. obe. iudi. prouin. coll. 5.*
qua de nos agimus, vna virtutum est ab aliis separara, æqualitatem consti-
4 tuens, †vel Geometricam, secundum gradus & merita personarum, vt quæ *f Plut. in Aristide.*
5 versatur in præmiis decernendis, & ordinandis magistratibus, † quæ ideò
Distributiua iustitia.
Distributiua dicitur, vel Arithmeticam, inæquali rerum commutatione: vt
6 in commerciis, & contractibus, idcirco †Commutatiua appellata. Vtriuſ-
Commutatiua iustitia.
que ergo medium idem est & finis, nimirùm vsitatæ, ac legitimæ in ciuium
causis æqualitatis conseruatio.[g] Sanè in distributiua, sumenda est æquali- *g Cice. j. de Orato.*
tas geometrica proportione: vt neglecto videlicet numerorum calculo, ob-
seruatísque diligenter personæ, rei, loci, cæterísque circunstãtiis proportio-
num æqualitas retineatur.[h] absurdum quippè nimis esset, & reipublicæ *h Arist. 5. ethicor. c. iij. & iiij.*
perniciosum, in ciuitatis administratione bonis & malis, sapientibus & igna-
uis tantundem tribuere. Veluti Scipionem, Catonẽ & alios id genus homi-
mines, virtute præcellẽtes, cum sordidis & ignauissimis, pari loco gradúque
constituere. In iustitia vero Commutatiua sumi vult Philosophus Arithme-
ticam æqualitatem, vt videlicet proportionum gradúsque personarum nul-
la sit ratio, sed res rei simpliciter conferatur,[i] Quod cum ignoraret Cyrus *i Aristo. vbi sup.*
Cyri iudicium præposterum.
7 adolescens, præpostero iudicio vsus est. † Cùm enim puer grandior breui tu
nica indutus, longiorem alteri minori eripuisset, data nihilominus breuiore
tanquàm grãdiori oblonga vestis magis conueniret. Cyrus ad cuius iudiciũ
puerile certamen delatum erat, bene actum pronunciauit. Perperam ille

quidem ac proinde à magistro Cyrum iure plagas accepisse, Xenophon author est, quòd contra legem iudicasset, quæ præcipit vt suum quisque teneat, néue alter ab altero defraudetur, damnóue afficiatur.[k]

k Xenophon in Cyropædia.

LEX I. IVRI OPERAM.

Vlpianus lib. VII. Institutio.

IVri operam daturum, prius [a] nosse oportet vnum nomen iuris[b] descendat. Est autem ius à iustitia [c] appellatum. Nam vt eleganter Celsus diffinit, Ius est ars [d] boni & æqui,[e] cuius meritò quis nos sacerdotes [f] appellet. Iustitiam namque colimus,[g] boni & æqui notitiam profitemur: æquum ab iniquo separátes,[h] licitū ab illicito discernentes: bonos non solum metu pœnarum,[i] verum etiam præmiornm[k] quoque exhortatione, efficere cupientes: veram (nisi fallor) philosophiam[l] affectantes.* a

*al. affectantes.

SVMMÆ RERVM.

1 *Etimologia vsus necessarius.*	11 *Iuris detorti exempla.*
2 *Triboniani peccatum.*	12 *Epaminondas absolutus.*
3 *Ius pro scientia iuris.*	13 *Sacerdotes, qui apud veteres.*
4 *Venustas ex venere dicta.*	14 *Antistes.*
5 *Ius cum iustitia coniunctum.*	15 *Doctorē offendēs, quàm delinquat.*
6 *Ars artium ius ciuile.*	16 *Iustitia, non quæstu colenda.*
7 *Ius ciuile, an sit scientia.*	17 *Astrea, Iouis filia.*
8 *Lesbia norma.*	18 *Premium, & pœna.*
9 *Bonum & æquum.*	19 *Philosophia quid, & quotupelex.*
10 *Homicidium quando impunitum.*	20 *Philosophia moralis partes.*

a *Prius*) Mirum est quòd prius discendum moneat Vlpianus, vnde iuris nomen descendat, quàm quid sit ius: cùm vera traditio iubeat à diffinitione proficisci: ne vagari & errare cogamur, si ignoremus quid sit, id de quo differitur.[a] † Sed non temerè: vera siquidem iuris discendi, & alterius cuiusuis disciplinæ ratio est: vt à notatione, & etymologia verborum incipiamus, quæ profectò rei propositę vim apetit, & non mediocriter illustrat, [b] vsumque habet necessarium (inquit Fabius) quoties interpretatione res de qua quæritur eget.[c] † Ea tamen in re, vt & in alijs plerisque peccasse grauiter Tribonianum fateor, quòd veterum legum capita consarcinans, diffinito iure non mox subiecerit iustitię definitionem, quæ sanè huic loco magis conueniret

Cur non à diffinitione iuris orsus sit Vlpianus. 1 Etymologiæ vis. 2 Triboni ani peccatum.

a Cic. de orat. & j. officio, b l.y. §. appellata. ff. si cer. pe. l. j. ff. de acqui. poss. c Quint. lib. j. inst.

b *Nomen iuris*) † Iuris nomen hoc loco non ius ipsum absolutè demonstrat: sed iuris ciuilis scientiam. q. d. Vlpianus: Eum qui iuris scientię daturus est operam, prius nosse debere, vnde sit, quòd hæc scientia iuris nomen habeat. Quocirca ius hoc, quo iuris disciplinam intelligit, mox diffiniens subiungit, Ius est ars boni, & æqui.

3 Ius pro iuris disciplina.

c *A iustitia*) Rectè quidem scribit Vlpianus à iustitia, ius appellatum, hoc ést hanc iuris scientiam, à iustitia iuris nomen hausisse. Nam qui eam profitentur, iustitiæ cultores religiosi, cumprimis sunt: ad eam omnia constantissimè referentes. Et ita hìc locus enucleādus venit: alioqui si iuris verbo, non iuris scientiam, sed ius ipsum simpliciter intelligeremus, rueret etymus Vlpiani, vel ex grammaticorum præceptis, qui tradunt, ius primum & simplex esse nomen, & ab eo iustum: à iusto verò dictam iustitiam: quasi iuris statum, vt Isidorus dicebat:[d] quòd in ea ius stet. Quo item modo, † Cicero ex Venere potiùs venustatem, quasi in ea Venus stet, quàm Venerem ex venustate nuncupatam confirmat.[e] Admonet autem satis hìc locus, non à principum commodis, aut potentiorum vtilitate, sed ab ipso iusto,

Locus hic ex positus. 4 Iustum à iure. Iustitia à iusto Venustas à Venere.

d c. forus. de verb. signifi. e Cice. lib. ij. de nat. Deo.

ipſo iuſto, recto, & honeſto ius conſtitui. Quod & diſertè ſcriptum reliquit Aurelius Auguſtinus Cornelium Scipionem referens, in republica Cicero
5 nis differentem ius non eſſe, quod ei qui plus poteſt, vtile eſt: † ſed quod eſt cum iuſtitia, & honeſtate coniunctum. [f] Eſt enim ius ſicut Donatus ait [g] quod omnia recta, integra, atque inflexibilia exigit.

Ius cũ honeſtate cõiunctũ.

Ius eſt ars omnium artium nobiliſsima.

f Auguſt. li.ij. de ciuitate Dei.

g Donat. in adel. Terent.

6 d *Ius eſt ars*) Id eſt † diſciplina quædam, ex compendioſa præceptorum boni & æqui collectione conſtans, quippè non ſtrictum, & prædurum illud ius docet: ſub cuius authoritate, plerunque pernicioſè errari Celſus adoleſcens merito dicebat: [h] ſed æquitatem illam & ſimplicitatem naturæ, ab exacta ſummi iuris ratione diſtinctam. Ius ergo eſt ars: adeóque cæterarum omnium præſtantiſſima, ac veluti regina, vt Pindarus ait quod nihil excellens, nihil præclarum, nihil è Republica decernere rectè queat, qui nõ hanc artem, apprimè preceperit, vt grauiter & verè, dixerit ille, [i] Nihil in ciuitate tam diligenter retinendum, quàm ius ciuile, quòd qui contemnit, vincula reuellit, non modò iudiciorum, ſed etiam vtilitatis vitæque com-
7 munis ſocietatem. † Alibi porrò, ciuilem noſtram diſciplinam iuriſconſulti ſcientiam dicunt, [k] contra quam plerique ſentiant negantes iuris prudentiam propter variationem & continuos rerum fluxus, ſcientiam dici poſſe quæ ſi ad exactum iudicium reuocetur, conueniens eſt, firma, certa, & nunquam declinans notitia: vtque tradi vulgo ſolet, per infallibiles cauſas cognitio.[l] legum autem noſtrarum conſtitutiones flectuntur, ſæpè mutantur & variantur: [m] vt enim in nauis adminiſtratione alia in ſecunda, alia in aduerſa tempeſtate, vſui eſſe videmus, & experimur: ſic leges inquit Liuius, mortales ſunt ac temporibus ipſis mutabiles: vt quæ in bello latæ ſunt, pax quæ in pace, bellum plerumque abroget.[n] Et ſanè ſi rem ad viuum reſecare liceat, non valdè repugnabo: cùm nec quidem (ſcientiæ verbo, ſic ſubtiliter appenſo) apud philoſophos ſit ſcientiam reperire: qui cùm rerum naturas peracutè perſcrutantur, & de rerum principijs, Dijs, de mundo, de idæis ſubtiliter & argutè diſputãt, tam varij ſunt vt eorum præceptis nihil incertius.[o] Cæterùm quod ad iuriſprudentiam attinet, quamuis cõſtitutiones ciuiles, pro rerum ac temporum varietate mutentur: ſemper tamen neceſſum eſt eas rationem habere cum bono publico, & artis regulis coniunctam: [p] alioqui iuris nomen amittunt, quod vt ſupra dixi, omnia recta & inflexibilia exigit. niſi velis ex legibus Heliogabali, ius eſſe ſcortari, & adulterare. Iulienſibus ſexagenarios, & Derbicibus ſeptuagenarios iugulare: hiſque ſimilia. Neque ſanè leges dici poſſunt, quæ ad vtilitatem publicam non referuntur.[q] Occinente vetere illa lege: *Salus populi ſuprema lex eſto.*[r] Illud autem bonum publicum conſtans eſt perpetuum & immutabile licet pro temporum moribus, ac vtilitate variè tractetur. Veluti pia, ſanctáque ſemper fuit erga Deum religio: tametſi Deus optimus aliter nũc quã olim, coli voluerit:[ſ] nec ideo inconſtantiæ arguendus, quòd permulta abro-
8 gauerit in lege noua quæ in veteri præceperat.[t] † nam & Lesbia norma, quia plumbea eſt, & in omnes partes flexibilis, non eádem perpetuò formam habet, nec ad regulam ſuam ſtructuras exigit: ſed cedit ipſis, & accommodat ſeſe: & tamen eadem ſemper norma eſt. Ita ius ipſum, & iuris æquitas, licet pro rerum, negotiorúmque natura varietur: Ius eſt tamen, & idem ius, ac æquum & bonum. Qua ratione ius ciuile, ſcientiam dici poſſe putamus.

Iuſciuile an ſcientia.

Scientia quid.

Leges mutari oportet.

Philoſophica de principijs diſputatio.

Derbicũ impia lex.

Lesbia norma.

h l. ſi ſeruũ. §. ſequitur. ff. de ver. oblig.

i Cice. pro Cecin.

k l. ij. § iuris ciuilis ff. de orig. iu. d. l. ſi ſeruũ. §. ſequitur.

l Ariſt. j. Analit.

m l. vlt. ff. de cõſti. prin. c. non debet. de conſan. & affi.

n Liuius li. 34.

o Pluta. lib. de placit. philoſopho.

p l. i. ff. de legi.

q Leonicus Thomeus li. de var. hiſto. iij. c. 71. Cice. lib. ij. rhetori.

r Cice. li. iij. de legib.

ſ c. j. de purg. poſt part.

t ad Coloſſen. 3. Galat. 5. c. in commutabilis. 22. q. 4. c. nouit Deus. de pæni. diſt. j. c. non debet. de conſan. & affini.

9 e *Boni & æqui.*) † Bonum & æquum eſt recta animi conſtitutio, ac perfecta quædã bonitas, & æquitas nullo ſcripto comprehenſibilis, qua ſingulis rerũ circũſtantiis obſeruatis probè iudicamus quid fieri aut nõ fieri oporteat[u] Ariſtoteles vno verbo ἐπιείκεια, epiiciã vocat, adiiciens, æquũ & bonũ ius non eſſe: ſed benignam iuris ſcripti emendationem in caſu de quo legis verba principaliter non loquuntur, quã prudens iudex vbi legis aſperitatẽ agnoſcit, & circunſtantię mouent, ſuo conſilio ſemper adhibere debet. [x] dum non pro captu ſuo talem cõminiſcatur æquitatẽ, ſed ex pura vi iudicij naturalis,

Bonũ & æquum.

Epiicia.

v l. at ſi quis. §. hac actio. §. & generaliter. ff. de reli. & ſupt. funer. l. de acceſſionibus. ff. de diuerſ. & tẽpor. 4. praſ. l. non ſolum. ff. de iniur.

x l. ſcire oportet §. aliud. ff. de excuſ. tut. non dubium. C. de legi.

& veris superiorũ legum fontibus sumat. Veluti, † lex cædem capite plectit, 10
quod de petulãter facta recipiendũ aliæ leges docent, non etiam de fortuira, aut quæ iustam defensionis causam prætexit.[y] Nam & Marius Trebonium militem adolescentulum, qui Caium Lusium præfectura quadam ornatum obtruncauerat stuprum illaturum: nõ absoluit modò, sed etiam corona, quæ propter insignia facinora more patrio dari solebat, coronauit.[z] Non itaque verborum aucupijs, aliò quàm oportet, legis sensus deflectendus est: neq; ex callido versutóque iure, sed ex bono & æquo res tota æstimãda:[a] vt nunquã ciuilis iuris ratio ab æquitate, & recta naturæ norma seiũgatur.[b] Nam leges, sicuti Menander dicebat, valdè bonæ res sunt: sed si quis asperè nimis, & duriter eas intelligat, fit Sycophãta: † Veluti Trachum exemplo, cùm induciæ 11
dierum pactæ essent agros noctu populari, naues dissecare, & dissectarũ trabium hosti dimidium relinquere, cui dimidium nauiũ, in cõditionibus pacis, pacti eramus, quod Popiliũ Romanũ Antiocho fecisse prodit historia. Aut deniq; imponere hostes in naues sine remis & velis, qui deditionem ea lege fecerãt, vt cũ certo nauiũ numero, ipsis abire liceret, vt Iphiclũ in Rhodios egisse narrat Atheneus. In hoc itaq; vim omnẽ boni & ęqui positam philosophus ostendit: vt qua parte ab scriptore legis pręrermissum est, id ex ęquitatis fonte corrigatur, & emẽdetur.[c] Veluti, lex apud Thebanos erat, vt defunctus magistratu nisi mox dimitteret exercitũ, capitis pœnã subiret. † Pe- 12
lopidas & Epaminundas, vtilitatis publicè gratia exercitum, post insignem illam victoriam Leuctricam vltra tempus retinuerunt: eámq; ob causam in iudicium capitis accersiti sunt: sed cũ ostendissent suũ consilium reipublicæ profuisse: q. scilicet Spartanos omninò profligassent: Messenios, ad se contraxissent: & Ithomẽ coloniam deduxissent: optimo iure absoluti sunt.[d] Ad hæc quispiã fortè dixerit, si æquũ & bonũ correctio legis est, cur Vlpian⁹ hîc ait, Ius artẽ esse æqui & boni? Respondeo, bonũ & æquũ, hic nõ solũ scripti emendationẽ significare: sed rectã illã rationis normam & perfectã bonitatẽ ex lege naturæ dextræ collectam; siue ea in lege expressa sit, siue aliquo casu collatione aliarũ legũ inueniẽda, secũdũ quã iudicamus, cur scriptũ sit ęquũ: & vbi asperiùs, aut remissius tractandum sit, vt ita verum existat, ius artem esse boni & æqui scripti videlicet & non scripti.

y l. sciẽtiam. §. qui cùm aliter. ff. ad l. Aquil. l. vt vim. hoc titu.
z Plutã. in Mario.
a l. si seruũ. §. sequitur. ff. de ver. oblig. d. l. non dubium.
b Arist. 5. ethico. & 19. Politic. Cice. pro Cecin.
c Arist. lib. 5. ethi. c. 10.
d Plutar. in Pelopida.

Marij iudicium.
Sycophãta.
Popilius.
Iphiclus.
Thebanorũ lex.
Pelopidas.
Epaminundas.
Bonũ & æquum quomodò accipiẽdum.

f *Sacerdotes*) Dei sacris, inquit Paulus, vacare sacerdotes oportet.[e] Nã † & à sa 13
cris dictos eos cõstat, quòd h*ijs sacrati sint & dicati ad sacrificia peragenda: quoniã igitur iustitiã, & leges ipsas res sacras, & sanctas Iuriscõsulti colũt, ac de iure cõsulentibus respondẽt: sacerdotes meritò dici Vlpi. hîc scribit. Fuerũt aũt apud Romanos olim sacerdotũ varia genera. Flamines, Diales, Martiales, Quirinales: Salij, Põtifices minores, & maximi: quorũ omniũ pręcipuũ munus fuit Iustitiã Dei filiã colere, ob eáq; rẽ quotidiè in publicũ prodire: vt de futuris, atq; agẽdis responsa cõsulentibus darẽt. Inde Iuriscõsultos, qui bonũ & æquũ profitẽtur, & de iure ciuibus respõdẽt, Sacerdotes appellatos cũ Vlpiano dicimus. Quoniã verò primarij tẽplorũ, & sacrorũ sacerdotes, q. cęteris antestarẽt, & antecellerẽt, cõsulẽtibus ipsi præserrim respõsa dãtes, † An 14
tistites dicti sunt. Seruiũ quoq; Sulpitiũ cõstat iuris Antistitẽ appellatum,[f] q. longè omnium in iure ciuili habitus sit meritissimò princeps.[g] Sic & plato sapientiæ Antistes dictus est.[h] & liberalium artium magistros. Diocletianus Antistites vocat.[i] Neq; porrò displicet, quod hinc nonnulli annotarũt, † eum 15
qui publicum iuris professorem, seu doctorem, vt aiunt, publico salario conductum offendit, publici criminis reũ esse, & accusationem esse publicam, quemadmodum si sacrificulo irrogata foret iniuria.[k]

g *Iustitiam nanq; colimus*) Inseritur hîc ratio, cur Iuriscõsulti meritò sacerdotes dicãtur: quippe colũt iustitiã, quæ iuris ciuilis verus est scopus, & finis.[l] & cuius fruẽdæ causa, leges promulgatæ, & principes bene morati, (quemadmodum Herodotus ait) olim constituti sunt.[m] vt videlicet vsitata, atq; legitima, in rebus causisq; ciuiũ æqualitas conseruetur, qua iustitiam constitui su-

prà

e l. nõ distinguemus. §. sacerdotio. ff. de recep. arbi.
f Quint. lib. 11. c. j.
g l. ij. §. Seruius. ff. de orig. iur.
h Pli. li. 7. c. 30.
i l. j. C. de decre. decurio. li. 10.
k l. si quis in hoc genus. cum auth. seq. C. de epis. & cleri. Bal. & Ful. ĩ c.
l Cice. lib. j. de ora.
m Cice. lib. i. de offi.

Sacerdotes cur sic dicti.
Iurisconsulti sacerdotes sunt, & quare.
Antistites.
Seruius. Sulpitius.
Plato.
Liberaliũ artiũ magister
Doctorẽ offendẽs.
Iustitia finis iuris ciuilis.

Iustitia quomodò colenda. Sordiduli iuris professores.

prà probauimus.[n] † Colenda est autẽ iustitia, non pecunia, non mercede, nõ quæstuosè, sed propter seipsam. Per se, inquit Cicero, ius est expetendum, & colendum, quòd si ius etiam iustitia.[o] Est enim, vt Vlpi. scribit, res sanctissima iuris ciuilis sapientia: quam pretio numario non conuenit dehonestari:[p] ac proinde dicere soleo, in iurisconsultorũ gregẽ eos minimè referendos, qui cum in nobilem aliquẽ locum, aut articulum incidunt, lectores auditorésve monent, vt animũ diligẽter aduertant: quoniã est, vt aiunt, de pane lucrãdo.

n In rub. huius tit.
o Cice. lib. i. de leg.
p l. j. §. proinde ff. de var. cogni.

Medicinæ & Iurisprudẽtiæ cõparatio.

h *Separantes*) Vt medicina tã salubriũ, quàm insalubriũ aphorismos colligit: quo singulorũ cognitione faciliùs vitẽtur aduersa: & congrua sibi tutius eligantur: Ita ius æqui & iniqui fontes ostẽdit: quò licitũ ab illicito, iustũ ab iniusto, Iurisconsultus probè disparare sciat. Veluti cùm actor petit quod æquũ & iustum est, cæterùm perperàm aduersus eum quo cum agit.[q]

q l. bona fides. ff. depo. §. j. Instit. de exce.

Bonorũ & malorum discrimen.

i *Metu pœnarum*) Boni virtutis amore, bonitatem amplectuntur: mali, verò metu pœnæ, fugiunt improbitatem dicente Poëta.[r]

Oderunt peccare boni, virtutis amore.
Tu nihil amittes in te formidine pœnæ.

r Horat. ad Quintum lib. i. episto.

Astræa. 17 Astræam † Iouis filiam, ad patris latus collocatam, & criminum pœnas continuò exigentem, vt qui plectitur, melior fiat, vel alijs exemplo sit: veteres sunt fabulati.[s]

s Plato in Gorgia.

Præmiũ & pœna. Virtuti præmiũ, sceleri supplicium.

k *Præmiorum*) Cũ omnes ita nati, & instituti videamur, vt nec inter flagitiosũ impunitates viuere, nec de republica benè mereri possimus, nisi fructũ a-
18 liquẽ speremus, bonæ nostræ voluntatis rectissimè Solo † dixit rempublicã duabus rebus cõtineri, præmio nimirũ, & pœna.[t] & Demosthenes cõtra Leptinẽ nõ facilè rẽpublicã cõsistere probat, vbi nõ est præmiũ virtuti propositum, & pœna sceleri. Ac proinde rogatus Antisthenes, quæ res ciuitatibus portẽderet exitiũ: cùm in his (inquit) non est bonorũ ac malorũ discrimẽ. Sapiẽter ille quidẽ. naq; rectè factis præmia, peccatis aũt supplicia debẽtur.[u] Et alibi, legibus proposita virtutibus præmia, & vitijs supplicia scribit.[x] Quod & hic Vlpi. tradit, alibiq; Cæsares nostri, scriptũ posteris reliquerunt:[y] à quibus nõ abhorrẽt Petri apostoli verba: Principes, & magistratus ad vindictam malefactorũ, laudẽ verò bonorum, à Deo missos dicẽtis.[z] Eumuerò Democritus duos esse omninò Deos constituit, Beneficium scilicet, & pœnam.[a]

Virtuti præmiũ, sceleri supplicium. Dij duo.

t Cicero ad Attic.
u Cice lib. ij. de natu. Deo.
x Cice. li. j. de Orat.
y l. iij. C. de offi. recto. pro. l. vlt. C. de stat. & imagi.
z i. Pet. ij. c. de lua. de m. ie. & obed.

Philosophia. Sapiẽtia.

l *Philosophiam*) Neq; enim aliud quicquã est philosophia, quã studiũ sapientiæ:[b] quo virtutis, officij, & bene viuẽdi disciplina cõtinetur.[c] Sapiẽtia aũt rerũ diuinarũ & humanarũ sciẽtia, causarũq; quib[9] hæ res cõtinẽtur, cognitio[d] quæ mater est omniũ bonarũ artiũ, à cuius amore, Græco vocabulo, Philosophia nomen inuenit. Rectissimè igitur dixit Vlpi. iuris studiosos, verã non simulatã philosophiã affectari: vt pote qua iustus & honestus labor, inquit Cicero,[e] honoribus, præmiis, splẽdore decoretur. Hominum vitia atq; fraudes dãnis, vinclis, ignominia, verberibus, exilijs. morte mulctentur: & doceamur domitas habere libidines, coërcere cupiditates, nostra tueri, & ab alienis manus, mẽtẽ, oculos, abstinere. Tota verò philosophia, quẽadmodũ alibi scripsi,[f] in tres partes distibuta est: in naturę obscuritatẽ, quã ideò mutuato à Gręcis nomine: φυσικὴν, Phisicã, in disserendi rationẽ, quã λογικὴν, Logicen, & in vitã, atq; mores ob id ἠθικὴν Ethicen, id est moralẽ vocata: in qua velut nobilissima, cæterarúmq; longè præstãtissima, ius nostrũ versatur potissimũ, quãuis & rationale, vtcũq; tractet. Omnis, inquit Fabius,[g] iuris quæstio, aut verborũ proprietate, aut æqui disputatione, aut volũtatis cõiectura cõtinetur, quorũ pars ad rationalẽ, pars ad moralẽ philosophiã redundat. Neq; verò ignoro moralẽ rursus à philosophis, in tres partes diuidi, nimirũ in Ethicen, Politicã & Oeconomicã, quarũ prior vniuersam bene viuendi rationẽ cõtinet. Altera rationẽ atq; prudẽtiã reipublicæ gerendæ: posterior honestã priuatę familiarísque rei, cùm vxore ac liberis constitutionem. Eásque omnes moralis philosophiæ partes suis libris attingunt Iurisconsulti.

Philosophia triplex.

Moralis philosophiæ partes.

a Plin. li. xj. c. j.
b Cice. ij. offi. & 7. Tuscu.
c Cice. in Pisonem.
d Cice. li. ij. offi.
e Cice. i. de Orat.
f in l. ij. ff. de legi.
g Quint. lib. 12. Orat. instit.

§. HVIVS STVDII.

Huius studij[a] duæ sunt positiones: [b] publicum & priuatum. Publicum ius est, quod ad statum rei Romanę[c] spectat.[d] Priuatum quod ad singulorum vtilitatem.[e] Sunt enim quædam publicè vtilia, quædam priuatim. Publicum ius in sacris,[f] in sacerdotibus,[g] in magistratibus,[h] consistit.[i] Priuatum ius tripertitum est.[k] collectū[l] enim est ex naturalibus præceptis,[m] aut gentium,[n] aut ciuilibus.[o]

SVMMÆ.

1 *Positio.*	9 *Lararium.*
2 *Monarchia.*	10 *Denicales feriæ.*
3 *Aristocratia.*	11 *Xersis impietas.*
4 *Democratia.*	12 *Persarum mos*
5 *Publica quæ.*	13 *Homo tripliciter consideratur.*
6 *Publicè vtilia & priuatum.*	14 *Naturalia, & ciuilia præcepta.*
7 *Sacra publica & priuata.*	15 *Agricolæ reprehensio reiecta.*
8 *Sacella.*	

Monarchia.

Aristocratia.

Democratia.

a *STudij)* Iuris scilicet. Studium enim pro scientia iuris hîc accipi, sequentia palam faciunt. Studiū.

b *Positiones)* †Hoc est species, aut si mauis theses, & generales diffinitiones 1 Positio. circa quas omnis studij iuris tractatus versatur: nimirum circa publicum, vel priuatum. Eas autem positiones ideo vocat, quòd sint iuris nostri veluti principia & fundamenta, quæ non alia egent demonstratione.

c *Rei Romanæ)* Aut alterius reipublicæ, siue monarchia sit, hoc est vnius principatus, vt in Transalpina nostra Gallia, siue Aristocratia, seu principatus optimatum, qualis etiam num apud Venetos habetur, siue etiam Democratia, id est populi principatus, qualis olim apud Athenienses fuit, & hodie est apud Heluetios. Rei porrò verbum, vt generale Vlpi. hîc elegit: quo Romanum orbem, & Imperium significaret: ad quem modum legimus Vergilium res Asiæ dixisse. Rei verbum.

Postquam res Asiæ, Priamique euertere gentem.
Immeritam: visum superis.

Expressit autem rem romanam, quòd olim vrbs Roma summā haberet totius orbis ditionem, ad quam ideò publici appellatio, contractè referebatur, cæteræque ciuitates priuatorum loco habebantur.[a] Postmodum verò, quæ in quibuscūque ciuitatibus communia sunt vniuersorum, publica dici cœpta sunt:[b] vt non malè ius publicum possimus hodie nūcupare, quod ad cuiúsuis reipublicæ, aut ciuitatis statum pertinet.[c] Publicū ius.

d *Spectat)* Principaliter scilicet, nam ad priuatorum vtilitatem, publicum etiam commodum, sed in consequens, dicitur spectare:[d] vt cum lex ait, publicè interesse absentem defendi:[e] & subiectos esse locupletes:[f] iísque similia. Publica vtilitas in consequens, & secundario.

e *Vtilitatem)* Principaliter, vt in fœderibus, pace & bello,[g] necnon in auspiciis, augurúmque disciplina, quam Constantinus in vniuersum sustulit.[h] nam publicum quoque ius, vt modo dixi, singulorum vtilitatem respicit: cæterum in consequens, & (vt vocant) secundariò.[i] vtilitatis porrò meminisse hîc Vlpi. ex Stoicorum sententia verisimile est: qui nihil vtile quod non sit honestum censebant:[k] neque enim vtilitatis iniustæ, lex vult rationem haberi.[l] Vtile quid.

f *In sacris,)* Sacras res Martianus definiuit, quæ sunt publicè consecratæ, nō priuatim.[m] & Trebatius apud Macrobium. Sacrum dixit quicquid est, quod Deorum habetur: aut est Dei ministerio dedicatum.[n] Vnde cum sacrū Vergilius no- Sacræ res.

a l. bona. l. eum qui. ff. de verb. sign.
b l. i. §. i. ff. de rer. diuisio.
c l. vlt. in prin. C. de sacr. eccl. l. bona ciuitatis. ff. de verb. sig.
d l. vnic. §. vlt. C. de cad. tol.
e l. seruū. §. publicè. ff. de prec.
f §. pen. Instit. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur.
g l. cōuentionū. ff. de pact.
h l. nullus. l. eorū. l. nemo. C. de malefi. & mathe.
i d. l. vni. §. vlt.
k l. Cice. lib. 3. offi.
l l. quod seruus. ff. de acq. rer. domi.
m l. in tantū. §. sacrae. ff. de re. diui.
n Macro. li. iij. Satur. c. iij.

gilius nominat, Deorum ſolet admonitionem adiicere.

Sacra Dioneæ matri, diuiſque ferebam.[o]

Et alibi:

Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incæpta paraui.[p]

Sacra publica & priuata.

At verò Iulius Paulus, ſacra fecit quædam publica, quædam priuata.[q] Sa-
cra publica nuncupans, quæ vniuerſo populo communia, ſumptúque publi-
co fiunt: vt templa cæteráque loca ad diuinum cultum publicè dicata. Sacri-
ficia, item feriæ, ludíque ſuperorum honori præbiti. Priuata verò ſacra dici

Sacella.

8 vult, quæ certis hominibus, familiíſque ſunt attributa.† Velut ſacella illa ſeu
parua loca, quæ in ædibus noſtris priuatim Deo ſacramus.[r] quæ modò ſacra-
9 ria, modò Lararia† veteres dixerunt.[s] Vota, item natales dies, & Luſtrici. De-

Larariũ. Denicales feriæ.

10 nicales† quoque feriæ, hoc eſt funerales nouem dierum, & aliæ expiationes,
de quibus Cicero:[t] *Sacra priuata* (inquit) *perpetua manento.* Zenon tamen Citi-
cus apud Crinitum probat, inter ſacra referenda non eſſe, neque pro ſanctis
habenda quæ homines ipſi fecerint conſtituerint, aut conſtruxerint. Vnde
Sacella inquit, ac templa ædificare, nihil quidem neceſſe eſt.[u] Xerſem quo-

Xerſes exuſſit vniuerſa tẽpla.

11 que† produnt hiſtorici, vniuerſa templa conbuſsiſſe: perſuaſus à Magis ne-
farium eſſe, imò verò impium, Deos ipſos parietibus includere. Quinimò

Perſarũ mos.

12 Perſis† hũc eſſe morem Herodotus ſcribit, vt neque ſtatuas, neque templa,
neque aras extruant, facientéſque inſanos iudicent.[x]

g *Sacerdotibus*) Qui ſacrorum diſpenſatores ſunt, & miniſtri.

h *Magiſtratibus*) Magiſtratuum quoque ratio, cum & hi publicæ vtilitatis ſint miniſtri ad ſtatum reipublicæ, iúſque publicum pertinet.

i *Conſiſtit*) Vlpianus hîc duobus membris claudit tres illas iuris ſpecies, quas nobis reliquit Quintilianus:[y] nempè Sacri publici, & priuati. Hîc enim ſub publico, ſacrum quoque Iuriſconſultus complectitur.

Homo tripliciter conſideratur. Ius cur variè diuiſum à iuriſconſultis.

lz *Tripertitum*) Manaſſe videtur hæc partitio à triplici hominis conſidera-
13 tione.† Primò nanque poteſt homo, vt animal cõſiderari, vnde ius naturale.
deinde vt homo, à cæteris animantibus ratione diſtinctus, vnde ius gentiũ.
Poſtremò vt ciuis, vnde ius ciuile deſcendit. Sanè verò mirũ eſt, quod Caius,
[z] reliquíque Iuriſconſulti, duplex tantũ ius fecerint, naturale ſcilicet, & ciui-
le, præter vnum Vlpianum, qui ius in tres diſtribuit partes: naturalẽ, gentiũ,
& ciuilẽ Sed certè vt illi non ineptè feciſſe mihi videntur, de eo tantũ iure
dicturi, quo homines, vel in ciuitatẽ, vel in populũ cõgregati vtũtur: natura-
le appellantes, quod cunctis hominibus recta naturæ ratio præſcribit,[a] aſſen-
tiente etiam philoſopho.[b] Ciuile, quod cuiuſque ciuitatis propriũ eſt.[c] Ita re-
ctè, & vt verũ loquar popularius ſeparauit ius gentiũ, Vlpi. quaſi quo totius
humani generis populus vtatur à naturali & ciuili: nam naturale omnibus
animantibus commune eſt.[d] Ciuile verò, quod cuiúſq. ciuitatis vtilitatibus,
particulatim accommodatur.[e]

l *Collectum*) Conflatum & compoſitum.

Naturæ præcepta.

14 m *Naturalibus præceptis*)† veluti vt nos ipſi ac propriã ſpeciem conſeruemus.[f]
vt liberos edamus, & editos æducemus, ac foueamus:[g] vt vim repellamus,
quoque nobis obfutura videantur, declinemus.[h]

Iuriſgentiũ præcepta. Ciuilia præcepta.

n *Gentium*) Sicuti, ne alteri faciamus, quod nolimus nobis fieri:[i] vt fidẽ pactáque ſeruemus,[k] ne cum alterius iactura locupletiores efficiamur.[l]

o *Ciuilibus*) Verbi gratia, ne ex pactione nuda, quicquam præſtare cogamur.
[m] contráque, vt quod ſtipulatione promiſſum eſt, pendamus.[n] ac vſucapionis
vim toleremus.[o] Cæterum cum partes cuiuſque diuiſionis tales eſſe opor-
teat, vt ne de pluribus dici poſſint, quàm illud ipſum, quod diuiditur, nõ de-
ſunt qui hanc Vlpi. diuiſionem ſubrideant.[p] quaſi verò inquiunt, ius publicũ

Agricolæ lapſus.

15 neque naturale ſit, neque gentium, neque ciuile.† Aquorum graui morſu, cũ
non ſatis mihi viderentur Vlpianum vindicaſſe nouiſſimi:[q] dicebam, nul-
lam hîc Iuteconſultum tradere priuati iuris partitionem, ſed id tantum do-

o Verg. li. iij. Aeneid.
p Verg. iiij. Aenei.
q l. ſacrilegi. ff. ad l. Iul. pecu.
r d. l. ſacrilegi. ſ l. y. ff. de polli-ci.
t Cice. lib. y. de leg.
v Pet. Crini. li. 14. c. 22.
x Herodo. li i. qui Clio inſcribitur.
y Quin. li. ij. ora. inſtitut.
z l. iui pluribus. infrà hoc tit.
a § ſingulorũ Inſti. de rer. diui.
b Ariſt. 5. ethi. c. 7.
c l. omnes. hoc tit.
d § ſeq. huius l.
e d. l. omnes.
f Cice. li. iiij. de finib.
g l. liberorũ in fi. de ver. ſig. c. ius naturale. 1. diſtin.
h l. itaq. ff. ad l. aqui. Cice. 1. of.
i l. i. ff. quod quiſque iur.
k l. i. ff. de pact. l. a. ff. de conſt. pec.
l l. nam hoc. ff. de condict. indeb.
m l. iuriſgẽtiũ. § igitur. ff. de pact.
n § de cõſtituta Inſtit. de actio.
o l. i. ff. de vſuc. § i. e. tit. Inſt.
p Rodol. Agri. li. ij. de inuent. dialect.
q And. Alc. li. parer. 1. c. 31.

r §. vlt. hoc ti. tu Iust.

cere, priuatum ius (omne quo iuris authores se dicturos duntaxat pollicentur) [r]tum ex præceptis naturæ, tum gentium, tum ciuilibus conglobatum & compositum esse.

§. IVS NATVRALE.

Ius naturale est quod natura [a] omnia animalia [b] docuit.[c] Nam ius istud,[d] non humani generis proprium, sed omnium animalium quæ in terra, marique nascuntur, auium quoque [e] commune est: Hinc descendit maris atque fœminæ coniunctio,[f] quam nos [g] matrimonium [h] appellamus. Hinc liberorum procreatio:[i] hinc educatio.[k] Videmus etenim cætera quoque animalia, feras etiam istius iuris peritia [l] censeri.[m]

SVMMÆ.

1 *Natura.*	8 *Coitus libidinosus.*
2 *Nominis abusus.*	9 *Liberorum educatio.*
3 *Virtus.*	10 *Parentum cura.*
4 *Cœlum.*	11 *Honorandi parentes.*
5 *Coniunctio maris & fœminæ.*	12 *Falsa mira in patrem pietas.*
6 *Garamantes.*	13 *Atheniensium lex.*
7 *Matrimonium.*	14 *Censeri.*

a *Natura*) † Hoc est naturalis instinctus & affectus quo monemur, & impellimur aliquid rectè agere: neque enim quæcunque naturæ inclinatio hîc intelligenda est: alioqui hinnitus in equis, volatus in auibus, mugitus in bobus, & his similia iuris dicerentur naturalis; quo nihil absurdius: sed ea qua piè & recta, aliquid facere iubemur, aut vetamur.[a] quod subiectum, de matrimonio exemplum perspicuum facit. 1

a Cice. lib. iij. de repub.

b *Omnia animalia*) † Hoc quatenus ad bruta refertur per abusionem dictum puta: propriè siquidem in feris, cum ratione careant, non potest ius considerari.[b] Vlpianus ergo iuris abutitur nomine: vt in simili, de virtutis verbo, Ciceronem factitasse legimus:[c] nam nec arbores inquit, nec equi virtus, quæ dicitur in quo abutimur nomine, in opinione sita est, sed in natura. † virtus autem à viro, vt idem author scribit appellata,[d] non potest brutis conuenire. 2 Abusio nominis. 3 Virtus.

b l. j. ff. si quadru. paupe.
c Cice. lib. ij. de leg.
d Cice. lib. ij. Tusc. Lactan. lib. de opificio.

c *Docuit*) Nimirùm vt sese ac propriam speciem conseruet. Omnẽ naturam inquit M. Cicero, constat conseruatricem esse sui, vt salua sit & in suo genere conseruetur,[e] & alibi: Principio omni generi animantium natura inditum scribit, vt se vitam, corpúsque tueatur, ad viuendum necessaria paret, & fugiat quæ sibi damno futura putet.[f]

e Cice. lib. 4. de fin.
f Cice. lib. j. de offi.

d *Ius istud*) Naturale scilicet, quod in suijpsius, propriæque speciei conseruatione versatur potissimum.

e *Auium quoque.*) Quas in cœlo nasci dixit Iustinianus:[g] † hoc est in aere, neque enim cœlum præaltum illud syderum domicilium, modò significat: sed etiam elementarem illam regionem, quam aera vocamus.[h] Inde apud Ciceronem cœlum crassum, cœlum tenue, cœli aspiratio, cœli temperatio, & ijs similia. Frequens item est nostratibus Iureconsultis hic loquendi modus: vt pro aeris regione cœli verbum vsurpent.[i] 4 Cœlum.

g §. j. de iur. nat. §. feræ. de rer. diuis.
h Plat. libr. ij. c. 38.
i l. vlt. ff. de ser ru. l. si in opus. §. si in opere. l. vlt. §. pe. ff. quod vi. aut clam.

f *Coniunctio*) † Maris & fœminæ coniunctio, inquit Plato, legitima naturalísque est, vt pote à natura, ad liberorum procreationem instituta.[k] Cùm enim Deus opti. max. nobilem duorum sexuum rationem excogitasset, eisdẽ mutuum affectum indidit: vt videlicet se inuicem appeterent, & læta coniunctione gauderent: quo nimirum propagari genus humanum, multiplicarique commodissimè posset.[l] 5 Copulatio maris & fœminæ.

k Plat. lib. j. de lege.
l Lact. de diuin. instit.

g *Quam nos*) Inter nos. Nam inter homines duntaxat istiusmodi maris & fœminæ coniunctio, matrimonij nomen habet.[m] † Quinimo Garamantes, nuptiarum exortes, passimque cum fœminis degere Plinius scribit.[n] 6 Garamãtes.

m §. j. Iustit. de pat. pot.
n Plin. lib. v. c. 8.

h *Matri-*

Matrimoniú.

7 h *Matrimonium appellamus*) † Quod ideò iuris authores diffinierunt, viri &
mulieris coniunctionem:[o] quæ cùm ex mutuo coniungendorum consensu
inducatur:[p] si declarationem hanc voluntatis consideremus, iuris naturalis
dici non potest: cùm in brutis expressio istiusmodi consensus non cadat.[q] At
hic Vlpianus solùm naturalem instinctum coeundi perpendit. Quomodò e-
tiam volucrium matrimonia dicit Lactantius: Volucres penè omnes, inquit,
faciunt matrimonia & paria iungunt, & nidos suos tanquàm genitales tho-
ros concordi mente defendunt, fœtus qui certi sunt, amant: si alienos obiece
ris, abigunt.[r] vt autem matrona, ita matrimonium à matris nomine, cùm spe
adipiscendo appellatum cum plerisque reor.

Matrona & matrimoniú.

o l. j. ff. de rit. nup.
p §. j. de par. pote.
q l. j. §. aut prætor. ff. si quadru.
r Lactã. li. iiij. de falsa sapientia.

i *Liberorum procreatio*) Instituit natura, maris & fœminæ coniunctionem:
quam ideo Plato legitimam, naturalémque probat:[s] nihil enim, vt Aristote-
les ait, magis nos docuit natura, quàm generare & procreare, aliud nobis
simile: vt immortalitatem, quàm in indiuiduo non possimus, in specie sal-
tem conseruemus.[t] Et commune omnium animantium (inquit Cicero) est
coniunctionis appetitus procreandi causa: & cura quædam eorum quę pro-
creata sunt ad perpetuam eorum generis conseruationem.[u] Vnde Calistra-
tus noster, idcirco nos concipere & edere filios dixit, vt per eorum prolem,
diuturnitatis memoriam in omne æuum relinquamus.[x] Et quibus perspi-
8 cuum est coitum qui non fit sobolis procreãdę causa, sed magis † explendæ
libidinis gratia, licet cũm vxore, non esse secundum naturã, sed vitiosum:[y] ac
proinde Hieronymus contra Iouinianum ostendit, incõcessum maritis post
conceptum fœtum mulieribus iungi, tum quòd tumidus venter non subiga
tur sine periculo, tum quòd nõ suscipiendæ prolis causa coeatur. Exemplo-
que sunt bruta, quæ mox concepto fœtu marem non admittunt. Quod ego
semper intellexi, nisi tanta libidinis titillatione, & pruritu carnis vrgeretur
maritus, vt voluptatis impetus, cohibere non posset: neque enim æquum fo-
ret eum tentigine rumpi. Et suam cuique vxorem, vicissimque suum cuique
maritum dominus esse voluit, vt officijs mutuis alterius intemperantię vter-
que mederetur.[a]

Coitus libidinosus.

s Plato. li. j de. legib.
t Arist. li. œcono. & ij. de anima.
u Cice. lib. ij. de natu. Deo. & i. offi.
x l. liberorũ. §. vlt. ff. de verb. signifi.
y c. nerui. §. vlt. 13. dist.
z c. origo. 32. q. 4.
a 1. Chor. 9.

9 k *Hinc educatio*) † Hortatur nos profectò naturalis stimulus ad liberorum e-
ducationem,[b] siquidem omnibus hominibus, vt apud Euripidem Andro-
macha dicebat, filij sint anima: quam tamen naturæ propensionem cùm a-
gnouissent veteres, ab immanissimis parẽtibus, & brutis ipsis inhumaniori-
ribus plerunque negligi: edicto de ea re nominatim proposito voluerunt, in
id ius naturæ, Cyclopeũ illũ parentẽ per iudicẽ cogi posse:[c] proditque histo-
ria, L. Manlio post depositã dictaturã, quia filium nullius criminis reum, sed
quod infacũdior esset, & lingua imprõptus, vrbe domo, & pœnatibus extru-
sisset: diem à M. Põponio plebis tribuno dictã eũ velut brutis truculentiorẽ
increpante, nec enim (dicebat) mutæ bestiæ minus alũt ac fouent, si quid ex
10 progenie sua parũ prosperũ est,[d] † Sanè verò, vti liberorum parẽtibus, ita li-
beris parentum educãdorum curam, inseuisse nobis naturam memorabili ar
gumẽto est Ciconia auis, quæ infantiæ suæ vices piè repẽdens, parẽtes senio
cõfectas alit, humerísq; in volatu gestat. Ad hæc philosophus necessaria vitę
præsidia parentibus maximè deberi probat: quibus rebus, inquit, procreato-
tes iuuare, pulchrius est quàm seipsum.[e] Et Plato, parẽtes, inquit, negligere,
11 nec Deus, nec homo sanæ mentis, vnquam cuiquam consulet.[f] † Homerus
breuem ætatem illis contingere, in Iliade scribit: qui parentibus nutricatio-
nis munus non reddiderint: miré cõgruens cum diuina illa sententia. *Honora
patrem & matrem, si vis longæuus esse super terram.*[g] Sciant igitur inquit ille, se dã-
natos pro duobus tribunalibus qui parentes suos negligunt. Impietatis apud
diuinum, quod secundos post Deum authores vitæ suæ, non tractant ex of-
ficio: inhumanitatis verò apud humanum, cui enim benefacient qui proxi-
mos, & optimè de se meritos, vilipendunt? quibus nulla potest referri gratia,
12 non inferior acceptis beneficijs.[h] Qua in re haud quaquam præter eundem

Liberorum educatio.

L. Manlius.

Parẽtum cura.

Honora parentes.

b l. vni. §. taceat. C. de rei. vxo. act.
c l. si quis à liberis. ff. de lib. agnos. l. vlt. C. de alen. lib.
d Liuius. li. 7.
e Arist. 9. ethi. c. ij.
f Plato libr. 11. de legib.
g Exo. 20. ad Ephe. c. 6.
h Philo. Iudeus. decalogo.

censui memorabilem puellæ cuiusdam Romanæ pietatem, quæ patrem carcere inclusum, ad quem deferre quicquam cibi vetabatur, lactis sui subsidio aluit.[i] Athenienses†tamen non omnes parentes à liberis ali voluerunt, sed 13 eos duntaxat, qui filios artibus erudiissent.

Memorabilis filię in patrē pietas. *Atheniēsiū lex de alendis parentibus.*

i Valer. Max. lib.5.c.4.

l *Iuris peritia*) Vt hanc iuris peritiam, ad bruta referunt Iurisconsulti, per abusionem loquuntur. quemadmodum veteres, cùm in equis virtutem posuerunt, quod & annotauimus suprà, neque inculcare piget, ne quorundam maledicentiæ locus relinquatur, qui peracres Vlpiani reprehensores, ius esse negant, in brutis appetitum coeundi, præsertim prolísque propagationem, & educationem.[k]

k Laurē. Val. li. 4. elegan.

m *Censeri*) Annumerati, referri, & scribi inter eas creaturas, quæ hac†naturali propensione mouentur. Vt in illo Poetæ loco.[l] 14 *Censeri.*

l Iuuena. sat.8.

Stemmata quid faciunt? quid prodest pontice longo
Sanguine censeri? pictósque ostendere vultus
Maiorum?

Quæ nobis haud dubiè magis arridet expositio, quàm vt cum nonnullis (doctissimis licet, & de optimis artibus, quàm optimè meritis) dicamus:[m] censori, id est magni fieri, laudari, & admirationi penè nobis esse. In qua significatione, præter vulgares authoritates, loquutum quoque Senecam comperio, cùm de virtute agens, inquit: Virtus super ista consistit, suo ære censetur.

m Guliel. Bud. hic.

§. IVS GENTIVM.

Ius gentium[a] est, quo gentes humanæ[b] vtuntur: quod à naturali recedere inde facilè intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus, inter se commune est.[c]

Ius gentium.

SVMMÆ.

1 *Ius gentium.*
2 *Ius humanum.*
3 *Naturæ ius duplex.*

Ivs gentium) †Hoc ius gentinm, quia naturali ratione inter omnes homines constitutum est:[a] naturæ ius, in ciuili quoque disciplina nonnunquam dicitur.[b] Vnde Cicero: Ius naturæ inquit, nō opinio genuit, sed innata quædam vis mentibus nostris adfert, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, & veritatem & c.[c] Et alibi, hoc si minus iure ciuili præscriptum est, lege tamen naturæ, & communi iure gentiū sancitum est.[d] Rectè ergo Vlpianus hîc, ius istud gentium esse definiuit, quo naturaliter omnes homines rationis participes vtuntur,[e] quod ideò Liuius de Gallis loquēs, humanum†appellare voluit.[f] 1 2 *Humanū ius.*

a l. omnes. hoc ti. §. quod verò Instit. de iu. natura.
b l.1.ff. de re. diui. §. singulorū. eo. in Insti.
c Cic. 4. de legi.
d Cice. pro Archia poeta.
e d.l. omnes. d. §. quod verò.
f Liuius libr.5.
g d.l. omnes. d. §. quòd verò.

b *Gentes humanæ*) Rationis iudiciíque natutalis participes. Vnde Caius, & Iustinianus, quod naturalis ratio inquiunt, inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peræquè custoditur, vocatúrque ius gentium, quasi quo iure gentes omnes vtantur.[g]

c *Commune est*) Naturales affectus, & instinctus humanæ naturæ, quibus ad aliquid agendum impellimur, indidit nobis Deus opti. max. propensionem cum primis naturalem, se suósque ruendi, & conseruandi. quam omni animantium generi communicauit. Deinde mentem siue rationē, qua vo lunrarem nostram ad occurrentes rerum humanarum necessitates dirigeremus. Et hanc hominibus duntaxat, Summus rerum factor inseuit. Súntq. illæ communes de moribus notitiæ, omnium animis diuinitus impressæ:[h] quas primas notiones Augustinus quasi cōmunes intelligentias, interpretatur, & per se fidem facientes sine argumētis.[i] Hinc†duplex ius naturæ profectum, 3 prius illud fusum ac latè patens, non hominibus modò, sed animātibus quoque cæteris attributū. Alterum, quia ad solos homines pertingit, ius gentium dictum

Notiones primæ. *Ius naturæ duplex.*

h Cic. li.3. de le.
i August. lib. 7. & 12. de ciuit Dei.

dictum est, quo naturaliter omnes homines rationis participes vtuntur.

LEX II. VELVTI.

Pomponius lib. singula. Enchiridij.

Veluti erga Deum religio: [a] vt parentibus: [b] & patriæ [c] pareamus. [d]

SVMMÆ.

1. *Religio & cur sic dicta.*
2. *Superstitio.*
3. *Dei opinio omnibus innata.*
4. *Parenti quando parendum.*
5. *Patria communis parens.*
6. *Pietas quid.*

Religio. 1 a RELigio) † Pius cultus. Sic enim Plutarchus ex penu philosophorum religionem finiuit: vt sit sciẽtia diuini cultus.[a] atque ita soletã superstitione
Superstitio. 2 distingui: † vt in illa timor Deorũ inanis insit: [b] religio verò pio Deorũ cultu cõtineatur.[c] Quæ si tollatur è mentibus hominum, nulla (sicuti Firmianus dicebat) potest esse nobis cũ cœlo ratio.[d] Superstitione verò, qui imbutus est, nunquàm animo potest quietus esse. Vtpote cui mortis, diuinæq; iræ timor, tanquam nudatus ensis Demadi, aut Tantalo (vt fabulantur poëtæ) saxum immineat.
Religio vnde sit dicta. Religionem porrò, à relegendo dictam, M. Cicero scribit, quod scilicet, sacra relegantur.[e] Lactantius verò à religando, quòd religione Diis religemur, & obligemur.[f] Massurius autem Sabinus apud Gellium à relinquendo dictam putat tanquam cæremonias, à carendo.[g] vt sic licet, appellata
Cæremoniæ. sit religio, quia propter sanctitatem aliquã, à nobis sepo sita sit, & remota. Sunt & alij, qui ab eligẽdo, quia videlicet Deũ quẽ diligimus, & veneramur, eligimus. Sanè verò per commodum ad ius gẽtium, Pomponius hîc sumpsit exemplum, quo nimirum, validè confirmaret ius gentium solis hominibus proprium esse, & peculiare. † quippè nullum est animal, præter hominem,
Dei notitiam solus homo habet. 3 quòd habeat notitiam Dei: [h] hominibus autem, (quemadmodum Cleãthes dixit) omnibus innatum est, & in animo insculptum, Deos esse: [i] vt nulla vnquam gens tã fera, aut immanis fuerit, cuius mẽtem non imbuerit Deorũ opinio.[k] Et cũ ad numinis diuini cultũ, iure naturæ instruamur: omnes (inquit Cicero) diuino numini natura parent.[l] Atque hinc primũ, vetus lex xij. tab.
Lex xij. tab. ait *Ad diuos adeunto castè. Pietatem adhibento.* Itáq. minimè dubiũ, quin religionem Pomponius iurigentium rectissimè annumerauit. vt enim hominum animis ab ortu naturæ infixa est religio: hoc est cultus & notio Dei: ita religionis nullum in brutis vestigium, nec vlla suspicio, inueniri potest.[m]

Parentibus honos debitus. b *Parentibus*) Quos non modò charissimos habere debemus: quod ab iis vitã, patrimonium, libertatẽ, & ciuitatẽ accepetimus: [n] sed etiã illis est sicut Diis suus honos tribuẽdus.[o] Est enim liberis parens tanquã Deus quidã terrestris.[p]
Patri quãdo parendum. 4 † vt merito dicat Põponius, parẽtibus iure etiam naturæ parendũ: quod ita accipi volo, vt si parẽs honesta imperet, obsequendum illi haud dubiè sit: nõ quia præcipiat ipse, sed quia fieri debet. Sin turpia verò, minimè faciẽdum, quod fieri non oportet. At in his quæ media sunt, & indifferẽtia, vt rus colere, vxorem ducere, honestè negociari, & iis similia, perpetuò parendum.[q]

Patriæ amor. 5 c *Patriæ*) Quæ † communis est (inquit M. Cicero) omnium nostrũ parens: [r] & pro qua mori, cuíque nos totos dedere, & in qua nostra omnia ponere, ac quasi cõsecrare debemus.[s] A nemine vt opinor, ignoratur Horatij Coclitis virtus in ponte: & Clœliæ natantis: triumq́ue Deciorum: qui se pro patria vltrò deuouerunt.[t]

Pietas. d *Pareamus*) Hæc ad pietatem pertinent, quæ non tantùm est grata erga
6 Deos † voluntas, & iustitia: [u] sed erga parentes, & patriam.[x] Iustitiã ergo cole (inquit ille) & pietatem, quæ cùm magna sit in parẽtibus, & propinquis: tũ in patriã maxima esse debet.[y] Quod & Martianus noster disertè scriptum reliquit.[z] His porrò verbis, & iurisgentium exemplis, si præsertim, quod Florẽtinus subiicit, addas: [a] Iurisconsultus naturali quodam, hoc est diuino numine

a Pluta. in Paulo Æmilio.
b l. si quis aliquid ff. de pœn.
c Cic. lib. j. de nat. Deor.
d Lactan. lib. iij. de fal. sapien.
e Cic. lib. j. de nat. Deor.
f Lacta. lib. de de vera sapien. c. 8.
g Gel. lib. iiij. noct. Attica c. 9.
h Cic. l. j. de diuina. & j. de legib.
i Cice. lib. ii. & iij de nat. Deo.
k Cice. lib. ij. de natu. Deo.
l Cice. lib j. de legi.
m Lactan. li. 7. de ira Dei.
n Cice. in ora. post reditum.
o Aristo. 9. ethic. c. ij.
p Cic. pro Plancio.
q Gel. lib. noct. Attica. ij. c. 7.
r Cice. de orat.
s Cice. lib. ij. de leg.
t Vale. Maxi. lib. ij. c. iij.
u Cice. li. ij. de nat Deo.
x Cic. pro Plãcio.
y Cice. in somnium Scipionis.
z l. minimè. ff. de religios. & sumpt. funer.
a l. seq. in fin.

afflatus, vim omnẽ Christianæ legis complexus mihi videtur, præcipit nanque liberator noster Christus, vt dominum Deum nostrum ex toto corde diligamus, & proximum sicut nos ipsos. adijciens, in ijs duobus mandatis vniuersam pendere legem, & prophetas.[b]

L. III. VT VIM

Florentinus lib. 1. Institutio.

Vt vim atque iniuriam [a] propulsemus.[b] Nam in iure hoc euenit,[c] vt quod quisque ob tutelam [d] sui corporis [e] fecerit, iure fecisse existimetur.[f] Et cùm inter nos, cognationem quandam [g] natura constituerit: consequens est, hominem homini insidiari nefas esse.[h]

SVMMÆ.

1 *Vis, quæ propulsanda.*
2 *Magistratui, quando resistatur.*
3 *Vim repellere, an iurisgentium.* 5.
4 *Garamantes.*
6 *Moderamen inculpatæ tutelæ.*
7 *Armorum paritas.*
8 *Defensionis modus.*
9 *Cognatio inter homines.*
10 *Nobilitas vera.*
11 *Diuinum aliis prodesse.*
12 *Homo, hominis causa creatus.*

a *ATque iniuriam*) † Vim ergo iniustam, & iniuriosam esse oportet, vt eã, 1
vi repellere liceat,[a] nã si quæ iusta vis inferatur, minimè concessum est, vi propulsare.[b] & ideò Patri filius,[c] domino seruus,[d] seniori propinquo iunior:[e] marito vxor:[f] præceptori discipulus,[g] (dum non sit in his durior, truculentiórque sæuitia:[h]) iure non resistit, sed magis debet leuiter castigatus gratias referre, & reuerentiam exhibere castiganti.[i] Præterea, † nec ma- 2
gistratui, vim publico nomine inferenti, resistere fas est,[k] cùm nihil agere censeatur, irrogandæ iniuriæ causa,[l] sed honoris iure quem sustinet.[m] Per contrarium igitur, si constet magistratum malignè, & ex proposito, iurisdictionis suæ terminos transilire, poterit ei impunè resisti.[n]

b *Propulsemus*) Hoc exemplum iurisgentium, ad vindicationem pertinet,[o] † per quam innata quadam vi naturæ, ad propulsationem vis, & iniuriæ 3
accendimur: vt si opus est, eam vi quoque repellamus.[p] in quam sententiam scitè, & accuratè permulta Cicero.[q] Garamantes † autem, refert Herodotus, 4
omnium hominum commercium, aspectúmque fugere: ne defendere quidem sese audentes.[r] Neque verò tumultuetur quispiam, quòd hæc instantis vis depulsio, non solis hominibus, inter se communis sit: sed etiam vniuerso animantium generi, ab ipsa natura tributa.[s] quippè nullum tam pusillum est animal, (dicebat apud Plutarchum Brasidas) quod nõ vlciscatur lacessitum, vt & perbellè tractat Cicero.[t] nam id equidem fateor, si de vi sola arcenda, propulsanda loquamur: † vim autem atque iniuriam, simul propellere, à na- 5
turali ratione, hoc est ab ipso gentium iure descendit,[u] cùm enim bruta, quę iudicio carent, nec iniuriam pati, nec facere dici possint:[x] non dubium, quin solis congruat hominibus, propulsatio iniuriæ.

c *Iure hoc euenit.*) Iure gentium inquit Liuius, comparatum est, vt arma armis propulsentur.[y] Amplius noster Paulus, omnibus legibus, omníque iure, id permissum scribit.[z]

d *Tutelam.*) Quia non poterat aliter se tueri. nam si fugientem aggressorem vltrò quis persequeretur, vindicta esset, non defensio.[a] Vnde puniendus esset. Cæterùm mitius, quòd æstuantem illum ex insultu furorem moderari non facile illi fuerit.[b] Et inconsultus calor careat vitio doli,[c] ac proinde vera criminis nota, cùm nullum sit delictum sine dolo.[d]

e *Corporis sui.*) Adeóque possessionis, quam iure tenebat, dum inculpatæ

b Math. xxij. a l. vlt. C. quãd. lic. vnicui. sin. iudic. se vindic. b c. si perfodiẽs. in fi. de homic. c l. iij. C. de patr. potest. d l. ij. ff. de ijs qui sunt sui. l. vnic. de C. emend. seruo. e l. nus. C. de emẽd. propinq. f c. duo xxiij. q. iiij. c. hac imago. xxxiij. q. 5. g l. præceptoris. ff. ad l. Aquil. h d. l. ij. d. l. præceptoris. i c. cũ beatus. 45. dist. k l. quemadmodum. §. pen. ff. ad l. Aquil. l l. iniuriarum. §. j. ff. de iniur. m l. iij. §. j. ff. quod met. caus. n l. deuotum. C. de meta. & epid. lib. xij. c. dilecto. de sent. excom. in 6. o Cicero lib. ij. de inuentio. p l. j. §. vim vi ff. de vi & vi arma. q Cicero pro Milone. r Herodot. li. iiij. qui Melpomene inscribitur. s l. j. §. cùm arietes. ff. si quadrup. pauper. t Cice. li. j. offi. u l. itaque. ff. ad l. Aquil. x d. l. j. §. ait prætor. ff. si quadru. y Liui. lib. 42. z l. scientiam. §. qui cũ aliter ff. ad l. Aquil. a d. §. qui cum aliter. b l. si adulterium. §. Impp. ff. de adulter. c l. j. §. j. ff. ad Turpilia. d l. j. §. j. ff. ad l. Cor. de sicar.

Vis quæ propulsari nequeat.
Magistratui quando resistendum.
Vindicatio.
Garamantes.
Aggressorem persequens.

tutelæ

tutelæ moderatio seruetur.[e] Hoc est ne vlcisci magis quã propulsare iniuria videatur.[f]

f *Existimetur.*) Naturalis quippe ratio permittit, aduersus periculum se defendere,[g] & vim vi etiam armaque armis repellere.[h] Quadere, alibi permul-
6 ta graphicè Cicero disserit.[i] † Porrò verò hanc vis, atque iniuriæ propulsationem lex ciuilis honestissimè temperauit: vt cũ inculpatæ tutelæ moderatione fiat:[k] Hoc est, ne atrocior sit defensio, quàm insultus, néue vlcisci magis vis atque iniuria, quàm propelli videatur.[l] Inculpatæ autem defensionis partes, plerique omnes putant, vt arma pari armorum genere,[m] ad defensionem, præterea non ad vindictam,[n] & confestim, non ex interuallo,[o] depellantur: nam qui inermem armis, aut telo petentem arcu propulsaret, vel alioqui ex interuallo congrederetur, tutelæ defensionisque legitimæ modum, (vt vulgò creditum est) excederet.[p] Quæ sententia satis
7 proba videtur: † præterquàm quòd ad paritatem armorum attinet. Quòd enim æquo marte, & simili armorum genere resisti debeat, equidem nusquam memini, in iure me legisse: quin potius (absit arrogantia dicto) contra proprium defensionis, & rationem naturę arbitror, cum scilicet culpari, qui instantis periculi metu perculsus, oblata quacunque conseruandæ salutis ratione, vsus est.[q] Nam & generaliter Florentinus scripsit, quod quisque ob tutelam sui corporis fecerit, iure factum videri.[r] minimè præscribens, quo id armorum genere fiat: gnarus nimirum, inter arma silere leges:[s] & gladium quemcunque nobis ab omni iure, omníque lege, porrigi, dum legi-
8 timum defensionis modum non egrediamur.[t] † quod ipsum, cùm certa regula diffiniri, præscribique non possit, arbitrio iudicis relictum intelligi debet.[u] quem prudenter rerum circunstantijs diligenter perpensis, æstimare oportebit, an aggressus intra iustos defensionis suę fines, se continuerit.[x] Quod autem ait Vlpianus, vim armis illatam armis repelli posse:[y] non à contrario (vel iudice natura) infert, inermes armis, ab ijs potissimùm, quibus consilij capiendi tempus non superest, haud quaquam propulsari posse.[z]

Moderamen tutelæ inculpatæ.

Paribus armis, an resisti debeat.

Defensionis modus.

g *Cognationem quandam.*) Cùm omnes ab vno patre Adamo processerimus nihílque sit vnum vni tam simile, tamque par, quàm omnes inter nosmetip-
9 sos sumus.[a] † natura, quæ communis est omnium parens,[b] necessitudinem quandam, & cognationem inter nos constituisse dicitur.[c] Qua de re lepidè apud Ciceronem, Academicus Piso disputat.[d] In omni honesto (inquit) quod per se expetendum dicimus, nihil est tam illustre, nec quod latius pateat, quàm coniunctio inter homines hominum, & quasi quædam societas, & cõmunicatio vtilitatum, & ipsa charitas generis humani. Amplius Cicero scribit, non modò cognationem inter humanum genus constitutam: sed a-
10 gnationem quoque, nobis esse cum cœlestibus.[e] † Atque hinc permulti, rectè quidem, vt mihi videtur, putant, non generis splendore, & vetere gentilium stemmate, sed sola virtute nobilitatem comparari.[f] Vnde illud Senecę ad Lucilium. Philosophia Platonem non accepit nobilem, sed fecit. Et Satyricus ostendere cupiens, non ex maiorum gloria, aut falsis fortunæ bonis, veram nobilitatem pendere: sed vnumquenque virtutum meritis, fieri nobilé: per multos disertè memorat, qui claris natalibus orti, magno cum dedecore, lucem quam à maioribus acceperant, in tenebras conuerterunt. Contrà, nõ paucos, qui humili loco nati, virtutis splendore, se claros nobilésque fecerunt,[g] vt merito cũ illo dicere possimus,

Adã primus omnium pater

Nobilitas vnde comparetur.

Virtus nobilitat.

Stemmata quid faciunt? quid prodest pontice longo.
Sanguine censeri? pictósque ostendere vultus.
Maiorum? & stantes in curribus Aemilianos?

b j

e l. j. C. vnde vi. f c. significasti. y. vers. si. de hom. cid. g l. itaque. ff. ad l. Aquil. h l. sed & partium. §. j. ff. quod met. ca. l. iij. §. vim vi ff. de vi & vi arma. i Cic. pro Mil. k l. j. C. vnde vi. d. §. qui cũ aliter. l d. c. significasti. in fi. m l. j. §. vim vi ff. de vi & vi arma. n l. scientiam. §. penul. ff. ad l. Aquil. o l. iij. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. p Acc. & doct. l. j. C. vnd. vi. q l. j. C. quãdo lic. se sine iud. vindic. r in hac l. vt vim. s Cic. pro Mil. t l. j. C. vnd. vi. d. c. significasti. u l. j. ff. de iur. delib. x Bart. l. iij. §. cum igitur. de vi & vi arma. Panor. c. cum olim nume. 10. de rest. spol. y l. j. §. vim vi. & d. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. z l. ix. C. de cõd. insert. l. conuenticulam. C. de episc. & cleric. a Cic. lib. j. de leg. b Cicer. li. j. & v. Tuscul. c vt hac l. d Cic. lib. v. & vlt. de finib. e Cicero lib. y. legib. f c. illud. 40. dist. g Iuuenal. Saty. 8.

Si coram Lepidis malè viuitur?

Mihi sanè ea vera synceráque nobilitas esse videtur, quæ non in opprimendis tenuioribus (sicuti nostræ ætatis nonnulli genere tantum nobiles faciunt) sed in aliorum salute, potestatem suam ostentat. sic enim ad diuinam se naturam demonstrat propiùs accedere. † quippè mortales, tunc 11

Diuinũ mortalibus prodesse.

Deum imitari maximè dicuntur cùm benefici sunt.[h] & Deus est, sicuti Plinius scribit, mortali iuuare mortalem, & ad æternam gloriam via.[i] nec sanè quicquam aliud Deum esse Veteres putauerunt, quàm prodesse mortalibus. vnde propter beneficium, beluas quasdam, veluti anserem Romani, & Ciconiam Ægyptij, pro numinibus coluernnt.[k]

h Strabo libr. 10. Geographia.
i Plin. li. ij. nat. histo. c. 7.
k Cicer. lib. j. de nat. Deo.

h *Nefas esse.*) Quinimmò, contra naturam videtur. Homo enim (vt M. Cicero scribit) naturæ obediens, homini nocere non potest,[l] & non multo post, Aduersus Deos immortales (inquit) impij iudicandi sunt, qui constitutã ab ipsis inter homines societatem, euertunt. hinc effici subijciens, contra ius naturæ, & diuinum esse quicquid fit, per quod conuictus humanus disrumpitur. Seneca item luculenter probat, hominem hominis incommodo, suã rem augere contra naturam magis esse, quàm Mortem, Paupertatem, Dolorem, quámque cætera, quæ possunt aut corpori accedere, aut rebus externis.[m] E diuerso dicimus, ob hanc cognationem, inter homines constitutam, hominis interesse, hominem beneficio affici.[n] † Homines enim hominum causa generati sunt: vt ipsi inter se alij alijs prodesse possint.[o] Ad quæ pereleganter Cicero. Si etiam, inquit, hoc natura præscribit, vt homo homini quicunque sit, ob eam causam quòd sit homo consultum velit: necessum secundum eandem naturam, omnium vtilitatem communem esse. Quod si ita est vna continentur omnes, & eadem lege naturæ: idque ipsum si ita est, certè violare alterum lege naturæ prohibemur, & qui tollunt, aut dirimunt, communem hanc humani generis societatem à Dijs constitutam, impij iudicandi sunt.[p]

Homo naturaliter oemini nocet.

12 Homo hominis causa creatus.

l Cicer. li. ij. of.
m Seneca. li. ij. de offic.
n l. seruus. ea lege ff. de ser. export.
o Cicer. li. j. of.
p Cicer. lib. iij. offic.

L. IIII. MANVMISSIONES.

Vlpianus lib. i. Institutio.

Manumissiones quoque iurisgentium sunt.[a] Est autem manumissio, de manu[b] missio, id est, libertatis datio:[c] nam quamdiu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est, & manumissus liberatur potestate.[d] Quæ res à iuregentium originem sumpsit: vt pote cùm iure naturali omnes liberi nascerentur,[e] nec esset nota manumissio, cùm seruitus esset incognita.[f] Sed posteaquàm iuregentium seruitus inuasit[g], secutum est beneficium manumissionis,[h] & cùm vno naturali[i] nomine homines[k] appellarentur, iuregentium tria hominum genera[l] esse cœperunt: liberi, & iis contrarium serui, & tertium genus libertini,[m] qui desierant esse serui.

SVMMÆ.

1 *Galli non nouerunt seruitutes.*
2 *Parthi, non manumittunt.*
3 *Manus, pro potestate.*
4 *Manumissionis solemne.*
5 *Terentius poeta.*
6 *Seruitus vnde orta.*
7 *Noah, à filio derisus.*
8 *Indi, nullum seruum habent.*
9 *Libertas inæstimabilis.*
10 *Manumissio triplex.*

11 *Vindi-*

Gallis seruitus incognita. Parthi manumittere vetantur.

a *IVris gentium sunt.* Cum ijs humanæ gentes vitantur:[a] apud nos tamen nul
1 lus est hodie manumissionum vsus, cùm † non agnoscant Galli seruitu-
2 tem. Contrà verò † Parthis adeò seruitus placuit, vt manumissiones lege
lata vetuerint, quòd ad bellum maximè seruis vterentur: vt perhibeat hi-
storia, ex quinquaginta milibus Parthorum, qui M. Antonio occurrerunt,
vix octingentos liberos, aut vt alij legunt quinquaginta suprà quadringen-
tos fuisse.[b]

Manus pro potestate.

b *Manu.*) Id est potestate,[c] vnde de domino, in sacris libris scriptum: Dile-
3 xit populos, & omnes sancti in manu illius sunt.[d] passimque † manus, ver-
bum metaphoricôs, potestatem significat, hærilem aliquando, seu domini-
cam:[e] interdum patriam,[f] quandoque regiam[g], & nônunquam diuinam,[h] vt
subiectum rei propositum patefacit.

Manumissionis verba.

4 c *Datio.*) Positio, missio, deiectio. † Dominus enim qui seruum, iugo serui-
tutis eripere volebat, caput, aut aliud membrum serui tenens dicebat: *Hunc
hominem liberum esse volo.* & ita è manu, id est potestate sua, mittebat. vnde A-
garastocles adolescens ad Milphionem seruum.[i]

Ego si istuc lepidè faxis, te hodie emittam manu.

Et Miles ad Phedromum.[k]

Mea ancilla libera vt sit, quam ego nunquam emisi manu.

Publius Terētius

Tum autem, cùm serui manu emittebantur, domini nomen solebant
5 accipere.[l] † exemplóque est Publius Terentius poëta comicus, qui cùm dili-
gentia Terentij Lucani patroni liberalibus disciplinis accuratè fuisset eru-
ditus: ab eodem tandem consecutus est, vt eius nomine relato manu-
mitteretur.

Ius patronatus

d *Liberatur potestate.*) Manentibus tamen aliquibus adhuc huius pristinæ
potestatis vestigijs: quippè cōseruatur antiquo domino ius patronatus, quod
à nostratibus Iurisconsultis tanti fit, vt æstimari nō posse dicatur[m] & vi cuius
possit patronus ingratum libertum in seruitutem reuocare.[n]

e *Nascerentur.*) Hoc ipsum passim inculcatum iure nostro inuenies, quòd
scilicet naturali iure omnes homines liberi, & æquales nascerentur.[o]

Seruitus ex bellis

6 f *Incognita.*) † Quę tamē ex bellis originē posteà sumpsit,[p] & ita iure gētium,
quo cautum fuit, captos in bello capientiū effici,[q] etiam si regia splenderent
maiestate: vnde Crœsus rex à Cyro captus, q̄m (inquit ad Cyrū) me Dij seruū
tibi tradiderūt.[r] Sūma profectò ratione, ne grauius malū, nempe homicidiū
admitteretur: quippe solebant anteà milites, quos ex hostibus cœperāt, occi
dere. posteà verò inducta seruitute seruare & vēdere,[s] vt meritò Cyrus apud
Xenophontem cōfirmet hanc esse naturæ legem, vt captorum corpora ca-
piētium fiant, eîsque seruiant. Et hanc legē Deorum fuisse nedum hominū

Seruitus bona & vtilis.

Volscis senatus Romanus sapienter responderit:[t] vt non sit deinceps dubi-
tandū quin seruitus iusta sit & vtilis, tanquam ab ipsa natura causam habens.
Quod pluribus Aristoteles,[u] & August.[x] comprobant, & nos quo pacto
accipiendum sit, opportuniore loco tractamus.[y] Sanè verò August. culpa
primum, non natura seruitutem impositam, primum suadere videtur:[z] ex

Noah à filio derisus.

7 eo quòd Noah expergefactus è somno, quem vinolentia contraxerat, † cùm
se derisum à filio Cham sensisset, in eum animaduertens præposita maledi-
ctione eum eiúsque posteros fratribus suis seruire iussit[a] in eámque senten-
tiam iamdiu concesserunt Pontificij ab ebrietate Noah seruitutē initium

Priuatio præsupponit habitum.

habuisse putantes.[b] Ex hoc porro loco protrita illa sedes argumenti ab ha-
bitu desumi solet, priuatio præmittit habitum.[c]

a l. j. §. vlt. suprà hoc ti.
b Iustin. li. 41.
c l. j. in prin. ff. de orig. iur. §. j. de liberti.
d Deuterono. 33.
e l. Titio. ff. de ser. expor. & hîc.
f l. vlt. C. de emancip. libero.
g d. l. j. in prin.
h Deutero. 33.
i Plaut. in penulo.
k Plaut. in Curculione.
l L. actāt. li. iij. diuina. Instit.
m l. naturalis. §. vlt. ff. de præscri. verb.
n l. ij. C. de libert. & eo. lib.
o l. quod attinet. ff. de reg. iur. §. ius autē Instit. de iur. natural.
p d. §. ius autē.
q l. seq. et d. §. ius autem.
r Herodot. li. j. qui Clio. inscribitur.
s l. libertas. §. vlti. ff. de stat. homi.
t Halicarnas. li. 8.
u Aristo. j. politic. c. iij.
x August. lib. 19. de ciuit. Dei.
y in d. l. libertas.
z d. lib. 19. de ciuit. Dei.
a Genes. 9.
b c. vlt. §. manebat. 35. dist.
c l. decem. ff. de ver. oblig. l. Titio. vsufruct. de conditio. & demonst.

g *Inuasit*) Exortis nimirum bellis, & sequutis captiuitatibus. [d] Irrepsisse autem primum hoc seruituris iugum apud Lacedæmonios Plin. scribit, [e] idque ab incolentibus Tabtobanem insulam receptum nunquam fuisse, alio loco testatur. [f] † Certè apud Indos seru lis conditionis nullus fuit. lege namque 8 sanxerant, neminem omninò seruum esse liberos æquo iure honoréque haberi omnes, qui assuescerent neque præstare cæteris, neque iniuria quenquam afficere, optimè ad omnes fortunæ casus instituisse vitam stultum sanè videri leges æquas omnibus positas fortunas non æquè omnibus communes esse [g].

Lacedæmonij primi seruitutem nouerût. Indi.

h *Beneficium manumissionis*.) Et id quidem maximum, quo nimirum serui libertatem nanciscuntur. † quæ cùm rerum omnium præstantissima sit, numa 9 rio prætio æstimari non potest: [h] nam vt ille ait,

Libertas rerû omnium nobilissima.

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Quot modis autem excellens istud manumissionis beneficium seruis contingeret non satis definitum videtur, [i] † tres tamen species, donandi libertate 10 seruos à grauissimis authoribus præcipuè commemorantur. [k] Testamento, Censu, & vindicta. Testamento, si quis suprema voluntate in testamenti serie seruum suum liberum scripsisset: quemadmodum Iurisconsul. diffusè tractant. [l] Censu, consentiente domino, vel iubente seruus nomen suum in censum deferebat: [m] soli quippè Romani ciues censebantur. † Vindicta, cû prætor 11 virgula sua caput serui contingens, eum verbis solennibus effatis (quæ tamen postmodum antiqua fuêre) in libertatem vindicabat [n] ad quem morem alludens Persius ait. [o]

Manumissionis tres species. Testamêto. Censu. Vindicta manumittere.

Vindicta postquam meus à prætore recessi:
Cur mihi non liceat, iussit quæcunque voluntas?

Inde & vindictæ nomen virgulam illam prętoris sumpsisse plerique putant. Aliter tamen Liuius, [p] & Plutar. [q] censent à Vindicio Bruti seruo, sic appellatam, qui cùm coniuratos volentes Tarquinium & suos, in vrbem recipere, & opprimere consules, prodidisset: in præmium pecuniam ex ęrario, & ciuitatem, & libertatem accepit. Extant item & alij multi libertatis consequendæ modi, quos apud Iustinia. legere est. [r] † Iudæi porrò ex lege Mosis in 12 more positum habuerunt, vt septimo seruitutis anno, quærerent serui libertatem. [f]

Vindicius. Indecorû mos.

i *Naturali*.) Id est communi. [t] Neminem natura (inquit Seneca) fecit liberû, neminem seruum: imposuit nomina hæc fortuna singulis.

k *Homines*.) † Homo cômune nomê est, ad omnes animâtes rationis partici 13 pes, siue masculos siue fœminas, [u] siue puberes, siue impuberes, siue liberos, siue seruos pertinent. [x] Vnde Sulpitius ad Cicer. de Tulliæ filiæ morte: In vnius mulierculæ animula (inquit) si iactura facta est, tantopere commoueris? quæ si hoc tempore diem suum non obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum: quoniam homo nata fuerat. [y] Sacræ quoque literæ nomen † Adâ, 14 quo terra natum hominem significant, ad vtrunque sexum referunt. [z] In die quo creauit Deus hominem (inquiunt) ad similitudinem Dei, fecit eum masculum & fœminam: creauit eos: & benedixit illis: vocauítque nomê eorum Adam in die creationis illorû. Est sanè vtrunque nomen, & Adam, & homo ab humo deductum. † Quid autem sit homo, luculenter Apuleius descripsit, 15 in hæc verba. Homines, inquit, sunt rationem callentes, oratione pollentes, immortalibus animis, moribundis mêbris brutis & obnoxijs corporibus dissimilibus moribus, similibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci spe, casso labore, fortuna caduca, sigillatim mortales vicissim sufficienda prole, mutabiles volucri tempore, tarda sapientia, cita morte, querula vita.

Homo cômune nomen. Adâ nomen cômune. Homo quid.

l *Tria genera*.) Caius tamen duo duntaxat hominum genera facit: nempè liberorum, & seruorum, [a] sed alia consideratione, sicuti apud eum dicemus

d §. ius autem. Instit. de iur. natur. e Pli. lib. 7. c. 56. f Pli. lib. 6. c. 22. g Dioder. libr. iij. c. 10. h l. procurator. §. vlti. ff. rem rat. hab. l. libertas. l. nô est. §. infinita. ff. de regu. iur. §. vlt. qui. ex caus. ma. non lic. i §. multis. Instit. de liberti. k Cicero in To pi. l ff. & C. de ma nu. testa. m l. j. §. j. C. de lati. liber. tol. n l. manumissio. ff. de manu. testa. o Pers. satir. 5. p Liu. lib. ij. q Plutarchus in Publicola. r d. §. multis. f Deutero. 15. t §. j. de liberti. u l. hominis appellatione. ff. de verbo. sig. x l. iij. §. j. ff. de lib. ho. exhib. y Cice. li. iiij. fa mil. epistola. z Genes. 5. a l. iij. ff. de stat. hom.

cemus.

m *Libertini.*) † Qui propriè dicuntur ij, qui ex iusta, hoc est vera legitimáq;
Liberti & Libertini. 16 seruitute in libertatem iure sunt erepti.[b] inter quos, & libertos, nihil propemodum interest, nisi quòd hi absolutè dicuntur, quicumque manumissione libertatem nacti sunt[c]. Liberti verò duntaxat hi, qui patronum adhuc habēt. Quod alibi pluribus Valla differit.[d]

b l. libertini. ff. de stat. hom. § j. de liberti.
c l. vlti. ff. si liber ingen. esse dica.
d Laur. Vall. lib. iiij. eleg. c. j.

L. V. EX HOC IVRE.

Hermogenianus libr. I. ἐπιτομῶν.

Ex hoc iure gentium introducta sunt bella,[a] discretæ gentes,[b] regna condita,[c] dominia distincta,[d] agris termini positi,[e] ædificia collata,[f] commercium,[g] emptiones,[h] venditiones locationes cōductiones, obligationes institutæ,[i] exceptis quibusdam[k] quæ à iuræ ciuili introductæ sunt.

SVMMÆ.

1 *Bella quæ iusta.*
2 *Pax quando petenda.*
3 *Gamphasantes.*
4 *Regnum, & Rex.*
5 *Dominia cur distincta.*
6 *Terminis motis pœna.*
7 *Sacer homo.*
8 *Terminalis lapis.*
9 *Terminus Deus.*
10 *Ædificiorum ratio.*
11 *Ciuitas.*
12 *Commercia.*
13 *Obligatio pro contractu.*
14 *Obligationes an iurisgentium.*
15 *Contractus, qui iuris ciuilis.*

Bella vnde enata. a *Bella.*) Quæ sanè necessaria fuerunt ad profligādos improborum hominū impetus: qui vel cupiditate, & auaritia, vel ambitione cōcitati cōstitutā à Diis hominum societatem disrumpere conabantur, vnde bella Iustin. Bella quę iusta. 1 orta dicit vsu exigente, & humanis necessitatibus.[a] † Eáque ratione bella iusta dici possunt:[b] vt C. Pontius Samnitum dux dicebat. Iustum est bellū Samnites (inquit) quibus necessarium, & pia arma quibus nisi in armis nulla relinquitur spes.[c] Et quamuis bellum fugiendum sit: non tamen ita fugiendū, ait Polybius, vt omnia, ne in id incidamus, sustinere, perpetíque velimus,[d] † Pax Pax quādoque repudiādà. 2 enim, si iusta, & honesta sit, res est certè rerum omnium pulcherrima, atque optima: nihil tamen est aut faciendum iniustè, aut patiendum turpiter, vt pace frui valeamus. Nam & pleraque bella, Deorum etiam nutu gesta legimus, quale illud Lacedæmonum aduersus Phocenses, pro Delphico gestū oraculo: quod proinde Sacri nomen meruit:[e] Et alia permulta, quorum præcipuè Sacrum bellum. vetus Dei instrumentum meminit. vbi enim mala voluntate, vlciscendi nimirum vel nocendi cupiditate, aut dominandi libidine inferrentur, iniustissima sunt.[f] velut ex diametro, cum summo illo charitatis præcepto, *Diliges proximum tuum, sicut teipsum*, pugnantia.[g] Porrò autem licet Hermogenianus hîc bella iurisgentium esse dicat: Plinius tamen author est, † Gamphasantes Gamphasantes. 3 (Aethiopiæ populus est) pręliorum omnium expertes esse, nullíque externo congregari.[h]

a § ius autem. Instit. de iur. natur.
b c. iustum. & c. seq. 23. q. ij.
c Liuius lib. 9.
d Polib. li. iiij.
e Aristotel. 5. Polit. cap. iiij. Thucidides li. j.
f c. nolit. c. quid culpatur. 23. q. j.
g Matth. 22.
h Plinius lib. 5. nat. hist. c. 8.

b *Discretæ gentes*) Hoc est nationes, quæ certis finibus iuregentium inter se distingui, disterminaríq; cœperunt: aliúsque Gallus ab Italo: Hispanus à Gallo: Gallus à Germano: & sic de cæteris, dici.

Regnū. Rex. 4 c *Regna condita*) † Regna propriè dicuntur regiones illæ simul iunctæ quæ ab vno principe supremum imperium habente, possidentur, qui à regendo, rex ipse dicitur.[i] Fuerunt autem necessitate rerum postulante Reges olim consensu populi creari, & assumpti, vt haberent homines moderatorem certum, per quem reipublicæ commodissimè consuleretur, & ipsi iustitia Medi primi regē creant. fruerentur.[k] Medos Herodotus refert, sibi primum regem constituisse: vt eorū ditio, bonis legibus administraretur, & ipsi ad sua quisque opera diuer-

i Cic. l. iij. de finib.
k Cic. lib. ij. offi. xi. l. j. ff. de rer. diuis.

tentes,nuſquam ſceleratorum impunitate violarentur:[l] vt belliſſimè,licet à Tarquinijs tyrãnis,dictũ ſit,Regnum eſſe rem,inter deos hominéſque pulcherrimam.[m] Et ſanè reges dij terreni eſſe creduntur,qui ab exili principio orti paulatim ad excelſæ maieſtatis faſtigiũ creuerint,emicuerintve.neq; verò olim vt hodie,ad principátũ progenie ferebãtur regna:ſed ad eos qui plurimũ de hominũ vita meriti erãt,ſiue ob cõmunẽ vtilitatẽ,inquit Diod.creãte ſibi reges populo,ſiue quod ita in ſacris libris cõtineretur:[n] qua de cauſa, vt idẽ ait,ſuos reges Ægyptij ſũmo honore vt deos obſeruãt. Nã neq; abſq; diuino numine,illos tãtũ imperiũ credũt aſſecutos:& optimè de mortalibus meritos propter res egregiè geſtas,diuinæ naturæ paticipes arbitrantur.[o]

l Herodotus li.ij. Cic.ij.offi. m Liuius li.ij. n Diodor. Sicul. li. rer. antiq.ij.c.j. o Diod. li.ij.c. iiij. in fin.

Regnum res omniũ pulcherrima

d *Dominia diſtincta*) Primario illo naturæ iure omnia inter homines cõmunia erãt:nec quiſquam hoc tuum,hoc meum,dicere poterat. Poſteà † verò 5 cœperũt homines,diſcretis finibus,rerum dominia diſtinguere:non magnarũ tãne,ſed etiã neceſſitate,vt ciuilis ſcilicet hominũ ſocietas trãquillè foueretur,nullæq; ſuborirẽtur diſcordiæ quas cõmunionis materia ſolet excitare.[p] tũ vt propenſior vnuſquiſq; circa culturã agrorũ,redderetur:ſiquidem plerũq; ſoleat negligi,quod cõmuniter poſſidetur,[q] tum etiam vt cętera hominũ negotia diſtributis in hunc modũ rebus certiore ordine tractarentur.[r]

Dominiorũ diſtinctio.

e *Agris termini poſiti*) vbi rerũ dominia diſterminari cœpta ſunt, certos quoque lapides,tanquam finium terminos,ſuis poſſeſſionibus homines poſuêre quo propriè circunſcriberentur:† eorúmque terminorum, vel auulſorũ vel 6 prolatorum pœnam Iuriſconſulti propè capitalem fecerunt.[s] Quinimò Pompilius Numa poſteaquàm iuſſiſſet vnumquẽque circunſcribere fundos ſuos, finibus lapides apponere, lapides ipſos Ioui terminali ita ſacrauit,vt eum † qui terminum exaraſſet,mutaſſet,aut protuliſſet,ſacrum eſſe,lege Dei ſta- 7 tuerit vt ſcilicet volenti eum occidere,ſecuritas adeſſet,[t] vnde etiam verſus ex antiquis legibus.

p l.cũ pater.§. dulciſſimis. ff. de leg.ij. q l.ij.C. quãd. & quib.quart. pars.li.10. r c.cùm ſingula. de preb. in 6.c.j. 89. diſtinct. s l.j.ij.& iiij.ff. de termi.moto. t Halicarnaſſ. lib.ij.

Termini moti pœna. Sacer homo.

Qui ſecus faxit,& terminum exaraſſit:
Ipſus & boues ſacri ſunto.

A terendo autem,ſignum illud quod agrum ab agro ſeparat, terminum dictum eſſe,quòd hæ finium partes,maximè terantur, nemini non cognitum puto.Inde † lapis terminalis termini quippè primum lapidei conſtituti ſunt. 8 nam lapis aut ſtipes ad finium diſcretionem defodiebatur, ita vt ſuprà terram extaret quem vt Deum, & coronis & victimis venerabantur, vnde Tibullus.

Terminus. Lapis terminalis.

Nam veneror,ſeu ſtipes habet defoſſus in agro
Seu vetus in triuijs,florida ſerta lapis.

Et † termin⁹ Deus,in cuius tutela fines agrorũ poſiti credebantur,ac proinde 9 ſacra ei fieri ſolita x.calend.Martij, id eſt, xx. Febru. quæ Terminalia dicta ſunt. Sed audiamus de hoc Deo Termino poetam.[u]

u Ouid.libr.ij. Faſto.

Termin⁹ Deus. Terminalia ſacra.

Tu populos vrbéſque,& regna ingentia finis:
Omnis erit ſine te litigioſus ager.
Nulla tibi ambitio,nullo corrumperis auro:
Legitima ſeruas,credita rura fide.
Nec tu vicino,quicquam concede roganti:
Ne videare hominem,præpoſuiſſe Ioui.
Et ſeu vomeribus,ſeu tu pulſabere raſtris,
Clamato tuus eſt,hic ager,ille tuus.

f *Ædificia collata*) Principio beluarum more diſperſi homines per agros huc atque illuc vagabantur.[x] † Deinde cõuentus hominum ad vitæ ſocietatẽ, & 10 vt beluis, quas principio vehementer infenſas habuerunt, reſiſterent, fieri cœperunt:qui vt cõmodius in vnum coirent,domus & domicilia cõiungi,ac

x Cicer.pro Sextio.

Ædificiorũ ratio.

ædificia

Ciuitas.

11 ædificia conferri, cœpta sunt, †quæ posteà ciuitates appellatę fuere,[y] Beluas inquit Diodorus, insuper hominibus fuisse infensas: quibus vt obsisterent cœtus hominum ob timorem factos aiunt, communis vtilitatis gratia, auxiliáque inuicem præbita, & loca habitaculis quęsita:[z] vt perperam mihi videatur hũc locum, *Haloander* emendasse, non *collata*, sed *collocata*, legendum censens.

Cõmerciavolũtaria & inuoluntaria.

12 g *Commercium*) †Hoc est contrahendi vsus & facultas ab ijs, qui merces vltro citróque conuehunt, à con, enim & merces, commercium dictum est, quasi mercium commutatio: quæ ad ciuilem hominum societatem souendam apprimè necessaria fuit, vt pro rerum ac temporum necessitate vtilia inutilibus permutarent.[a] Quo satis intelligimus, nos hîc agere, de Commercijs voluntarijs: quorum videlicet principium in arbitrio nostro positum est: vt emptio, locatio, mutuum, depositum, & id genus cætera, non item de ijs, quæ inuoluntaria Philosophi vocant: quorum alia clandestina sunt, vt furtũ, incestus, veneficium, & falsum testimonium: alia violenta, vt verberatio, mors, Rapina, & conuitium.[b]

Emptionis verbo permutatio cõtinetur

h *Emptiones*) Quo verbo, permutationem contineri non dubito: [c]quę multis ante seculis, longéque fœlicioribus in vsu fuit.[d]

Obligatio pro cõtractu.

13 i *Obligationes institutæ*) Id est. contractus: nec nouum, †obligationis verbo in iure ciuili contractum exprimi.[e] Fuerunt autem contractus penè omnes, vti Iustinianus ait, hoc iure gentium introducti, [f] ij nimirùm, quos homines iudicarunt ad fomentum humani conuictus necessarios: [g]vt emptio, locatio, societas, commodatum, depositum, & id genus alia: [h]quos ideò nationes omnes, ad commerciorum vsum comprobarunt, tantáque donarunt authoritate, vt satis ex se virium, & obligationis haberent ad cogendum eos qui fidem seruare nollent.[i] Obligationes autem vel ciuili lege vel prætoria institutæ

Obligationes quæ iurisgẽtium.

14 sunt.[k] †Solæq; naturales (quæ tamen significãter obligationis nomen retinere nequeunt,) [l]iurisgentium existimantur.[m]

Cõtract' qui iuris ciuils.

15 lz *Exceptis quibusdam*) vt puta stipulatione: [n]†quæ cùm præscriptam habeat quandam verborum formulam ciuili lege inditam: [o] iuris ciuilis, & meritò existimatur: [p]licet propter consensum hoc contractu, vt in cæteris necessarium. [q]quandoque dicatur iurisgentium, [r] Literarum item obligatio, (licet nulla eius mentio apud Iurisconsultos) à iure ciuili ducit originem. [s]sicuti etiam proptea nuptias donatio, seu sponsalitia largitas, [t] quæ nec veteribus quidem Iureconsultis) à iure ciuili ducit originem. [u]sicuti etiam propter nuptias donatio, (seu sponsalitia largitas,[x] quæ nec veteribus quidem Iureconsultis cognita fuit, tantùm abest vt gentium lege sit introducta.[y] Emphyteusim denique his conuentionibus plerique omnes annumerant, quæ iure ciuili sunt institutæ.[z] cęterùm contra veri fidem, vt alibi probaui.[a]

y Cice. de somno Scipionis, & pro Sestio.
z Diodo. lib. j. rer. antiquar.
a l. j. ff. de contrah. emptio.
b Aristot. 5. ethic. ca. ij. in fi.
c l. Statuliberi. §. vlt. ff. de statu lib.
d l. j. ff. de contrah. empti.
e l. cẽtũ. ff. de eo quod cert. loc. l. Labeo. ff. de ver. sig.
f §. ius aũt Instit. de iure natur.
g l. iurisgentiũ. in prin. de pact.
h l. j. ff. de contra. emp. d. l. iurisg.
i d. l. iurisgẽtiũ.
k § omniũ. Instit. de obli.
l l. fideius. §. fideius. ff. de fideius.
m l. Stichũ. §. naturalis. ff. de solut.
n l. ea qua. ff. de acquir. rer. do. §. de cõstituta. de act.
o l. 5. stipulatio. ff. de verb. obli.
p d. l. ea qua. d. §. de cõstituta.
q l. j. §. pe. ff. de pac.
r l. an inutilis. §. pe. ff. de acce.
s §. j. Instit. de literar. obl.
t §. j. vt spõs. largi. in authent.
u §. est & aliud Instit. de don.
x l. j. C. de iur. emph.
y l. j. Miscel. c. 21 & in rub. C. de iur. emphy.

L. VI. IVS CIVILE.

Vlpianus lib. 1. institutionum.

Ius ciuile est, [a]quod neque in totum à naturali vel gentium[b] recedit,[c] nec per omnia ei seruit.[d] Itaque cùm aliquid addimus vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est ciuile, efficimus.[e] Hoc igitur ius nostrum[f] constat[g] aut ex scripto, [h]aut sine scripto, [i]vt apud Græcos, τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι.[k]

SVMMÆ.

1 *Ius ciuile quid.*
2 *Naturale ius, & gentium.*
3 *Violatio iurisgentium idem.*
4 *Ius commune.*
5 *Speciei ex genere deductio.*
6 *Athenienses scriptis legibus vtebantur.*
7 *Consuetudines in ius redacta.*
8 *Aequitas.*
9 *Lacedemonij, moribus vsi.*
10 *Legati Romanorum ad Græcos.*

IVs ciuile est) Diffinito iure naturali & gentium, pergit nunc legislator dif-
finitionibus Ciuile †ius explicare: quarum vnam hîc inserit, alteram mox
subiecturus.[a] 1

Ius ciuile.

b *Naturali vel gentium*) Ijs verbis †ius duntaxat gentium significatur, quod
cùm naturali ratione inter homines sit constitutum, [b] ius naturale fre- 2
quenter dicitur.[c] Et quia omnibus hominibus commune est, [d] ab Vlpiano,†
ius commune hîc nuncupatur. 3

Ius naturale & gentium. Ius commune.

c *Recedit*) Ideò ius ciuile dicitur à naturali non recedere, quia ab eo rectitu-
dinem mutuatur. Nam & si penitùs à naturali ratione recederet, iā non ius,
non lex esset: sed belluina quædam traditio.

d *Seruit*) [e] Quia addendo, vel detrahendo in suos vsus transfert: coguntur 4
autem homines plerunque necessitatibus humanis adacti, quædam statue-
re, quibus aliquantisper ius vel naturæ vel gentium imminuetur: ita tamen vt
nec quod constitutum est, illi prorsus repugnet, neque penitùs seruiat. Nam
si à naturali, seu gentium omninò recederet, & ita rectæ rationi naturæ con
tradiceret. non lex esset, sed brutalis (sicuti dixi) & portentosa quædam san-
ctio. si verò per omnia ei seruiret, nihil vel addito, vel detracto, iam non es-
set noua iuris species, sed eadem potius, nimirùm naturalis vel gentium,[e] vt
ecce, natura pater filium alere tenetur. [f] Ius ciuile addit, pro modo faculta-
tum, & nisi filius aliunde victum commodè sibi quærere possit.[g] Rursus natu
ra vult neminem cum alterius iactura fieri locupletem: [h] adiicit lex ciuilis,
nisi bono publico id fiat, veluti ne rerum dominia maneant in incerto.[i] De-
nique naturæ iure constitutum, vt ei rem restituamus qui nobis illam credi
dit: [k] hoc ius nostrum, ita accipit, nisi alterius petitio iustior appareat: potius
namque (verbi causa) domino, quàm larroni, restituenda erit, [l] Hoc itaque
quod vel addunt, vel detrahunt legi naturæ ciuiles constitutiones, efficit, vt
iam non possit amplius ius naturæ dici, sed ciuile cēseatur[m] quemadmodum
subijcit Vlpianus.

Alimēta filio quādo debeātur.
Locuples cum alterius iactura.

e *Effitimus*) Hinc †cognosce, quomodò formentur ex genere species, nimi 5
rùm cùm generi qualitas adiicitur, [n] quam Dialectici, specificam differen-
tiam vocant.

Speciei ex genere deductio

f *Ius nostrum*) Quo vtimur. [o]

g *Constat*) Id est conflatum, & compositum est.

h *Ex scripto*) Hanc quoque iuris diuisionem, in scriptum & non scriptum,
tractauerat antè Philosophus.[p] Scripti autem partes Papinianus quinque fe-
cit: Legem, Plebiscitum, Senatusconsultum, Decreta principum, & responsa
prudentum.[q] quibus adiecit Iustinianus prætorium ius:[r] sed de ijs suo loco.† 6
Scriptis porrò legibus Athenienses quondam vsi sunt: quanuis & ipsi, mores
quosdam habuerint.

Athenienses scripto iure vtebātur

i *Sine scripto*) Pleræque enim †consuetudines, moribus Romanorum rece- 7
ptæ, posteà in ciuile ius nostrum ingestæ sunt: veluti ne consistat inter con-
iuges donatio.[s] vt prodigo bonorum suorum administratione interdicatur,[t]
vt liberis impuberibus substitui possit.[u] ne pupillus sine tutore obligetur, [x] &
ijs similia, quæ ab initio sine lege, vetustas, & vsus comprobauit: [y] Ius, inquit
Cicero, esse putatur, quod omnium voluntate sine lege veteres hominum
mores comprobarunt.[z] Eodémque loco res iudicatas, & æquitatem, huic nō
scripto iuri subijcit, iudicatum, quod videlicet summorum magistratuum,
& iudicum sententijs constitutum est, ad exemplum reliquorum iudicio-
rum,[a] & †æquitatem quæ nullo scripro circunscribi aut diffiniri potest, sed va 8
riè sumitur pro occurrentibus rerum circunstantijs [b] Sanè verò non scri-
ptis tantùm legibus, hoc est solis moribus per manus à maioribus acceptis
Lacedæmones †olim vtebantur. nam & id Lycurgus lege lata constituerat.[c] 9
Eóque factum, (quemadmodum M. Cicer. scribit,) vt trecentos amplius an-
nos, vnis moribus, & nunquam scriptis, sed nec mutatis legibus Lacedæmo-
nij vixisse ferantur,[d] neque ratione hac in re caruerunt, quippè existimabāt,
eruditos

Consuetudines in ius redactæ.
Res iudicata.
Aequitas
Lacedæmones moribus vsi.

a in c. sequen.
b l. omnes populi. ff. hoc tit. §. quid verò. Instit. de iure natur.
c l. j. & tot. tit. ff. de rer. diuis. l. pe. hoc tit. §. singulorū Instit. rer. diuis.
d l. j. §. vlt. hoc tit.
e l. j. §. cùm adycitur. ff. de verbor. oblig.
f l. j. §. pe. hoc ti.
g l. si quis à liberis. §. j. ff. de lib. agno.
h l. nam hoc natura. ff. de cond. inde.
i l. j. ff. de vsuca.
k l. j. ff. de con stit. pecun.
l l. bona fides. ff. deposi.
m d. §. cùm adycitur.
n gl. c. statutū. de elect. in 6.
o §. constat. Inst. de iure natur.
p Arist. 8. Ethico. c. 13.
q l. ius autē. §. j. hoc tit.
r d. §. constat.
s l. j. ff. de don. inter vir. & vxor.
t l. j. ff. de cur. furi. s.
u l. j. ff. de vulg.
x l. nire. ff. de acq. here.
y §. ex nō scripto. Instit. de iur. natur.
z Cice li. 2. de inuentio.
a l. nemo. C. de sen. omn. iudi.
b l. de acce ssionibus. ff. de diuer. & tempor. præsc.
c Plutarch. in Romulo.
d Cic. pro L. Flacc.

eruditos honestè ciues, rectèque educatos, & institutos, quid pro ratione temporis expediat, probare posse, putantes, quando pro rerum ac temporum varietate, constitutiones hominum oporteat, plerunque mutari.[e] Romani verò simul scripto iure & non scripto vsi sunt, celeberrimas illas duas Græciæ ciuitates, Athenas videlicet & Lacedæmonia reipublicæ suæ, quàm optimè moderandæ, quasi archetypum proponentes, ex quarum altera leges scriptas, ex altera mores, † per Sp. Posthumum album, Aulum Manilium, & Pupli. Sulpitium Camerinū sunt mutuati,[f] quo vel maximò nomine summus ille Pericles, primus cum Sophocle collega Atheniensis princeps, suos Athenienses laudare solitus erat, quòd alijs populis leges præscripsisse viderentur, quas tamen ipsi, aliundè non receperant.[g].

Romani & morib. & scripto iure vsi.

Romanorū ad Græcos legati.

e ca. nō debet. de consan. & affini.

f Liuius li. 19.

g Thucidides lib. ij

lz ἄγραφοι) Hunc locum mutilatum conrendit, magnus ille noster Budæus, adscribendo censens: ex Aristotele hæc verba, τὸ μὲν ἄγραφος τὸ δὲ νομικόν.[h] quæ tamen eodem recidere videntur.

h Aristo. 8. ethic.

L. VII IVS AVTEM.

Papinianus lib. 2. Definitionum.

Ius autem[a] ciuile est, quod ex legibus,[b] plebiscitis,[c] senatusconsultis,[d] decretis principum,[e] authoritate prudentum[f] venit. Ius prætorium est,[g] quod prætores introduxerunt adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis[h] gratia, propter vtilitatem publicam,[i] quod & honorariū dicitur,[k] ad honorem prętorum sic nuncupatum.

SVMMÆ.

1 *Ius ciuile.*
2 *Lex quid.*
3 *Legis ferendæ mos.*
4 *Promulgatio legis.*
5 *Legis abrogandæ solemnia.*
6 *Plebiscitum.*
7 *Sciscere.*
8 *Hortensia lex.*
9 *Senatus authoritas.*
10 *Iurisconsulti munus.*
11 *Responsa prudentum.*
12 *Prætoris p testas.*
13 *Honorarium ius.*
14 *Honorariæ actiones.*

1 IVS *Autem*) Altera definitione pergit Papinianus, † quid sit Ciuile ius explicare: non quidem otiosè, cùm hęc omnes iuris partes complectatur, quod superiore non præstiterat legislator.[a] Sed fortè tumultuabitur quispiam hîc, quòd scriptum ius non comprehendat hæc finitio: vt perfectior videatur illa Ciceronis, ius ciuile Romanorum finiens esse quod ex legibus, senatuscōsultis, rebus iudicatis, iurisperitorum authoritate, edictis magistratuum, more æquitate consistat.[b]

Ius Ciuile.

a l. praecedenti.

b Cicer. in Topi.

b *Legibus*) Quamuis quicquid iurè nostro ciuili scriptum est, vno legis ver-
2 bo comprehendatur:[c] † solenius enim legem dicere, quę scripto sancit, quod vult, aut iubendo, aut vetando.[d] idque vel ipsa legis diffinitio palàm facit.[e] Strictiore tamen significatione, lex à cæteris iuris partibus distincta, ea duntaxat dicitur, quam populus Romanus, rogante consule, comitiis Centuriatis constituit.[f] Vnde Boetius, lex est, inquit, quam populus Centuriatis comitiis sciuerit.[g] Et Atteius Capito legem dixit esse generale iussum populi vel
3 plebis, rogante magistratu.[h] † Cuius ferendæ veterem morem, ex M. Cicerone hunc fuisse constat.[i] Námque Consul aut alius senatorius magistratus senatum adibat, rogationísque suæ sententiam exponebat,[k] vt authore senatu rogatio procederet. (neque enim ad populū spreto patrū consilio, lex ferri poterat:[l]) deinde tributis aut cēturiatis cōitiis populū rogabat, *Vellet, iuberet, eā legē ferri*. ad quem modū † Lex rogata, pro rostris trinundino promulgaba-
4 tur, id est scripta publicè populo proponebatur: vt eam cognitam futuris comitiis, vel comprobaret, vel reiiceret. Quod si placuisset, nec intercessissent

Lex quid.

Legis ferendæ mos.

Legis promulgatio.

c l. j & ij. ff. de legib. Gell. lib. 10. c. 20.

d c. lex. j. dist. Cic. j. de legib.

e d. l. j. & ij.

f §. lex Insti. de iur. nat. ca. lex. cū seq. j. distin.

g Boeti. in Topi. Cice.

h Gel. li. 10. c. 20.

i Cic. pro Flac.

k d. §. lex.

l e Appia h. j. de bello ciuil.

Tribuni plebis, (quibus priusquàm lex ferretur, ne per vim aut factionem ferri eam contingeret, intercedere licuit:) in æs incisæ deferebantur in ærarium conseruandæ. †Eadémque propemodùm in abrogandis legibus solemnia fuerunt: vt enim in ferenda lege populus rogabatur: *Vellet eam legem ferri*: ita in ea tollenda contra rogabatur, *vellet eam abrogari*.

c *Plebiscitis*) †plebiscitum propriè dicitur, lex illa, quam plebs (hoc est mul- 6
titudo illa populi, præter patritios, & senatores[m] magistratu suo tribuno interrogante statuebat:[n] sic dicta quasi plebis scitum, id est, statutum, & confir
matum. †Est enim sciscire, idem quod sancire, & statuere.[o] Dutius etiam, (in 7
quit Cicero) Athenienses sciuerunt vt Æginetis qui classe valebãt, pollices præciderentur.[p] Et alibi creatio magistratuũ, iudicia, populi iussa, vetita cùm sciscerentur suffragia optimatibus nota, plebi libera sunto.[q] Ad hoc quoque, Plautinus ille Curculio.[r]

Rogitationes plurimas, propter vos populus sciuit:
Quas vos rogatas rumpitis: aliquam reperitis rimam,
Quasi aquam feruentem, frigidam esse, ita vos putatis leges.

Plebiscitorum autem formulam, ex Liuio talem fuisse deprehẽdimus. Nam cùm emergens negotium Tribunus plebi proponeret, subiiciebat. *De iis rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites.* tùmque plebs, vt decreuerat, respondebat, *Sic. vel sic, volumus, iubemusque.* L. Attilius Tribunus plebis, (inquit Liuius) ex authoritate senatus plebem in hæc verba rogauit. Omnes Campani, Atellani, Calatini, Salatini, qui se dediderunt, agrum vrbémque diuina humanáque, vtensiliáque siue quid aliud dediderunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites: plebs sic iussit, quod Senatus maxima pars censeat, qui assidens id volumus, iubemúsque.[s] His porrò plebiscitis, Patritij, quõ
dam non tenebantur, †donec L. Hortensius dictator, rogata lege eandem 8
ipsis quam legibus authoritatem esse voluit.[t] Idipsum tamen Liuius ad L. Valerium & M. Horatium Coss. refert.[u] Omnium primum (inquit) cùm veluti in iure controuerso esset, tenerentúrne patres plebiscitis: legem Centuriatis comitiis tulêre: vt quod Tribunus plebis iussisset, populus teneret. vt cunque sit, satis constat vim legis omnem plebiscitis concessam, atque adeò, vt legis nomine plebiscita plerunque donari legamus: vt in lege Oppia, Orchia, Aquilia, Falcidia, Attilia, & aliis id genus videre est. vnde M. Cicer. legem, inquit, Tribunus plebis tulit, ne auspitiis obtemperaretur, ne obnuntiare concilio aut comitiis, ne intercedere lege liceret, vt lex Aelia & Fusia non valerent.[x] Qua denique ratione puto, eundem Ciceronem, cùm ciuilis iuris partes enumerat,[y] plebiscitorum non meminisse, quòd ea scilicet pro legibus habuerit.

d *Senatusconsultis*) Ius legis sanciendæ non habuit olim Senatus: sed omnis e-
iusce rei potestas, apud populum fuit. †Procedente tamen tempore fecit dif 9
ficultatẽ conuocandi populi numerosioris, quã vt in vnum posset facilè cõgregari, vt Senatui iuris condendi tribueretur authoritas.[z] ea potestate sibi primum à populo Romano concessa.[a] Quod ius, quia à Senatu sancitum, Senatusconsultum dictum est.[b] Postmodum verò sub Cæsaribus fuit adinodũ diminuta Senatus authoritas, solíque principi iura condere concessum:[c] quamuis legis vires senatusconsultis semper conseruatę sint:[d] vt scilicet, non minori difficultate quàm leges ipsæ conuellerentur, nec ab iis magis quàm à principe, prouocare fas esset.[e] Senatusconsulta porrò, vel per rogationem, vel per discessionem fiebant: quorum formulam, tametsi non obscurum sit, tum ex Cicerone,[f] tum ex Vlpiani verbis,[g] deprehendere, nos tamen opportuniore loco rem ipsa explicatiùs attingemus.[h]

e *Decretis principum*) Post translatum iu principem populi Romani beneficio, summum imperij ius, quod principi placuit, cœpit vim legis habere.[i] fuerúntque hæc Cæsarum placita constitutiones, vel decreta principum nuncupata.[k] quibus multa loco magis idoneo.[l]

Tribunorũ authoritas. Abrogãdæ legis mos.

Plebiscitum.

Sciscere.

Plebisciti formula.

Hortẽsia lex.

Senatusconsultũ

Cęsarum placita.

m l. plebs. ff. de verb. signifi.
n §. plebiscitũ. Inst. de iur. na.
Gel. vbi. s.
o l. quires. §. vl. ff. de solutio.
p Cic. li. ij. offi.
q Ci. li. 2. de le.
r Plaut. in Curculione.
s Liui. lib. 26.
t l. ij. §. deinde cũ esset & ibi dicã. ff. de orig. iur.
v Liui. lib. iij.
x Cic. post reditum.
y Cice. in Top.
z l. non ambigitur. ff. de legib.
a l. ij. §. deinde cũ esset. vbi di eam ff. de orig. iur.
b §. senatuscon. Inst. de iur. na.
d. §. deinde.
c l. vlt. C. de legib.
d l. vni. C. de senatusconsul.
e l. j. §. sciendũ. ff. à quib. app. non lic.
f Cicer. iij. & 9. Philip.
g l. itẽ veniũt. §. pridie. ff. de petitio. hered.
h in rub. ff. de senato. & in d. §. deinde.
i l. j. ff. de const. prin. §. sed quod prin. inst. de iu. natur.
k d. l. j. d. §. sed quod princip.
l hic. d. l. j.

Authoritate

f *Authoritate prudentum*) Cùm non possent tam disertè, & explicatè legibus, plebiscitis, aut senatusconsultis omnia tradi, quin superessent adhuc multa, quæ prudentum Iurisconsultorum interpretationem desiderarent: maximè necessaria fuit prudentum authoritas. Itaque

Iurisconsulti munus. 10 † interpretabantur olim Iurisconsulti quæ circa leges, Plebiscita, Senatusconsulta, Constitutiones principum, & Edicta prætorum emergebant dubia. Iurisperitorum authoritas est (inquit Boetius) eorum qui ex xij. tabul. vel ex edictis magistratuum ius ciuile interpretati sunt, probatæ ciuium iudiciis, creditæque sententiæ,[m] secundum quas tametsi ius in foro plerunque diceretur: legis tamen perpetuæ vim, & authoritatem, non habebant, fásque fuit iudici ab iis (vt à Causidicorum nostrorum hodie consultationibus) liberè recedere.

Respōsa prudentū 11 † Enimuerò Augustus postmodum constituit, vt ex eius authoritate prudentes responderent:[n] verùm non ideò illorum responsis data est à principe legum vis & potestas: sed quò maior iuris haberetur authoritas, noluit princeps passim omnibus permitti de iure respondere: sed selectis duntaxat & probatis, quorum sententiæ quædam progressu temporis, ita receptæ fuerunt, & longo vsu confirmatæ, vt in iuris ciuilis corpus tandem redactæ sint, & appellatæ responsa prudentum.[o]

Prætoriū ius. 12 g *Ius prætorium.*) † Prætor iuri dicundo præpositus statim, inito magistratu, vt se præmunirent ciues, de variis negotiis edicta proponebat, secundum quę toto anno ius diceret.[p] & quod iis Prætorum edictis constitutum erat, ius prætorium est appellatū: quibus si quid in iure non satis cautū esset, supplebat, abrogabat, mutabat, nouabat, emēdabat.[q] vt pote cui data erat oīs publici priuatíque iuris potestas.[r] Quæ tamē sub principibus (qui sibi facultatem condendæ legis peculiariter reseruarunt[s]) adeô vsque fuit comminuta, vt si de re quapiam Prætores dubitarent, opportuerit eos cæterorum exemplo magistratuum ad principes referre.[t] Sed nec principio ad prætorem tàm pertinebat ius condere, quàm conditum tueri: cùm iuris ciuilis custos duntaxat & disceptator constitutus esset.[u] Et Romæ creatus primū fuerit, vt cōsuli bellis occupato, veluti succenturiaretur in iure dicundo.[x] Quę omnia alibi commodiùs.

h *Corrigendi iuris ciuilis.*) Prætor suis edictis ius ciuile aliquando iuuabat: vt cùm scriptis hæredibus bonorum possess. secundum tabulas decreuit:[y] nonnunquàm supplebat, quod in verbis legis desiderabatur (hoc enim propriè

Supplere. supplere est, quod videlicet in verbis deest ex sententia replere[z]) vt cùm actionem vtilem dabat, quo casu nulla erat actio iure ciuili prodita, & tamē æquum erat actionem dari[a] Interdum emendabat, & corrigebat: vt cùm liberis emancipatis ab intestato,[b] & alienis posthumis institutis,[c] contra duritiem veteris legis bonorum possessionem dedit.

i *Vtilitatem publicam.*) Interest quippè reipublicæ pro rerum, occasionúmq; varietate statuta quoque legum variari.[d]

Honorarium ius. 13 lz *Honorarium dicitur.*) † Prętorium ius ab honore Prætorum Papinianus hîc Honorarium dictum autumat. quia videlicet ad honorem Prætoris venisset,[e] hoc est, vt interpretor ego, quod in prætoris honorem, vt vim legis haberet, receptum sit. Aliter tamen Iustinianus. Quoniam (inquit) qui honores gerunt, id est magistratus, authoritatem huic iuri dederint.[f] Alij ab honore, quia regiis insignibus & apparatu fermè consulari prętores suprà cæteros iudices fungerentur: velut per antonomasiam ius prætoriū appellatū volunt.[g]

Honorariæ actiones. 14 † Hincque patet, cur prætoriæ actiones in iure quoque Honorarię dicātur.[h] Sed de iis opportuniùs alibi.[i]

L. VIII. NAM ET IPSVM.

Martianus lib. 1. institutionum.

Nam & ipsum ius honorarium[a] viua vox[b] est iuris ciuilis.[c]

m Boet. in Topic. Ciceronis.
n l. ij. §. & vt obiter. in. de ori. iur. vbi dixi.
o §. respōsa. inst. de iur. nat.
p l. ij. §. eod. tēpore. inf. de ori. iur.
q §. prætor. inst. de iu. n. a. & hic.
r l. iusiu lib. §. fl. vl. C. de legi.
s l. verū. §. ex facto ff. de mino. l. j. ff. de vēt. insp.
v Cice. li. iij. de legib.
x l. ij. §. deinde cū placuisset vbi dicam. ff. de orig. iur.
y §. j. in fi. inst. de bon. pos.
z l. Gal. §. ēt. ff. de lib. & post.
a l. quia actionum. ff. de prascrip. ver.
b §. emancipatis inst. de here. quæ ab in test.
c d §. i. de bon. poss.
d c. non debet. de consang. & affi.
e l. ij. §. eodem tempore. ff. de orig. iur.
f §. pretoriū. inst. de iu. nat.
g Fenestel. de magist. Ro. c. 19
h l. ij. ff. nau. cau. l. pœnales. ff. ad L. Falcid.
i in d. §. eod. tēpore.

SVMMÆ.

1 *Vox.* 3 *Edicta prætorum annua.*
2 *Magistratus lex loquens.* 4 *Edictum perpetuum.*

a HOnorarium.) Id est prætorium ratione quam prædixi.
b Viua vox.) Est hic allegoria.† Cum enim vox significet sonum, qui ab 1 Vox.
animalis ore emittitur: non potest iur.s, vt nec alterius cuiusuis inanimatæ
rei vox, nisi per translationem dici. versatur autem in hoc allegoria: quia si-
cut per voces, & verba nostram mentem, & intentionem exprimimus: ita
per prætoriæ legis interpretationem, veram ciuilis legis sententiam hauri-
mus, & arripimus. Sic M. Cicero, legem cum omnibus, semper vna atque ea-
a Cice. lib. j. of. dem voce loqui, eadem figura dixit.[a] † Et alibi magistratum ait, legem esse 2 Magistratus lex loquens.
b Cice. lib. ij. de legib. loquentem, legem, autem mutū magistratum.[b] Nec dissimiliter Iustinianus,
principem scribit legem esse animatam in terris.[c]
c §. vl. de cōsul. col. iij. in auth. c *Iuris ciuilis.*) Edicta prætorum, vim dumtaxat annuæ legis habebant: cum 3 Prætorū edicta perpetua lex annua.
ipsóque magistratu finiebantur. Qui plurimum (inquit M. Cicero) tribue-
bant edicto Prætoris, non nisi legem annuam, esse fatebantur: cui finem ad-
ferebant calendæ Ianuariæ.[d] Quod cùm ambitiosis Prætoribus magnam pa-
d Cic. actio. ij. in Verr. tefaceret fenestram quiduis arbitratu suo decernendi & statuendi:† Corne 4 Edicta perpetua
lius Sylla Tribunus plebis legem tulit, vt nemine palam repugnante, inquit
Asconius, sic multis inuitis, vt ius ex edictis suis perpetuis dicerent præto-
e Ascon. Pedia. in oratio. pro Cornel. de maiesta. res,[e] quæ res multum authoritatis, & gratiæ sustulit ambitiosis Prætoribus,
qui ius anteà solebant variè dicere: eáque edicta diuersim sparsa, quæ videli-
cet perpetuatione digna visa sūt, Saluius Iulianus Adriano imperāte collegit,
& in ordinem ac veluti artē redegit.[f] tumq; cœpit ius ciuile cū prætorio in
f l. ij. §. sed quia dicitur. C. de vete. iu. enucleā. vnam consonantiam iungi[g], ipsúmque ius prætorium dici viua vox iuris
ciuilis.[h]
g l. ij. §. sed eum paulatim inst. de testa.
h vt hic.

L. IX OMNES.

Caius lib. I. Institutionum.

Omnes populi, qui legibus aut moribus[a] reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius ciuitatis proprium est, vocatúrque ius ciuile, [b] quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio [c] inter omnes homines [d] constituit, id apud omnes peræquè [e] custoditur : [f] vocatúrque ius gentium,[g] quasi quo iure omnes gentes vtantur.

SVMMÆ.

1 *Leges & mores opposita.* 4 *Ratio naturæ, vera lex.*
2 *Ius ciuile quid.* 5 *Peræquè.*
3 *Iurisconsultus.* 6 *Humanum ius.*

a LEgibus aut moribus) Vulgò *Legibus & moribus*, legitur: vtcunque sit, demō-
strant hæc verba, nos hic non agere de populis illis barbaris efferis, &
immanibus, qui cùm nullis certis moribus, nullísque patriis institutis regan-
tur: nihil profectò cum hoc iure gentium commune habent: sed hominibus,
a l. j. & ij. ff. de legi. j. Cic. li. de leg. qui rationis participes sunt, aliquámque conseruant suauitatem humanita-
tis.† Leges porrò, moribus hic opponit Caius, legis verbo significans, quod- 1 Leges & mores.
b l. de quib. cū [illegible] ij. ff. de legib. cunque scripto, vel iubendo, vel vetando, sancitum est.[a] per mores verò v-
sum tacito populi consensu receptum, non lege, non scripto, sed diuturna
hominum opinione, & consuetudine confirmatum.[b]

b *Ius*

Ius ciuile quid. b *Ius ciuile.*) Quod ideo M. Cicero definit, Aequitatem esse iis cõstitutã, qui
2 eiusdem sunt ciuitatis, ad res suas obtinendas, [c] & Aristoteles, † Ius ciuile (in- c Cice. in Top.
3 quit) est, quod in societate, & communione vitæ positum est. [d] † nec Iurisconsultus proinde dici meretur sicuti Cicero scribit, nisi qui legum, & consuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vtuntur, & ad agendum, & ad respondendum, & ad cauendum peritus sit. [e] (Iurisconsultus.) d Aristot. 5. Ethicorum c. 6. e Cic. ad Q. frat.

Ratio naturalis. 4 c *Naturalis ratio.*) † Hanc rationem naturæ M. Cicero legem cælestem dicit. [f] Et alibi, vera lex, inquit, est recta ratio, naturę congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando, à fraude deterreat. [g] f Cic. li. 2. de le. g Cice. li. 3. de repub.

Ius gentium. d *Inter omnes homines.*) Falluntur ergo qui ius gentium illud esse volunt, quo aliquæ tantùm gentes vterentur. Veluti licere filiis apud Persas matribus commisceri, non licere apud Græcos. [h] h Harmen. li. j.

Peræquè. 5 e *Peræque.*) [i] Pariter, eodem modo, & æqualiter. [i] Atque hoc peræquè (inquit Cicero) in omni agro Decumano reperietis. [k] Et alibi, Quod cũ peræquè omnes, tum acerbissimè Boetii, senserunt. [l] i l. j. ff. de iniqui. sin. sua. l. u. §. si sub eodiuse ff. de secund. tab. k Cic. 5. in Ver. l Cic. in Pison.

f *Custoditur.*) Sic Aristoteles, naturale ius est, inquit cuius vis idem apud omnes valet. [m] m Arist. 5. Ethi.

Humanũ ius. 6 g *Ius gentium.*) † Liuius humanum ius dicit quasi constitutio sit totius generis humani. [n] Ergo si lex municipii, furari prohibeat adiecta pœna, furti prohibitio iurisgentium est, quod ab eo omnes penè homines abhorreant: pœna verò, quæ propria est eius ciuitatis, Ciuilis erit. n Liu. in lib. 5.

L. X. IVSTITIA.

Vlpianus lib. 1. Regularum.

Iustitia [a] est constans, [b] & perpetua [c] voluntas [d] ius suum cuique tribuendi. [e] Iuris præcepta sunt hæc. [f] Honestè viuere, [g] Alterum non lædere, [h] Ius suum vnicuique tribuere. [i] Iurisprudentia [k] est diuinarum, [l] atque humanarum [m] rerum notitia: iusti atque iniusti [n] scientia. [o]

SVMMÆ.

1 *Iustitia vniuersalis.*
2 *Depositum quandoque non reddendum.*
3 *Manifestatus quilis.*
4 *Iustitia pictura.*
5 *Perpetuum.*
6 *Morbus perpetuus.*
7 *Iustitia fertur voluntate.*
8 *Iustitia, virtutum regina.*
9 *Affectus hominum, exitiosi.*
10 *Honestè viuere.*
11 *Suum quomodo cuique tribuendum.*
12 *Sapientia.*
13 *Encyclopedia.*

Iustitia vniuersalis & particularis. 1 a *Iustitia.*) † Nonnulla quidem vniuersalis quę cùm sit erga omnes leges obedientia, honestas omnes actiones complectitur: sed particularis, quæ certa propriáque virtutis species est, in suo cuique distribuendo consistens, siue id proportione Geometrica fiat, pro rerum videlicet, personatúmque meritis, & qualitate: vt in muneribus demandandis, & pœnis præmiisq́. decernẽdis: quę species iustitię, Distributiua dicitur: siue proportione Arithmetica, vt in commerciis & rerum permutationibus, quæ commutatiua iustitia nuncupatur. Sed de vtraque nos superiùs plura. [a] (Distributiua iustitia.) a in rub. huius titul.

b *Constans.*) Hoc est stabilis, & firma quædam affectio, suum cuique reddendi certo rationes iudicio formata. neque enim suum quandoque reddi ęquũ est, † nõ depositũ: [b] veluti latroni, vbi dominus intercedit: aut etiã ipsi domino furioso reposcenti. [c] Quod contra Simonidem, qui simpliciter dixerat iustum esse debitum vnicuique reddi. Cephalus apud Platonem elegãter disputat. [d] Constantem autem voluntatem rectè dixit Vlpianus. Vir nanque iustus & sapiens, vt M. Cicero scribit, sententiam mutauit nunquam [e]. † Vnde b Cic. lib. iiij. ad Herenn. c l. bona fides. ff. depos. d Plat. lib. j. de republic. e Cicer. pro Murena.

Depositũ quãdonõ restituendum. 2
3

magistratum, qui ius reddit, firmum esse oportet, immutabilem, & inexorabilem, vt neq; pecunia corrũpi neq; flagitiorum potẽtia neq. odio, grauiáve inflecti possit.[f] Quod pictoribus rhetoribúsque antiquioribus ansam præbuit, † iu- 4
stitiã vt pii gererẽt forma virginali, aspectu vehemẽti, & formidabili, luminib. oculorũ acribus, neq. humilis, neq. atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate: vt apud Gellium Chrysippus Stoicus scriptũ reliquit.[g] Est ergo Iustitia constatis animi affectio, suũm cuique tribuens, & hanc societatem coniunctionis humanæ munificè, & æquè tuens,[h] dũ vt suprà diximus, cum ratione, & pro dignitate cuiúsque tribuatur.[i]

c *Perpetua.*) † Hoc est continuata voluntas, & sine intermissione procedens: 5
quemadmodum cùm Cicero dixit, Constans, & perpetua defensio salutis meæ.[k] Et alibi, mea perpetua, inquit, & constans voluntas in rempublicam.[l] sic Latini quoque dicunt, perpetuam orationem, perpetuam historiam, & alia id genus: noster item Vlpianus,[m] & ante eum Cicero,[n] † perpetuum 6
morbum dixit, pro continuo, & non interuallato. Verùm enimuerò, cùm constantem, & continuatam sine intermissione voluntatem, Vlpianus in iustitia desideret:[o] septies autem in die cadat iustus:[p] humanæque res continuò fluctuent, & in perpetuo motu consistant.[q] Sunt qui hunc locum de diuina tãtùm iustitia accipi posse credant.[r] non satis intelligentes, Iustitiam à Iurisconsulto finiri in seipsa, & propria perfectáque eius specie: non vt particulariter homini exercenti inhæret, sed vt inesse oportet. Quemadmodum & in nuptiarum diffinitione, per eas iuris authores dixerunt indiuiduã vitę consuetudinem retineri:[s] cùm tamen multis modis contingat dirimi matrimonia.[t] Et prætor reddere ius dicitur, etiam cùm iniquè decernit: habita eius quod prætorem agere oportet ratione,[u] nec ideo minus putandum à Quintiliano probè definitum oratorem: vt sit vir bonus dicendi peritus: quod talis adhuc fortasse nullus extiterit.

d *Voluntas.*) † Hoc est affectio, & ardens propensio animi cupidè semper 7
volentis, & inclinati ad suum cuique tribuendum:[x] Videmus enim, inquit Philosophus, eam animi affectionem omnes iustitiam dicere, qua res iustas & facimus, & cupimus facere.[y] Voluntatem autem hoc est affectum animi, ideò dixit Vlpianus, quòd non alia sit virtus præter iustitiam, quæ mera puráque voluntate feratur. reliquæ siquidem aliundè mouentur, & quodam extrinsecorum affectuum, veluti calcar habent,[z] vt audaculè nimis irrideant nonnulli hanc Iustitiæ finitionem falsò arrepta huius dictionis voluntas occasione.[a] Quod ab aliis ante nos animaduersum non ignoro.[b]

e *Suum cuique tribuendi.*) Pro cuiusque tamen dignitate,[c] & cum rationis iudicio.[d] neque enim furenti, licet suum reposcat, depositum confestim reddi, æquum est.[e] proprium ergo Iustitiæ munus versatur in suo cuique distribuendo: vt fortitudinis in laboribus periculísque subeundis: temperantię in reiiciendis voluptatibus: & prudentiæ in bonorum, & malorũm, delectu.[f] † Ac proinde iustitiam dicimus, virtutem omnium excel- 8
lentissimam, cęterarúmque veluti dominam, & reginam virtutum.[g] quòd sola alienis bonis vltrò prospiciat, & ad alterius commoda continuò referatur.[f]

f *Sunt hæc.*) His tribus iuris præceptis, quæ ad diuinam illam regulam, *Alteri ne feceris, quod tibi fieri non uis*, referuntur, tota ciuilis philosophia continetur. Neque enim vlla lex est, vlláve ciuilis ratio, quę non hùc spectet: vt scilicet, vel honeste viuant homines, vel alterum non lædant, vel ius suum cuique tribuant quorum prius ad Deum, alterum ad proximum, postremũ ad nos ipsos refertur. Pie nanque, & sanctè cum Deo viuendum, ne quid vitij patremus: iustè cum proximo, ne vel in minimo eum offendamus: moderatè nobiscum, ne aliena appetamus. Vnde & tres illi † exitiales effectus, à 9
natu-

f Cice. pro Cecinna. g Gel. li. 14. c. iiij. h Plato libr. 9. de legib. Aristot. 4. & 5. Ethico. Cicer. ij. de inuentio. & iii. de natur. Deo. i Cicero iij. ad Herenn. d. l. bona fides. k Cic. post reditum. l Cicer. j. Philipp. m l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. sol. mat. n Cic. ad Atticum. o Vlpia. hîc. p Prou. 24. q §. vt autem in auth. de non alien. coll. ij. r Accur. & doct. hîc. s §. j. de pat. potesta. c. j. 27. quæstio. ii. t l. j. ff. de diu. u l. pen. §. j hoc titul. x Cicer. li. ij. de inuent. y Aristot. 5. Ethi. in prin. z Aristot. 5. Ethi. c. iij. a Rodolph. Agricola. lib. ij. de inuentio. dialect. b Alciat. lib. j. Parerg. c. 31. c Cicer. libr. iij. ad Heren. d l. bona fides. ff. depos. e Plat. j. de re pub. f Cicer. lib. j. offic. & 5. de finib. g §. j. in auth. vt omn. obe. iud. col. 5. Cicer. j. de nat. Deo & in of. h Aristot. 5. Ethic.

Magistratus constantia. Iustitiæ pictura. Iustitia quid. Perpetuũ. Morbus perpetu⁹. Iustitia quomodo hic finiatur. Nuptiarũ finitio. Orator quis. Iustitia tota in affectione iusti consistit. Agricola reprehenditur. Suum quomodo cuiq. tribuendum. Iustitia virtus omnium nobilissima. Tria iuris præcepta.

Libido, Ira, Cupiditas.

natura corrupta mortalibus tributi, nempè Libido, Ira & Cupiditas, quibus veluti tribus furiis, diu noctúque agitantur hominum mentes,[i] mirè coercētur & refrenantur. quippè compescitur Libido, si honestè viuitur. Ira coercetur, si nemo læditur. Cupiditas verò refrenatur, si cuique suum redditur, & distribuitur.[k]

i Lactantius li. 6. de vero cultu. k Valer. li. iiij. ca. vij.

Honestè quo modò viuatur.

10 g *Honestè viuere.*) Id est, †vt interpretatur Cicero,[l] cum virtute, vt ne quid
videlicet indecorè vitiosèque faciamus, [m] non tam quid summo iure nobis
liceat, plerunque recipientes, quàm quòd ex receptis ciuium, regionísque
moribus, sit honestum.[n] neque enim (verbi causa) concubinam hodie vir
iustus, iurísque sapiens ideò retinebit, quòd eam habere ciuilis lex permittat.[o]

l Cicer. lib. iij. de finib. m Cic. li. j. offi. n l. semper. ff. de ritu nup. l. non omne. ff. de reg. iur. o l. r. §. vl. l. iij. ff. de concubi.

h *Alterum non lædere.*) Iustitiæ partes sunt (inquit Cicero) non violare homines, verecundiæ fines non offendere. [p] Et sanè cùm cognationem quādam inter nos natura constituerit:[q] & nobis sit quædam cum cælestibus agnatio: [r] hominem homini nocere, & (quod Plautus dicebat) Lupum esse, [s] non modò nefas est, sed cum ipsa etiam natura pugnare videtur.

p Cic. li. i. offic. q l. vt vim. s. hoc titul. r Cice. lib. ij. de legib. s Plaut. in Asinaria.

Suú quādo & cui tribuēdú

i *Suum cuique tribuere.*) †Non quidem temerè, sed cum iudicio, sicuti dictum
11 est, & pro dignitate cuiusque.[u] Nam nec furenti suum, licet depositum, reddi
conuenit,[x] & si duobus non nihil præstandum est, potiùs ei tribuendum, cuius petitio iustior apparet. [y] Nam ex duobus æquis, quod æquius est, sequi oportet. [z]

t Cic. li. ij. offic. v Cic. iiij. ad Herenn. x Plat. j. de re pu. y l. Bona fides. ff. depos. z l. fi. fectus cō munis. §. quod verò. ff. de fur.

Iuris prudentia. Sapiētia.

12 Iuris prudentia.) Quam iuris studiosi, exequendæ iustitiæ gratia profitentur. ea inquam iurisprudentia, vera est, & non simulata philosophia.[a] hoc est
12 ingenuum sapientiæ studium.[b] †Sapientia verò diuinarum, & humanarum
rerum causarúmque quibus hæ res continentur, scientia[c] vt meritò dixerit
hoc loco Vlpianus, Iurisprudentiam, esse humanarum, diuinarúmque rerum notitiam, & ita omnium doctrinarum consensum concentúmque. [d] Indéque rectè dicere possumus per Iurisprudentiam, effici orbem illum do-

Enchyclopedia.

13 ctrinæ, quem Græci, †Encyclopediam vocant. Quod si verum est, qua fron-
te quæso possunt apparere Legulei isti, qui nec diuinarum, nec humanarum disciplinarum notitiam vllam habentes, imò verò ab omnibus bonis artibus abhorrentes, se nihilominus iurisperitorum titulo superbire non erubescunt? Porrò quid inter sapientiam & prudentiam intersit, alio loco exponimus.[e]

a l. j. §. j. hoc ti. b Cic. lib. ij. of. & iiij. Tuscul. c Cice. lib. ij. of. d Cic. lib. iij. de Orator. e l. j. ff. de legi.

l *Diuinarum.*) Hoc est sacrorum, in quibus nostrum ius partim consistere suprà dixit Vlpianus,[f] & quorum cognitio, vt olim apud collegium Pontificum fuit:[g] ita hodie cùm in Pandectis, tùm in Iustinianco Codice iuris studiosis, affatim proponitur.[h]

f l. j. §. j. hoc tit. g Linius lib. 3. h l. ij. §. omniū. ff. de orig. iur.

m *Humanarum.*) Prophanarum, & ciuilium: veluti commerciorum & contractuum.

n *Iusti atque iniusti.*) Iustitiæ nanque cultores boni & æqui notitiam profitētur, æquum ab iniquo, licitum ab illicito separantes.[i]

i l. j. in prin. hoc titul.

o *Scientia.*) Et ea quidem excellens, magníque facunda, dum non ad quæstum ea sordidè nimis abutamur. Sanctissima siquidem est, vt Vlpianus ait, iuris ciuilis sapientia, quæ numario affectu non est dehonestanda.[k]

k l. j. §. j. proinde ff. de var. cognitio.

L. XI. IVS PLVRIBVS.

Paulus lib. 14. ad Sabinum.

Ius pro scientia iuris.

Ius pluribus modis[a] dicitur. Vno modo cùm id quod semper bonum, ac æquum[b] est, ius dicitur: vt est ius naturale. [c] Altero modo, quòd omnibus, aut pluribus in quaque ciuitate vtile est, vt est ius ciuile.[d] Nec minus ius rectè dicitur. Aliás appellatur in ciuitate nostra, ius honorariū.[e] Prætor quoq ius

reddere dicitur, etiam cùm iniquè decernit:[f] relatione scilicet facta, non ad id quod prætor ita fecit, sed ad illud quod prætorem facere conuenit. Alia significatione ius dicitur locus in quo ius redditur:[g] appellatione collata ab eo quod fit, in eo vbi fit. Quem locum, hoc modo determinare possumus, vt vbicunque prætor, salua maiestate imperii sui,[h] saluóque more maiorum,[i] ius dicere constituit, is locus rectè ius appelletur.

SVMMÆ.

1 *Ius pro scientia.*	6 *Apuleia lex.*
2 *Ius naturale.*	7 *More maiorum.*
3 *Lex quandoque iniqua.*	8 *Prætoris ius dicentis apparatus.*
4 *Forum.*	9 *Ius dicere pro tribunali.*
5 *Maiestatem minuere.*	10 *Tribunalia.*

a P*Luribus modis*) Præter† hîc expressos, ius pro scientia iuris vsurpatum ab 1
Vlpiano suprà probauimus.[a] Fuit autem solus Vlpianus qui ius trifariam
diduxit, vt aliud naturale, aliud gentium, aliud ciuile esset: cùm tamen
Caius hîc, & reliqui Iurisconsulti, duas tantum partes iuris fecerint, naturalem & ciuilem.

b *Bonum ac æquum*) Hoc ius, illud † est, quod non hominum opinio genuit, 2 Naturale ius.
sed æternæ sapientiæ beneficio, mentibus nostris insculptum est:[b] naturalíq. ratione inter omnes homines constitutum, nullam ideò recipiẽs variationẽ.[c] De quo, sic alibi, M. Cicer. Est vera lex recta ratio naturæ cõgruens, diffusa in omnes, constãs, sempiterna, quæ vocet ad officium iubẽdo, & à fraude, vetando deterreat, cui nec prorogari fas est, nec derogari ex hac aliquid licet, nec tota abrogari potest.[d] & reliqua.

c *Ius naturale*) Quod Vlpianus[e] & Caius,[f] suprà ius gentiũ dixerunt, quod scilicet inter omnes homines iudicij, rationísq. participes vigeat. At quia totũ à recta naturæ ratione dimanat: ius naturale frequenter quoq. dicitur.[g] Qua de re, superius dictum est. Ius gentium.

d *Ius ciuile*) Sic dictum, quasi ius proprium ipsius ciuitatis.[h] Est enim ius ciuile, æquitas ciuibus præscripta, ad res suas obtinendas, & conseruandas.[i] Ius ciuile

e *Ius honorarium*) Id prætorium: ob honorem prætoris sic nuncupatum, & quod Martianus, viuam iuris ciuilis vocem dixit.[k] Honorarium ius.

f *Iniquè decernit*) † Sic quod legibus nostris constitutum est, quamuis aliqua 3 Lex quãdoq. fit iniqua.
loci puta, vel temporis occasione iniquum hodie dici possit: quia tamen ea fuit legislatorum voluntas, vt nihil quod æquum non esset, statuerent: ius ciuile rectè dicitur.

g *Ius redditur.*) Locus ille, vbi ius redditur & iurisdiciariç controuersiæ exercentur,† Forum propriè dicitur, aut vt quibusdam visum est, Forus, in mascu 4 Forum.
lino genere,[l] Iulius Paulus quandoque vocauit Auditorium.[m] & hîc liberiores adhuc sermone, ius nũcupat, appellatione nimirùm collata ab eo quod fit, in eo vbi fit. vnde illud Terentianum, *In ius ambula.* & illud Lyrici poetæ.[n]

Oppono auriculam, rapit in ius.

Quo sensu pariter dicimus, vocare aliquem in ius,[o] & confessos in iure pro iudicatis haberi.[p]

h *Salua maiestate Imperij sui*) † Quia non in loco priuato, sed publicè, & pro tri 5 Maiestas imperii.
bunali ius dicat.[q] nisi fortè causas volũtariæ iurisdictionis tractaret:[r] aut cõtẽtiosę cognitionẽ causæ nõ desiderãtes.[s] Quòd si prætor cõtra maiestatẽ imperij quid olim fecisset, aut alius ex magistratib. læsæ maiestatis reus fiebat. Vnde Cato cẽsor, L Flaminiũ senatu mouit, ob inquinatã honoris maiestatẽ, per suppliciũ de dãnato in prouincia ad spectaculũ meretricis sumptũ. Neq. sanè quicquam antiquius veteres habuerunt, quàm imperium & maiestatem populi Romani, conseruare.[t] † Quin & Apuleiæ cuiusdam legis me- 6 Apuleia lex.
minit

a l.j. hoc titu.
b Cic. lib. ij. de legib.
c c. vl. §. his ita 6. distin. c. j. 5. distin.
d Cic. lib. iij. de republica.
e l. j. §. vl. hoc ti.
f l. omnes. in fi. hoc titul.
g l. j. cũ seq. ff. de rer. diuis. §. singulorũ. ille. in institu. & hic.
h d. l. omnes.
i Cic. in Top.
k l. ius autẽ. cũ l. seq. hoc tit.
l c. forus. de verbo. significa.
m l. lecta. ff. si cert. peta. l. contra. in fi. ff. de re iudic.
n Horat. lib. j. sermo. satyr. 9.
o ff. & C. de in ius vocand.
p l. vnic. C. de confes.
q l. vlt. C. de of. diuer. iud. l. j. C. de of. iud. l. cũ sententiã. C. de senten.
r l. ij. ff. de offi. procon. §. seruus. inst. de libertis.
s l. ij. §. dies. ff. quis ord. seru.
t Cice. pro Rabir.

minit Cicero:qua(inquit)qui maiestatem minuisset, pœna capitis afficiebatur. [v]Cùm autem maiestas decus sit,dignitas, & amplitudo populi Romani (hodie verò principis,aut cuiusuis maioris magistratus) minuere maiestatē, vt idem ait,est de dignitatis amplitudine,aut potestate populi,eorúmve quibus potestatem populus dedit,derogare.[x]

v Cic.lib.ij. de natura Deo.
x Cice.li.ij. de Orator.

Mos. i *Saluóq. more maiorum*) Mos obseruatio quædā est diuturna,non legē,sed v-
Mos maiorum. 7 suo opinionéque hominum confirmata.[y] [z]vnde mos maiorum vetus dicitur institutum,aut exemplum,à maioribus acceptum, quòd vsu confirmatum ad nos sine scripto peruenit.[z] Lucius Cornelius Lentulus,(inquit Liuius)[a]pro consul ex Hispania cùm postulasset,vt sibi triumphanti in vrbem inuehi liceret.Res triumpho dignas censebat,senatus:sed exemplum à maioribus nō accepisse,vt qui neque Dictator,neque Consul,neque Prætor, res gessisset, triumpharet,& cum eo decurreretur vt ouans vrbem iniret,T.Sempronius Longus Tribunus pleb.intercessit: nihilomagis id more maiorum, aut vllo
Pro tribunali ius dicere. 8 exemplo futurum dicens.†More maiorum,autem prætor ius dicebat pro tribunali,hoc est,in sede illa excelsa,& in sublimi posita sedens: non in subselliis,aut alibi,quemadmodum minores magistratus.†Rursus veste trabea,hoc
Magistratuū insignia. 9 est purpurea & ornamentis prætoriis, succinctus præséque habens cætera magistratus insignia: veluti Lictores,Fasces,Apparitores, & sellam eburneā curulem. Quæ cùm essent summi honoris, & imperij insignia, illis tantùm magistratibus concessa fuere,quorum maius erat imperium,& maxima auspicia.[b]Quin & ius vtendi fastigio tribunalis magistratib. duntaxat maiorib. concessum,hoc est,qui imperium haberent.[c]vt Romæ Consulibus, Prætoribus,& præfectis vrbis.In prouinciis verò Præsidibus,& Proconsulibus Minores autem magistratus,qui videlicet nudam iurisdictionem habeant, sine potestate & imperio,[d]in subselliis considentes ius reddebant.[e] Vnde Vlpianus significans non cuicunque magistratui datum, vt sublimem illum tribunalis locum,conscendere posset:Qui pro tribunali præest, (inquit) vel aliam iurisdictionem habet.[f]Cuius†autem formæ essent olim tribunalia,perbellè
Tribunalia. 10 tractat Vitruuius.[g]

y l. de quibus. cum seq. ff. de legib.
z l.more.vbi di x i.ff.de iuris.
a Liuius li.31.
b Alex.N cap. li.j.Genea.dic. c.27 & li.ij.c.25
c l.ij.ff. de in ius vocan.
d l. nec magist. ff.de iniur.
e Ascon. Pedia.in diuinatio.Cic.
f l.j ff.de iudi.
g Vitruu.lib.5. de architect.

L. XII. NONNVNQVAM.

Martianus lib.1. Institutio.

Nonnunquàm ius etiam pro necessitudine[a] dicimus: veluti est mihi ius cognationis,[b]vel affinitatis.[c]

SVMMÆ.

1 *Necessitudo.* 2 *Cognatio.* 3 *Affinitas.*

Necessitudo. 1 a N *Necessitudine*)†Necessitudo hîc coniunctionis vinculū significat,quod vel beneuolentiæ,vel propinquitatis vi contrahitur. Quo modo præter Iureconsultos,[a]boni quique authores hoc verbum passim vsurpant:pleníque sunt exemplorum libri,vt ea commemorare superuacaneum putem. Est tamen in iure quandoque legere, necessitudinem pro necessitate, & vi ipsa premente,& cogente[b] vt & apud Salustium sæpè,[c] ac nonnūquam apud M.Ciceronem:Necessitudo est,inquit,cui nulla vi obsisti potest.[d]inde & il-
Imperator quando signis collatis debeat certare. lud Aselionis, qui dicebat, bonum Imperatorem, signis collatis decertare non debere:nisi summa necessitudo,aut summa ei occasio data fuerit.
b *Cognationis*)†Id est sanguinis,siue id per mares,siue per fœminas contingat
2 sic enim generatim cognationis verbum, hîc accipitur.[e] quamuis contracta
Cognatio. significatione eam sanguinis coniunctionem significet, quæ per fœminas descendit: nam quæ per mares contingit, Agnatio propriè dicitur.[f]
Agnatio. Affinitas c *Affinitatis*)†Affinitas, est propinquitas personarum, quæ per cognatorū
Affines. 3 nuptias nobis coniunguntur:vt ita affines dicantur viri & vxoris cognati.[g]

a l.hac autē.§. j.ff.qui.excau. in possess.ea.
b l.non omnes §.j.ff.de re mili
c Salu. in Iugur. & in Catilina.
d Cic.li.ij. de inue.
e l. non facilè. §.j.ff. de grad. affini.
f l.inter agnatos. ff. vnde legit.§. j. de legi. tutel.§.sunt autem. de legit. agna. succes.
g d.l.non facilè. §. affines.

IOANNES CORASIVS. IVRISCONSVLTVS Tolosæ scripsit:Ferrariæ recognouit.

DE ORIGINE IVRIS ET OMNIVM MAGISTRATVVM ET SVCCESSIONE PRVDENTIVM.

SVMMÆ.

1 *Iuris origo pracognoscenda.*
2 *Ceres legifera.*
3 *Thesmophorus.*
4 *Legum inuentores.*
5 *Radamanthi vita.*
6 *Deus legifer.*
7 *Moses hominum primus legislator.*
8 *Lex Deus est.*

EXPOSITIS diffinitionibus & diuisionibus iuris, ad e- 1 *Iuris origo.*
iusdem originem, legislator transitum facit. quod † vide-
licet necessum sit, ei qui in hoc studij genere fœliciter
versari velit, iuris fontes, & originem ante omnia cogno
scere.[a] Equidem mortalium vetustissimi, vt Tacitus scri-
bit, nulla mala libidine omnia simpliciter agebant hone
sta suopte ingenio petentes, & nihil iniustũ cupientes,
donec exui pudor, & modestia cœpit, visque & ambitio incedere, tum
enim probrum, & scelus inuasit. Ideóque præmiis & pœnis opus fuit, vt illo-
rum propositione allecti, virtutem cuperent homines: vel coercitionibus
perterriti, ab iniusti via reuocarentur. Inde iuris principium & origo.[b] † Le- 2
ges porrò mortalibus, primùm à Cerere datas Ethnici fabulantur.[c] vnde *Ceres legis.*
Ouidius.[d]

a l.ij. in princ. hoc titul.
b Cor. Tacitus li. iij. Annal.
c Dio. li. j. rer. antiq. Herod. in 6.
d Ouid. li. 5. metamo.
e Vir. iiij. Aen.

Prima ceres vnco glebas dimouit aratro:
Prima dedit fruges, alimentáque initia terris.
Prima dedit leges. Cereris sunt omnia munus.

Et Virgilius.[e]

Principio delubra adeunt, pacémque per aras
Exquirunt: mactant lectas de more bidentes,
Legiferæ Cereri.

Eóque factum, vt sacra quæ huic Deæ fiebant, † Thesmophoria, id est, legi- 3 *Thesmophoria.*
feralia nuncuparentur. Alij verò † primum legislatorem fuisse Radaman- 4
thum asseuerant.[f] ac demùm alios aliis leges tulisse.[g] vt Batrianis Persisque
Zoroastrem: Aegyptiis Trimegistum: aut sicuti aliis placet, Aethiopes, quo
rum Aegyptij, coloni dicuntur: Cretensibus, Minoem: Celtis, Herculem: Ar
giuis, Phoroneum: Henichis apud Colchos, Amphytum: Hispanis, Abidem:
Charthaginiensibus, Charondam: Lacædemoniis Lycurgum: Atheniensi-
bus Draconem, & Solonem: Romanis deinde Romulum, ac mox Numã: Ita
lis Pythagoram: Scythis Zamorxim: Magnesiis, & Siculis Platonem. Quod
verò Radamanthum, nonnulli putant conditorem legis fuisse, ex Platone,[h]
falsum deprehenditur. † Radamanthus, inquit Plato, vir quidem bonus exti- 5 *Radamãthi vita.*
tit, à Minoe siquidem instructus erat, nec tamen regiam disciplinam om-
nem, sed Regi rantum ministrare in iudiciis, didicit. Vnde Iurisperitus appel
latus erat, quo veluti legum custode, per vrbem vsus est, vt non legum lato-
rum, sed iudicum Radamanthum fuisse intelligere non sit obscurum. Enim-
uetò

f Plinius li. 8. ca. 56.
g c. Moyses. 7. dist.
h Plat. in Minoe.

Deus legifer. Moses prim' legislator.

uerò nos qui iamdiu didicimus ex Demosthene,[i] & Martiano,[k] leges omnes
6 inuentum esse, ac munus deorum: cum diuino illo vate Esaia,† Deum opti-
mũ maximũ leges ad animæ saluté, & humanæ quietis tuitioné conditas[l] ac
7 Mosi demùm traditas in monte Sinai,[m] † & per Mosem antiquissimum om-
nium hominum legislatorem, Hebræis constitutas.[n] Ad cuius exemplum
cæteri deinceps principes viri in suis ciuitatibus leges sanciuerunt: eas sicut i
Moses ad Deum, ita ipsi ad quoddam cælitum numen referentes. Quemad-
modum Trimegistus Ægyptios legibus instituens in Mercurium retulit. Ly-
curgus Spartanis leges f[...]ens in Apollinem. Minos primus Cretæ Rex & le-
gislator, In Iouem, Draco & Solon Athenas legibus fundantes, in Mineruã.
Pompilius Numa, qui vrbem Romam legibus muniuit, in Aegeriã nymphã:
vt ita verum sit, quamuis varios legum constitutores genus humanum ha-
buerit: non tamen ab hominum industria, sed à summa Dei immortalis pro-
uidentia, leges ipsas defluxisse, vnúsque (vt literæ sacræ perhibent) est legisla-
tor nempe Deus,[o] vt meritò moneat Plato, legem veluti Dei præceptum
seruari: & Sotacus ille sapientissimus, sapientissimè dicebat,† Lex Deus est,
8 hanc venerare.

Trimegistus. Lycurgus. Minos. Draco, Solon. Numa.

Lex Deus est.

i Demosthenes in j. oratione contra Aristogitonem.
k l. ii. ff. de leg.
l Esaie 33.
m Exodi 19. & 20. Joseph' li. iij. antiquit. Iudaic. cap. 6.
n d. c. Moyses.
o Jacobi iiij.

L. I. FACTVRVS.

Caius libr. I. ad leg. xij. Tabul.

FActurus legum vetustarum interpretationem, necessariò priùs ab initiis verbis[a] repetendum existimaui: non quia velim verbosos commentarios[b] facere: sed quòd in omnibus rebus animaduerto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constat.[c] Et certè cuiusque rei potissima pars principium est.[d] Deinde si in foro[e] causas dicentibus[f] nefas (vt ita dixerim) videtur esse nulla præfatione facta iudici rem exponere: quam tomagis interpretationem promittentibus inconueniens erit, omissis initiis[g] & origine non repetita, atque illotis (vt ita dixerim) manibus,[h] protinùs materiam interpretationis tractare? Namque (nisi fallor) istæ præfationes & libentiùs nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt: & cùm ibi venerimus, euidentiorem præstant intellectum.[i]

a Cicer. pro Sestio, & j. de repub.
b l. pupillus. §. vrbs ff. de ver. signi.
c §. sed quoties Instit. de tutor. natu.
d Quintilia. libr. 8. cap. ij.
e d. §. sed quoties.
f l. ij. §. ita in ciuitate. hoc ti.
g l. ij. vbi Acc. C. de naui. fæno.
h l. j. C. de suarijs, & suscepto. lib. 11.
i Auson. l. j. epist. de fastor.
h ad Proculũ.

SVMMÆ.

1 *Vrbis verbo Roma.*	8 *Forum & Fora tria.*
2 *Vrbs sacra, vrbs æterna.*	9 *Auditorium.*
3 *Romæ vrbis laus, & quando condita.*	10 *Vti foro.*
4 *Lex breuis sit & rara.*	11 *Forum pro vrbe.*
5 *Commentarij verbosi.*	12 *Areopagus arum mor.*
6 *Perfectum quid.*	13 *Illotis manibus, illotis pedibus.*
7 *Principium in quaque re maximum.*	14 *Præfationibus vtendum.*

Vrbs. Vrbo. *Vrbs sacra.*

2 VRbis) Romæ. Licet enim vrbs, oppidum quodcunque muro cinctum, si-
gnificet:[a] ab vrbo verbo, quod est aratro diffinio, sic dicta, quod sole-
rent veteres in condendis vrbibus boues, taurum scilicet, & vacam iungere:
atque ita Hetrusco ritu aratro circumagere sulcũ intra quem ædificarent &
1 coniuncta ædificia fossis, mœnibúsque munirent.[b] † Per quandam tamen,
veluti antonomasiam vrbis nomine, Romam intelligimus,[c] cùm cętera di-
cantur oppida.[d] Sicuti poëtæ verbo, apud Græcos Homerum, & apud nos,
2 Virgilium.[e] & simplici magistratus nomine, Prætorem.[f] † Vnde nec vrbis
sacræ verbo, Hierosolyma (vt plerisque placere video) sed Romanam accipio
ciuitaté.[g] quemadmodum cùm ęterná Imperator dicit,[h] vel Ausonio teste.[i]

Urbis ab æternæ deductam rege Quirino,
Annorum seriem cùm Proculeaccipies.
Mille annos centúmque & bis fluxisse nouenos.
Consulis Ausonij nomen adúsque leges,

Et † sanè meruit hæc vrbs,tot tantisque nominibus ac sublimi excellentiæ ti tulo exornari:de qua non modo pro dignitate(vt Aristides dicebat) verba fa cere non licet:sed ne spectare quidem,eam dignè,ac pro meritis,cùm nimi- rum Argo quodam vndecunque oculato opus sit, aut Deo potiùs omnia prorsus intuente.[k] Ea verò condita fuit,anno mundi 4450.& ante Christum natum,annos circiter septingentos. 3 Romæ laus. Roma quando condita.

b *Verbosos commentarios*) † Nam leges ipsas breues esse conuenit, vt paucis iubeant,non pluribus disputent,paucissimas item,vt Plato constituit, ex le- gum multitudine,perniciem reipublicæ adferri censens.[l] Hinc autem admo nemut bellissimè, † non in fastidiosis interpretum commentarijs qui anicula rum omnium deliramenta colligentes,otio, & literis abutuntur:sed in radi- ce rationis,solidáque & breui legum interpretatione iuris nostri cognitio- nem positam esse.Quid enim ad nos,quòd Alexander, Iason, aut alius quis- quis malè dixit? varijs equidem scriptorum interpretationibus, totum penè ius quandoque conturbatum,Iustinianus refert:ob id suis,Pandectarúmque legibus commentarios applicari vetans.[m] At hodie inexpiabili reipublicæ modo recruduisse vsque adeò hunc morbum videmus,vt de iurisprudentia, penè conclamatum videatur:nisi resipiscentes ab huiusmodi scribendi,& do cendi genere,quàm ocyssimè nos abducamus. 4 Lex breuis esse debet & rara. 5 Commētarij verbosi.

c *Constat*) † Perfectum quippe dicitur,quòd ita complectum est, consom- matum & omni sua ex parte absolutum,vt nihil ei(sicuti Lactātius scribit [n]) possit accedere.[o] Quamuis ex subiecta materia nonnūquam aliter dicamus. Nam & perfecisse ædificium,Vlpianus eum videri respondit, qui ita con- summauit,vt iam possit esse in vsu.[p] 6 Perfectū quid.

d *Principium est*,) † Maximū certè(vt Plato scribit) est,in vnaquaque re prin- cipium,[q] & alibi,principium dimidium totius operis esse,prouerbium cele- bratum ait.[r] Quinimò discipulus eius Aristoteles principiū plus esse quàm dimidium totius operis:atque illo multa fieri perspicua eorum quæ indagan tur.[s] Quibus poeta consentiens inquit,[t] 7 Principium potissima pars.

Dimidium facti,qui cœpit habet,sapere aude.

Contrà verò difficile est,vt faustum fœlicémque habeant exitum,quæ ma- lo sunt inchoata principio,[u] Et fieri non potest,inquit philosophus, quin si principium rei malè institutum sit,non ex eo tādem aliquid mali cōtingat.[x]

e *Foro*) Forum Romæ duplex fuit.Iudiciarium scilicet & negotiarium, hoc loco Caius iudiciarium designat.† Itaque forum hîc(sic enim non forus, vt Isidorus barbarè fecit,enuntiandum est) locum significat in quo ius reddi- tur,litésque & iudiciariæ controuersiæ exercentur,[y] quem † Iulius Paulus a- liquando auditorium dixit,[z] & paulò nonnunquam liberior ius appellauit: translatione facta ab eo quod fit,in eo vbi fit,[a] Tria porrò Romæ fuisse fora iudiciaria satis constat.[b] vel Ouidio teste.[c] 8 Forum. 9 Auditorium. Forū iudiciarū triplex.

Scena viget,studijsq́; fauor distantibus ardet:
Cumq́; tribus resonant,terna theatra foris.

Latinum siue Romanum,vetustissimum forum Cæsaris dictatoris, in quo passus est Cæsar loricaram statuam sibi fieri,& forum Augusti, quod simul cum æde Martis vltoris extruxit:vnde Martialis ad Sextum.[d]

Quæ te causa trahit,vel quæ fiducia Romam
Sexte?quid aut speras,aut petis inde?refer.
Causas inquis,agam,Cicerone disertius ipso:

k Aristides in oratione pro verbo Roma.
l Plato lib. iiij. de republic. d. l. ij. ff. de legib.
m l. j. §. pe. C. de veter. iure enucle.
n Lactan. libr. j. de falsa religio.
o l. ij. §. omnes. ff. de iud. l. & si nō fuit. §. infe ctis. ff. de aur. & argent. leg. c. nihil. 6. q. 1.
p l. ædificia. in fi. ff. de verb. signi.
q Plato libr. ij. de repub.
r Plato libr. 6. de legib.
s Arist. j. ethi. c. 7.
t Hora. lib. j. e- pist.
u c. principa- tus. 1. q. 1.
x Arist. 5. poli. cis.
y c. forus. de verb. signifi.
z l. lecta. ff. si cert. pet. l. con- tra. in fi. ff. de re iud.
a l. pe. suprà. de iust. & iur.
b Seneca lib. ij. de ir[illegible].
c Oui. libr. iij. trist. eleg. 12.
d Martia. li. 5. epigrammato.

Atque

Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Forum negociarium.

Sunt tamen qui contendant quinque fuisse. Forum Neruę, & forũ Traiani,
admiranda lapidum structura compositum superioribus addentes Verũ e-
nimuerò, forum vt indicat locum negociationis rerum venalium à ferendo,
sicuti M. Varro docet, nuncupat est: quod videlicet illuc res venales defe-
rantur: vt forum vinarium, in quo vinum: Boarium in quo boues: Suarium in
quo pisces: & Cupedinarium in quo cupediæ, hoc est lautiores cibi, & deli-
catiores, venduntur.[e] Cum autem nõ soleant mercatores præscribere quan-
ti merces vendituri sint, donec commercij locum applicent: vt pro occurrẽ-
te fori caritate, consilium pluris uel minoris vendendi capiant, ab iis ducta

Vti foro

10 metaphora, & prouerbialiter, † *Vti foro*[f] eos dicimus, qui tempori seruiunt, &
rebus præsentibus sese prudenter accommodãt. Quoniam autem forum est

Forũ pro vrbe.

11 locus ciuitatis frequentior, factum est, vt à bonis authoribus, † fori verbum
pro ciuitate ipsa vsurpetur. Iam hæc censura, inquit Maximus,[g] ex foro in ca
stra transcendit, quæ neque timeri, neque decipi, voluit hostem, indéque
mihi videntur ciuitates illæ, forum Liuij, forum Voconis, & forum Cornelij

Imola ciuitas.

(quod vrbs Imola) nunc creditur, accepisse nomen.

Areopagitarum mos.

12 f *Causas dicentibus*) † Areopagitæ, seueri illi & incorrupti iudices Athenien-
ses contra censebant: nullam oratorum præfationem admittentes, quod sus-
pecta essent quæ mouerent affectum iudicibus.

g *Omissis initijs*) Quibus tamen probè cognitis, cætera quę indagantur, magis
fiunt perspicua:[h] vnde M. Cicero, Principijs, inquit, cognitis extrema faci-
liùs intelligeris.[i] Sed maximè legislatorem decet, sicuti Plato probat: exor-
dium, principiumque suum omni legi præponere.[k]

Illotis manib.

13 h *Illotis manibus*) † Hoc est abruptè, temerè, & imparatè, ducta metaphora,
à sacrorum cæremonijs ad quas nõ licebat, nisi summa cum puritate accede-
re, ne contaminarentur: & in quibus omnia lota, & munda exhiberi iubebã-
tur vel ipso Hesiodo authore, qui vetat mane Ioui libari vinum, illotis ma-

Illotis pedibus.

nibus.[l] Eadem figura, illud quoque prouerbium, *Illotis pedibus* celebratur. Il-
lotis porrò ac prophanis manibos, pedibúsque semet ingerere iurisprudeu-
tiæ nostræ dici possunt, qui nullis bonis disciplinis instructi, ad sacrosanctum
iuris studium irrumpunt, sanctissimámque ciuilium legum scientiam illotis-
simis manibus contrectant, fœdant, & contaminant.

i *Intellectum*) Omnium sermonum, inquit Plato cæterorúmque, quibus vo
cis imitatio est, exordia sunt, & quasi præludia quædam, quæ artificiosam a-
liquam, & vtilem ad rem dicendam tractationem habent.[m] Hinc porrò re-
uincuntur, qui cum ad difficilis cuiuspiam legis interpretationem accedunt,

Preludiis quãdo vtendum.

14 præfationibus vti piaculum putat. Equidem † præludijs, vt neque passim, ne-
que temerè, ita cùm propositæ rei difficultas premit, vtendum, cum Platone
& Caio nostro, censeo.

e l. j. §. cura carnis vbi deest. ff. de offi. præfe. vrb.
f Teren. in Phor.
g Val. Max. lib. ij. c. iiij.
h Arist. j. ethi. c. 7. in fin.
i Cic. pro Cluẽ.
k Plato lib. iiij. de legi. in fi.
l Hesiodus in libello cui titulus, opera & dies.
m Plat. li. iiij. de legib.

L. II. NECESSARIVM.

Pomponius lib. singulari Enchirid.

Necessarium[a] itaque nobis[b] videtur, imprimis ipsius iuris o-
riginem, atque processum demonstrare. Et quidem initio ciui-
tatis[c] nostræ[d] Populus[e] sine certa lege,[f] sine certo iure,[g] primùm
agere instituit.[h] omniáque manu[i] regis[k] gubernabantur.

SVMMÆ.

1 *Summa totius legis.*
2 *Iuris fontes pregustandi.*
3 *Roma, caput orbis.*
4 *Constantinopolis vrbs.*
5 *Ciuitas.*
6 *Pomponius Iurisconsultus.*
7 *Enchyridion.*
8 *Populus.*
9 *Saturni seculum.*
10 *Battalogia.*
11 *Ius est lex.*
12 *Instituere, verbum.*

13 *Manus pro potestate.* 16 *Regia dominatio optima.*
14 *Manus iniectio.* 17 *Romuli Regis politia.*
15 *Regnum imperij nomen primum.* 18 *Ius quando reddi cœperit.*

a NEcessarium) In hac benè longa constitutione Pomponius tria facit.† Imprimis enim iuris originem, & processum demonstrat, magno quidē cum iudicio: cùm operam iuri nauaturus, primum scire debeat, vnde descendat ius ipsum.[a] Deinde recenset magistratuum nomina, de eorundem origine, accuratè differēs:[b] rectè profectò, quando vel optimę quæque leges sine probatissimis magistratibus, velut mortuæ habeantur, ac proinde parum sit ius in ciuitate constitutum, nisi pręsint magistratus, qui ius reddant, per quos rei effectus accipitur.[c] Postremò iuris authorum successionem iusto prosequitur ordine:[d] quod videlicet ius constare, vigere, viuere, & perpetuam quandam viriditatem habere non possit, nisi sint Iurisperiti, per quos in melius, quotidiè producatur.[e] Sed ad rem ipsam.† Necessarium est, inquit Caius, iuris originem atque processum demonstrare. Sapienter ille, quippe necessum est, eum qui fœliciter in sacrosancto iuris studio versari velit, ipsius iuris nosse prius originem:[f] publicumque iuris professorem ante omnia iuris nostri fontem, & processum, demonstrare cuiusce necessitatis rationem, suprà proximè, Caius attulit.[g] 1 Summa legis. 2 Iurisprudentiæ fontes delibandi.

a l. j. in prin. ff. de iust. & iur. b §. post originem. hac l. c d. §. post originem. d §. iuris ciuilis. hac l. e d. §. iuris. f l. j. ff. de iust. & iur. & hic. g l. j. hoc tit.

Quo satis intelligimus, quàm præpostere à Barbaris quibusdam hominibus, sacrosanctum Ius nostrum, hodie tractetur.

b *Nobis.*) Hoc est mihi Pomponio, & alijs iuris professoribus. In plurali autē loquitur Pomponius, modestię causa, quasi nō solus ipse, sed alijs opem ferentibus, hoc ipsum tractauerit.

c *Ciuitatis*) Romanæ scilicet. Quotiens enim non aliud nomen adijcitur, ciuitatis verbo, vrbem Romam significari constat, & suprà docuimus,[h]† quòd ea capūt aliarum ciuitatum, adeòque totius orbis existimata fuerit, portendente id capite humano, à iacientibus Capitolij fundamenta reperto.[i]† Postea tamen Iustinianus Constantinopolim (translatis in eam Romani imperij insignibus) regiam vrbem, & caput omnium ciuitatum nuncupauit.[k]† Est autem ciuitas, definitore philosopho, societas ex multis vicinijs constans, atque perfecta, cui proposita est, tanquam extremum, ac finis rerum omnium, satis magna abundantia, cuius & origo ad viuendum, & institutio ad benè viuendum refertur.[l] quem locum M. Cicero ad verbum penè exprimens, Ciuitas est, inquit, hominum cœtus, ciuiumque multitudo in vnum locum ex multis vicinijs congregata,[m] de qua grauiter idem author alibi, in hæc verba, Nihil est illi principi Deo qui omnem hunc mundum regit, quod quidē in terris fiat acceptius, quàm concilia cœtúsque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur.[n] 3 Roma caput orbis. 4 Constātinopolis. 5 Regia vrbs. Ciuitas. Hominū cōgregatio grata Deo.

h §. sed ius quidem. Instit. de iur. natu. dixi l. præce. i Liui in libr. 5. k §. vult. Insti. de satisd. l Arist. j. Politic. c. 9. & 8. Polit. c. 8. m Cicer. pro Sestio. n Cice. in somnio Scipionis.

d *Nostra*)† Ideo Pomponius, *nostra*, dixit, quia & ipse ciuis Romanus fuit ex clara, nobilique Pomponiorum familia, qui Papiniani disciplina imbutus, discendi studium vnam optimam viuendi rationem existimabat: eúmque in octauum supra septuagesimum annum produxit, fœlicique illo Alexandri Seueri seculo, cum Vlpiano, Paulo, alijsque celeberrimis Iurecōsultis floruit: cuius cōsiliarius & familiaris fuit, ac vt Lampridius scribit, penè socius.[o] Conscripserit autem inter cætera librum singularem, quem mutuato à Græcis nomine,† Enchiridion vocauit, hoc est manuale: breuioris nimirum libelli genus significans, qui & vna manu facilè capi, & ad manum semper haberi debet, ex quo tota hæc lex descripta fuit. 6 Pomponius Iurisconsultus. 7 Enchiridion.

o Lampri. in Alex. Seuero.

e *Populus.*) Romanus.† Populi autem verbo, ciues vniuersos tàm plebeios quàm nobiles significari notissimum est.[p] Neque verò illis assentior, qui decem viris populum confici putant: siquidem cœtus non nisi eo virorum numero constituatur:[q] maiorem aurē sine dubio numerum vox populi, quàm cætus includat. 8 Populus.

p §. plebiscitū Instit. de iur. nat. q l. j. §. j. C. de tuto. illustr. perso.

f *Sine certa lege*)† Ante Saturnum cùm omnia sub manu Regis essent, arbitriáque 9 Saturni seculum.

triâque principum pro legibus haberentur, nullis certis legibus gẽtes instituebantur. Nec ante ius xij.tab. vllæ certæ leges, vt Halicarnasseus scribit,[r] Romæ fuerunt: sed moribus tantùm populus regebatur: ac Ouidius ait:[s]

Proq; metu populum, sine vi, pudor ipse regebat.
Nullus erat iustus reddere iura labor.

Nec obstat, quod idem Pomponius paulopost ait, Romulum Curiatas quasdam leges ad populum tulisse. Nã id nõ initio ciuitatis fuit, sed adaucta paululum vrbe.[t] Nec præterea leges illæ ad exercenda inter priuatos iudicia, quorum adhuc nulla erat certa series, sed ad res sacras publicáque negocia tantùm pertinebant.

Battalogia. 10 g *Sine certo iure*) Quod iam dixisset Pomponius noster, *Sine certa lege*. Sunt qui vitiosam hîc iterationem, quam vulgò † Battalogiam dicunt, esse putent,[u] Legis & iuris discrimen. 11 sed falluntur hi grauiter: Siquidem lex iuris sit species,[x] vt Valla docet.[x] † Etenim ius & scriptum est & non scriptum, Lex verò scripta,[y] tresque partes ius generale nomen habeat. Naturam, consuetudinem, & Legem. Ius naturæ est, quod non opinio genuit, sed innata quædam vis inseruit.[z] Consuetudo ius est, quod omnium consensu sine lege vetustas approbauit.[a] Ius verò legis est quod scripto à populo vel principe sancitum est, vel iubendo, vel vetando.[b] vt sic appareat Pomponium non temerè ius à lege disiunxisse. Sic enim alibi Proculus, iure legéque dixit.[c] & Philolades ille Plautinus parentum diligentem erga liberos curam memorans ait,[d]

Nec sumptus, sibi sumptui esse ducunt: expoliunt, docent,
Literas, iura, & leges.

Et Iuuenalis.[e]

Quod si vexantur leges, ac iura, citari
Ante omnes debet Scatinia.

Et alibi.[f]

Veniet de plebe togatus,
Qui iuris nodos, & legum ænigmata soluat.

Cicero quoque Bellum, inquit, in Gallia maximum gestum est: domitæ sunt à Cæsare maximæ nationes, sed nondum legibus, nondum iure certo, nondum satis firma pace deuinctæ.[g] neque verò ignoro, si iuris verbum, ad ius ciuitatis contrahamus, legem esse tanquàm iuris ciuilis matrem, nam ex legi-Ius pro lege. bus, vt Papinianus ait, ius ciuile fluit.[h] vt ita minimè mirum debeat videri, si iuris generale verbũ pro sua specie, nimirùm lege nonnunquàm vsurpetur.[i]

Instituere. 12 h *Instituit*) Id est cœpit. Historia, inquit M. Cicero, neque institui potest, nisi præparato ocio: nec exiguo tempore absolui.[k] Et Teren.[l]

Habeo alia multa quæ nunc condonabitur:
Quæ proferentur post, si perget lædere,
Ita vt facere instituit.

Et rursus Cicero. Quæso iudices, inquit, sicut facere instituistis, benignè attentéque audiatis.[m] Illud quoque constat verbum instituere, alibi pro eo accipi, quod est grauiter decernere, & nonnunquam pro docere: vnde & Institutiones ciuiles Iustiniani, & Oratoriæ Quintiliani nomen habent.

Manus pro potestate. 13 i *Manu*) Hoc est voluntare, potestate & arbitrio,[n] † passim enim apud authores quoscunq; verbo *manus*, metaphoricôs significatur potestas, & arbitrium. Omnes (inquit M. Cicero) quorum in alterius manu vita sita est, sæpiùs illud cogitãt, quid possit is, cuius in ditione & potestate sunt, quàm quid debeat facere.[o] Et de domino Deo, sacri libri sic habent. Dilexit populos, &

Manus iniectio. 14 omnes sancti in manu illius sunt.[p] † Hinc quoque factum, vt manus iniectionẽ habere iuris authores dixerint, pro eo quod est, posse liberè prehendere,

r Halicar. li. 9.
s Ouid. li. 3. Fa sto.
t §. postea aucta, qui mox sequitur.
u l. 3. l. ius autẽ. ff. de iust. & iure.
x Lau. Vall. li. 4. c. 48.
y §. constat cum se. de iur. nat.
z Cice. de legi. de orat. & de inuent.
a l. de quibus. ff. de legi. Cice. de inuen.
b Cic. 3. de leg.
c l. si is qui neq; re. ff. de adopt.
d Plau. in Mostel.
e Iuue. Satyr. 9.
f Iuuena. Satyr. 8.
g Cice. de prouin. consular.
h d. §. ius autẽ.
i §. ita in ciuitate. hac l.
k Cice. lib. 3. de leg.
l Terent. in prologo Eunuchi.
m Cicer. pro Cluen.
n l. manumissiones. ff. de iust. & iur. §. 3. Instit. de libert.
o Cice. pro Quint.
p Deutero. 33.

nulla iudicis expectata authoritate, quod nostrum est, vel nobis debitum.[q] Itaque verbo *manus* Regia potestas hic significatur, vt alibi patria,[r] & nonnunquàm Hærilis,[s] pro subiecta materia.

k *Regu*) †In terris nomen imperij apud reges primum fuisse constat.[t] prin- 15
cipio ciuitates, inquit philosophus, Regibus paruerunt: quod & in gentibus
etiam nunc manet,[u] nec absimiliter M. Cicero ait, Omnes antiquæ gentes
regibus paruerunt:[x] quorum nutu & arbitrio cuncta regebantur. Initio rerũ
inquit ex Trogo Iustinus, gentium, nationúmque imperium penes Reges e-
rat, quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis, sed specta-
ta inter bonos moderatio prouehebat. Populus nullis legibus tenebatur:
arbitria principum pro legibus erant,[y] & reliqua. Cum itaque Romulus
condita iam vrbe, tres rerum publicarum formas populo proposuisset:
Regiam scilicet dominationem, Optimatum & popularem, †elegerunt Ro- 16
mani Regiam velut perfectiorem, & meliorem[z] manúque hoc est arbitrio
& ditione Regis gubernari voluerunt.[a] Neque verò audiẽdos proinde cen-
seo, qui hinc colligunt, si quid initio ciuitatis deberetur, violẽter manu regia
sine vlla ciuili disceptatione, & (vt aiũt) absq; figura iudicij auferri potuisse.[b]
siquidem primis illis quoq; temporibus ius litigantibus, quemadmodũ Hali-
carnasseus scribit, citra violẽtiam redditum fuerit,[c] ab ipsis primùm regibus. 17
† Nam & Romulum ipsum purpura ornatum, & toga insuper purpurea ami-
ctum, ac in excelsa sede conspicuum sedentem dedisse populo iura, exercuis-
séque iudicia, Plutarchus author est.[d] Et legimus Horatium cùm sororem
virginem, sui sponsi mortem lugentem gladio transfixisset, ad Tullum re-
gem in ius vocatum, raptúmque: & ab eodem, quia in ea causa iudicium ipse
exercere noluit, Duumuiros creatos, qui Horatium perduellionem ex legi-
bus iudicarent.[e] Sic Tanaquil, mortem Tarquinij celans, populum cum bo-
no animo esse iuberet, eíque polliceretur, propediẽ Tarquinium bene vali
turũ: interim monebat, vt Seruij Tullij dicto audiens esset: eũ enim iura red- 18
diturum, aliáque munia Regis obiturum.[f] † procedente verò tempore, ius à
patribus reddi cœpit, quos Romulus elegerat, vt sacra curarent, & ius super
ciuium negocijs, controuersiísque dicerent:[g] non tam vt per se ipsi cognos-
cerent, grauioribus curis auocati, quàm vt iudices quos iustos & integros pu
tarent, litigatoribus constituerent.[h] Qui mos post creationem Seruij Tullij
Regis, præsertim inualuit, qui publica regis arbitrio, priuata verò iudicia ma
gistratuum sententiis constituit expediri.[i] Ex scripto iure, fateor, aut ea for-
mula, qua post l. xij. tab. exerceri iudicia cœperunt, ius initio ciuitatis reddi-
tum non fuisse.

q l. sed si hac. ff. de in ius voc. l. pe. ff. de ser. expor.
r l. vlt. C. de emancip. libe.
s d. l. manumissiones. d. §. j.
t Salust. de coniurat. Catil.
u Arist. j. Polit. c. j.
x Cice. li. iij. de legib. in prin.
y Iustinus in prin. j. lib.
z Arist. j. Politi c. 7.
a Halicar. lib. ij. antiq. Roma.
b Bar l. frater. ff. de condi. indebi.
c Halicar. lib. iij.
d Plut. in Romu.
e Liuius libr. j.
f Liuius lib. j.
g Halicar. lib. ij.
h Sueto. in Domitiano. dixi in rub. ff. de senato.
i Halicar. lib. iij.

Imperij nomẽ apud Reges.

Regia dominatio perfectior.

Ius quando reddi cœperit. Romuli ornatus.

Horatij sororicidium. Tanaquil astuta fœmina.

Ius quando reddi cœperit.

§. POSTEA AVCTA.

Postea aucta ad aliquem modum ciuitate,[a] ipse Romulus[b] traditur populum in triginta partes[c] diuisisse: quas partes curias[d] appellauit: propterea quod tunc Reipublicæ curam, per sententiam earum partium expediebat. Et ita leges quasdam[e] & ipse curiatas[f] ad populum tulit: tulerunt & sequentes Reges:[g] quæ omnes conscriptæ extant in libro Sexti Papirij,[h] qui fuit illis temporibus, quibus * [i] Demarathi[k] Corinthij[l] filius,[m] ex principibus viris:[n] ísque liber, vt diximus, appellatur ius ciuile Papirianum:[o] non quia Papirius de suo[p] quicquam ibi adiecerit: sed quòd leges sine ordine latas in vnum composuit.[q]

SVMMÆ.

1 *Sabini in vrbem recepti.*
2 *Romuli origo, & institutum.*
3 *Numitor regno pulsus.*
4 *Ruma Rumilis.*
5 *Romulus & Remus fratres.*
6 *Roma vbi & quando condita.*

Romæ principium.

a CIuitate) Principio tradunt Historici in vrbis Romæ loco, mille domos,
non plures fuisse, donec Asylum etexerunt Romani, eò confugienti-
bus, tutum perfugium promittentes: túmque celerrimè, vrbs hominibus
abundare cœpit. Deinde cum magno animo Romulus interēpto Remo fra-
tre, regnum arripuisset, vrbem condere cœpit: quartóque post extructam vr
bem mense, vt Plutarchus & alij nonnulli scribunt,[a] aut, quod verisimilius
est, quarto conditæ vrbis anno, sicuti mauult Halicarnasseus.[b] audax illud in
raptu Sabinarum facinus contigit. Vnde & graue bellum exortum: tandem

a Plutar. in Romulo.
b Halicar. li. j. antiq. Roma.

Sabini in vrbē recepti.

1 † raptarum mulierum precibus, ictum est fœdus inter Romulum & Sabi-
nos: vt Romani Sabinique communem deinceps haberent ciuitatem. Re-
ceptis itaque Sabinis in vrbem centum viri Sabini nominis, in senatum
adscripti sunt, ab eóque tempore magis ac magis hominum copia vrbs af-
fluere cœpit.[c]

c Liuius libr. j. Plut. in Romu.

Romul[9] & remus cur sic dicti.

2 b *Ipse Romulus*) † A Rumis id est mammis lupæ, quas Romulus & Remus
exugere inuenti sunt, sic eos appellatos ferunt. De quorum origine multa a-
deóque fabulosa scriptores prodiderunt. probabilior est, & receptior senten-
tia, vt ex Ilia (quam alij Rheam, alij Syluiam nuncupant) Numitoris filia ea-
démque vestali, prognati fuerint gemini.[d] Fuerunt autem Amulius & Nu-
mitor filij Procæ regis Albanorum. Cúmque deberetur Numitori primi-
genio regnum, vel quòd ita patri placuisset. vt Liuius scribit,[e] vel quòd sic
inter fratres conuenisset: relicto thesauro quem ex Troia maiores deuexe-
3 rant Amulio,[f] potentior Amulius forte fortuna factus, † pulso Numitore re-
gnum occupat: filiúmque Numitoris Lausum, aut Halicarnasseus vocat Ege
stum, obtruncat, filiam verò Iliam vestalem facit: ne viro tradita pareret,
qui, tā grauē iniuriā vlciscerentur. Cæterùm illa cùm in sacrū Martis lucum
iret, aquæ puræ hauriendæ gratia, qua ad sacra vteretur, compressa est: à quo
incertum. Ea tandem geminos magnitudine & forma præstantes peperit,
quos iussit Amulius in profluentem mitti. At seruus, cui id negotij de-
mandatum erat, cùm fluuium aspexisset rapido impetu decurrentem, ad
iustum vsque cursum adire cupiens in proxima alluuie, puerulos expo-
nit: quibus vagientibus & per eluuiem sese voluentibus, lupam vbera
4 præbuisse ferunt, ac vtrique puero, nomen inde datum. † mamma siqui-
dem à veteribus Ruma est appellata. Et Dea ipsa, quæ infantium educa-
5 tioni præesse credebatur, Rumilia. † Itaque Romulus & Remus dicti sunt.
Et primum à lupa, mox ab Acca Laurentia Faustuli pastoris coniuge æduca-
ti, quamprimū adoleuit ætas in viros fortes, ac strenuos euaserūt: coactísque
seruis & pastorib[9], Amulio interfecto, regnū Numitori auo restituerūt. † De-
6 mum in ijs locis vbi expositi educatíq; fuerant, nouā vrbē condere cœperūt
anno ccccxxxij. post captum Ilium.[ff] & ad xij. calend. Maij, quē diem (inquit

Ilia. Rhea. Sylula. Amulius & Numitor.

Numitor regno pellitur. Ilia Numitoris filia Romulum & Remū parit.

Ruma. Rumilia. Romul[9] & Rem[9] à quo educati. Roma vbi & quando condita.

d Plut. in Rom.
e Liuius lib. j.
f Plutar. in Romulo.
ff Dion. Halicar. lib. j. antiq. Ro.

Plutarchus)festum ideo Romani agunt,natalem patriæ nuncupantes. Exin
Remo factione Romuli interempto,& vrbe cōdita,Romulus militares diui
sit ordines ,& senatores creauit. Intuensque virorum multitudinem, & mu- 7 Sabinæ raptæ.
lierum penuriam,grande illud facinus,† de raptu Sabinarum & finitimarum
virginum quæ prætextu ludorum,quos simulauerat,Romam venerant,per-
egit. locum in spectatissima fori parte definiuit,in quo damnati sontes ple-
cterentur. Trecentos milites aspectu feroces habuit, qui eum perpetuo se-
quebantur:quibus eos qui verberibus digna egissent,virgis cedebat in foro:
grauiorum autem criminum reos detruncato securibus capite plectebat,Vi
cinos omnes ferè populos:vt Cemineuses,Fidenates , Veios , Crustuminos,
& Antennares,vel subegit,vel profligauit,& cum Sabinis tandem fœdus per
cussit. Reque penè in vniuersum pacata,leges permultas tulit.cùm verò sep- 8 Romuli ætas & mors.
tem supra triginta annos regnasset,† quinto & quinquagesimo ætatis suæ an
no mortem obijt,quo mortis genere planè incertum,quamuis nō desint qui
à patribus illum in æde Vulcani discerptum, distributáque singulis particu-
la cadaueris & obuoluta veste clam omnibus exportatum esse scribant. Quo
etiam mortis genere,Osiridem Aegypto iustè regnantem à Typhone fratre
interemptum Diodorus Siculus author est:quem ille inquit,in sex ac viginti
partes dissectum,cuilibet eorum qui secum tanti sceleris participes fuerant,
partem dedit:Veluti eius facinoris conscijs,& simul vt ipsos defensores , cu-
stodésque haberet regni fidos.[g]

g Diodo. Sicu. li. j. rer. antiq.

c *In triginta partes*) Arrepto regno , & condita ciuitate Romulus , susceptis
primum insignibus imperij,tum maximè lictoribus duodecim iuuentutem
Romanam † in classes militares,& legiones diuisi:quarum singulæ peditum 9 Legio.
tria millia,& trecentos equites continebant:reliquamq; multitudinē seiun
xit. Demum ex optimatibus centum creauit senatores.† qui & patres hono 10 Patres & patricij. Patres conscripti.
ris gratia,eorūq; progenies patricij dicti sunt.[gg] Pauloq; posteriore seculo ad
scriptis in eum ordinem pluribus,patres cōscripti. Deinde Romulus populū
Romanum trifariam diuisit,[h] singulísq;partibus † quas tribus vocauit singu- 11 Tribus. Tribuni.
los præfecit duces,quos Tribunos appellauit,quia Tribubus præessent vnā-
quámq; triū partiū,in denas partes æquales postea partitus est,curiásq; nūcu
pauit. Earū quoq; fortissimos duces designans Curiones appellatos. Deniq; Curiones.
fuerūt in decurias diuisæ curiæ : ducésq; singuli suā quisq; Decuriā tuebātur, Decuria.
nuncupati & illi incolarum lingua Decuriones. Ijs porrò quinque Decurijs, Decuriones.
quinq; superadditas Festus Pompeius scribit,& ita xxxv. fuisse.[i] Has autē di-
uisiones omnes fecisse Romulum post receptos in vrbem Sabinos plerique
adfirmant,[k] Halicarnasseo fortiter repugnante.[l] Illos tamen non parum iu-
uerit Trapezuntij testimonium [m] testantis,à permultis probatæ fidei autho-
ribus proditum,non ante Romæ fuisse rempublicam,quàm Sabinæ raperen
tur: quod nisi sint familiæ,Respublica dici non possit. Cæterum ego Halicar Respublica quādo Romæ.
nasseum sequor , qui iam didisci,ordinatam à Romulo rempublicam statim
ab vrbe condita,[n] & ita ante raptum Sabinarum,qui sicuti magis verisimile
probauimus,quarto post conditam vrbem anno secutus est.

gg Liuius li. j.
h vide quæ dico in §. ysdem tēporib. huc l.
i Ascō. Pedia. ij. Verr. Appi. lib. j. de bel. ciuili.
k Liuius lib. j.
l Plutar. in Romulo.
l Halicar. li. ij.
m Trapezunt. lib. iij. Rhetor.
n Plu. in Romulo.

d *Curias*) Partes maiores prisci Romanorum tribus vocauerunt : quod initio Tribus.
ciuitatis, vti iam ostensū est,in tres partes diuisus fuerit populus Romanus † 12
Minores verò curias dixerūt,à cura,quemadmodū subijcit Pōponius,quod Curiæ.
Reipublicæ cura,per earum sententias expediretur. Sic enim dictos quondā
in vrbe Roma curiones,à curis quibus pallidi erant,& macilentiores, docti Curiones
viri testantur,[o] Significat quoq;: Curia locum in quo ciues Romani publicę
rei causa conueniebant:vt semper appareat à cura deductum nomen quòd Curia à cura appellata.
illic,vt Festus ait,publicæ curæ gererentur.† Fuit autem Curia Romæ du-
plicis generis: vna in qua sacerdotes res diuinas sacra,& cæremonias,cultús- 13 Curia Romæ duplex.
que Deorum curabant:de qua fortasse Tertulianus loquitur,ad hæc verba.
Cùm probi,cùm boni coeunt,cùm pij,cùm casti congregantur , Curia est,
non factio.[p] Altera est vbi senatus de rebus publicis,& ad populum pertinē
tibus,tractaturus cōueniebat. Eóque factū,vt Curiā pro senatu accipi M.Ci-
ceto sit

o Alex. Neap. li. Genial. dier. j. c. 16.
p Tertul. in Apologetico.

Hostilia curia.
14 cero sit author,[q] & sic ipse passim vsurpet. Cumque senatus, in † Hostilia curiã soleret conuenire: receptum, vt cùm simpliciter curiam, nulla cognominis adiũctione, apud authores legimus, Hostiliam intelligi oporteat, quamquam & in alijs curijs, nimirum Pompiliana, Calabra, Iulia Pompeia, Gerusia, & Leucadia, senatus frequens nonnunquàm habitus est.

q Cice. li. ij. de Ora.

Romuli leges.
15 e *Leges quasdam*) † Tulit profectò leges quasdã Romulus è quibus illa vehemens, quæ vxori virum relinquere vetabat, cùm tamen viro permitteret vxorem repudiare: si in veneficio natorum, aut in adulterio deprehẽsa foret: nam alioqui viri temere diuertẽtis fortunas mulieri addicebat.[r] Tulit & illã multò grauiorem, quæ omnẽ vitæ necísq; potestatem patri in filiũ cõcessit, iúsq; filiũ liberè vendendi, ita tamen vt si postmodum ab emptore manumitteretur, in potestatem patris filius rediret: nisi tertia secuta esset vẽditio: quã legem Halicarnasseus scribit in quarta tabula legis xij tabul. positam fuisse.[s] Addita tamen huic altera lex à Romulo, ne proles, nisi mõstrosa, necaretur. Illã quoq; legem pertulit, ne bello captæ vrbes euerterentur, aut in seruitutem redigerentur, neúe eorum ager pascuus pecori relinqueretur. sed missis in eas colonis proportione aliqua regionis, colonias Romanorũ faceret vrbes victas, atq; nonnullas etiam Reipublicę suę participes.[t] Cúmq; Sabinum

r Plut. in Rom.
s Halicar. lib. ij. antiq. Roma.
t Halicar. d. lib. ij.

Honor mulieribus habitus.
16 bellum, prudentia raptarum mulierum restinctum videret: fœminis † honorem lege lata detulit: vt mulieri deambulanti prior à viro locus concederetur.[tt] vxorem denique dum per sacras leges viro coniuncta esset, rerum omnium sociam, cum marito constituit, reciprocámque successionẽ inter coniuges voluit esse: vt alter alteri videlicet, in vniuersum non extantibus liberis, & vbi superessent liberi, viritim cum eis succederet.[u]

tt Plutar. in Romulo.
u Halicar. vbi supra.

Curiatæ leges. Popularis lex.
17 f *Curiatas*) † Non à Curio latore, sicuti volunt nonnulli, sed à Curijs sic appellatas, quòd suffragijs populi per curias collectis receptæ fuerint, & approbatæ: quas M. Cicero, Populares vocat. Lex popularis est, inquit, quam populus sanxit.[uu] qui prætereà curiatarum legum passim meminit.[x] Curiata quoque lege Tranquillus scribit Tyberium ab Augusto adoptatum, hoc

Adoptari lege curiata.

est suffragijs populi, per lictorem curiatim accersiti, in adoptione confirmarum.[y] Dari siquidem in adoptionem, aut adoptari lege curiata est (quemadmodum Appianus docet) à populo per curias congregato in adoptione confirmari.[z] Coibat autem curiatim populus ad hunc modum: quia funibus quibusdam loca fori concludebantur, in quibus singulæ curiæ tanquàm in septis separatim sisterentur, viritim suffragia laturæ. Itaque populo curiatim conuocato, collocatísque in separata septa singulis curijs, & sententiam viritim rogatis leges promulgatæ ferebantur: quæ à Curijs dictæ sunt

uu Cice. libr. ij. de legib.
x Cice. contra Rullum pro domo sua. & li. j. epist. familia.
y Suet. in Aug.
z Appianus li. iij. de bel. ciui.

Centuriatæ leges.
18 Curiatæ: † vt & Centuriatæ leges, quod plenis illis & solemnibus comitijs Centuriatis perferrentur.[a] ac proinde maximæ authoritatis habitæ: vt non
19 abs re M. Cicero glorietur, Centuriata se lege ab exilio reuocatum.[b] † namque Centuriata hæc comitia fieri non poterant, nisi præcedente S.C. sacris peractis, & aruspicibus sancientibus:[c] quocirca grauiora iustiotáque semper habita fuerunt, & Curiata magis popularia. Vnde Liuius populare fuisse beneficium dicit Camillum qui exul solus videbatur rempublicam, sicut fecit, posse restituere comitijs Curiatis de exilio reuocatum.[d] Et eodem loco consules Tribunósque militares centuriatis comitijs non nisi auspicato & stato loco ritúque solemni fieri posse scribit. Dicebantur autem centuriata comitia (nam quæ essent curiata diximus) cùm populus Romanus ex censu & ætate diuisus, per cornicinem accersitus, in campo Martio (vbi comitia, hoc est conuentus populi creandorum magistratuum, vel legum ferendarum gratia fieri solebant, à simul itando sic appellata) suffragium ferebat centuriatim, id est per singulas centurias calculum vnum pro suffragio emittebat, quibus comitijs Dictator, Cõsul, Prætor, maioresque magistratus

a Cice. li. iij. de legib.
b Cice. ad Quirites post reditum.
c Halicar. li. ij. Liuius lib. 5.
d Liuius lib. 5.

Centuriata comitia. Comitia

Centuriæ quot Romæ.
20 præerãt, & maiores dignitates à populo demandabantur. † Quoniã verò centuriæ cxciij. erant, in sex classes diuisæ: & prima classis cum equitibus xcviij.

centurias habebat:ſemper æqui es vincebant,ſi cum prima claſſe(quę lxxx.
centuriarum erat) ipſi conueniebant,quibus fuerunt xviij. centuriæ quæ cū
lxxx.conficiebant,xcviij.centurias.Vnde ſupererant tantùm xcv. Cæterum
quia Romanus populus his comitijs nō multū aberat ab inſtructo exercitu,
& exercitum extra vrbem imperari oportebat. Vrbē autē(ne graſſatoribus
obnoxia foret)armatis legionibus ingredi fas non erat:cēturiata comitia in-
tra † Pomærium(hoc eſt locum illum circum mœnia vacuum,& arari,& ha 21 Pomęriū
bitari prohibitū:ſic enim dictum eſt,vt feſtus ait,quaſi promuriū,id eſt pro-
c Aul. Gell. li. 13. noct. Att. c. 14. ximum muro)[c] fieri,nefas fuiſſe Gellius author eſt,ideo in campo Martio ha
beri ſolita.[f] †Fuerūt præterea tributa comitia quæ Gellius à Curiatis & Cē- 22 Tributa comitia.
turiatis ſic diſtinguit,vt comitia curiata ſint,cùm ex generibus omnium fer-
f Gell. lib. 15. c. 27. tur ſuffragium.Centuriata cùm ex cēſu & ętate.Tributa,cum ex regionibus
g Gell. d. c. 27. & locis.[g] Quæ verba à Centuriatis curiata ſatis ſeparant,at à tributis, nō ſat
apertè,vt mihi quidem videtur.Ego breuiter puto curiata comitia, quemad
modum ſupra dixi,eſſe,cùm viritim & ex omnium genere, ſiue ordine cen-
ſus,& ætatis,per vniuerſas tribus feruntur ſuffragia. Centuriata cùm non vi-
ritim,ſed ex cenſu,ætate per claſſes,& centuriatim ſuffragium emittitur.E- Cēturiata.
tenim prima claſſis,quæ maximi cenſus erat,& optimates ferè complectebatur:primò ferebat ſuffragium,vocatis ordine ſeniorum,& iuniorum centu-
rijs,rurſus ſecunda,dein tertia, ac demum quarta eodem ſemper qua prior
h Halicar. lib. 7. ordine,poſt quàm ſi necdum cōueniebāt ſuffragia,ad quintæ & vltimæ ſuf-
fragium perueniebatur.[h] Tributa verò comitia ſolo plebis conuentu con- Tributa comitia.
ſtant:quibus plebs neque viritim,neque curiatim, ſed regionatim, hoc eſt
per regiones & loca ſuffragium emmittebat. Voleto, ne verbo quidem (in-
quit Liuius) violatis conſulibus rogationem tulit ad populum: vt plebeij
magiſtratus tributis comitijs fierent: quo patricijs omnem poteſtatem,per
i Liuius lib. ij. clientum ſuffragia creandi quos vellent Tribunos, auferret:[i] & paulo poſt,
k Liuius eo. li. ij. Tumprimùm, ait, tributis comitijs creati Tribuni ſunt,[k] atque ita præter
alios placet Comitia diſtinguere. Sanè verò, quia claſſium populi Romani
meminimus:† ſciendum,in quinque claſſes, deinde in centum nonaginta 23 Claſſes Romanę & Centuriæ.
tres centurias, eum populum diſtributum fuiſſe. Prima claſſis erat homi-
num maximi cenſus,in qua erant decem & octo equitum centuriæ, pedi-
tum octoginta: cuiuſmodi centuriæ in ferendis ſuffragijs primum vocaban-
tur:quæ tamen ſi variabant,quia diuerſis candidatis ſuffragarentur:ad ſecun
dam claſſem deferebatur ius ſuffragij:in qua erant vigintiduæ centuriæ ho-
minum ſecundi cenſus.Tertia claſſis eorum fuit,qui paulò inferioris cenſus
erant:in eáque fuerūt viginti cēturiæ: totidémque erant in quarta claſſe,niſi
quod eis poſtea additæ fuerūt duæ,Cornicinū ſcilicet,& Tibicinū,& in hac
erāt ciues minoris cenſus.Quinta verò claſſis triginta cēturias cōtinebat ho
minū minimi cēſus.Præter has quinq; claſſes erat vna cēturia pauperrimorū
ciuiū:ſed tamē qui numero cæteros omnes ferè æquarent.Ad †quæ minimè 24 Comitiū
prętereundum Comitium fuiſſe locum Romæ iuxta forū& curiā, quo coi-
re populus ſolebat:tum litium,tum curiatorum comitiorum cauſa à coëun-
do ſic dictum,quaſi Coitium;aut vt alij malunt, quia eo Sabini & Romani
ad ſanciendam inter ſe pacem conueniſſent.† Fuerunt præter ſuperiora Ca- 25 Calata comitia.
lata comitia,quæ pro collegio pontificum haberi ſolebant, aut regis ſacro-
rum,aut flaminum inaugurandorum cauſa:quorum inquit Gellius,alia quo-
que curiata ſunt,alia centuriata. Curiata per lictorem calari,id eſt,conuoca-
ti,Centuriata per cornicinem:adijciens hiſdem comitijs,& ſacrorum dete-
l Gell. lib. 15. c. 27. ſtationem & teſtamenta,fieri ſolita.[l] cui ſatis conſentit noſter Iuſtinianus.[m] Teſtamētum Calatis comitijs.
Denique ex comitijs,alia Conſularia,alia Prætoria, alia Quæſtoria,alia Tri-
m §. j. Inſtit. de teſta. bunitia,alia Aedilitia fuerunt: quibus ſcilicet Conſules,Prætores,Quęſtores
Tribuni,aut Aediles creabantur.

g *Sequentes reges*) Numa Pompilius ſcilicet, Tullus Hoſtilius, Ancus Mar- Reges Romani
tius, Tarquinius Priſcus,Seruius Tullius,& Tarquinus Superbus,in quo ex-
tincta

De' abs-que simu lachris colēdus. 26 tincta fuit dominatio regia, & mutata in consularem.† Numa sanè complu-
27 res tulit leges ad rem diuinā maximè pertinentes qualis illa† vt Dij sine simu
lachris colerentur, quam ex Mosis, diuiníque fontis præceptis haustam fuis-
se testantur Philo [n] & Eusebius:[o] fuitq; tam religiosè hæc lex diu Romæ ser- n Philo lib. de decalogo
uata, vt in cētum, & sexaginta annis nullum Romæ corporeum simulachrū
extitisse tradatur. Equidē Philo Iudęus, eos qui solem, lunā, cœlum & alia id o Euseb. Cesarien. lib præpa.
genus colunt, minus à recto declinare probat, quàm qui ligna, lapides, argen Euange. & de
tum, aurum, similésque materias formatas, vt cuique libuit, vertūt in statuas, demon. Euange
cæteráq; manufacta opera, qua parte (inquit) pictorum fictorúmque ars hu-
manæ vitæ valdè nocuit, omnes terras implentium his abominationibus: e-
xemerunt enim robur ex anima, persuasionē verā de semper viuēte Deo: vt
vacillet, tãquam malè saburratum nauigium, huc illuc vndis iactatū. cui nec
facilè portū attingere, nec tutū in statione aliqua interquiescere propter cę-
cutientes circa veritatem oculos mentis, quam solam videre debuerunt. Ha
ctenus ille,[p] à quo non valdè abhorret Epyphanius Cyprius episcopus.[q] Sed p Philo vbi suprà.
ad rem. Ex Pompilij legibus maximè laudatur Romulę legis emendatio, qua q Epiphanius. lib. contra omnes hereses.
Patri quā do vendere filiū liceat. patribus vendere filios permissum erat. quippè constituit Numa, vt si patre
approbante iubentéq; filius vxorē duxisset, non amplius patri potestatē esse
vendendi filium, graue nimirum, & iniquum existimans eam mulierem ser-
uo congredi, quæ vt libero nupta esset.[r] Promulgauit & illam quemadmo- r Plut. in Romu.
Parricida. dū Festus Pompeius scribit, Si quis hominē liberū sciens morti dederit, parri
cida esto. deinde & illam, Pellex aram Iunonis ne tangito. si tanget, Iunoni
crinibus dimissis agnam fœminam cædito. Posteriorum autem regum leges
apud Halicarnasseum legendas relinquimus.[s] s Halicarna. lib. 2. 3. & 4. antiqui. Roma.
Papiriorum gēs. 28 h Sexti Papirij) † Illustris fuit quondam Romæ Papiriorum familia. L. Papi-
rius Cursor, de Samnitibus primum, deinde de Hetruscis triumphauit, quem t Liuius li. 9.
in militari disciplina, Alexandro Magno, Liuius anteponere non erubescit.[t]
Cuius postea filius, nominis & cognominis eiusdem triumphum quoque de
Samnitibus reportauit. eumque nobilissimum, ob ingentem Samnitum mul
titudinem ad Aquiloniam cæsam, L. Papirius Masso, cùm ei pro rebus benè,
fœliciterque gestis denegatus fuisset triumphus, in monte Albano trium-
phauit: pro laureáque corona vsus est myrtea.[u] Cn. Papirius Carbo, cùm dē- u Plin. li. 15. c.
Prætextatus Papirius. 29 tibus natus.[x] † Papirius prætextatus, ob facetum mendacium, quo matrem 29. Valer. lib.
artificiosè fefellit, morosè nimis percunctantem, quid in curia ageretur co- 43. c. 6.
gnomen adsecutus est,[y] de quo non desunt, qui hunc locum intelligant, sed x Plin. lib. 7. c. 16.
mendosè, L. Papirium prætorem Massurius apud Plinium refert, secūdo hę- y Macro. lib. 1.
rede lege agente bonorum possessionem contra eum dedisse, cùm mater di- Saturna. c. 6.
ceret, se partum xiij. mensibus tulisse. quoniam nullum tempus pariendi cer
tum, natura statuisse videretur.[z] Hæc sunt quæ de Papirijs me legisse memi- z Plin. li. 7. c. 5.
Sextus Papirius. ni. De illo verò Sexto Papirio, quem exprimit hic Pomponius, nusquā (quod
equidē meminerim) me legisse quicquam scio, nisi quod Halicarnasseus ad
hãc rem cuiusdam C. Papirij meminit. Post electionem regum, inquit, leges
& sacrorum descriptiones in vsum rursus publicum traductæ sunt à pontifi-
ce C. Papirio, sacrorum omnium principatum habente.[a] Ex quibus duorum a Halicarnas.
alterum fateri oportet, vel locum hunc Pomponij corruptum & loco *Sexti*, lib. 3. antiqui.
reponendum *Caij*. vel Papirium istum trinomium fuisse, & C. Sextum Papi- Roma.
Tarquinius Superbus. rium appellatum: vtcunque autem sit hunc Papirium esse constat, qui ius di
ctum postea Papitianum composuit.
Tarquinius Priscus. 30 i *Superbus*) Expunxi Ego hanc voculam, Haloandrinos Codices magis pro
bans: † nō enim fuit Tarquinius Superbus, Corinthij Demarathi filius sed ne b l. filij appellatione. l. iusta. ff. de verb. sig. Zas. hîc.
pos ex filio Tarquinio Prisco. Quocirca loco *Superbus* absurdū non valde fo-
ret, *Tarquinius Priscus*, reponere. quem ex historijs certum est, Demarathi Co
Filij appellatione quando veniat nepos. rinthi filium fuisse, vt mox attingā diffusius. Nec enim Pōponij verba quo- c l. quod si nepotes ff. de test. tutel.
31 rundam cauillum excusare potest, dicentium,† filij verbo nepotem satis cō-
prehendi:[b] nā hoc ex interpretatiōe cōtingit, nō ex sermonis propriete,[c] quā

tamen in recensendis historijs maximè sequi,spectaréque conuenit:alioqui
magna ex parte incerti essemus,quid proderit historia. Quamuis neque no-
uum,neque mirum videri velim,si in historiis Iureconsulti quandoque fal-
lantur,† cum & ipsum M.Ciceronem,authorum omnium laudatissimũ pro 32
Hectore,Aiacem ex Homero imprudenter nimis accepisse legamus:[d] & VI
pianum nostrum grauiter lapsum constet,dum à Domitia Neronis filia Pari
dem Pantomimum decem quæ dederat ei pro libertate,repetijsse,ex Nera-
tij sententia scribit:[e]quandoquidem non ignotum est Domitiã Neronis ami
tã fuisse, non etiã filiam. Paridémque hystrionẽ libertũ & ipsum Domitiæ.[f]
k Demarathi.) † Demarathus ex Corinthij potentissimis vnus :nempè ex no- 33
bili Bacchiadum familia,quæ ducentis plus minus annis Corinthum,vt Stra-
bo refert,dominatione tenuit.[g] Cypselli tyrannidem,domesticásque factio-
nes,effugere cupiens,relicta vrbe Corintho,frequentem inde adduxit popu
lum rótque domo secum opes attulit,in Ethruriam,vt vrbis Tarquinij,(quã
adijt ciuitate donatus) princeps tandem extiterit.Is ex indigena vxore Lu-
cumonem,& Aruntem filios procreat.Arũs prior quàm pater moritur: nec
diu tamen superstes manet filio pater:cui † Lucumo bonorum omnium hę- 34
res superfuit, vxorémq; duxit Tanaquil,summo loco natam. Quæ cùm Lu-
cumonem maritum,velut exule aduena ortum,ab Ethruscis sperni videret,
crebróque audiret Romæ,externis honores dari (nam & Tatium Sabinum
accersitum in regnum,Numamque & Ancum Sabina matre ortum , Romæ
regnasse,constans erat fama)excelsi animi mulier , Lucumoni marito facilè
persuadet,vt sublatis rebus suis Romam commigrent:Ethruscáque discipli-
na imbuta maximos illic honores eum assecuturum prędic t.[h]Itaque Romã
se Lucumo contulit.Romæque ciuis factus pecunia,iudustriáque sua digni-
tatẽ atq; etiã Anci regis famlaritatẽ consecutus est. eidémq; tanta amicitia
deuinctus,vt ab Anco tutor liberis relictus fuerit. Qui post eius mortẽ inter
cepit regnum,& administrauit,quasi iure adeptus esset , mutatóque nomi-
ne,pro Lucumone,Lucij nomen sibi adscripsit:& ab Ethruriæ vrbe, vnde
venerat,& in qua tam amanter fuerat ab ipsis Tarquiniensibus acceptus,
Tarquiniũ se cognominari voluit:ac proinde cœptus vocari L. Tarquinius
Priscus.Qui sanè illustri sua virtute effecit,ne Romanos pœnituerit,quod re
gem de finitimis potiùs quã de suis elegissent.[i] † Hic capitolium extruxit: 35
Romæ circum ædificauit:numerum senatorum auxit.Romanos ludos insti-
tuit:muro lapideo vrbem circundauit,& cloacas ædificauit: tandem tamen
ab Anci regis filiis,quos ipse regni successione fraudauerat,obtruncatus est,
nec exitu fœlicior eius filius tarquinius secundus ob impium,vt quidam vo-
lunt,factum,quia scilicet soceri cadauer sepultura prohibuisset , Romulum
quoque insepultum perisse dictitans,Superbus appellatus, [k] qui regum po-
stremus de regni sui possessione eiectus fuit,& deturbatus.[l] Porro autem cir
ca Demarathi nomen contiscendum non putaui,idẽ eo significari , quod à
populo votis petitus:nam & ideò tale nomen filio Aristonis impositum He
todotus scribit,quod ante eum natum omnis populus vota fecisset,vt Aristo
ni regum omnium ante id tempus probatissimo,filius gigneretur.[m]
l Corinthi) † Corinthus ciuitas Achaiæ celeberrima fuit,quæ primum à Sy 36
sipho latrone, Aeoli filio super Isthmo,hoc est angusta terra,inter duo ma-
ria,Ionium,videlicet & Aegeũ extructa fuit , & Cercica cognominata,dein-
de Ephyra ab Ephyre Occeani filia:Posteáque euersa, & à Corintho Ore-
stis filio instaurata,ab eiúsq; nomine Corinthus vocata: Vltimò à Romanis
per L.Mumium diruta incensáque fuit.[n] Et ab Augusto,vt quidam volunt,
deinde reparata.Heliopolis† nõnũquã ob soli siccitatẽ dicta est:in qua Vene 37
ris tẽplũ fuisse Strabo author est.[o] Vbi nobilia scorta,circiter mille, habita-
re solebãt,aduenietib[9] hospitib[9] se prostrare parata,inter quę ab authoribus
memorãtur Lais,Cyrene,Læena,Sinope,Pirrhine & Sicione:loc[9] sanè diues
erat,& opibus affluẽs ob frequẽtẽ mercatorũ cõcursum: Cæterum ad effœ-
minãdos animos ob mulierũ elegãtiã,& incõtinentiã paratissimus:atq; inde
natum

d Aul.Gell. li. 15. noct. Att. c. 6.
e l.iij.§.si lib. ff.de cond.caus. dat.
f Corne.Tacit. lib.13. Alcia.li. iiij parer.c.17.
g Strab. libr. Geogra.5.
h Liuius lib. j.
i Valer. Max. lib.iij.c.iiij.
k Liuius lib. j.
l Strabo.lib. Geogra.5.
m Herodo.lib. 6.qui Erato inscribitur.
n Iusti.libr.34. Florus de bello Achaico.
o Strabo lib.8.

Ciceronis error
Vlpiani lapsus.
Demarathus Corinthius.
Lucumo Aruns.
Tanaquil.
Lucumo ciuis Romanus.
Lucumo nomen mutat.
Tarquinius Priscus.
Capitolium extructum.
Tarquinij Prisci mors.
Demarathi nominis expositio.
Corinthus ciuitas.
Cercica.
Ephyra.
Heliopolis.
Meretrices insignes.

natum Græcani cum prouerbium κορινθιάζειν, id est lasciuire: & illud item, si Straboni credimus non est cuiuis datum Corinthum appellere.[p] hoc ipsum tamen, ad Laidem nobile scortum Gellius, & alij plerique referunt.[q] Vnde Horatius.[r]

Non cuiuis homini, contingit adire Corinthum.

p Strab. lib. 8.
q Aul. Gel. li. j. noct. Att. c. 8.
r Horat. ad Scæuã li. j. epist.

Lais meretrix. 38 Quippè† Lais præsigni sua formæ venustate adeò superbierat, vt neminem admitteret, qui non daret quòd ipsa poposcerat. Solebat autem poscere magnam pecuniæ quantitatem: namque à Demosthene decem drachmarum millia petiit: qui tanta mulieris auaritia & petulantia cõsternatus re infecta discedens se pœnitudinem tanti non emere respondit.

m *Filius.*) Lucumo, qui postea Tarquinius priscus fuit appellatus, vt suprà docui.

n *Ex principibus viris.*) Ex primoribus sanè viris fuit Lucumo Demarathi filius qui L. Tarquinij prisci nomen sibi posteà asciuit. nam adhibitus ab Anco Martio in vlteriorem & intimam familiaritatem, tanta apud eum authoritate valuit, vt tutor liberis eius fuerit relictus quorum ille postmodnm successionem ingratissimè, sicuti iam ostendi intercepit. (Lucumo ingratus.)

Papirianum ius. o *Papirianum.*) Ancus Martius Romanorum rex leges sacras à Numa Pompilio latas, quæ iam in desuetudinem abierant, reducere cupiens ex pontificum commentariis descriptas, & tabulis querneis insculptas in foro proposuit. Pulsis dein regibus Sextus Papirius leges omnes variis temporibus latas, & sine ordine delitescentes, in vnum corpus deduxit. conscripto ea de re no-
39 minatim libro, † qui posteà ius ciuile Papirianum dictus est.

p *De suo.*) Hinc satis defendi potest rusticorum sermo, qui agrum quem
Suum. Meum. 40 colunt, suum esse dicunt.[s]† Quamuis enim significanter ad dominium referatur dictio suum:[t] vnde nec propriè meum dici possit, quod commune est.[u] latiore tamen acceptione, aliud concedimus:[x] pro subiectáque materia verbum quod Pomponius ambiguum scribit interpretamur:[y] vt quandoque, id quod nobis debetur denotet.[z] nonnunquam etiam, illud ipsum, in quo nec in personam, nec in rem, ius vllum habemus.[a]

s l. cùm aliquis. C de iur. delib.
t l. Quintus. §. argento. ff. de aur. & argent. legat.
u l. illud. ff. de ritu nup. l. quicquid. ff. de acq. re. do.
x l. serui electione. §. j. ff. de le. j. l. y. ff. cond. inst.
y l. pupillus. §. vl. ff de ver. sig.
z l. si & me. ff. si cert. peta.
a l. j. in prin. vbi dixi. ff. de off. præfec. vrb.

Ordo sequendus. 41 q *Composuit.*) † Magnum est profectò, quod incertè, confusè, & inordinatè traditum est concinnare, & ex ordine collocare, aptísque, & accommodatis locis disponere. Ordo quippè sicuti M. Cicero scribit, maximum cumprimis lumẽ adfert:[b] neque perfectæ cognitionis est, vel Ambrosio teste, scire quid facias, & ignorare quo ordine, vt bellissimè differit Accursius noster illic cõfusionem esse, vbi nullus est rerum ordo,[c] nec sanè quicquam efficit, qui sine methodo, iustóque ordine & progressu, aut scribit, aut docet.

b Cic. de Orat.
c Acc. §. inordinatum. in auth. de hære d. & fal. col. j.

§. EXACTIS. I.

Exactis[a] deinde regibus,[b] lege Tribunitia[c] omnes hæ leges exoleuerunt:[d] iterumque cœpit populus Romanus incerto magis iure[e] & consuetudine aliqua vti, quàm perlata lege: idque propè viginti annis passus est. Posteà ne diutiùs hoc fieret, placuit publica authoritate decem constitui viros,[f] per quos peterentur[g] leges à Græcis ciuitatibus,[h] & ciuitas legibus fundaretur.[i] quas in tabulas æneas[k] perscriptas pro rostris,[l] composuerunt: vt possent apertiùs percipi.[m] datúmque est eis ius[n] eo anno,[o] in ciuitate summum:[p] vti & leges corrigerent, si opus esset, & interpretarentur. neque prouocatio[q] ab eis, sicut à reliquis magistratibus[r] fieret. Qui & ipsi[s] cùm animaduerterent[t] aliquid deesse istis primis legibus, sequenti an-

no alias duas[u] ad easdem tabulas adiecerunt,[x] & ita ex accidente[y] appellatæ sunt leges xij. tabularum:[z] quarum ferendarum[aa] authorem fuisse Decemuiris Hermodorum quendam Ephesium[bb] exulantem[cc] in Italia, quidam retulerunt.

SVMMÆ.

a EXactis.) † Hoc est pulsis, & eiectis. Quid in Numa Pōpilio (inquit M. Cicero) quid in Seruio Tullo, quid in cæteris regibus? quorum multa sunt eximia, ad constituendam rempublicā. Quid exactis regibus? tametsi ipsam eiectionem, mente non lingua perfectam L. Bruti esse cernimus.[a] &c. Nec dubiū igitur quin exigere, ornato loquendi modo idem sit quod expellere, explodere, & eiicere. Vnde & exigi comœdiæ fabulæque dicuntur, cùm displicent: nanque Terentius,[b] 1

Fauete, adeste æquo animo, & rem cognoscite,
Vt pernoscatis, & quid spei sit reliquum.
Post hac quas faciet, de integro comœdias:
Spectandæ an exigendæ sint vobis prius.

Et alibi.[c]

Nouas qui exactas feci: vt inueterascerent.

Verum enimuerò hinc cognoscimus perferri falsò, quod vulgo iactatur, † Ablatiuos absolutos conditionem inducere: cùm per contrarium magis soleant accedere dispositioni.[d] Etsi quandoque faciant conditionem:[e] minimè putandum est, id ex vi, naturáque ablatiuorum contingere: sed quoniam vel expressè vel tacitè actus ipse suspendens exprimitur, aut euentus, in quem fit suspensio:[f] neque enim aliud quicquam est conditio quam futurus quidam euentus in quem dispositio suspenditur,[g] quòd si in vim septimi casus proferantur ablatiui absoluti nullam habet sentētia nostra dubitationē, vt cùm dicimus, arbitratu Titij, arbitrio meo, aut tutorum, aliquid fieri.[h] & in illo Poëtæ loco,[i] 2

Nil desperandum Te vero duce, & auspice Teucro.

Cuiusmodi naturæ illa quoque participia censeri debent quæ in vim nominis resoluuntur: vt cùm ait lex, Penum excepto vino legatam,[k] aut velo leuato iudicatum[l] iisque similia. † Sed nec secus dicendum si ablatiui per participium enuntientur, siue illud præsentis temporis sit (ad quod ideò conditio propriè referri non potest[m]) veluti cùm dicimus rato manente pacto pœnam præstari.[n] filio præcedente, aut (quemadmodum emendare quandoque placuit) prædecedente, patrem in locum nepotis quemlibet adoptare posse[o] conniuentibus oculis seruum redemptum,[p] & alia id genus, siue etiam præteriti:[q] veluti cùm prætor in eum dat iudicium qui rate naue expugnata, quid rapuisse dicetur.[r] cùm Honoriùs dixit absoluto propter vitium iudicis, naui- 3

a Cic. lib. j. de Orator.
b Terent. in prologo Andriæ.
c Terent. in prologo Hecyræ.
d l. si mādato. ij. §. vl. ff. mād. l. nā quod. §. vlt. ff. de pen. le. & hic cū concord. de quib. infrà.
e l. statu. libe. §. vlt. ff. de sta. li.
f l. cedere diē. ff. de verb. sig.
g Bar. l. j. ff. de cōd. & demōst.
h l. j. in fi. ff. le. ij. l. si quis arbitratu. & l. cū stipulatus sim. ff. de ver. oblig.
i Hor. li. j. Carm
k d. l. nā qui. §. vlt.
l l. penult. in prin. C. de nau fr. libr. xi.
m l. cùm ad præsēs. ff. si cer. pet.
n l. qui fidē. ff. de transact.
o l. ij §. sed si extraneum. ff. de nul.
p l. iiij. ff. de manumiss.
q d. l. cùm ad præsens.
r l. iij §. deinde. ff. de incend.

Exigere pro eiicere.
Exigi comœdia.
Ablatiui absoluti.
Cōditio.
Particip. vis.

nauiculario iudicem teneri mediam oneris partem inferre.[r] Et cùm quis accepta certa quantitate grauatus esset restituere:[s] atque etiam cùm soluto matrimonio lex dotem restitui iubet.[u] neque enim probabile est, quod quidam aiunt,[x] hæc verba, ex subiecta materia generaliter accipienda, siue retrò solutum sit, siue in futurum soluatur:[y] vt videlicet respectu futuri temporis conditionem faciant. nam proprietas comprimis sermonis, præteritum duntaxat tempus respicit: à qua monemur temerè non esse recedendum.[z] & cùm lex perpetuò viuat, semperque loquatur:[a] matrimoniúmque aliquando solutum iri semper certum sit: nimirum per mortem[b] eum casum lex diffinire videtur, quasi iamdiu nuptiæ diremptæ fuerint. vnde nec inferri conditio vlla potest.[c] cum quo prætereà nihil habet commune Pomponij disputatio,[d] quomodò verbum erit præteritum tempus, nedum futurum demonstret. nec nos mouerit, quòd stipulatio dotem reddi soluto matrimonio, futurum tempus respiciat:[e] hoc enim, non vi ablatiuorum, sed natura stipulationis contingit: quæ nisi referatur ad futurum tempus inutilis est.[f] Ad hæc dictio si, & similes quæ côditionem suapte natura faciunt:[g] si respiciant præsens, vel præteritum tempus eam non inducunt.[h] vnde & in Pauli responso[i] ablatiui absoluti euictis agris, quia per participium præteriti temporis sunt enuntiati, vim conditionis habere minimè possunt.[k] Et quoniam non contrahentium verba sunt sed legislatoris, qui eo loquendi modo passim vtitur.[l] nec sanè videre possum quæ nos adigat necessitas, vt conditionem illic induci dicere cogamur: vbi verò participium temporis est futuri, nunquam inducitur conditio.[m] nam quæ in rus terminantur tempus demonstrant, vt apud Lucanum,[n]

Dictiones quæ faciunt conditionem.

Participia in rus & dus.

Venturo Cæsare Romam.
Ignauæ liquere manus.

Id est, cùm esset venturus. Quæ autem in dus, terminationem habent, id designant, quod fieri oportet.[o] vt cum Iustinianus sæpè dicit, illo obseruando:[p] & hæredibus instituendis, vel exhæredandis, qua in re mecum sentiunt recentiores.[q] Ex prædictis non valdè obscurum arbitror intelligere vulgò perperam existimari, in Scæuolæ responso,[r] de eo qui acceptis centum numis hæreditatem restituere rogatus erat, ablatiuos illos acceptis numis, conditionem inducere.[s] Quandoquidem nominatim cum Claudio se dubitare Scæuola dicat, an in proposita specie sit conditio: nimirùm interpretatus modum potiùs esse, vt & in dubio præsumi debet.[t] Sed de iis iã satis, ac plúsquàm fortassè satis: quæ profectò alibi à me pari diligentia eadémque verborum serie tractata[u] hìc adscripturus non eram, nisi sperassem studiosos versate frequentiore manu hosce commentarios, velut seria, & grauiora continentes. Redeat ergo sermo noster vnde fluxit.

b *Regibus.*) Tarquinio nimirùm superbo & aliis qui post eum futuri erant.
4 †Cur autem Reges à Romanis exacti, exturbatíque fuerint in promptu causa est.
5 †Cùm enim Sextus Tarquinius, cognomento Superbus (quia vel socerum sepultura prohibuisset, vel arroganter omnia & superbè ageret) Lucretiam Collatini vxorem per vim stuprasset: ipsáque Lucretia castissima nobilissimáque matrona euocatis marito & amicis tantum dedecus cultro, quem sub veste abditum tenebat, fortiter expiasset: vna omnium voce clamauerũt Romani pro libertate millies mori multò meliùs esse, quàm contumelias Tyrannorum adeò graues negligere. Itaque L. Iunio Bruto, præsertim duce & suasore imperium regi abrogatum est: exulésque esse iussi L. Tarquinius cum coniuge ac liberis, regiúsque dominatus, qui annos ducentos & quatuor supra quadraginta ab vrbe condita durauerat, in Tyrannidem conuer-

Reges cur à Romanis electi. Tarquinius cur superbus dictus.

r d. l. pen. in fi. C. de naufrag. libr. 11.
s l. fideicom. §. cùm esset. ff. de leg. iij.
u l. ij. in prin. ff. solut. matr.
x And. Alci. l. cùm quæreb. tur. de verb. sig.
y l. verbum erit. ff. illo tit.
z l. non aliter. ff. de leg. iij.
a l. Arriani. C. de heret.
b §. deinceps. in aut. de nu. co. 4.
c l. si pupillus. §. qui sub conditione. vbi Accur. ff. de nouatio.
d d. l. verbum erit.
e l. si quis sic. ff. solut. mat. l. cũ quærebatur. ff. de uer. signi.
f l. 5. §. stipulatio. ff. de ver. ob.
g l. cedere diẽ. ff. de verb. sign.
h l. si ita stipul. fuero hãc summã ff. de ver. obli. Bar. l. j. ff. de cõd. & demõst.
i l. euictis. ff. de vsur.
k d. l. cùm ad præsens.
l l. quidã. l. exacta. l. si et. §. si is qui. l. si cùm vẽditor. ff. de euictio.
m l. si quis vina. in prin. ff. de peri. & commod. rei vend.
n Lucan. lib. ij. bell. ciuil.
o d. l. si quis vina.
p l. pe. §. illa cũ vulga. C. de necess. ser.
q Alciat. d. l. cùm quærebatur.
r l. à testatore. ff. de cond. & dem.
s l. fideicom. §. cùm esset. ff. de legat. iij.
t l. quæro. §. inter. ff. locat. Cart. l. cum mota. C. de transactio.
u lib. epistolica. quæst. c. 14.

x Cic. pro Rabirio.

sus hac de causa dissolutus est: ita vt nullum in libero populo, quemadmo-
dum M. Cicero[x] scribit, regiæ crudelitatis vestigium remanserit. Nam Brut.
primus consul, ne precibus aut donis regiis populus flecti posset, eum iureiu-
rando adegit neminem Romæ passuros regnare.[y] vnde legatis Porsenæ re-
gis, qui pro Tarquinio restituendo Romam venerant, populum respondisse
ferunt, hostibus potiùs quàm regibus portas se patefacturum, vt non sit hinc
obscurum videre cur in plurali Pomponius dixerit exactis regibus, nimirum
ostendens non Tarquinium solùm eiectum, sed quotquot post eum futuri
erant reges: adeoque regiam omnem dominationẽ. †Sic apud Achæos quõ- 6
dam regnari cœptum vsque ad Sygi tempora: cuius filii cùm per tyrãnidem
prouinciam gubernarent rempublicam à regibus ad populum Achæi tran-
stulerunt.[z]

y Liuius lib. ij.

Pop. Romani ad legatos Porsenæ responsũ

Achæorũ respublica.

z Polyb. lib. ij.

c *Lege tribunitia.*) †Hoc est lege à Iunio Bruto celerum tribuno lata de eii- 7
ciendis regibus, eorúmque institutis abolendis.[a] Ridiculi porrò sunt, qui hũc
locum de lege à Tribunis plebis lata interpretantur.[b] quandoquidem de-
cimoseptimo tantùm anno post eiectos Reges Tribuni plebis creati
sunt.[c]

Tribunitia lex.

a §. post originẽ hac l.
b Accur. hîc.
c §. eisdem tẽporibus. hac l.

d *Exoleuerunt.*) Tanto in regiam potestatem Iunius Brutus odio flagrabat,
vt non modò reges, verumetiam eorum leges & decreta aboleri voluerit, ne
memoria vestigiáque regum vlla conspicerentur.[d]

d Liuius lib. ij. Cic. pro Rabir.

e *Incerto iure.*) Hoc est non scripto, nec diffinito: sed arbitrio magistratus
constituto, vt sibi pro re nata æquum videbatur.

f *Decem constitui viros.*) Vel pudendus est error in litera, vel in Pomponij
sensu, qui hac in re, si verba sequamur à Liuio, Halicarnasseo cæterisque hi-
storicis manifestè dissentit. neq. enim decem, sed tres duntaxat cõstituti fue-
re legati. Sp. Posthumius Albus, Aulus Manlius, & Pub. Sulpitius Cameri.
qui à Græcis ciuitatibus leges peterent.[e] quanuis perlatis legibus Decem-
uiros constitutos non ignorem, qui ex Græciis institutis, patriisque mo-
ribus Romanas leges, & conderent, & scriberent: vt mox fusiùs dis-
seram.

Pōponij error.

Legati ad petendas leges

e Liuius li. iij. Halicar. lib. ij

g *Per quos peterentur.*) Cùm Romana plebs intestinis & quotidianis seditio-
nibus agitaretur, instantérque peteret communes quasdam leges ferri: le-
ges exteras, vt omnis inuidiæ prætextus recideretur aduocari placuit.[f] Qua-
propter instructis ex publico triremibus tres illi legati, quos memorauimus,
Athenas missi sunt: vt Solonis leges aliarúmque Græciæ ciuitatum instituta,
moresque describerent, & descriptas Romam deferrent: qui tertio redeun-
tes anno cum Græcanicis legibus ad censendas promulgandásque anno ab
vrbe condita ccciij. & à pulsis regibus lix. † Decemuiri centuriatis comitiis 8
creantur.[g] nempè tres illi legati, & cum iis Appius Claudius, T. Genutius,
Pub. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, Pub. Curatius, & Tit. Romuleius, placuit-
que ne ab illis esset prouocatio, & decimo singuli die ius populo redde-
rent: eóque tempore penes iuris præfectum fasces xij. forent. Sed vti-
nam sanctissimo hoc Romanorum consilio principes nostri excitaren-
tur, persuasúmque haberent † melioris politiæ tractationem, non anteà 9
legitimam fore, quàm si iuris traditio rectè fuerit in scholis & foro con-
stituta: nisi enim iuuentus ad veram & simplicem iuris professionem erudia-
tur, nunquam fiet ad publicas functiones quandoque in foro suscipiendas
idonea.

Causam legum petendarũ.

f Liuius lib. iij.

g c. vlt. 7. dist.

Decemuirorum nomina.

Politia à quib tractanda.

h *Græcis ciuitatibus.*) A quibus ingenuè fatendum est quascunque liberales
artes bonásque disciplinas dimanasse. Nam fuerunt olim Græci magnanimi,
acuti, fortitudine, & sapientia omnium præstantissimi. Cuius† rei prodidit 10
Aristoteles rationem quòd scilicet inter meridiem sint & Septentrionem
Græcos fortes sapientes esse.[h] Nam vt alibi idem author scriptum reliquit,
homines qui in calidis regionibus habitant, multò sapientiores sunt, quàm
qui in frigidis.[i] †Fuit autem Græciæ regio sic dicta à Græco eius prouinciæ 11
Rege

Græcorũ virtus.

h Aristot. li. 7. Politic. c. 7.
i Aristot. li. 14. problematum.

Græcia cur sic dicta.

Rege primo: vt Aristoteles testatur.[k] quæ paruum quendam locum Europæ tenet: in ea sunt Athenienses, Acoles & Dores.[l] — k. Arist. in M. teores.

Lex fundamentũ ciuitatis — i *Legibus fundaretur.*) Rectè quidem. Nam sicuti Mar. Portius Cato dicebat, 12 †leges neruí sunt & fundamenta ciuitatum, atque adeò totius reipublicæ & salutis singulorum: quas qui contemnendas putat, is non modò vitiorũ vincula reuellit, sed etiam (inquit M. Cicero) vtilitatis vitęque communis.[m] In legibus quippè salus ciuitatis posita est.[n] Et vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege (vt Cicero scribit) suis partibus & neruis, ac sanguine vti non potest.[o] ad quę Poeta,[p] — l Cic. pro Fla. m Cic. pro Cecinna. n Arist. j. Rhe. o Cic. pro Cluentio. p Vergilius. li. vj. Æneid.

Agnosco crines, incanáque menta.
Regis Romani primus, qui legibus vrbem
Fundauit.

Nam Romulus vt legibus priusquã mœnibus Romam fundaret, edixit, ne quis vallum trãsiliret.[q] †Dauid quoque cùm ait, *Quoniam fundamenta*, sunt tamen qui malint persugia vertere, *destructa sunt, iustus quid fecit?*[r] pro legib. posuit fundamenta, sicuti testatur Hieronymus Simmachum sequutus: qui sententiam imitatus, non verba ad hunc modum, vt Hesychius refert, ex Hebræo vertit. *Quoniam leges dissolutæ.* Nec sanè mirũ videri debet, si Dauid fundamenta pro legibus metaphoticôs accipiat, in quibus nititur vniuersa reipublicę salus:[s] cum & alibi[t] Clypeorum verbo reges ideò significarit, quòd ciuitates & publica ciuium tranquilitas in eorum fide ac tutela sint.[u] — Dauidis 13 locus expositus. q l. vlt. inf. de rer. diuis. r Psal. xi. s Cicer. pro Cecinna. t li. 4. Re. c. 19. & oratior. xij. v Herod. lib. j. cui tit. est, Clio. Cice. i. off.

Leges xii. tabu. in æs incisæ. — 14 lz *In tabulas æneas*) Sic lego, non *eboreas*, aut *eburneas*: vt alij, idque vel Liuij testimonio.[x] †Priusquam, inquit, vrbem egrederentur leges Decemuirales, quibus tabulis duodecim est nomen in æs incisas in publico proposuerunt.[y] Halicarnasse, item, qui in basces æneas fuisse has leges incisas scribit.[z] Et quoniam leges vbi latæ erant in æneis tabulis incisæ figebantur,[z] & reconde bantur in ærario.[a] vnde Antonium increpat M. Cicero, quòd falsas leges C. Cæsaris nomine in æs incidendas, & in Capitolio figendas curauerit.[b] Inde leges xij. tabul. appellatæ, quoniam in x. tabulis æneis primum, & postea in xij. incisę, ac perscriptæ pro rostris, vt apertius perciperentur, propositæ fuerunt.[c] Sic & Minoem legimus æreis tabulis leges suas inscribi, & ter quotannis per vniuersam Cretam circunferri iussit.[d] In moréque veterum scio positum fuisse, quòd perpetuum fore, & nunquam interiturum cupiebant, in æs incidere. vnde fœdera illa inter Athenienses Eleos & Mantineos in singulis ciuitatibus titulo lapideo communiter verò ludis Olympiacis æneo titulo describebantur.[e] Ad hæc Plinius, Vsus æris (ait) ad perpetuitatem monumentorum iampridem translatus est tabulis æreis, in quibus publicę constitutiones inciduntur.[f] Et Venuleius noster qui tabulam æream, inquit, leges formámue agrorum, aut quid aliud continentem refixerit, vel quid inde immutauerit, lege peculatus tenetur.[g] — Leges xii. tabu. cur sic di ctæ. Minois leges. x Liuius li. iij. y Halic. li. 10. z l. qui tabulá. ff. ad l. Iul. pecu lat. a Sueton. in Cæsare. Halicar. lib. 10. b Cic. ij. Phili. c vt hic. d Plat. in dialo. Minos, vel, de leg. e Thucidides li. 6. belli Peloponnesiaci. f Plinius libr. 34. cap. 9. g l. qui tabulá. ff. ad l. Iul. peculat.

Pro, id est, ante. — 15 l *Pro rostris.*) Id est ante rostra.[h] Pro, namque dictio, idẽ hîc significat quòd ante: vt & alibi M. Cicero hastam positam pro æde Iouis Statoris dixit.[i] †Sanè verò Romani ante curiam hostiliam, quæ senatorum erat, extructum suggestum adornauere ex rostris (hoc est partibus illis acutis & exporrectis è prora) nauium ab Antiatis captarum: eúmq. locum ideo Rostra vocauerunt: vnde ad populum loqui consueuerant.[l] Ibíque legũ tabulę affigebãtur omnibus conspicuæ.[k] fuit autem C. Meuius qui deuictis Antiatibus in suggestu Rostra fixit.[l] — Rostra. 16 h Cic. ij. Phili. i Liuius, li. 8. di co latius. §. Ser uius. inf. hac l. k vt hic. l Plinius libr. 34. cap. 5. m l. sed & si. in pro scribere. ff. de instito. actio. n c. vl. qui ma. accus. pos. o l. j. ff. de serui. §. j. vbi dixi. de actio.

m *Apertius percipi.*) Nam quæ publicè proscribuntur omnib. verisimiliter innotescunt.[m] Nouas autem leges omnibus innotescere oportebat, ne quispiã eorum ignorationem prætexeret.[n]

Ius pro facultate — n *Ius.*) Id est facultas & potestas.[o] Ius (inquit M. Cicero) potestatémque imperãdi habeo:[p] & Plinius, Nullum Deos habere in pręterita ius prȩterquàm — p Cic. xj. Phil.

q Nim.li.ij.c.7. obliuionis dixit. q

o *Eo anno.*) r Data fuit Decemuiris summa illa potestas, vt ea vno tantùm anno vterentur: qui tamen quæsito perficiendarum legum colore magistra 17
tum callido ingenio vsurparunt. non quidem Decemuiri illi quos suprà me Deceuirorũ callid.
morauimus, qui post perlatas comitiis Centuriatis leges se simul magistratu abdicarunt: sed sequentes qui cùm percrebuisset rumor duarum adiectione tabularum ius populi Romani perfectum iri in comitiis loco priorũ suffecti sunt. Cúmq. nõ aliud superesset, quàm vt binæ legũ tabulæ decem primis ad iunctæ centuriatis comitiis perferretur: nullam tot anno Comitiorum mentionem fecerunt, quin constans rumor dissiparus erat clandestinam inter ipsos coniurationem iuiciurando ictam, ne comitia vnquam haberent, quo perpetuo Decemuiratu possessum semel imperium obtinerent: ac profectò credibile est ita potuisse contingere: nisi Appius Decemuir diuersis artibus Virginiam stuprare aggressus esset, quo tam nefario luxurię exemplo plebs irritata montem Auentinum occupauit, Decemuirósque coegit abire magi
r §.& cum plu cuissetur.bac l. stratu, quod infrà commodiore loco differemus. r

p *Summum.*) Cæteris omnibus dissolutis magistratibus summam profectò habuerunt in vrbe Decemuiri potestatem, adeo vt non esset ab eis prouocatio sicuti mox dicemus.

q *Neque prouocatio ab eis.*) † Vel hinc cõstat summum ius maximámq. apud 18 Appellationis beneficiũ.
Deceũiros fuisse potestatẽ, q̃ ab illis scilicet interdiceretur prouocatio. Nam Regũ tempore, qui tamen eximio pollebãt imperio prouocãdi ius ad populũ fuit. Vnde eũ princeps Horatius Curiatios Albanos singulari certamine vicisset: & Romã ingressus sororẽ virginẽ quæ despõsa vni ex Curiatiis fuerat. sponsi sui fa a lugentẽ strictõ gladio transfixisset: à Tullo Hostilio rege perduellio iudicatus ad populũ prouocauit: à quo tandẽ virtutis admiratione magis (inquit Liu us) quã iure causæ absolutus est. s Exactis porrò leg.bus
s Liuius lib.j. *Valer. Publicolã primũ lege lata sanxisse legimus, vt aduersus magistratus *aliàs Regibus.
prouocare liceret, quod tamẽ beneficiũ Deceũiris cõstitutis (vt hinc vide. mus) lege sublatum fuit. At ea potestate euersã, id ius non modò populus Romanus restituit, uerũetiã in posterũ muniuit lege lata, nequis magistratũ vl
t Liuius lib.3. lũ sine prouocatione crearet: qui creasset, eũ occidi fas esset. t Cúmq. potentiorũ factione & opibus quæ ferè semper quã plebis libertas potuerũt, hæc lex sæpè obliteraretur, sæpè quoq. renouata fuit, & ab eadem semper familia
u Liuius li.10. Valeriorum. u

r *A reliquis magistratibus.*) Lege à Valerio Publicola lata, qua edixit, ab omnibus omnino magistratibus prouocandi ius esse.

s *Et ipsum.*) Decemuiri non quidem primi, sed anni sequentis, vti iam dictum est.

t *Animaduerterent.*) Vulgatus siquidẽ rumor erat (inquit Liuius) duas deesse
x Liuius li.iij. tabulas, quibus adiectis absolui posset velut corpus omnis Romani iuris. x

v *Alias duas.*) In quibus lex vna, de maritandis ordinibus scripta fuit, quę patritios cum plebeis matrimonio coniungi vetuit.

x *Adiecerunt.*) Non zelo virtutis, aut amore reipublicæ, vt tyrannica eorũ potestas, qua in populũ semper exercuerunt libidinẽ, & crudelitatẽ declarauit: sed ne nihil fecisse viderentur. Atq. hinc obseruare licet, sanctissimã iuris ciuilis sapientiam flagitiosis & improbis authoribus nõ caruisse: † Ad quæ succurrit opportunè Tribonianus noster (cuius suasu Iustinianus ius ciuile dispersum, & infinitis commentariis dissipatũ in hanc quã habemus, breuitatẽ 19 Triboniani mores.
cõtraxit) qui præterquã quod auaritia miserè seruẽs, iuris scientiã, quasi promercalẽ habuit: penitùs abhorruit, ab omni religione, præsertim Christiana: mirabilísq. fuit impostor, si Suidę credimus: vt qui Iustiniano persuaserit non moriturum eum, sed cum ipso corpore in cælum sublatum iri.

y l.si eadem vbi dixi.ff.de ef.af fe.l.j.§.bestias.ff.de positu.
z vt hic.

y *Ex accidente.* Accidẽs ergo naturæ, origini, & primariæ causæ præponderat. y quod in impositione nominum dubio procul obtinet. z nam † & M. 20
Tullium

Cice. cur sic dictus. Legũ xij. tab. laus.

Tullium à vilissimo legumine Ciceronem creberrimè nuncupatum videmus: & à fabis, Fabios: à lente, Lentulos.

z *Leges xij. tabul.*) Quas tanti fecit Crassus apud M. Cicer. vt dicere non dubitarit, bibliothecas omnium philosophorum ab vno xij. tabul. libello, & authoritatis pondere, & vtilitatis vbertate superari.[a] Phauorinum quoque philosophum solitum dixisse ferunt, se nõ minus cupidè leges xij. tabu. quàm decem de legibus Platonis libros legere.[b]

a Cic. de Orat.
b Aul. Gell. li. 19. noct. Attic. cap. 1.

aa *Quarum*) Duarum videlicet tabul. quod sanè magis cohæret, quã vt cum cæteris dictionem hanc, ad omnes xij. tabul. referamus.

bb *Hermodorum Ephesium*) Huius neq. Liuius neq. Halicarnasseus præsentẽ tractãtes historiã, meminerũt. Strabo[c] verò & Plinius[d] mẽtionẽ faciunt. † Fuit
21 aũt Hermodorus Ephesiorũ exul: sed vt Heraclitus ait, singularis modestiæ,
ac frugalitatis vir, & virtutibus excellens: cui quod leges, quas Decẽuiri trãscriberẽt, è trãsmarina legatione interpretaretur, ad perpetuũ virtutis testi-
22 moniũ Romę statua publicè dicata fuit. † Ob hũc dicebat pręterea, idẽ author Heraclitus, dignos esse Ephesios omnes strangulari, qui Hermodorum virũ inter eos frugi eiecerunt, dicentes, *nemo nostrũm frugi esto, alioqui cũ alijs eijciatur.* Hic vir inquit M. Cicero, videtur quasdã leges Romanis scripsisse.[f]

Hermodori Ephesii vita. Exiliũ iustorum.

c Strab. lib. 14. Geograph.
d Plin. lib. 34. cap. 5.
e Cic. li. 5. Tusc. Strab. vbi sup.
f Cic. 5. Tuscu.

Hermodorus Siculus.

Fuit & alius Hermodorus Siculus Platonis discipulus, qui malè eo nomine audiebat, quod quæstui philosophiã exponeret, ac dicta, quæ à præceptore Platone exceperat, in Sicilia deinde turpi dinundinatione venditaret.

cc *Exulantem*) Hermodorus vt ex Strabone retulimus, qui probitate iustitiáque præ cæteris mirè polleret, patria expulsus est. Quẽ cùm eiicerent ciuitate, dicebant: *Nemo de nobis vnus excellat: sed si quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit.* Qua ratione censebat Heraclitus Physicus, vt M. Cice. refert: Ephesios
23 oẽs morte mulctandos.[g] Idipsum tamen Aristidi quoq. (qui vnus omniũ, inquit Cicer. iustissimus fuisse traditur[h]) obiectũ prodit historia. Cũ enim decẽnali exilio mulctatus causam inquireret, responsum fertur, displicuisse, quòd elaboraret, vt pręter cæteras iustus esset & haberetur.[i] adeò in omni
24 populo omnis exuberãtia virtutis inuisa semper fuit, & exosa. † Heligabalũ item Alexandro adoptato infensum ideò legimus, quòd impudicus nõ esset, idémq. tyrannis Vlpianũ officio suo mouit. quia vir bonus erat.[k] Iulium denique Græcinum ob hoc vnum Xerses occidi iussit, quòd melior vir esset, quàm esse quemquam Tyranno expediret.[l]

Aristides iustus. Heliogabali impudicus animus.

g Cic. li. 5. Tusc.
h Cic. li. 4. of. et pro Sestio.
i Plut. in Arist.
k Lamprid. in Heliogabalo.
l Seneca. l. 4. de benefic.

§. HIS LEGIBVS.

His legibus latis,[a] cœpit (vt naturaliter[b] euenire solet) vt interpretatio desideraret prudentium authoritatem, *[c] necessariámque disputationem fori.[d] Hæc disputatio & hoc ius,[e] quod sine scripto venit,[f] compositum à prudentibus, propria parte aliqua,[g] non appellatur, vt cæterę partes iuris[h] suis nominibus designãtur: sed communi nomine[i] appellatur ius ciuile.[k]

* Aliàs, prudẽtiũ authoritate necessariã esse disput. &c.

SVMMÆ.

1 *Legum multitudo vitanda.*
2 *Commentariorum iactura.*
3 *Hominum naturalis dissensio.*
4 *Iurisperiti in republica necessarij.*
5 *Scriptum & non scriptum.*
6 *Feudorum vsus.*
7 *Iuris partes.*
8 *Commune pro generali.*
9 *Responsa prudentium.*

Legum pluralitas perniciosa.

1 a LEgibus latis) Et equidem paucis, maximo reipubli. bono, quibus † namq. plurimæ leges adsunt, viuendi ritu plerunq; deprauãtur: sicuti quib. plures adsunt medici, permultis grauantur ægritudinibus.[a] Sapienter itaque legum cõditores admonet Plato, ne leges in republica multiplicent.[b] Idéq; de iudicibus & medicis, ne in ciuitate multiplicarentur, Socratem constituisse

a Strab. lib. 6. Geographia.
b Pla. lib. 4. de republi.

ſe fama eſt. Eiuſceque rei memorabile nobis exemplũ præbuit Romana reſpublica: quæ cùm initio perpaucis legibus conſtitiſſet, legum gliſcente copia defecit. Ex modicis itaq. legibus, quæ xij. tabulis bello continebantur, innumeræ leges ſuccreuêre. quemadmodum

Flumina magna vides, paruis de fontibus orta.

Commẽtariorum in iure malum.

c l.j. ver. pe. C. de veter. iur.

Et quod† grauius ferendum eſt, exilierunt tandem aduerſus Iuſtiniani edi- 2
ctum,[c] profuſi illi rancidi, & verboſi noſtrorum interpretum commentarij, quos nemo non videt, lucis & doctrinæ parum, obſcuritatis autẽ & tenebrarum habere plurimum. Quibus præterea cauſidiculorum nequitias foueri videmus. dum enim quiſque interpretum pro captu ſuo nouare pergit, premendi iuris anſam rabulis iſtis forenſibus præſtat.

Naturalis hominum diſſenſio.

d l. itẽ ſi vnus. §. pe. ff. de arb.

e Teren. in Phorm.

b *Naturaliter*) † Euenit ſanè naturaliter, vt quod obſcurè ſcriptum eſt, ab v- 3
no in hanc, ab alio in aliam partem rapiatur, ob innatam nobis ad diſſentiendum facilitatem.[d] vnde Hegio ille Terentianus, cùm è tribus aduocatis vnũ obſeruaſſet affirmantem, alterum negantem, & tertium qui cenſeret deliberandum, dixit,[e]

Quot homines, tot ſententiæ, ſuus cuique mos.

f Perſi. Sat. 5.

Et Perſius,[f]

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus:

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

g Hora. ad Iuliũ Florũ li. ij. epiſtol.

Ad quam ſententiam Horatius quoque alluſiſſe mihi videtur, cùm ait,[g]

Tres mihi conuiuæ, propè diſſentire videntur,

Poſcentes vario, multum diuerſa palato.

h Ad Rom. 14.

Et ſuo quemque ſenſu abundare Apoſtolus nobis ſcriptum reliquit.[h]

Iuriſperiti in repu. neceſſarii.

c *Prudentium authoritatem*) † Hinc primum obſerua leges, earúmq. maieſtatẽ 4
commodè conſiſtere non poſſe, niſi per aſſiduam Iuriſperitorum interpretationem, quam Pomponius hîc teſtatur neceſſariam. Non eorum quidem, qui litigandi vias magis quàm iuris & iuſtitiæ tradere ſolent: ſed prudentum, hoc eſt eorum qui artem boni & ęqui probè calleant. Iuſtúmque ab iniuſto ita diſcernere ſciant, vt verborum vim nec callidè nec ſuperſtitioſè inſectentur: ſed æquitatem cum iuris ciuilis ratione perpetuò coniungãt. Rurſus & hinc illud tenendum, non cuiuſuis interpretationem recipiendã, ſed eius duntaxat prudentis, qui valet authoritate.

i l. vl. §. mixta. ff. de mun. & hono.

k l.j. ſ. hoc tit.

d *Diſputationem fori*) In quo iuriſperitorum diſceptationibus propoſitæ dubitationis veritas magis ac magis ſplendeſceret in lucem.[i] Verbo autem *Fori*, locum hîc intelligo, in quo ius reddi, Iudiciáq. Romæ exerceri ſolebant.[k]

e *Hoc ius*) Compoſitum authoritate prudentium intellecta diſputatione fori.

Scriptũ & non ſcriptum.

f *Sine ſcripto venit*) Poſteà verò memoriæ cauſa in ſcriptis & corpus iuris ci-
uilis redactum eſt. † Etenim ſcriptũ ius dicitur, quod in ipſa promulgatione 5
ſcribi ſolet, de ſcriptóq. recitari, vt interponatur authoritas. Quod verò ſine ſcriptura cõpoſitũ eſt, licet poſteà memoriæ gratia ſcripto cõprehendatur,

l l. contractus. C. de fid. inſtr.

Feudorũ vſus.

non ſcriptum nihilominus cenſetur.[l] idque liquidò patet, † per vſus feudorũ 6
Mediolani memoriæ cauſa cæterum barbarè, deſcriptos.

g *Proprie parte aliqua*) Id eſt aliquo proprio nomine.

m l. ius autẽ. ſ. de inſti. & iur.

n §. conſtat. inſt. de iur. natu.

o l. nam & ipſũ. ff. de iuſt. & iu.

p d. l. ius autẽ.

q l.j. inf. de leg.

Iuris partes.

h *Cæteræ partes iuris*) † Quæ Papiniano authore ſunt quinque. lex, plebiſcita, 7
ſenatuſconſulta, conſtitutiones principum, & reſpõſa prudentum.[m] Addit Iuſtinianus, ius prætorium.[n] quod viua vox eſt iuris ciuilis:[o] vt mirum ſit, Papinianum vniuerſo iuri ciuili, non niſi quinque partes ſubieciſſe. Prætoriúmq. ius, vt non ſcriptum à ciuili iure ſeparaſſe.[p]

Cõmune pro generali.

i *Communi nomine*) † Id eſt generali. Sic Papinianus dicit, legem eſſe commu 8
ne, id eſt generale præceptum.[q]

Iz *Appellatur*

12 *Appellatur ius ciuile)* Hoc ius à prudentibus compositum,& forensibus disputationibus excussum non induit, sicut cæteræ iuris partes, speciale nomẽ [r] Et ita neque legibus,neque plebiscitis,neque senatusconsultis,neque decretis principum,aut etiam responsis prudentum,applicati rectè potest: sed generis nomine ius ciuile simpliciter dici. [s] Responsa namque prudentum à Iureconsultis dabantur , quibus potestatem hanc princeps concesserat.[t] Hæc verò prudentum interpretatio, iam antè multò emerserat, quàm summam rerum populus in principem transtulisset. Quod vel hîc Pomponij locus satis supérque indicat.

Responsa prudentum.

9 †Sciendum igitur exactis Decemuiris , quibus ius erat leges interpretari:prudentium operam successisse, qui ius ipsum explanabant,& interpretabantur,consulentibúsque de iure respondebant: quorum magna principio fuit authoritas. Cæterùm omnibus passim huic muneri se obtrudentibus non multo post tempore euiluit, ac planè in contemptum abüt,donec D. Augustus edixit, ne quis sola suorum studiorum fiducia fretus, sed permissu tantùm principis, ex eiusdémque authoritate, de iure responderet. Et hæc responsa , quæ postmodum in scriptis redigebantur, appellata fuere, responsa prudentium, de quibus plura commodiore loco.[u]

r d.l. ius autẽ.
s d.§. cõst § responsa. Inst. de iur. natu.
t §. & vt obiter hac l.
u d.§. & vt obiter & §. vltimus huius l.

§. DEINDE EX HIS.

Deinde ex his legibus eodem ferè [a] tempore actiones compositæ[b] sunt,quibus inter se homines disceptarent : quas actiones ne populus,vt vellet,institueret,certas solemnésque [c] esse voluerunt:& appellabatur hæc pars iuris, Legis actiones. [d] Et ita eodem penè tempore tria hæc iura nata sunt. Leges xij. tabul. ex his fluere cœpit ius ciuile:ex iisdem [e] legis actiones compositæ sunt.Omnium tamen harum, & interpretandi scientia,[f] & actiones[g] apud collegium Pontificum[h] erãt:ex quibus[i] constituebatur, quis quoquo anno præesset priuatis.[k] Et populus propè centum annis hac consuetudine vsus est.

SVMMÆ.

1 *Actiones an iuris ciuilis.*
2 *Componere quid.*
3 *Actionum formula.*
4 *In rem præsentem venire.*
5 *Vindicationis formula.*
6 *Legis actio.*
7 *Cessio in iure.*
8 *Interrogationes.*
9 *Vindiciæ.*
10 *Legis actiones.*
11 *Pontifices soli interpretes iuris.*
12 *Collegium pontificum.*
13 *Annales maximi.*
14 *Pontifices maiores & minores.*
15 *Hostia.*
16 *Pontifex cur sic dictus.*
17 *Pons sublicius.*

Accursius ridiculus

a *FEre)* Hoc est penè,& quasi. Quod tametsi peruulgatũ, & leue negligendũ non putaui:ne quis fortè cum Accursio ridiculus hãc dictionẽ ex aduerbio nomen faciat,intelligens actiones feras,id est crudeles fuisse.

Actiones, quo iure instituẽ.

1 b *Actiones compositæ)* Iuregentiũ† olim nullas actiones fuisse plerisq. visum est:cùm regis arbitrio cõtrouersiæ dirimerentur : sed eas primùm in xij.tab. ex iisdẽq; fluente iure ciuili repertas,certísq; formulis conclusas:[a] ac proinde crebro receptum actiones origine & inuentione iuris ciuilis esse.[b] Nouissimis tamẽ fortiter reclamãtib9,[c] qui origine iurisgentiũ actiones existimãt: quamuis ciuilis lex formã eis superaddiderit. Quæ sententia,vt mihi quidẽ videtur,probabilior est.vt videlicet eodem iure prouenerint, quo obligatio-

a arg. huius tex.
b Bar. l. frater. ff. de cõd. inde. docto. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur.
c Zas. §. j. Inst. de actio. qui õnia habuit à Bald.

nes duxerunt originem.[d] alioqui frustra fuisset actiones institutæ, si non vnà earum fuisset ius persequendi, quod actio dicitur.[e] Adde si placet, facultatem illam persequendi in iudicio, quam actionem vocamus,[f] ante legem quoque duodecim tabul in vsu fuisse. Nã & vetustissimo illo seculo frequentabantur iudicia, agendíque via erat instituta, licet ruditer & confusè:[g] quod attigimus suprà.[h] posteà verò superueniens ius ciuile eas actiones antea informes concinnauit, perpoliuit & (vt cum Pomponio nostro dicam) composuit in certiorẽ modum, formã, & ordinẽ redigendo.[i] † Componere enim 2 ipse dicere solet, cõfusum antè sparsum, & informe certiore modo collocare, & aptiùs disponere.[k] vnde paulò suprà de Papirio *quòd leges (inquit) sine ordine latas in vnum cõposuit.*[l] Rursus infrà: Seruium ait, duos ad edictum libros reliquisse: deinde Offilium prætoris edictum composuisse.[m] Sec nec deest Ciceronis grauissimi authoris confirmatio. Collocationis inquit est, componere, & struere verba, sic vt néve asper eorum concursus, néve hiulcus sit: sed quodammodò coagmentatus, & lenis.[n] In eum denique sensum, componere verbum, Iustinianus vsurpat.[o]

c *Certas solemnésque*) † Prodidit vetustas quasdam actionum formulas, secun 3 dum quas à Pontificibus acceptas in iudiciis litigatores experirentur, alioqui causa caderent:[p] quamuis id muneris ad Prętores posteà fuerit translatũ:[q] ac deinde Iuniorum Cæsarum constitutionibus hæc omnia formularum, & impetrationum solemnia sublata.[r] In actione in personam, hæc erant con cepta verba, *Aio te mihi dare aut facere oportere.*[s] In vendicatione verò, disceptabatur olim ex duodecim tabulis in iure præsenti, siue ager siue quid aliud esset. † Vnde & vetus illa locutio, *in rem præsentem venire*,[t] Sed post- 4 quam Prætores, inquit Gellius,[u] propagatis Italiæ finibus, occupati negotiis, pacisci vindiciarum dicendarum causa longinquas res grauabantur, institutum est contra duodecim tabulas tacito consensu, vt litigatores non ex iure apud prætorem manum consererent: sed ex iure manu consertum vocarent: id est, alter alterum ex iure ad conserendam manum, in rem de qua ageretur, vocaret, atque profecti simul in agrum, de quo litigabatur, ex eo terræ modicum, veluti glebam vnam in ius ad prætorem deferrent: & in ea gleba, tanquam in toto fundo, vindicarent. † In vindicatione igitur 5 immobilis rei, pręscripta verba fuerunt. *Fundus qui est in agro, qui Sabinus vocatur, meus est : eum ego ex iure meum esse aio, ibi ego te ex iure manu consertum voco.* Cui, is à quo vindicabatur, respondebat, *Vnde tu me ex iure manu consertum vocasti, inde ego te reuoco.*[x] Rei verò mouentis vindicatio sic fiebat, apud magistratum populi Romani. Nam qui vindicabat, rem exhibitam tenens dicebat, *Hanc ego rem, ex iure Quiritium meam esse aio.* Cui aduersarius. *At ego contrà eam vindico.*[y] Nam aduersario negante, aut tacente prætor ei qui vindicauerat, rem addicebat: † idque legis actio, sicuti Caius docet vocabatur. 6 [z] videtúrque esse illud abalienationis genus, † quod cessionem in iure M. 7 Cicero nuncupauit.[a] Harum actionum præparatoriæ erant interrogationes, & vindiciæ. † Interrogatio sic fiebat, Q. T. I. I. C. P. A. T. F. 8 A. Id est, Quando re in iure conspicio, postulo, ante facias authorem. † 9 Vindicię ius erant possessionis quod vtraq. pars lite pendente contendebat, apud se esse oportere, sic dictæ, vt Pædianus ait, quod qui in his obtineret, vindicem, hoc est prædem, aut vt hodie loquimur, fideiussorem dare debe- ret, nihil in re possessa deterius interim facturum.[b] Quæ omnia verborũ aucupia. Constantinus, vti dictum est, sua lege sustulit.[c]

d *Legis actiones*) † Quia docebat legitimam agendi seriem, certáque 10 & solemnia verba, quibus actiones concipiendæ erant. Quid autem sit in iure legis actio, & apud quem existat, loco magis idoneo docebimus.[d]

e *Ex iisdem*) Tam videlicet ex legibus duodecim tabularum, quàm ex ipso iure ciuili.

f *Inter-*

d l. 1. ex hec iur. e d. §. j. de actio[?] f l. nihil aliud. ff. de actio. & obli. d. §. j. g Halic. lib. j. h in prin. hu- ius l. i vt hic. k hac l. in fi. prin. & hic rur- sus in §. ex his auditoribus. l hac l. in fi. prin. m d. §. ex his. n Cic. de Orat. o §. omnes vero populi. in proœ. Insti. p vt hic. q l. velut. ff. de ver. obl. Cicer. pro Cecinna, et in Verrem. r l. j. & ij. C. de formul. s l. verbũ opor tere. ff. de uerb. significa. t Cic. de Orat. u Aul. Gell. li. 20. cap. 9. x Cic. pro Mu. y l. j. § j. ff. de re. vendica. z Ti. Caius. li. ij. institu. a Cic. in Top. b Alcia. l. pecu nia verbũ. §. actionis. ff. de verb. signi. c l. j. C. de for. d l. 2. ff. de ori.[?]

Cõponere.
Actionũ formulæ
Aio te mihi dare.
In rem præsent ẽ venire.
Vindicationis formula.
Legis actio.
Cessio in iure. Interrogatio.
Vindicię
Legis actio.

Ponti fices soli iura interpretati.

11 f *Interpretanda scientia*) † Authoritas interpretandi iuris apud ipsos Pontifi-
ces fuit. Quod & diuinitùs institutum, M. Cicero scribit.[e] Nec sanè apud
alios fuisse contendi potest: cùm solis Pontificibus per multa sæcula ius ciui-
le notum fuerit,[f] donec videlicet Cn. Flauius scriba factus Aedilis Curulis id
inuulgauit. [g] M. Scæuola Publij filius se ex patre audisse dicebat, ne-
minem Pontificem bonum esse, nisi qui ius ciuile probè cognosceret.[h]

Actionũ formulæ ad prętores translatę.

g *Actiones*) Quas sicuti dictum est,[i] certis formulis conclusas, oportebat li-
tigatores à pontificibus accipere. Neque antè licuit agere, quàm à pontifi-
cum collegio agendi forma impetraretur. Cæterùm cùm ea factione ponti-
fices ad ambitionem, & auaritiam abuterentur, ab illis authoritas actionis
dandæ ad prætores translata fuit: [k] vt potè quorum iurisdictio tribus in reb.
omninò posità erat, nimirùm in decernendo, dandis iudiciis, & constituẽdis
iudicibus [l] quemadmodum oportuniore loco fusiùs sum dicturus.[m] Fuere ta-
men superstitiosa hæc omnia formularum & impetrationum solemnia re-
centiorum Cæsarum legibus antiquata.[n]

e Cic. pro domo sua.
f Valer. max. li. ij.
g §. seq. vbi dicam.
h Cic. li. ij. de leg. vt hic.
i s. hoc §.
k l. finita. §. elegater. ff. de dãno infect. l. vel in ff. de ver. obli.
l Cic. pro Cecinna, & act. iij. in Verrem.

Pontificũ collegium. Pontifex maxim⁹.

12 h *Collegium pontificum*) † Quod primùm fuit à Numa Pompilio institutum:
creatiq; in eo quatuor pontifices ex patribus, & ijs vnus præfectus, quem põ
tificem maximum vocauit, quód maximarum rerum, vt Festus Põpeius ait,
quæ ad sacra & religionem pertinent, iudex esset. vindéxque contumaciæ
priuatorum magistratuum instructor, ac veluti pædagogus, virginum vesta
lium custos, résque omnes singulorum annorum mandabat literis, refere-
bátque in album: & proponebat tabulam domi, vt esset populo potestas

Annales maximi

13 cognoscendi,[o] † vocabantúrque ij libri annales maximi: quibus M. Cicero

Põtifices minores. Pontifex minimus

14 scribit, nihil iucundius esse potuisse.[p] † Rel qui verò pontifices minores dice
bãtur: nisi quod inter hos quoque pontificis maximi nomen sibi vindicabat,
qui prior fuerat in id collegium adscitus, vt & minimus dicebatur, qui nouis-
simè venerat, itaque pontifici maximo sacra omnia exscripta, exsignatáque,

Hostiæ.

15 Numa Pompilius tribuit: vt plebem consulentem edoceret, † quibus Ho-
stiis, (hoc est quo animalium immolandorũ genere) quibus diebus, & ad quę
tẽpla fieri sacra oporteret, iusta item funebria, & manium placandorum ri-
tus, nequid diuinæ religionis patrios ritus negligendo, aut peregrinos asci-
scendo turbaretur. Ius ipsum præstereà ciuile, & eius interpretandi scientia,
necnon actionis populo dandæ facultas apud collegium pontificum fuit. E-
rántque ipsi pontifices, vt Halicarnasseus ait, nulli causæ dicendæ aut mulctę
obnoxii: neque senatui rationem, neque populo reddentes.[q] Defuncto au-
tem eorum aliquo, alius in demortui locum substituebatur, non à populo e-
lectus, sed ab eis ipsis, quicunque idoneus ex ciuibus maximè videbatur.
Cùm verò pontifices ex patribus initio crearẽtur, plebs tandem tribunitiis
rogationibus obtinuit, M. Valerio Coruino, & Q. Apuleio Pansa coss. anno

Pontifex cur sic dictus.

16 vrbis conditæ 453, vt pontifices alij quatuor designarentur ex plebe.[r] † Sanè
verò putauit Q. Mutius Scæuola pontifex maximus à posse & facere ponti-
fices dictos: quæ tamen denominationis ratio M. Varroni displicuit, appella

Pons sublicius.

17 tos potiùs existimans, † à ponte sublicio. quod ab iis videlicet sublicius pons,
hoc est ex sublicis seu perticis ligneis nullo prorsus adiuncto ferro, compa-
ctus, primùm extructus fuerit, ac sæpè restitutus. Alij aliter, atque aliter, vt
est apud Plutarchum.[s]

m l. j. l. iij. ff. de iurisdict.
n l. j. & ij. C. de formul.
o Cic. li. ij. de Ora.
p Cic. li. j. de legib.
q Halica. li. ij.
r Liuius li. 10.
s Plut. in Põplic.

i *Ex quibus*) Pontificibus, licet alij præter vnum Accursium, hæc verba te-
mere referant ad leges xij. tabul.

k *Priuatis*) Sic, vt vulgatiores codices habent, malim, quàm cùm recentio-
ribus, & Haloandrinis, *priuatus* legere, vt hîc sit sensus, solitum à Pontificibus
præfici, quoquo anno eorum vnum, qui iudicia daret: & actionibus decer-
nendis, moderandísque, *in priuatis*, hoc est priuatorum controuersiis præes-
set, ne cęteri publicis negotiis occupati sacrorum cura, & cæremoniis auo-
carentur.

§. POSTEA CVM APPIVS.

Posteà cùm Appius Claudius [a] proposuisset, & ad for-

mam redegisset has actiones, Cn. Flauius [b] scriba[c] eius, libertini filius, surreptum librum[d] populo tradidit: [e] & adeò gratum fuit id munus populo, vt Tribunus plebis [f] fieret, & Senator,[g] & Aedilis Curulis.[h] hic liber[i] qui actiones[k] continet appellatur ius ciuile Flauianum, sicut illud, ius ciuile Papirianum.[l] nam nec Cn. Flauius de suo quicquam adiecit[m] libro.

SVMMÆ.

1 *Appij duo.*	7 *Promethei fabula.*
2 *Cn. Flauij historia.*	8 *Tribunus an senator.*
3 *Fasti & Nefasti dies.*	9 *T. Iuera approbationis.*
4 *Religiosi dies.*	10 *Aedilitas cum alio magistratu.*
5 *Comitiales dies.*	11 *Virtutis splendor.*
6 *Scribæ officium.*	12 *Præmium ex improbè factis.*

a APpius Claudius.) Duorũ † huius nominis meminit in hac lege Pomponius: [a] Regillani videlicet, qui vnus ex Decẽuiris fuit: & Cæci, quem actiones descripsisse proditũ est. [b] de quo proinde hîc loqui Iurisconsultum constar. 1 *Appij duo.*

a §. fuit aũt in primis. hac l.
b d. §. fuit autẽ. vbi extẽsè dico.

b Cn. Flauius.) Vulgò cognita est historia. [c] Cneus Flauius patre libertino natus, † Appij Cæci scriba, cuius hortatu dies fastos exceperat ius ciuile inter sacra cæremoniásq. deorũ immortaliũ abditum, solísq. pontificibus (in quorũ penetralibus repositũ erat) cognitũ euulgauit, ac Fastos quos populum à pontificibus quotidie petere oportebat, circa forum in albo proposuit: vt sciretur quando lege agi posset. quo nomine tantam plebis gratiam adeptus est, vt Aedilis Curulis cum Q. Anitio Prænestino crearetur: additúmq. Flauio, vt simul Tribunus plebis esset. quo facto tanta senatus indignatione exarsit vt annulos multi nobiliũ, & phaleras, deponerẽt. Cúmq. ad Prænestinũ collegã ægrotantẽ visendi causa Flauius venisset, cõsensu nobiliũ adolescentiũ, qui ibi assidebant, ei assurrectum non est. At is curulem sellam eo afferri iussit: eámque in limine apposuit, ne quis illorum exire posset: & vti omnes vel inuiti viderent sese in sella curuli sedentem. Fuit autem hoc actum anno cond. iræ vrbis cccel. & P. Sulpitio Auerrione, ac P. Sempronio Soph. lõgo Coss. [d] De hoc Flauio sic alibi M. Cicero. posset agi lege, necne pauci quõdã inquit sciebant. fastos enim vulgò non habebant, in magna erant potẽtia, qui consulebantur à quibus etiã dies, tanquã à Chaldeis petebãtur. Inuentus est scriba quidam Cn. Flauius, qui cornicũ oculos confixerit: & singulis diebus ediscendis Fastos populo proposuerit: & ab ipsis cautis Iurisconsultis eorum scientiã cõpilarit. [e] Verè profectò Flauius ille cornicũ oculos confixisse dicitur, q̃ arcanã Põtificum artẽ, eorũmque in iure ciuili custodiẽdo solertiã, atq. adeò versutiam mirabilẽ, qua cæteris egregiè imponebãt, nouo callíditatis cõmento suppláuarit, & deluserit. Neque enim volebant Põtifices, vt M. Cicero scribit, obtinendę ac semper augendę potentiæ suæ causa artem suam diuulgari. [f] † Fasti autem dies quos cum arcanis Iuris ciuilis Cn. Flauius peruulgasse fertur, sunt dies illi, quibus diuina humanáque agere licebar: ac præsertim tria illa verba fari sine piaculo, *Do, Dico, Addico.* [g] His contrarii sũt nefasti, quos ideo inauspicatos & ominosos putabat antiquitas. De iis Ouidius in hæc verba, [h] 2 *Flauij scribæ historia.* 3 *Fasti dies.* *Nefasti dies.*

c Liuius lib. 9. ad finẽ. Cic. pro Murena. Valer. Max. li. ij. c. j. Plin. li. 33. c. j. Gell. li. 6. c. 9.
d Plin. li. 33. c. j.
e Cic. pro Murena.
f Cic. j. de orat.
g Macrob. li. j. Satur. c. 16.
h Ouid. li. j. Fastor.

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur:
Fastus erit, per quem lege licebit agi.
Nec toto præstare die, sua iura putaris:
Qui iam fastus erit, mane nefastus erat.
Nam simul extra Deo data sunt, licet omnia fari:
Verbáque honoratus libera prætor habet.

Est

Est quoque quo populum ius est, includere septis:
Est quoque qui nouo semper ab orbe redit.

Fastos ergo dies cum M. Varrone à fando appellatos dicere possumus, quòd his certa verba sine piaculo prætoribus fari licebat, quæ nefastis ius non erat: & si facta essent, piaculum erat. Idem Numa, inquit Liuius, nefastos dies fa-
4 stósque fecit, quia aliquãdo nihil cum populo agi, vtile futurum erat.[i] † Hos & Religiosos alicubi vocare videtur cum ait, Tum de diebus religiosis agitari cœptum, diémque ad xvj. calend. Sextiles, duplici clade insignem, quo die, ad Cremeram Fabij cæsi: quo deinde ad Alliam cum exitio vrbis fœdè pugnatum, à posteriore clade Alliensem appellarunt: insignémque rei nulli pu-
5 blicè priuatímque agendæ fecerũt.[k] † Erant & Comitiales dies quibus cum populo agi licebat. Et fastis quidem, inquit Aurelius, lege agi potest, cum populo non potest. Comitialibus vtrunque potest.[l]

c *Scriba eius.*) Habebant magistratus singuli suos scribas, qui res in magistratu gestas fideliter in tabulas referrẽt, atque adeò, vt Quæstores in prouincijs suos scribas haberent.[m] Fuit itaque Cn. Flauius Appij Claudij, tunc censoris
6 scriba.[n] † Neque porrò desunt, qui hoc officium Romæ mercenarium fuisse asseuerent, ac proinde non magni preeij, nec vllius dignitatis, cùm tamen mihi videatur honestissimum fuisse hunc ordinem apud Romanos: vt potè cuius fidei leges, & tabulæ publicæ committerentur:[o] nec idcirco nisi spectatę probitatis viri huic muneri adscriberentur. Fuerunt fateor tã apud Græcos, vt Aemilius Probus ait, quàm apud Romanos, scribæ honoratiures. Nam Græci neminem ad id muneris admittebant, qui non præter prudentiam, & perspectam fidẽ claros & honestos haberet natales: cùm Cn. Flauius libertinæ conditionis Censoris scriba Romæ fuerit.[p] De scriba Porsenæ regis tanto in honore apud suum principem eum fuisse constat, vt cùm C. Mutius adolescens, ad obtruneandum Porsenam regem abdito intra vestem gladio profectus, Scribã eum rege pari fere ornatu sedentem conspexisset, incertus vter rex esset, Scribam pro rege iugularit.[q]

d *Subreptum librum.*) In quo Iuris ciuilis arcana, Fastíque dies, quibus agi liceret, & ita legis actiones continebantur.[r] Expositis inquit M. Cicero, à Cn. Flauio primùm actionibus.[s]

7 e *Populo tradidit.*) † Sic & olim, vt Veteres fabulati sunt, cùm hominibus ciuilis sapientia deesset, apúdque Iouem degere crederetur: cuius arcam conscendere nemini concessum erat, Prometheus Iapeti Thessaliæ regis filius, Vulcani Mineruæque officinam in qua excolebãtur artes, clam ingressus artificiosam pariter cũ igne sapientiam suffuratus homini tradidit. qua (inquit Plato viuendi facultas obuenit.[t] Alij tamen Palladis auxilio, Prometheum fingunt à cælo furtim hominibus attulisse, & ob id inue&tas terris multas calamitates. vnde Lyricus Poeta.[u]

Audax Iapetigenus,
Ignem fraude mala gentibus intulit
Post ignem, ætheria domo
Subductum macies, & noua febrium
Terris incubuit cohors.
Semotique prius tarda necessitas
Lethi, corripuit gradum.

f *Tribunus plebis.*) Huius dignitatis nec Liuius, nec Maximus meminerunt, sed Aedilem Curulem Flauium factum duntaxat memorant.[x] Plinius tamẽ cum nostro Pomponio concordat additum Flauio inquit, vt simul Tribunus plebis esset.[y]

g *Et senator.*) Mirum profectò ex authoribus qui Flauij historiã attigerunt,

Religiosi dies.
Comitiales dies.
Magistratus quicunque suum habebat scribam.
Scribæ munus.
Porsenæ regis scriba.
Promethei fabula.

i Liuius li. j.
k Liuius. li. 6.
l Macrob. Aurel. li. j. Satur. c. 16.
m Cic. j Verri. na.
n Liuius lib. 9. Plin. li. 33. c. j.
o Cic. 5. Verri. na.
p vt hic.
q Liuius lib. ij.
r Cic. pro Murena.
s Cic. 5. in Verren.
t Plato in Protagora.
u Horat. lib. j. Carminum.
x Liu. li. 9. Val. Max. li. ij. c. j.
y Plin. li. 33. c. j.

nullum huiusce senatoriæ dignitatis mentionem vsquam fecisse.† Equidem 8
suspicatus ipse aliquando suin hæc verba, *& senator.* subdititia esse: quando
senatorius honor, & grauior sit & præstantior, quàm vt à Liuio, cæterisque
historicis præteriri debuerit. Et ante Atinium plebiscitum Tribuni plebis
senatores non essent.[z] neque verò placet quod nonnulli scribunt, Flauium
ideò Senatorem à Põponio dictũ, quòd cùm Tribunus plebis esset senatus
habendi, ac senatusconsultum faciendi ius & potestas ei esset.[a] Fateor enim
Tribunis plebis quoties res exigebat ius habendi senatum fuisse: atque adeò
nonnunquam dissoluendi, ne comitia consularia fierent: at faciendi senatus-
consulta nulla fuit eis vnquam potestas, sed tantùm eadem approbandi: vt
potè qui intra cãcellos curiæ adesse non poterãt, sed positis ante curiæ fores
subsellijs, senatus decreta excipiebant: quæ si probarent,† T. literam subscri- 9
bebant. Quamuis postmodum in ipsa etiam curia habere subsellia cœperint
de ijs quæ ad populum pertinerent, senatum commodiùs consulturi: & tan-
dem Atinio plebiscito Senatores effecti.[b]

Emendatus loc⁹. Tribuni an Senatores.
T. litera approbationis.

z Gell. libr. 14. noct. Attic. c. 8.
a Vdalricus Zas. hic.
b Alex. Neapolita. li. j Genial. die. c. iij.

h *Aedilis Curulis*) † Quamuis Aedilitas per se proprium munus esset, vt suo 10
loco dicemus:[c] nonnunquam tamen simul cum alio magistratu delata fuit.
Nam T. Sempronius magisterium equitum simul & Aedilitatẽ gessit. Et Cn.
Flauium, de quo hîc agimus, cum Tribunatu plebis Aedilitate ornatum cõ-
stat.[d] † ob euulgata iuris ciuilis arcana, & in publ. cum propositos dies fastos, 11
præstãtissima referens præmia, vsq; adeo præfloruit olim virtus atq; refulsit.
Sic & C. Scipioni Nasicæ, quòd excellentis iuris sapientia præstaret, domum
in sacra via quò faciliùs consuli posset publico decreto datã legimus. Et Het
modoro Ephesiorũ exuli, cuius anteà meminimus,[e] quòd leges à Græcis pe-
titas transcriberet, & interpretaretur, statua in comitio Romano ad perpe-
tuum virtutis testimonium publicè dicata fuit. Equidem veteres è re publi-
ca esse iure meritóq; censuerunt eos qui magnas & egregias artes studio cõ
secuti essent, ad perspicuam præmiorũ expectationẽ erigere, & à vulgo se-
cernere: vt hoc veluti inuitamento noui homines, ad laudẽ virtutísq; gloriã
incũbant. Iustitiã colit (inquit Trimegistus) qui sapientes honorat.† At verò 12
quispiã fortasse dixerit Cn. Flauiũ virũ perfidũ fuisse, & improbũ furẽ: vt qui
Põtificibus actionũ Fastorúmq; libros cõpilarit & surripuerit. ob facinus au-
tem suum, nec dignum, nec æquum est, quemquã præmiũ assequi, aut melio
rem suã conditionẽ facere.[f] Cui responsum velim, laudãdum maximoperè
Cn. Flauij propositum, qui vt pontificum crucibus populum leuaret ad om-
nium vtilitatem dies fastos ciuilisque iuris actiones euulgauit: quæ sanè dissi
mulari, & occultari nõ debuerant. Sic enim Socrates ciuilem omnibus virtu
tem patere voluit, ne si alteri ab altero eam tradi oporteret, optimates re tam
pretiosa suffarcinati neminem nisi pro captu suo admitterent, suisq; hæredi-
tario veluti iure relinquerent.[g]

Aedilitas vnà cum alio magistratu.
Virtutis præmia. Scipio Nasica.
Præmiũ quando quis ex improbo facto cõsequatur.
Virtus omnibus patere debet.

c §. Itéque vt essent. hac l.
d vt hic. Gell. vbi suprà.
e in §. exactis.
f l. sine hereditaria. ff. de nego. gest. l. si ab hostibus. §. j. ff. solut. mat. l. Itaq; ff. de furt. l. non fraudantur. in fin. ff. de reg. iur.
g Plato in Protagora.

i *Liber.*) Surreptus pontificibus, & à Flauio scriba peruulgatus.

k *Actiones.*) Hoc est actionum formulas, diésque fastos, & nefastos, quibus
videlicet agi liceret, necne.

l *Papirianum.*) De quo satis multa superiùs dicta sunt.[h]

m *Adiecit.*) Huius textus argumento, sunt qui contendant vnam tantum es
se Possessionem, naturalẽ scilicet, quæ ciuilis legis approbatione Ciuilis di-
citur[i] cuiusce rei tractatio locum magis idoneum desiderat.[k]

Possessio an duplex.

h in prin. huius l.
i Accur. l. licet C. de acq. poss. Zas. hic.
k dixi l. naturaliter §. nihil commune ff. de acq. poss.

§. AVGESCENTE.

Augescente ciuitate, & qui præerant quædam genera agendi composuerũt,[a] nec post multum temporis spacium Sextus[b] Aelius[c] alias actiones[d] composuit, & librum populo dedit,[e] qui appellatur ius Aelianum.

SVMMÆ.

1 *Sextus Aelius Iurisconsultus.* 2 *Catus.*

3 *Catonis & Cati nomen.* 5 *Scipio Nasica optimus iudicatus.*
4 *Corculum.* 6 *Aeliorum familia.*

a *COmposuerunt.*) Nobiliores, & potentiores vrbis tumultuosa Fastorum euulgatione turbati, simúlque veriti, ne dierum tẽporúmve rationibus publicatis sine eis, lege omninò ageretur: solemnes quasdam formulas composuerunt: vt hoc nouo inuento, & populum in vetere officio continerent, & rebus omnibus ipsi possent interesse.[a] — a Cic. pro Murena.

Sextus. Aelius. 1 b *Sextus Aelius.* Quẽ idẽ † Põponius paulò infra scribit maxima in profitẽdo scientia claruisse.[b] Et M. Cicero testatur, eum ciuilis iuris omnium peritissimum fuisse.[c] ab Ennióque ob insignem & excellẽtem in iure ciuili doctrinam, hoc carmine celebratum. — b §. post hos. vbi dicam. c Cic. de clar. Orat. & j. Tuscul.

Egregiè cordatus homo, Catus Aelius Sextus.

Catus. 2 Catus † autem appellatus est, non tam à sapientia, vt mea fert opinio, quàm a præstanti ingenij acumine, & prudentia: quippè veteres prouidum, cautum & acutum hominem, Catum dixere. Quis igitur prudentem (inquit M. Cicero) &, vt ita dicam catum, non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet?[d] & alibi. Sed homo Catus nunquam terminat, nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum.[e] vnde Scapha ancilla apud Plautum.[f] — d Cice. lib. j. de legib. e Cicer. libr. ij. Tuscula. f Plau. in Mostellaria.

Equidem pol miror tam catam, tam doctam te. & bene doctam
Non scire, & tam stultè facere.

Et de Critone, Dauus Terentianus.[g] — g Terentius in Andria.

Nescio quis senex modo venit, ellum, confidens, catus.
Cùm faciem videas videtur esse quantiuis pretij.
Tristis seueritas inest in vultu atque in verbis fides.

Lyricus item Poëta ad Mercurium.[h] — h Horat. li. j. Carmi.

Mercuri facunde nepos Atlantis.
Qui feros cultus, hominum recentum,
Voce formasti catus, & decore
More palestræ.

Catonis nomen. 3 Alij tamen aliter, nanque à sapientia † Catonis nomen fluxisse Plutarchus author est,[i] & Plin. Qui præstitère cæteros mortales sapientia, Catos, Corculósque à priscis Romanorum nuncupatos scribit.[k] qualis apud Græcos Socrates, oraculo Apollinis Pythij prçlatus cunctis. A corde enim, vt festus ait, 4 solertem & acutum † pariter antiqui Corculum dixerunt: vt de Scipione 5 Nasica, M. Cice. refert.[l] Nasica † ille prudens bis consul, Corculum appellatus, inquit, sed tamen non de Nasica patre, qui à iurato senatu vir optimus semel ab æuo condito iudicatus est, sed de eius filio qui binum gessit consulatum: Ille Cicer. locus accipiendus venit, vt alibi probo.[m] Sed iam de ijs satis, ac fortasse nimium multa. — Corculũ Scipio Nasica. — i Plut. in M. Catone. k Plin. li. 7 c. 31. l Cic. in Bruto & j. Tuscula. m §. post hos fuit infrà hac l.

Aeliorũ familia. 6 c *Aelius.*) † Aeliorum familia supremæ inter Patritios nobilitatis, tenuísque censu fuisse, vel ex eo constat, quòd sexdecim Aelij eodem tempore fuerint, quibus vna tantùm domuncula Romæ, & vnus in agro Veientano fundus erat minus multò cultores desiderans (inquit ille) quàm dominos.[n] De hoc verò nostro Sexto Aelio plura sum inferiùs cum Pomponio dicturus.[o] — n Val. Max. lib. iiij. c. iiij. o post hos. hac l.

d *Alias actiones.*) Hoc est alias actionum formulas, & præscripta verborum solemnia.[p] — p Cic. pro Murena.

e *Populo dedit.*) Boni quippè viri est, promulgare, quod existimat publicè profuturum.

§. DEINDE CVM ESSET.

Deinde cùm esset in ciuitate lex xij. tabul. & ius ciuile, essent

& legis actiones: euenit: vt plebs [a] in discordiam [b] cum patribus[c] perueniret, & succederet, [d] sibíque iura constitueret, [e] quæ Plebiscita[f] vocantur. Mox cùm reuocata esset plebs: quia multæ discordiæ nascebantur de his plebiscitis, [g] pro legibus placuit & ea obseruari, [h] lege Hortensia. [i] Et ita factum est: vt inter plebiscita & leges, species [k] constituendi interesset,[l] potestas esset eadem.[m]

SVMMÆ.

1 *Romanorum ciuium ordo triplex.*	8 *Secessio multiplex.*
2 *Plebs.*	9 *Tribuni plebis quando creati.*
3 *Sordida exercitia Romanis interdicta.*	10 *Plebiscitum quid.*
4 *Secessionis ratio.*	11 *Hortensia lex.*
5 *Patres & Patres conscripti.*	12 *Species.*
6 *Senatorũ maiorum & minorum gentiũ.*	13 *Rogationis formula.*
7 *Senatores quando primùm ex plebe.*	14 *Legum ferendarum vetus mos.*

Ordo ciuium Romanorũ.

1 a PLebs.) † A Romulo vrbis conditore populus Romanus (quo vno verbo,
omnis pars ciuitatis omnésque eius ordines continentur [a]) in duos or-
dines diuisus fuit. Senatorium videlicet, & Plebeiũ. Senatores Romulus cen
tũ creauit, qui ob honorẽ, vel quòd humiliores in fidẽ curâque suã paterno
officio suscipere deberent, patres, eorũq; progenies patritij, & Optimates di

a Gell. lib. 10. c. 21

Plebs.

2 cti sunt. † Inops verò vulgus, & reliqua ciuiũ multitudo plebs fuit appellata.[b]
vnde & plebis verbo continebantur Equites,[c] quãuis postea tertium ordi-
nẽ fecerint, agente id potissimũ Cic. in cõsulatu suo.[d] quã rẽ paulo infrà ple-
niùs exequar,[e] hæc obiter annotasse cõtẽtus. Patribus relicta est reipublicæ
cura & cõsiliũ: vt magistratus gererent, sacra facerent, ius dicerent, ac publi-
ca quæque negocia administrarent: tametsi postmodum ad Equites transla-
ta fuerint iudicia, ex quibus Centũuiri delecti ius reddebãt. Plebeijs autem a-

b l. plebs. ff. de verb. sign. §. plebiscitũ. de iur. natur. in Inst.
c d. l. plebs. d. §. plebiscitum.
d Plu. li. 33. c. 3.
e in §. ex his auditoribus. hac l.

Sordida exercitia Romanis interdicta.

3 grorum cura, cæteræque ingenuæ artes demandatæ. † nam sordidæ, vt popi
naria, & quæ mannuales sunt ad vsum hominum atq; adeo sordidus omnis
quæstus Romanis interdictus est, exterísque, & his qui recens aduenerãt de-
legatus. Eo factum, vt cùm Romani nõ incũberent artificio, omnéque quæ-
stum aduersarentur, ad insignẽ paupertatem plerique plebeiorum traducti
sint, creditoribúsque nexi ob æs alienum. vnde & discordia inter patres ple-
bémque non semel nata factáque plebis non infrequens à patribus secessio:
vnam Pomponius hîc perstringit.

4 b *In discordiã.*) † Crudelitate creditorũ vrgẽte qui corpora libera pro seruis
ob iã conflatũ æs alienũ detinebãt: plebs sæpè conquesta est, & à Senatu atq;
Coss. vana spe delusa. Quod cũ ampliùs patinequiret trãs Aniencẽ cũ delectu

Secessio. j.

militũ in sacrũ mõtẽ secessit: vbi primùm Tribunos creauit, qui essent plebei
magistratus: non vt ius dicerent, sed vt auxilium ferrent aduersus Consules,
& patritios, qui nimis insolenter in plebem insultarent.

5 c *Cum patribus.*) † Centum senatores, vti iam diximus author vrbis Romu-
lus primum creauit, siue quia is numerus satis esset, siue quia soli centum,

Patres & patricij.

inquit Liuius, erãt qui creari patres possẽt:[f] patres ab honore, vel quod vice
parentum curam tenuiorum deberẽt suscipere, Patriciíque eorum posteri
appellati. Deinde receptis in vrbem Sabinis, alios centum in hunc ordinem
Romulus cooptauit: sic explens numerum ducentorum, quo mortuo Tarq.

f Liuius lib. j.

6 Priscus, augendæ reipub gratia, † centum alios in patres allegit, qui minorũ

Senatores maiorũ & minorũ gẽtium.

gentiũ, inquit Liu. postmodum dicti sunt:[g] cùm Senatores à Romulo creati
maiorum gentium dicerentur. Et ita Senatus in duas veluti factiones, maio-
rũ scilicet & minorũ gentium diuisus est. Verũ cùm hic trecentorũ numerus
Tarq. Superbi cædibus & crudelitate diminutus esset: exterminatis deinde
regibus, Iunius Brut. Cõsul (apud quẽ tũ cõcedẽte collega fasces erãt) primo

g Liuius lib. j.

ribus

ribus equestris gradus lectis amplissimum ordinem restituit ad trecentorum vsque summam, qui Adlecti,& Conscripti dicti sunt, quasi in senatum lecti & adscripti.[h] vnde qui ab initio patres simpliciter dicebantur, adscitis in in eum ordinem postea pluribus patres conscripti nũcupati fuere.[i] In senatũ

Patres cõscripti

Senatores ex plebe.

[b Liuius lib. ij.]

[i Plut. in Romulo. dixi latè in rub. ff. de senat.]

7 porrò nõ recipiebantur nisi patricij, aut qui ex equestri ordine erant.† durauitque ea religio vsque ad annum cclxiij. vrbis conditæ, quo primùm senatores ex plebe facti sunt.[k]

[k Halicarn. lib. 7.]

Secessio multiplex.

8 d *Secederet.*) †Plebẽ sæpiùs à patribus secessisse legimus. Primúmq; anno ab vrbe cõdita cclx.& ab eiectis regibus xvj. A Verginio Cœlimõtano,& T. Vetusio Gemino Coss.[l] quo tẽpore Volsci Aequíq; & Sabi. dictatoris cõsulúmq; opera feliciter deuicti fuerant. Cùm enim plebs, quæ strenuè pugnauerat, fœneratorũ arte deluderetur: fidéq, ante bellũ à Coss. data, frustraretur: Sicinio authore, in sacrum montẽ trans Anienem amnem, tria ab vrbe millia passuum cum militum delectu secessit, ibique vallo fossáque cinctis castris, nullo tamen duce sola ad victum necessaria sumendu, per dies aliquot quietè, neque lacessita, neque lacessens, sese cõtinuit, donec Menen. Agrippa ad plebem missus orator, vir sanè facũdus,& quòd inde oriũdus esset, plebi charus cõparatione ducta ab intestina mẽbrorũ cũ ocioso ventre, seditione, ad irã plebis in patres, hominũ mẽtes leniuit, flexitq; vniuersa quondã corporis humani membra referens aduersus ventrẽ velut ociosum, & nihil corpori impertiẽtem, conspirasse. quorum stoliditatẽ facilè vẽter irrisit, dicẽs, nõ satis ab ijs animaduerti, quòd cùm ad reliquorum membrorũ explendos appetitus, vniuersum ipse suscipiat nutrimentũ, rursus nõ ingratè cæteris à se distributum emittat. Eadẽ) inquit Menenius) pro vobis ratio Senatus; cuius cõsilia nobis omnibus refert, ac vsui nostro & emolumẽto sapiẽter distribuit.[m]

[l §. ijsdem temporibus. vbi dictam hac l.]

Menenij Agrippæ oratio.

[m Liuius lib. ij.]

Cõditiones pacis inter patres & plebem.

Qua non illepida oratione mitigata plebs, actũ de cõcordia, ac tandẽ in conditiones itũ, vt plebi sui magistratus essent sacrosãcti, quibus auxilij latio aduersus consules & patricios, plebem temerè insultantes esset: neue cui patrũ

Tribunorũ plebis creatio.

9 eũ magistratũ capere liceret. †Túmq; tribuni plebis duo creati, C. Licinius; & L. Albinius. factum prætereà in conditionibus S.C. quo debitores inopes solutione liberabãtur.& si quorũ corpora legitimo tẽpore detinerentur, iudicata libera.[n] Cæterùm nõ agit hic noster Põponius de hac secessione, sed de secunda quæ Virginio authore facta est, anno extructæ vrbis 305. & ab exactis regibus 60. non ob æs alienũ, sed propter decemuirorũ tyrannidem & crudelitatẽ. Etenim cùm mutasset statum respublica à consulatu in decemuiratũ, sublato etiã tribunatu plebis,& decẽuiri (non illi quidem primi qui se spõtè magistratu abdicârũt, sed qui sequẽti anno in illorũ locũ suffecti sunt) plebẽ reiq; plebis crudelissimè tractarent, vsque adeo vt Virginij filiam Appius ex decẽuiris vnus quæsito seruitutis colore per vim stuprare tentârit. Petebat plebs, vt sacrosanctus tribunitiæ potestatis magistratus sibi restitueretur: & decemuiri tantæ authoritatis insignia deponerent,[o] cùm contrà contenderent illi se non anteà quam perlatis legibus, quarũ causa creati erãt, depositturos imperiũ. Itaq; in sacrũ montem ex Auentino plebs transijt: vbi & castra locauit, plebémq; secuti cõiuges & liberi, ita vt omnia Romæ vasta fecerit insolita solitudo: neq; antea reuocari plebi potuit, quàm decẽuiri abijssent magistratu.& latũ senatusconsultũ de creatione tribunorũ plebis, quàm cũ in Auentinũ plebs Romã rediẽs peruenisset, Q. Furio pontifice maximo Comitia habente, fecit vtq; rursus ad consulatũ recideret respublica, creati Coss. L. Valerius Potitus,& M. Horatius Barbatus: túmq; constitutũ, vt plebiscita populũ tenerent.[p] Tertia secessio fuit, quinq; post annis, in qua latum est de coniungendis patriciorum & plebeiorum connubijs.

[n Halic. lib. 6.]

Secessio ij.

[o §. & cùm placuisset. hac l.]

Tribuni iterum creati.

[p Liuius. li. iij.]

[q §. plebiscitũ. Instit. de iur. natur.]

e *Iura constitueret*) Petebat plebs quæ secesserat, vt liceret sibi iura constituere,& ita tandem obtinuit.

[r l. qui res, §. vlt. ff. de solutio.]

Sciscere.

10 f *Plebiscita*) †Hoc est scita,& statuta plebis.[q] Nã sciscere, idem quod sancire & statuere significat,[r] quamuis verbum generale sit, nam sciscere populus,

ſicuti plebs rectè dicitur.Quid tū?inquitM.Cice.quod erit ita geſtum id lex erit?& in æs incidi iubebitis?Credo illa legitima,quæ conſules populum iure rogauerunt.hoc enim à maioribus accepimus ius rogandi, populus quæ iure ſciuit.[s] Et Plauti locus,quem alibi deſcripſimus,perſpicuum facit.[t] propriè tamen ſenatus cenſere,populus iubere,& plebs ſciſcere dicitur.[u] Hæc poſtquàm audita ſunt Romæ (inquit Liuius) bellum Sānitibus & patres cenſuerunt,& populus iuſſit.[x] Et alibi,P.Sulpitius(ait)habita concione ad populum,ita inquit,in ſuffragium bene iuuantibus Dijs,& quæ patres cenſuerūt, vos iubete.[y] Alio item loco Q.Aelius Tubero tribunus plebis,S. C. tulit ad plebem,plébſq; ſciuit.vt latinæ duæ coloniæ,vna in Brutios,altera in Thurinum agrū deduceretur.[z] Et quod ad populū,plebēq; pertinet,aperriùs Cic. Quæ ſciſceret plebs,aut quæ populus iuberet,iuberi, vetaríque voluerunt.[a] Inde Scita & iuſſa appellata ſunt. Plebiſcitum † eſt igitur,dicebat Atteius Capito,lex:quam plebs tribunis eius ferentibus,nō etiam populus, accipit.[b] namque plebi conſiliū in dicebatur à tribunis:peculiari illius magiſtratu, ad rogationes legum,quibus plebs teneretur. 10

Senatus cēſet, populus iubet,plebs ſciſcit.

10 Plebiſcitum.

s Cic.3. Philip. t Plaut.in Curculio.dixi.l.1° antē.ff.de iuſt. & iur. u l.vni.ff.de offic.coſ.l. item veniunt.§.pridie.ff. de petitio.hered.l.cēſus. ff. de probat. x Liuius li.10. y Liuius li. 31. z Liuius li.34. a Cicer.pro L. Flac. b Aul.Gel.lib. 10.c.11.& li. 15.c.27. c In d.l.ius antem.ff.de iuſti. & iur.

g *De iis plebiſcitis*) Quibus contendebant patricij & ſenatores ſe non teneri.

h *Obſeruari*) Tandem igitur obtentum,vt vim authoritatémque legis plebiſcitum haberet:ac proinde mirum non eſt,ſi plerunque legis nomine donetur plebiſcitum:vt lex Aquilia,Falcidia,& ſimiles,quod à nobis alibi annotatum extat.[c]

i *Lege Hortenſia*) † à Q.Hortenſio dictatore lata:vt eo iure videlicet,quod ſtatuiſſet plebs,Quirites oēs tenerētur,Hoc autē nō modò Pōponius noſter & Iuſtinianus,[d] ad Hortenſiū dictatorem referunt:ſed etiā Lælius fœlix, ad Q.Mutiū ſcribēs:cui° verba,ſic Gellius memorat.[e] Tribuni neq; aduocāt patricios,neq; ad eos referre vlla de re poſſunt.Ita ne leges quidē ꝓpriè,ſed plebiſcita appellātur,quæ tribunis plebis ferētib° accepta ſunt.Quibus rogationibus ante patricij non tenebātur,donec Q Hortēſius dictator legē tulit,vt eo iure,quod plebs ſtatuiſſet,oēs Quirites tenerētur.Idémq; Plin.Q.Hortēſius dictator,inquit,cùm plebs ſeceſſiſſet in Ianiculū,legē in eſculento tulit, vt quod ea iuſſiſſet, oēs Quirites teneret.[f] Titus Liuius tamen hoc ipſum nō ad Q Hortenſiū refert.ſed ad L.Valerium Potitum,& M.Horatiū Barbatum Coſ,Qui omniū primū,inquit,cùm veluti in iure cōtrouerſo eſſet,tenerētur ne patres plebiſcitis, legē Cēturiatis comitijs tulere,vt quod tributim plebs iuſſiſſet,populū teneret.[g] Innuit prætereà Liuius,legē hāc in ſecūda ſeceſſione latā,cùm tamē Pōponius dicat,poſt expoſitas à Cn.Flauio actiones,id cōtigiſſe:& ita poſt annum 450.ab vrbe cōdita,& 206.ab exterminatis regibus: cùm tamē ſecunda ſeceſſio facta ſit,anno 305.ab vrbe,& 60.à regib° exactis: vti ſupra dictum eſt. Grauiorem adhuc ſcrupulum ingerit,quod eandem legem vt Quirites omnes,ſcilicet,plebiſcita tenerent,à Q Publio Philone latam,ſub annum vrbis conditæ 416 idē Liuius author ſit.[h] Nō aliud dici poſſe video,quā legem illā,Valerio& Horatio Coſſ.promulgatā.cuius Liuius meminit,non fuiſſe comprobatam:aut ſi quando fuit,in diſſuetudinem abijſſe. quocirco lex Hortenſia poſtmodum emerſit. Verum ſcrupulus adhuc vnus me malè habet,quod nuſquam Liuius huiuſce Hortenſiæ legis meminerit: eóq; præſertim loco,quo ab Hortenſio dictatore refert plebē reuocatā,quæ propter æs alienum grauéſque ac longas ſeditiones,in Ianiculum ſeceſſerat.[i]

11 Hortēſia lex.

d §.plebiſcitū. de iur.natur. e Gell.lib.15.c. 27. f Plinius libr. 16.cap.10. g Liuius lib.3. h Liuius lib.8. i Liuius lib.11.

k *Species*) † Modus,& forma. 12

l *Intereſſet*) Lex vt alibi dixi.propriè eſt,quam populus Romanus Centuriatis comitijs conſule rogante iuſſit,[k] † Rogationis autē hæc erat formula,*velitis iubeatis Quirites, vt hoc aut aliud fiat.* Plebiſcitum verò,quod ferentibus tribunis plebis,& plebem rogantibus ſanciebatur.[l] ad hanc veluti formulam. *De ijs rebus quid fieri velitis,vos rogo Quirites.* vnum cū hoc rogāte tribuno plebē,lex verò interrogāte cōſule populū vniuerſum ferretur,nō eādē fuiſſe formā & ſpeciem 13

12 Rogationis formula.

k §.lex eſt Inſtitut. de iure natur. dixi l. ius antem.ff.de iuſt.& iur. l §.plebiſcitum Inſtit. de iur. natur.

speciem vtrãque legem constituendi apparet. Porrò autẽ, vt nihil antiquita-
Legũ ferẽdarum vetus mos. 14 tis ignoretur, † Lex olim non iustè riteque ferri dicebatur, nisi trinundino primum promulgata esset: vt cùm solerent homines ex agris in vrbem singulis nundinis, hoc est singulis nouem diebus, ad mercatum & forũ, legésq; accipiendas, venire,[m] super euulgata lege deliberarent. Cui intercedere, id est, contradicere, primis & secundis nundinis poterãt. Tertiò verò foro seu mercatu, cũ omnis & vrbana & agrestis adesset turba, rogatio fiebat. Præcóq, verba legis scriba subijciẽte, recitabat.[n] Deinde in æs lex incidebatur, & incisa in ærariũ reponebatur: tũq; dicebatur lata, abindeq; nõ licebat intercedere, tametsi ante liceret. vnde M. Cic. De ijs, inquit, legibus. quæ promulgatæ sũt, quæri possumus: de ijs quæ iã latæ dicũtur, nõ possumus. Et paulo post, loquor de legib[9] promulgatis, de quib[9] est integrũ nobis, nõ enim latæ erãt:[o]

Rogatio

m Macrob. li. j. Satur. c. 16.
n Cice. pro L. Flacc. Alex. Neapol. lib. 6. Geni d. Dier. cap. 23.
o Cice. j. Phil.

m *Potestas esset eadem*) Post Hortensiam legem, qua eadem plebiscitis, quæ legibus data est authoritas. Nam antea plebiscitis patricij, sicuti dictum est; non tenebantur. vnde cum Atteio Capitone dici hodie potest legẽ esse generale iussum populi, aut plebis, rogante magistratu.[p]

p Aul. Gel. lib. 10. cap. 20.

§. DEINDE QVIA DIFFICILE.

Deinde quia difficilè plebs[a] conuenire cœpit, populúsq;[b] multò difficiliùs,[c] in tãta turba [d]hominũ necessitas ipsa[e] curã reipublicę ad senatũ[f] deduxit,[g] ita cępit Senatus se interponere: & quidquid cõstituisset obseruatur:[h] idque ius appellabatur senatuscõsultũ.[i]

SVMMÆ.

1 *Plebs.*
2 *Populus.*
3 *Turba.*
4 *Rixa.*
5 *Senatus potestas.*
6 *Senatus cur sic dictus.*
7 *Lacedæmoniorum Senatus.*
8 *Senatorum ætas.*
9 *Prætextati.*
10 *Patres, & patres conscripti.*
11 *Alecti, & conscripti.*
12 *Tyranni.*
13 *Auspicia senatus.*
14 *Senatores triplicis generis.*
15 *Pedarij senatores.*
16 *Sella curulis.*
17 *Acupedes.*
18 *Pedaria sententia.*
19 *Senatusconsult. per discessionem.*
20 *Senatusconsult. tacitum.*
21 *S.C. vltimæ necessitatis.*
22 *Cato iussu Cæsaris prehenditur.*
23 *Senatus dimittendi formula.*
24 *Laticlauus.*
25 *Lunati calcei.*
26 *Arcadum origo vetusta.*
27 *Senatores quando vacarent.*
28 *Senatori quæstus vetitus.*
29 *Senatus vbi haberetur.*
30 *Bellonæ templum.*
31 *Carmentalis porta.*
32 *Porta scelerata.*
33 *Centum viri.*
34 *Iudicia quomodo apud senatum.*
35 *Recuperatores.*
36 *Parlamenta Gallica.*
37 *Magni dies.*
38 *Parisius vrbs.*
39 *Tolosanum Parlamentum.*
40 *Senatusconsultum.*
41 *Senatus legitimus & indictus.*
42 *Senatus habendi dies & locus.*
43 *Senatusconsulta dupliciter fiebant.*
44 *Ordo rogandi sententiam in senatu.*
45 *Locus asseruandorum senatusconsultorum.*

Plebs.

PLebs) Duobus principio ordinib[9], vt iã dictũ est, nẽpè patritio & plebeio, deinde tribus cõstabat populus Romanus, Senatorio nimirũ, equestri, &
1 plebeio.[a] † plebis autem verbo vulgaris illa populi multitudo significabatur in qua senatores gentésque patriciæ non erant.[b]

a dixi. §. præced.

Populus.

2 b *Populúsque*) † Quo vno verbo ciues omnes Romani, omnésque Romanæ ciuitatis ordines cõtinebantur.[c] vt meritò subijciat Pomponius populum in vnum conuenire multò fuisse difficiliùs, quàm plebem.

b l. Plebs. ff. de uer. sign. Gel. li. 10. cap. 20.
c §. plebiscitũ. de iur. nat.

c *Multò difficiliùs*) Et ideò non per nomenclatores, sed cornu seu buccina populus in concionẽ olim vocabatur quod paruo tempore non posset commodè tanta populi multitudo hostiatim conuocari.[d]

d Halic. li. j.

Turba.

3 d *Turba*) Hoc est multitudine. † Turba enim singulari numero multitudinẽ: in plurali verò molestias, rixã & cõtentionẽ, quã & alio nomine tumultũ

dicimus, significat. Iam verò Chrisippus, qui Stoicorum somniorum vaferrimus habetur interpres, Magnã (inquit M. Cicer.) turbam congregat ignotorum deorum.[e] dicta est autẽ turba à perturbatione & tumultu, quo vix multitudo vacat. vnde vetus illa sententia, *Septem conuiuium, nouem conuicium.*[f] qua monuerunt antiqui in conuiuium paucos accersendos esse. Alioqui tumultuosum fore, atque insuaue, quòd confusionem ac molestiam quamuis in re turba parere soleat. Quod & Lyricus indicat, cùm ait,[g]

e Ci. li. j. de nat. Deor.
f Iul. Capitoli. in L. Vero.
g Horat. ad Torq. lib. j. epi.
Prouerbium.

Locus est & pluribus vmbris:
Sed nimis arcta premunt, olida conuiuia capræ.

Sic Labeo noster turbam censet appellatam ex genere tumultus, idque verbum ex græco τύρβη, tractum, quo significatur tumultus,[h] hoc est multitudinis hominum perturbatio:† cùm Rixa propriè duorum sit. 4 Rixa.

h l. prætor ait, §. vlt. ff. vi bonorapt.

c *Necessitas ipsa*) Cum apud senarum vel ab ipso ciuitatis initio totius reipublicæ cura fuerit: adeò vt ne reges quidem: Consules, aut Dictatores quippiã incõsulto Senatu decernerent, quódque vel ab ipsis, vel à populo iussum esset, non aliter ratum foret, quàm si senatus (qui veluti præses, & reipublicæ custos habebatur[i]) fieret author. Quænam amabo, est illa necessitas, qua Põponius hîc scribit reipublicæ curã ad senatum traductã? Tu dic quòd cùm legum ferendarum ius & potestas, vti iam admouimus, tota apud populũ esset: nec posset tanta populi turba, in vnum locum facilè conuenire: & si conueniret, nullum haberet consilium imperita hæc multitudo prona ad dissensionem:[k] hanc quoque constituendi iuris curam ad senatores (qui reipublicæ, & ciuitatis consilio, aliqui duntaxat præerant) deduci necessariũ fuit.[l] † Nec 5 ignotum senatui de omnibus rebus decernendi, sine etiam populi iussu, liberam facultatem fuisse: nisi de creandis magistratibus, sanciendis legibus, mouendóque bello vel ineundo fœdere.[m]

i Ci. pro Sestio.
k §. pe. in auth. de referẽd. fac. pal. coll. ij.
l §. senatuscon sulta Instit. de iure natur.
m Polib. lib. 6.
Senatus potestas.

f *Ad senatum*)† Propter eorum senectutem, qui in id consilium primũ fue- 6 runt electi, senatus cognomen, hic ordo meruit. Deinde (inquit de Romulo Plutarchus) ex optimatibus centum creauit senatores, quorum collegium ex ætate Senatum vocauit.[n] & M. Cicero, consilium (ait) ratio, sententia, quæ nisi essent in senibus, non summum consilium maiores nostri senatum appellassent,[o] & Ouidius.[p]

Dionysi. Halicarnass. li. ij.
n Plut. in Rom.
o Cic. pro domo sua.
p Ouid. libr. 5. Fasto.
Senatus cur sic appellatus.

Magna fuit quondam, capitis reuerentia cani:
Inque suo pretio, ruga senilis erat.
Martis opus iuuenes animosáque bella gerebant.
Et pro Dijs aderant in statione suis.
Viribus illa minor, nec habendis vtilis armis:
Consilio patriæ, sæpè ferebat opem.
Nec nisi post annos, patuit tunc curia seros,
Nomen & ætatis mite senatus habet.

Eandem ob causam, γερουσίαν græci senatũ nuncupãt, γέροντας enim, græci, senes dicunt.† Satis autẽ cõstat, vt apud Lacedæmonios, olim γερουσία ita apud 7 Romanos institutum à Romulo fuisse senatum. Halicarnasseus verò grauis author, vtrũ à senectute an virtute cognomẽtum senatus hic ordo primum nactus sit, affirmare non satis audet.[q] Nam & seniores, inquit, & optimos prisci senes dicere solebant.† Ad hæc illud constat, non nisi exacto ætatis anno 8 xxiiij. in senatum quempiã admitti potuisse. Et si qui ante admissi sunt, ijs ob egregiam virtutis indolẽ, benignè senatus indulsit.† Nec ignoro pueros præ 9 textatos quò celeriùs senatui assuescerent, cum parentibus senatoribus in senatum ventitasse. Cæterùm post memorabile Papirij prætextati factum, fuit hic mos senatusconsulto sublatus.† Hos autem in senatum admissos patres, 10 veteribus appellare libuit: tum honoris & reuerentiæ causa tum etiam, vt

q Dionys. Halicar. lib. j.
Lacedæmoniorũ senatus.
Senatorũ ætas.
Prætextati.
Patres & patres cõscripti.

recordarentur oportere eos in tutelam suam & curam veluti paternam tenuiorum ciuium causam suscipere. Ex primoribus verò senatoribus a Romulo creatis progeniti, fuère patritii nuncupati. Cæterùm cùm à Tarquinio Prisco centum adiecti, item à Iunio Bruto in amplissimum ordinem alij fuissent allecti, cœpit collegium patrum conscriptorum nomen accipere, quasi in senatum adscriptorum, & allectorum. Quod Tit. Liuius significat, dū ait. Omnium primum, auidum nouæ libertatis populum, ne postmodum flecti precibus aut donis regijs posset, iureiurando adegit, neminem Romæ passuros regnare. Deinde quò plus virium in senatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerum primoribus equestris gradus lectis, ad trecentorum summum expleuit: traditúmque inde fertur, vt in senatum vocarentur, qui patres, quíque conscripti essent. Conscriptos videlicet (r Liuius lib. ij.)

Conscripti an ab Allectis differăt.

11 nouum senatum appellabant lectos.[r] † Neque verò hac in re valdè probaue tim subtilem Festi Pompeij differentiam, inter Conscriptos & Allectos peculiariter dici, qui ob inopiam senatorum ex equestri ordine in senatum assumebantur: quamuis id discrimen, eruditis quibusdam arridere non ignorem.[s] Fuit autem apud senatum omnis reipublicæ cura, cunctarúmque rerum potestas (præterquàm magistratuum creandorum, sanciendæ legis, & inferendi aut etiam dissoluendi belli, si forsassis cœptum erat[t]) adeò vt nec Rex, Dictator, Consul, aut Imperator inconsulto senatu, se de republica vlla tenùs interponeret. vnde frequenter in ciuili iure nostro legimus, Diuum Marcum, aliosque Cæsares orationem ad senatum habuisse, vt ei quod roga

Senatus authoritas.

(s Guliel. Bud. l. rescript. ff. de muner. & honor.)
(t Polyb. lib. 6. Halic. ar. li. ij.)

12 bant, more maiorum senatus authoritas accederet.[u] † Qui verò reges, Dictatores, aut Impp. contrà fecerunt, tyranni iudicati sunt. Cùm itaque tale tantúmque, hoc est summū, esset senatus fastigium Hadrianus Imperator, cùm senatorem crearet (id autem difficulter faciebat) dicere solitus est, se nihil

Tyranni.

(u l. cum hi. ff. de transact. l. si & rem. ff. de petit. hære. l. Diuus. ff. de ser fugit. cū hic status. in princ. ff. de dona. interuir.)

13 ampliùs habere, quod in eum conferret.[x] † Habebat præterea amplissimus hic ordo, sicut magistratus auspicia. Nam qui senatum habiturus erat, hostiā priùs immolare, auspicarique debebat.[y] quod à C. Cæsare fuisse obseruatum cōperimus: qui Senatū idibus Martijs habiturus, plures hostias cæcidit, neque litare potuit. Cæterùm religione spreta introijt curiā vbi multis vul-

Auspicia senatus.

(x Spartia. in Hadri.)
(y Varro ad Oppianū li. iiij. epi. quæst. Aul. Gel. li. 14. c. 7.)

14 neribus mox confossus fuit.[z] † Senatores porrò, triplicis generis fuisse satis constat. Patritios nimirùm, qui à centum illis patribus à Romulo primùm creatis, descendebant.[a] Conscriptos, qui in senatum posteà loco demortuo-

Senatorū tres species.

(z Sueto. in Caesare.)
(a Liuius li. j. l. vlt. ff. de senato.)

15 rum accersiti, cooptaríque fuère. Et † pedarios, sic dictos, quòd Sella curuli, in curiam non veherentur, vt qui curulem magistratum nondum gessissent

Pedarij Senatores.

16 (nam † qui dignitate curuli defuncti erant, honoris causa in curiā gestabātur curru in quo sella erat, super quā cōsidebant, quæ propterea Curulis vocabatur) sed pedibus iter facerent. Aut vt alij malūt, quia nō haberēt dictionē sen

Sella curulis cur sic dicta.

17 tentiæ in senatu. sed taciti trāsirēt ad eius, cuius probabāt suffragiū. vnde † & Aegipedes, Festo Pōpeio referēte appellari, q̄ s. voce nō suffragarētur: sed dis

Aegipedes.

18 cessione pedū sentētiā dicerēt. † Et pedaria sententia à Laberio nuncupata.[b] *Caput sine lingua, pedaria sententia est.* Petitiorib⁹ tn̄ superior vocabuli ratio probabilior videtur. cū vniuersi senatores, qui etiā voce ferebant suffragium, nihilominus sentētiam qn̄doq; pedibus ferrent.[c] L. Veturius & Publi. Licinius cēsores, (inquit Liuius) M. Liuium qui insignē memoriam acceptæ iniuriæ præferens veste erat obsoleta, capillóque & barba promissa, tondere & squalorem deponere, & in senatū venire, aliísq; fungi publicis muneribus coegerunt: sed tum quoq;, aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sententiā ibat.[d] Cornelius item Tacitus, Et postquam (ait) consul discessionem permiserat, pedibus in sententiam eius iêre paucis exceptis.[e] Tum autem senatores maximè pedibus ibant in sententiam, cùm per discessionem fiebat senatúsconsultum: Veluti cùm de re leuissima & notissima quęque, nec tantùm pondus haberet in republica, vt deliberatione videretur indigere, senat⁹ habebatur. tunc enim cùm principes senatus dixerant sententias, cæteri qui in sufftagiū

Pedaria sentētia.

(b Gel. lib. iij. c. 18.)
(c Aul. Gel. vbi supra.)
(d Liuius li. 27.)

Pedibus quando iretur in sententiā

(e Tacit. li. 14. annalium.)

ituri erant,ad eius ex primoribus partem, cuius sententiam probare volebāt discedebant: vt & Vopiscus ostendit. Post hęc plerique senatores (inquit) sententias dixerunt, quas longum est innectere: deinde alijs manus porrigentibus, alijs pedibus in sententias euntibus, plerisque verbo consentientibus cōditum est S.C.& reliqua.[f] Ad hæc Halicarnasseus tradit primos quosque senatores,& consulares, imprimis rogari sententias solitos: qui verò iuniores erant, vel non rogabantur, vel rogati sententiam non dicebant: sed in seniorum, quam vellent, discedebant sententiam. arrogantis siquidem videbatur illorum sententiæ quicquam addere aut detrahere velle, iuuenibus præsertim & rerum imperitis. Quod omnibus etiam facere licuit, qui secundo loco rogabantur, vt scilicet nihil censerent ipsi, sed aut verbo assentirentur, aut pedibus irent in aliorum sententias, ne frustra tempus produceretur.[g] †Hāc 19 autem fuisse legē senatusconsulti per discessionē Plinius Nouocomensis ad Aristonem author est.[h] *Qui hæc sensitis: in hanc partem: qui alia, omnes in aliam partem ite.* Cùm verò de grauibus & arduis negotiis deliberandum erat, sententijs singulorum exquisitis,& per coniectos in vlnas calculos fiebat senatusconsultum. Decernebantur à senatu quoque aliquando arcana quędam, quæ ne promulgarentur, sedulò curabant, vt ne scribas quidem tum ad mitterent: sed eorum munere ad eam rem delecti senatores fungerentur:† 20 cuiusmodi senatusconsulta, idcirco tacita fuēre nuncupata: de quorum ratione & origine grauiter Capitolinus differit,[i] †Fuit & aliud gen[9] S.C. quod 21 vltimæ necessitatis dictū est: cūm res in extremo,& imminenti periculo, ita de repente emergebat, vt pro re nata capiendum esset consilium: tum enim alteri consulum, aut dictatori alicui summum ius, summáque potestas dabatur: vt quicquid fecisset, senatus authoritate factū videretur, sub hac formula *Viderent ne quid detrimenti respublica caperet.* quale Posthumio alteri cōsulum decretum fuisse, Liuius refert, cùm Hernici terrorē patribus incussissēt.[k] & M. Ciceroni in coniuratione Catilinæ datum legimus. Verùm enimuerò Senatoribus tria iussa fuisse satis constat. Primum vt Senatui iugiter adsint, quò maior sit in ordine grauitas,& solidius iudicium, in moréq; positū fuit olim senatoribus, qui non interessent suo tempore senatui, indici mulcta: atq; interdum vt M. Varro scribit pignus capi. Alterum, vt loco dicant, id est, rogati. Tertium vt modo, ne scilicet verbosior sit, aut prolixiore oratione vtatur nisi ad hortandum, vel ad docendum opus sit.[l] Qua † ratione quon- 22 dam M. Cato à Cęsare consule rogatus, vt sententiam diceret, quia rei quæ consulebatur producendæ gratia, dicendo diem eximebat, à viatore prehendi,& in carcerem duci iussus est. Cæterùm consurrexit tum senatus,& Catonē in carcerem prosequebatur, donec Cæsar cœpto desistēs, Catonem dimitti iussit.[m] Rebus†autem omnibus in senatu peractis, qui Se- 23 natum conuocauerat, eundem dimittebat, ijs verbis. *Nihil vos moramur. P. C.* Comitijs vsque ad noctem, inquit Iulius Capitolinus, frequēter interfuit (de Antonino loquitur) neque vnquam decessit de curia, nisi Cōsul dixisset, *Nihil vos moramur. P. C.*[n] † Ornamenta verò senatoria fuere Latus clauus, sena- 24 toria vestis erat, contexta purpura, latior tunica vulgari, longiórque ac discincta, sic dicta quòd purpuræ clauus aureus infixus esset, pro more veterū, qui clauos vestibus insuebant.[o] Quoniam verò hac veste senatores peculiariter vtebantur: factum est vt senatores à Tranquillo Laticlauij dicti sint:[p] & Latuniclaum boni authores pro dignitate senatoria passim vsurpent. Ego Sexto Latum clauum à Cæsare impetraui: inquit Plinius[q] †Calceis quo- 25 que lunatis, hoc est lunæ imagine insignitis senatores vtebantur ad repræsentandam vetustatis originem, † ab Euandro & Arcadibus qui se ante lunam 26 fuisse prædicabant: canente Poeta.[r]

Ante Iouem genitum, terras habuisse feruntur
Arcades: & luna gens prior illa fuit.

Vel vt alijs placet, quo tacitè admonerētur nullo feliciore successu insolescē dum

f Fla. Vopiscus in Aureliano.
g Halic.li.y.
h Plin.li.8.epi.
i Iul. Capitolin. in tribus Gordianis.
k Liuius li.iij.
l Gel.li.j.de leg.
m Gel.li.iiij. c. 10.
n Iul. Capitoli. in Antonino.
o l. cū aurū in fi. cum l.seq.& l. vestis. ff. de aur.& argent. lega.
p Sueto. in Augu.
q Plin.lib.y.epist.
r Ouid.lib.y.Fasto.

Senatusconsultū per discessionē. 19
Senatusconsulta Tacita. 20
S.C. vltimę necessitatis. 21
Senatori tria iussa
Cato prehenditur 22
Senatus dimittendi verba. 23
Lat' clauus. 24
Lunati calcei. 25
Arcadū origo vetusta. 26

dum, inconstantiæ rerum semper memores: cui præbeat argumentum luna quæ ab obscuro primum prodit, & clarissima facta modico tempore deflorescit, ad nihilúmq; redigitur. Verum hoc insigni lunatorum calceorum nobiliores quoque viri quicunque licet non senatores, postmodum vti cœperunt.[s] Vnde Satyricus.[t]

Fœlix & sapiens, & nobilis erat, & generosus:
Appositam nigræ, lunam subtexit alutæ.

s Plut. in problem.
t Iuuena. Satyr. 7.

Quinimò hic mos vetustior esse videtur, quàm vt à Romanis initium duxerit. nam apud Aegyptios olim fuisse Esaię verba significãt. In die illa, inquit, auferet dominus ornamẽtum calceamentorum & lunulas, & torques.[u] Illud

u Esaia. iij.

Senatores veterani.
Senatori quæstus vetitus.

27 † præterea senatoribus singulariter indultum est, vt ab omni senatus munere vacarent, qui sexagesimum vitæ annum absoluissent, quemadmodum &
28 & militibus, ne supra quinquagesimum militiæ sacramento tenerentur. † Cõtrà verò, eisdem patribus omnis quæstus, species velut indecora tantæ dignitati, interdicta est. Quinimò Q. Claudium Tribunum plebis legẽ tulisse certum est, ne quis senator, maritimam nauem haberet, quæ plus quàm trecentarum amphorarum esset. Id satis visum (inquit Liuius) ad fructus ex agris ve
29 ctandos quæstus omnis patribus indecorus visus est.[x] † Quod autem pertinet ad Senacula, hoc est loca illa in quibus senatus solebat haberi, Festus tria commemorat: vnum est concordiæ templum, quod passim Cicero significat.[y] Verba item Lampridij, Cùm Senatus frequens, inquit, in curiam, hoc est in ædem concordiæ templum auguratum conuenisset.[z] Alterum ad Capenam portam, quæ hodie diui Sebastiani nomen habet. Tertium Senaculum intra ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in vrbẽ admittere nolebant, aut consulibus etiam, alijsque magistratibus Romanis, qui necdum vrbẽ intrare volebant, petituri pura triumphũ, Senatus dabatur.

Senacula tria.

x Liuius li. 21.
y Cice. pro Sestio. 3. 5. & 7. Philip.
z Lãpri. in Alex. Seuero.

Bellonæ templú.
Carmentalis porta.
PortaScelerata.
Centumuiri.

30 † Erat enim templum Bellonæ, hoc est Palladis Deæ bellorum extra ciuita-
31 tem, † & ante Carmẽtalem portam, quæ ab interemptis omnibus Fabijs, qui
32 ea egressi erant, postea † Sceleratæ nomen accepit. † Porro autem Centum
33 viri qui litibus iudicandis longo post interuallo creati sunt à senatoribus plurimum intererãt: siquidem moderandæ duntaxat Reipublicæ senatores intenti, iuridicIarias priuatorum controuersias non iudicarent.[a] Id solùm (ait Tacitus) Germanico præstitum, quod in curia potiùs quàm in foro apud Senatũ quàm apud iudices de morte eius inquireretur.[b] At verò tumultuabitur hîc, ex eo fortasse quispiam, quòd cũ equites lege Tiberij Gracchi primum

a §. deinde cũ esset. ij. hac l.
b Cornel. Tacitus li. iij.

Iudicia apud quos fuerint.

34 iudicarent: & impotentiã equestris ordinis in iudicijs exercẽdis Senatus ferre nõ posset: † ab equitibus ad Senatum, lege lata à Cornelio Sylla translata fuerint iudicia.[c] ac dein, M. Liuio Druso Tribuno plebis forti suasore sancitum, vt æqua parte iudicia penes Senatum & equestrem ordinẽ essent.[d] Postea Aurelium Cottam legem tulisse, vt Senatores & equites ac Tribuni ærarij simul iudicarent:[e] licet à C. Cæsare Tribunis illis ex ordine iudicum sublatis, ad duo genera iudicum equestris scilicet, ac senatorij ordinis redacta fuerint iudicia.[f] Verum huic respõsum velim, nec tunc quidem Senatũ grauioribus Reipublicæ curis distentum iudicasse, aut priuatorum causas per se cognouisse: sed dedisse tãtum litigatoribus iudices. Author & Tribunus plebis fuit (inquit Tranquillus) ædilem sordidum, Repetundarũ accusandi iudicésq; in eum petendi.[g] Idem quoq; significat Plinius, in causa Marij Prisci ab Afris accusati iudices à Senatu datos referens.[h] Quamuis & nonnũquam, si negocij grauitas postularet, ex Senatorio ordine, iudices istiusmodi constituerẽtur, Nã & L. Caluneio prætori à Senatu mãdatũ Liui' scribit, vt in singu

c Cic. pro Roscio Amerino.
d Liuius li. 70. & 71.
e Ascõ. Pædia. in Orat. pro Cornel. de maiestate.
f Sueto. in Cæsare.
g Sueto. in Domitiano.
h Plin. lib. ij. epist.

Iudices à Senatu dati.

Senatus quãdo iudicarit.
Recuperatores.

35 los à quibus Hispani pecuniã peterent, † quinos recuperatores (sic dicti sunt olim, qui nunc dati aut delegati iudices) ex ordine senatorio daret,[i] & Flauius Vopiscus, Cognouit vniuersus senatus de iudicũ præsertim maximorũ querelis, & appellationibus tãta authoritate, vt qui à priuatis iudicib' ad Senatũ

i Liuius li. 43.

prouocauissent, lege Neronis eiusdem pecuniæ periculum facerent, cuius ij qui imperatorem appellarent.[k] Qualem fermè morē retinet in Gallia sanctius illud Regis nostri consiliū, quod priuatum vocant: nisi quod per viā supplicationis non etiam appellationis, id adiri solet. Itaque quod Vlpianus ait à Senatu non posse principem prouocari:[l] ad ordinariam causarum, vel ciuilium, vel criminalium cognitionē minimè referendū est. sed ad extraordinariā illā iurisdictionē de superiorum iudicum querelis, & ad quæcūq; Senat⁹ iussa, decreta & consulta, quæ non minoris authoritatis quàm ipsorum principum, Cæsares etiam ipsi esse voluerunt.[m] † Ad instar autem iudicij cētumuiralis institutæ videtur in Gallia curiæ supremæ, quas Parlamenta vocamus. Et licet ijs quoq; placeat Senatus nomen retinere: nihil tamen, aut certè parum affinitatis habent cū vetere illa Romani Senatus authoritate. Porrò primus, qui Gallis Parlamenta cōstituit, fuit Pipinus Breuis xxij. rex Gallorum anno salutis 757. cęterùm alio lōgè quàm nunc instituto. siquidem cōueniebāt semel duntaxat quotannis in locum quendā nō multò ante tempore determinatum. † Vt hodie fit in eo conuentu, qui magnorum dierum nomē habet. Principes verò Senatus, quos nunc Præsidentes dicimus, regi cōtinuò assidebant: eúmq; iugiter comitabantur. Tandem factum opera Ludouici Hutini regis, vt bina Parlamenta ad vniuersę Gallię moderationem, stataria, & ordinaria constituerentur. † Alterum Lutetiæ Parisiorum (quæ vrbs est Galliæ, adeóq; totius Europæ celeberrima) in palatio, quod Philippus pulcher xlv. Frāciæ rex, magnificentissimum extruxit. † Alterum Tholosæ (vrbs mea est, in Gallia Narbonēsi) vtrūq; statarium perenne & perpetuū. cū antea essent eiusmodi curiæ indictiuæ, & loco, & tempore, sicuti dictū est incertę.

Consiliū Regis priuatū

36 Parlamēta Gallica.

37 Magni dies.

38 Lutetia vrbs.

39 Tolosanum parlamentū.

g *Deduxit*) Sic & Moses, cùm non posset solus tātam Iudeorum turbam sustinere, viros sapientes præfecit.[n]

h *Obseruabatur*) Nec ab eo tempore dubium fuit, quin Senatus posset ius facere.[o]

i *Senatusconsultum*) Hoc est ordinis senatorij decretum atq; constitutio. † Est enim Senatuscōsultum, quod Senatus iubet ac cōstituit:[p] quamuis subtili verborum antiquitate, religiosè seruata, Senatus censere,[q] Populus iubere. & plebs sciscere dicatur.[r] Sanè verò apud Dictatores, Consules, Prætores, Tribunos plebis, & Interregem habendi consulendíque Senatum ius tantum olim fuisse constat. Ita tamen (quod ad Consules pertinet) vt si ambo adessent, vnius duntaxat iussu non posset conuocari Senatus, Intercedendi autē, ne Satusconsulta fierent, ijs duntaxat potestas fuit, qui eadem, vel maiore essent authoritate qua ij, qui S.C. facere vellent.[s] † Habebatur autem Senatus dupliciter, vel legim⁹, certis videlicet & statis diebus: vel Indictus pro emergente rerum occasione.[t] De legitimo Tranquillus scribit, Augustum constituisse, ne plus quàm bis in mēse Calēdis scilicet, ac Idibus Senatus legitimus ageretur: cui Senatui legitimo, Aeliū Pertinacem legimus interfuisse semper ac semper aliquid retulisse.[u] † Quibus verò diebus habere Senatū nō liceret, exposuit lex Puppia: quę cùm primis ante Calendas Februarias Senatū haberi vetuit.[x] Comitialibus item, & nefastis diebus: qui quales essent suprà expositimus.[y] Iouéque tonante aut cum ventorum procellæ, tempestatésque fuissent. Sed nec ante solis ortum, aut post occasum iusta Senatuscōsulta fieri poterāt, neq; patrū decreta in Aerarium ante lucē deferri. qđ Tiberij tēpore cōstitutum Tacit⁹ scribit.[z] De loco autem satis cōstat non in profano, sed in Augusto & sacro, vbi Deorum templa essent, Senatores ad cōsultādum conuenire potuisse. Vnde in curia Hostilia & Pōpeia ac demū in Iulia, quod profana essent, loca fuisse per Augures templa cōstituta, vt illîc aduocādi Senatū ius esset. De rebus quoq; diuinis priùs quā de humanis in Senatu referendū erat, nec poterāt eodē die Senatuscōsulta duo pluráue fieri.[a] Et in rebus grauiorib⁹ cētū saltē Senatores adesse oportebat[b] simul & Tribunos T. literam sui suffragij subscribere. Nā si intercedebāt, ratum nō erat Senatuscōsultum. Denique

40 Senatuscōsultū. Senatus censet. Senatum quis conuocaret.

41 Senatus legitim⁹ & indict⁹

42 Lex Puppia. Senatus quādo haberetur.

Senatus in quo loco haberetur.

Senatusconsulta dupliciter fiebāt

k Vopiscus in Probo. Tacit⁹ lib. 13.

l l. j. §. j. ff. à quib. appell. nō licet.

m l. quod principi ff. de aqu. plu. arcend. l. quominus. ff. de fluminib.

n Deutero. j.

o l. non ambigitur. ff. de legib.

p §. senatusconsultum. Instit. de iur. natu.

q l. suē veniūt. §. pridie. ff. de peti. hered. l. cē fere. ff. de ver. sig.

r Cicer. pro L. Flac.

s Gell. lib. 14. c. 7.

t Capito. in Gord.

u Capi. in Pertina.

x Cic. lib. j. epi.

y §. posteà eum Appius. hac l.

z Corn. Taci. lib. 3.

a Iul. Capito. in Gord.

b Liui. libr. 9. be l. Macedonici.

Rogãdæ sentẽtiæ mos. 43 Deniq.† duobus modis (quod paulò antè per transennã admonuimus) Senatusconsulta fiebãt. Aut per discessionẽ, si vnius voto çeteri cõsentiebãt. Aut si res controuersiam habebat, singulorum exquisitis sententiis more maio-
44 rum: vt videlicet à consule, vel ab eo, qui Senatus consiliũ accersebat, †princeps Senatus prior rogaretur (qui à Censoribus antiquior ex Censoriis, hoc est, qui censuram anteà gessisset, deligendus erat.) Deinde Consules designati, & viri Consulares summis honoribus functi: & ita, vt quem ordinem rogandi sententias Consul calendis Ianuariis cœpisset, toto anno seruare necessum haberet. Quamuis rogandarum sententiarum mos pro tempore varius fuerit. Vetustissima namq. ætate primum rogabatur, qui à Censoribus Princeps in Senatum lectus fuerat. Posteà tamen quandoq. rogati sunt, qui designati Consules erant. Et nonnunquam fuere Consules, qui studio, aut necessitudine aliqua ducti, quem iis visum erat honoris gratia extraordinem sententiam primum rogabant: quod C. Cæsarem fecisse, cùm Iuliam filiam Cn. Pompeio collocasset, paucos clam esse puto: cùm enim soleret in consularu principem M. Crassum extra ordinem sententiam rogare: post no-
Locus vbi S.C. asseruabatur. 45 uam Pompeij affinitatem, Pompeium rogare primum sententiam cœpit[c] † Nec verò patruum decreta, tanto comparata labore temerè publicarentur: & cuiusuis manu passim contererentur: L. Valerio & M. Horatio Coss. statutum est, vt Senatus acta, quæ anteà pro Consulum voluntate, vel supprimebantur, vel entunt abantur, ad Cereris ædem ab Aedilibus deferrẽtur, ac in ærarium (vbi & leges xij. tab. in æs incisæ asseruabantur) deinde deponerentur.[d]

c Gel. li. 4. c. 10 Sueto. in Cæsa.

d Liuius li. 7.

§. EODEM TEMPORE.

Eodem tempore[a] & magistratus[b] iura reddebant,[c] & vt scirent ciues,[d] quod ius, de quare quisque dicturus esset, seque premunirent,[e] Edicta[f] proponebant:[g] quæ ius Honorarium constituerunt. Honorarium dicitur, quod ad honorem pretoris venerat.[h]

SVMMÆ.

1 Magistratus dictio.
2 Magistratus quis.
3 Magistratus maiores & minores.
4 Prafectus vrbis an magistratus.
5 Pretoris verbo venit magistratus.
6 Ciuis quis dicatur.
7 Ciues quatuor modis fiunt.
8 Magistratus in subditos officium:
9 Edictum.
10 Interdictum.
11 Interrex.
12 Honorarium ius.
13 Honos pro magistratu.

a EOdem tempore) Quo videlicet, sanciendæ legis potestatem Senatus vice populi cœpit habere.

Magistratus dictio. 1 b Magistratus) †Dictio magistratus, & ad personam refertur, & ad honorem: Notat personam, hoc est eum qui publica imperandi fulget authoritate: vt cùm dicimus, magistratus iussit, vetuitue: aut legum ministri sunt magistratus. Honorem verò & imperium: vt cùm dicitur, delatum Titio magistratum. Inde creare, gerere magistratum, abire magistratu, iisque similia. Hoc autem loco Pomponius non dignitatem ipsam, sed personam demon-
Magistratus quis. 2 strat. Qui† verò dicantur propriè magistratus, Aristoteles ipse explicatu fatetur difficile.[a] Nam cùm moderatoribus multis egeat Respublica: non tamen omnes qui Reipublicæ moderandæ preficiuntur, magistratus habendi sunt, vt Sacerdotes, Choragi, Præcones, legati, & id genus Præfectorum: nisi generalem magistratus deriuationẽ spectes.[b] Itaque vel eodem Philosopho teste, ij magistratus significanter dici debent, quibus de certis negotiis dicẽ-

a Arist. li. 4. Po li. c. 15.

b l. cũ præcipua ff. de verb. sig.

dæ sententiæ & iudicandi, atque imperandi, permissa est potestas, [c] dummo-
dò ad id muneris solemni more maiorum crearentur: qui enim extra ordi-
nem, licet ad ius dicendum constituebantur, magistratus non erant. [d] quod
& Pomponius noster præfectorum Annonæ & vigilum exemplo, luculen-
ter confirmat. [e] Equidem præ cæteris conuenit Imperandi facultas magistra
tui. Imperare enim magistratus vim magis indicat. [f] Vis autem magistratus
in eo posita est, vt præsit, præscribátque recta, vtilia, & coniuncta cum legi-
bus. Vt enim magistratibus leges, ita Magistratus populo, præsunt. Veréque
dici potest (inquit M. Cicero) Magistratum legem esse loquentem, legem
autem mutum esse Magistratum. [g] Et alibi. Proprium munus Magistratus
est, inquit, intelligere se personam gerere ciuitatis, deberéque eius dignitatē
& decus sustinere, seruare leges, iura describere, eáque fidei suæ commissa
meminisse. [h] † Porrò autem magistratus quidam maiores sunt: veluti qui 3
cum potestate imperium habent. Vt in vrbe Roma Consules, Prætores, &
vrbis Præfecti. In prouinciis verò Proconsules Præfecti prætorio, legati Cæ
saris, cæteríq; præsides prouinciarum: [i] Potestatis autem verbo, merum impe
rium hoc loco intelligimus. [k] Nam licet generale verbum sit, quo proinde
mixtum quoque significatur: [l] ne tamen superfluat, sequens dictio *Imperium*
quæ verbo *Potestatis* coniungitur: ad merum necessariò coarctandum venit,
quod per excellentiam quandam potestas appellatur. [m] Et Imperij verbum,
alioqui generale pariter restringitur, vt mixtum duntaxat notet. [n] non quidē
illud, quod modicam coercitionem Iureconsulti vocant: [o] cùm id priuati
quoque quibus mandata est iurisdictio, habeant. Vtpote sine quo iurisdictio
nis auctoritas deluderetur. [p] sed mixtum illud & graue imperium, quod iuris
dictioni cohæret. [q] vt sic earum legum, qui magistratus maiores dicunt, qui
potestatem imperiúmve habent. [r] legitimus sensus sit. Eos qui merum ha-
bent imperium, aut mixtum, cui iurisdictio inest, maiores censeri magistra-
tus. Contrà verò, qui sine potestate sunt, & imperio, hoc est, qui neque me-
rum habent imperium, neque mixtum, cui iurisdictio cohęret, minores ma-
gistratus dici. [f] Vt Aediles & Quæstores Romæ: [t] & in prouinciis Duum-
uiri, cæteríque municipiorum magistratus: [u] quamuis enim hi omnes, iurisdi
ctionem de certis rebus haberent, eámque liceret illis pœnali iudicio defen
dere, [x] (nam & Aediles ipsi qui duarum duntaxat actionum, Redhibitoriæ
nimirùm, & quanto minoris, exercitationem habebant: [y] iniquas mensuras
frangere, & lectos in via publica positos concidere potuerunt) [z] neque ta-
men imperium merum, neque mixtum illud, cui iurisdictio inest, vnquam
habuere. [a] † Ad hæc Præfectum vrbis ex magistratibus maioribus, Aediles 4
verò ex minoribus esse Liuius in hæc verba ostendit. Incusati grauiter ab se-
natu Aediles, quòd non prohiberent: cùm autem eam multitudinem emo-
ueri è foro, ac disiicere apparatus sacrorum conari essent. Haud procul ab-
fuit, quin violarentur: vbi potentius iam esse id malum apparuit, quàm vt mi
nores per magistratus sedaretur, M. Aemilio Præfecto vrbis negocium ab
Senatu datum est: [b] Hæc autem nostra magistratuum maiorum & minorum
declaratio secundum Iurisconsultorum tempora recipi debet. Prisco nan-
que sæculo, quo magistratus omnes auspiciis ex pręcepto l. xij. tabu. creaban
tur: [c] ij magistratus maiores dicebantur, qui grauioribus maioribúsque auspi
ciis, nempè centuriatis comitiis designati erant: vt Consules, Censores, Præ-
tores. Qui verò minoribus auspiciis, nempè Tributis & Curiatis comitiis,
magistratus fiebant, minores appellari sunt. [d] Verùm posteàquam Cæsares
rerum summam occuparunt, ab iis auspiciorum solemnibus paulatim desi-
tum est, omnísque magistratuum creatio populi fauore sublato, ad principē
pertinere cœpit. [e] qui nullis nec auspiciis nec comitiis habitis magistratus,
& honores pro virtutū meritis deferebat. [f] à quo tempore, Maiores hi dici
cœperunt, qui potestatem habebant & imperium: reliqui verò minores, [g] vt
exposuimus.

Arist. d. c. 15. 4. Pol. c. 15.
d l. si in aliqua. §. fi. ff. de off. proconsul.
e §. & hæc omnia. inf. hac l.
f l. potestatis. ff. de verb. sig.
g Cic. li. 3. de legib.
h Cice. lib. 1. of.
i l. 2. ff. de in ius uocan. l. sed & si. §. hac clausula ff. ex quib. caus. maio.
k l. imperiū. ff. de iuris. om. iud.
l l. potestatis. ff. de verb. sig.
m d. l. imperiū.
n l. qui dol. ff. ad l. Iu. de ui pu. d. l. 2.
o l. vl. ff. de off. eius.
p c. ex literis. de of. dele. d. l. vlt.
q d. l. imperiū.
r d. l. 2. d. l. qui dolo. d. §. hac clausula.
s l. nec magistratib. ff. de iniur.
t Gel. li. 13. c. 14
v l. ea quæ. ff. ad munici.
x l. vn. ff. si quis ius dicen.
y l. 1. & tot. tit. ff. de adi. edict.
z l. lectos. ff. de peri. res vēd. l. siuē quæritur. §. si quis mēsuras. ff. loc.
a d. l. ea quæ.
b Liuius li. 25.
c Ci. l. 3. de legi.
d Gel. li. 13. noct. Attic. c. 14.
e l. vn. ff. ad l. Iul. ambi.
f l. vlt. C. de stat. & imag.
g d. l. nec magistratibus.

Magistratus maiores & minores. Potestas.

Imperiū

Magistratus maiores qui, & qui minores.

Præfectus vrbis an magistratus.

Prætor intelligitur verbo magistratus.

Ius dicēs

5 c *Iura reddebant*) Hoc proprium prætoris muneris erat:[b] monente vetustissima illa lege, *Iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicariue iubeat, Prætor esto.*[i] † Quo perspicuum fit, simplici magistratus verbo, Prętorem à Pomponio hîc significari per excellētiam, & quandam videlicet Andonomasiam, quod ōnis publici priuatíque iuris potestas penes hunc vnum magistratum fuerit constituta. Vnde & ius dicentis nomine eadem figura Prætor intelligitur.[k] Similitérque pro Romana ciuitate, vrbē ponimus. [l]pro Homero apud Græcos, & Vergilio apud Latinos Poëtam.[m] Et in sacris literis pro Christo, Saluatorem, aut dominum:[n] pro Satana,[o] Principē huius mūdi, alisq. sexcēta similia quæ commemorare non attinet.

Ciues qui & qui ciues Romani.

6 d *Ciues*) † Ciues Romani propriè dicebantur, qui Romæ domicilium seu habitationem habebant. [p]quorum duo fuisse genera constat. Nam alij nati, alij ciuitate donati erant.[q] Latiore tamen acceptione, Ciues à Pomponio hoc loco dicti sunt, quicunq. Romanam ciuitatem incolebant: tam inde oriundi, quàm aduenę etiam & peregrini: inter quos ius à Prætoribus redditum quoq. fuisse ambigendum non est.[r] Vnde & libertos, adeoq. seruos, nedū ingenuos ciuium nomine hîc exprimi interpretor.[s] quamuis alioqui non ignorem liberunæ seruilisq. conditionis homines,[t] quiq; in sordidis artibus versantur, aut quibus non patet aditus ad honores, in ciuium numerū haud quaquàm referendos, vbi scilicet, de optimo ciuitatis statu constituendo tractatur.[u] Enimuerò ex Antonini lege hodie Romani ciues habentur, quicūq; Romano subiciūtur imperio.[x] †

Ciues fiunt quadrupliciter.

Origo.

Manumissio.

Adlectio

Adoptio

7 Ad hæc ne quicquam ignoretur, minimè prætereundum venit quod Iustinianus docet, Ciues Origine, Manumissione, Adlectione & Adoptione fieri: Incolas verò domicilio:[y] quippè ciuem cumprimis origo facit, vel propria, vbi quis natus est.[z] Vel paterna, ex qua scilicet pater eius originem ducit:[a] quamuis ad aliam ciuitatem incolatus causa alteruter se transtulerit.[b] Facit rursus Manumissio seruum libertate donatum eius municipij ciuem, vnde patronus duxit originem, vel vbi domicilium habuit:[c] nec modò manumissum, sed eius quoque liberos.[d] qui proinde omnes in subeundis muneribus patroni manumissoris & originem & domiciliū sequentur.[e] Licet non vltro sed ex necessitate fideicommissi puta rogatus manumiserit.[f] Et si manumissores plures fuerint, omnium patronorum sectabitur originē libertus.[g] Deinde fiunt ciues adlectione.[h] veluti cum aduena publicè donatur ciuitate, vel præmij loco (vt & in seruis bene de republica meritis sæpenumerò factum M. Cicero memorat)[i] vel vt ibidem magistratum gerere, aut immunitatem consequi possit.[k] túmque licet ciuis, duarum ciuitatum iure ciuili prohibente non efficiatur:[l] sed prior nēpè originaria confestim amittatur, cùm quis in aliā adscitus est & receptus:[m] in vtraq. tamē munera subire agnoscereq; obstringitur:[n] nec enim potest quis sua voluntate originis proprię iure eximi,[o] nec inuitus ipse mutari ciuitate.[p] Postremò facit ciuē adoptio,[q] namq; adoptatus, qui cū capite fortunas quoque suas in dominiū, familiāq; transtulit adoptātis,[r] eius municipij ciuis efficitur cuius pater est adoptiuus[s] non quidem vt propterea ius mutetur originis: sed vt in vtroq; loco & honores & munera suscipiat.[t]

Principis & magistratus in subditos officium.

8 e *Præmunirent*) Neque non sibi prædictum quererentur. † Quo satis perspicimus vrgendos non esse, aut præcipitandos à bono principe subditos: aut à magistratu litigatores: sed suauiter cumprimis monendos ad honestam vitā corū mores benignè formando & instituendo, ad quā placidè adhortari se & ipsi moderatè componere possint.[u]

Edicere. Edictum.

9 f *Edicta*) † Edicere, propriè est publica authoritate ad subditorum vtilitatem de scripto aliquid iubere, & imperare.[uu] Et edicti nomen quoduis iuſ-

b l. si filius qui patri. ff. de vul. i Cicer. li. iij. de legibus. k l. j. ff. de iurisd. l § sed si quidē vers. sed quoties. Inst. de iu. nat. m Cic. in Topi. Seneca li. 8. epist. d. § s. d. iur. vers. sed quoties. n ad Philip. iiij. ad Timoth. o Ioann. 12. 14. & 16. p Cic. pro Archia poet. q Cic. iij. in Catilinam. r § post alios quot hac l. s l. j. C. si mancipium fue. § fi. inst. de libert. t l. hac cōsultissima. C. de test. u Arist. li. 3. Politico. c. j. 3. & iiij. x l. in orbe. vbi dixi. ff. de sta. homi. y l. ciues. C. de inco. lib. 10. z l. iij. C. de mā ci. lib. 10. a l. assūptio. in prin. ff. ad municip. l. iij. & l. vlt. C. de mu. ... lib. 10. b l. iij. ff. de mune. d. l. vlt. d. l. assumptio. § j. c d. l. ciues. d. l. assūptio. § vlt. d l. filij in prin. ff. ad municip. e l. pe. § pe. ff. ad municip. f l. 3. C. de muneri. lib. 10. g l. si à plurib. ff. ad munici.

h d. l. ciues. i Cice. pro Corne. Balbo. k l. pe. § vlt. ff. de iur. immu. l Cice. pro Cecinn. & pro Cor. Bal. m Cice. pro Cecin. n d. l. assumptio. in prin. o l. pe. C. de munic. lib. 10. p. Cice. pro Cor. Balb. q d. l. ciues. r l. pe. § testamento. ff. de bo. pos. secun. tab. s d. l. ciues. t l. ordine. § vl. ff. ad muni. l. in adoptionē. j. C. de adop. u l. & quia. vbi Bal. ff. de interrog. actio. uu l. si familia. ff. de iurisd.

tum & mandatum superioris scrip o comprehensum significat.[x] Vide & edicere,& edicti nomen ad principes propriè & magistratu . referetur.[y] indéque citationes, quibus absentes per literas in ius vocantur, Edicta dici meruerunt.[z] Et ea quidem peremptoria,si fortè udex per ea comminabatur, nisi stata die vocatus adesset,se in causa processurum.[a]Qua generali exceptione non dubium,quin Edicti verbo,omnis omninò ius, tam Prætoria,quàm etiam ciuilis, contineatur.[b] Cæterum solet contrahi huiusce vocabuli,significatio,vt constitutiones duntaxat Prætorum designet,[c] quæ in tabella illa gypsata & dealbata (quam ideo Album appellauit antiquitas)[d] publicè proponebantur:vt præmoniti ciues intelligerent ius quod erant dicturi,de qua que re magistratus,[e]quo modo certum est edictorum verbo,† interdicta cõ tineri: [f] cùm ab authoritate prætoris omne omninò interdictorum genus processerit,[g] Verum angustissima significatione aliud est edictum ab interdicto:quod & M.Cicero probat ab Ebutio vim Cecinnæ factã aduersus Prætoris edictum ostendens,ac proinde P. Dollabellam Prætorem interdictum in Ebutium iure reddidisse: vt vnde Cecinnam Ebutius deiecisset, eodem restitueret.[h]ItaqueEdictum subtili acceptione appello legem Prætoris non inter certas personas,sed generaliter promulgatam,[i] qualis illa,pacta conuenta seruabo.[k]Gestum vi metúue ratum non habebo: [l]& iis similes. Ad quarum executionem,ne scilicet deluderentur, Prætor nonnunquam speciàliùs aliquid edicebat iubendo , vetandóue : & si id non fieret,aut contrà fieret,iudicia se daturum pollicebatur.[m]eaque decreta, iudiciorúmque formulæ appellata sunt interdicta.[n] Veluti circa vi factum,vnde vi tu illum deiecisti restitue:alioqui iudicium dabo.[o] quæ cùm à Prætore qui dabat iudicia,sicut actiones redderentur.[p]vt & Cicero disertè docet.[q] instarque actionum obtinerent,[r]factum est,vt actionum verbo contineantur.[s]neque enim ab actione interdictum differre valdè videtur,nisi quod actio de re principali,veluti dominio & proprietate intenditur. Interdicto autem de possessione ferè disceptari solet.Sunt autem interdicta,quasi inter duos dicta:[t] cũ tamen edictum, vt dixi generale sit, nec ad certas referatur personas.[u] aut vt nonnullis reponere placuit (contra tamen omnium exemplarium fidem) quasi interim dicta:[x]quod videlicet principalem non dirimant controuersiam,sed interea dum agitatur , ac de ea cognoscitur , nonnihil iubeant , aut vetent fieri.[y]Sic enim interlocutionem appellamus iudicis pronuntiatum quod negocium prorsus non diffinit,sed interim fertur, ad pleniorem causæ principalis instructionem.[z]† Et interregem veteres dixerunt,eum qui demortui regis locum,donec alter crearetur,tenebat,& Interregnum,tempus illud,quo regnum vacabat.

10 Interdictum ab edicto in quo differat.

Edictum & interdictum.

Interdicta cur actionis nomine veniat.

Interdicta cur sic dicta.

Interlocutio.

11 Interrex. Interregnum.

g *Proponebant*) In pictatio,seu gypsata illa, & dealbata tabella, quam ideo prætoris album vocarunt.[a]Publicè autem Prætores edicta proponebant, ne quem lateret,sed omnibus suum iussum , futuræq; legis præscriptum innotesceret.[b]

h *Ad honorem Prætoris*) † Ius quod Prætores constituebant, Honorarium Pomponius ideo appellatum scribit, quòd ad honorem Prætorum venerit:[c] Hoc est (quantum assequi coniectura possum) quoniam in honorem Prætoris,illud sancientis,vt legis haberet authoritatem sit receptum.[e] Honorariũ quippe dicitur,quod honoris causa datur, fit, vel recipitur. Vnde Honorariã operam M.Cicero dixit, susceptum honoris gratia ab amico negotium.[d]& Honorarium arbitrum,quem vtraque pars suæ controuersię summum iudicem honoris causa facit.[e]indéque Honoraria arbitria.[f]Illud quoque munus, quod Consulibus olim in prouincias venientibus honoris loco dabatur,idẽ author Honorarium dixit.[g] vt ex contrario Traianus apud Plinium, quod

12 Honorarium ius.

Honoraria opera Honorarius arbiter.

Honorarium munus.

x l.j.ubi dixi. ff. de constl.prin.l. y l.de of. assess. y l.Vol.ti.5.c. 68. z l.nonnamã.ff. de iud.aut.quis semel.C.quom. & qua..iud. a l.ad edictũ. cũ s.seq.ff.de iudi. b l.3.C. de leg. c vt circa. de elect.in 6. e §.pratorũ inst. de in.nat. d l.si quis id q uod.ff.de iuri. e vt hic. f l.j.§.j.ff. ne vis fiat ei.l.j.§. j.ff.de li.exhi. g §.j.inst.de interdict. h Ci.pro Cecin. i l.j.in prin.ff. ne quid in lo.l. edita. C. de edend. k l.j.iurisg.§.pra tor au.ff.de pa. l l.j. quod me. cau. m l.j.§ j.ff. ne vis fiat ei. n d.§.j. de interdi. o l.j.ff.vnde vi. Cic.pro Cecin. p l.3.§.sed & vsufructũ.ff. ad exhi. l.j.§. si quis dolo.ff. de tab.exhi. q Cic.pro Ceci. r §.vl.inst.de interdic. s l.actionis ver. ff.de act.& obl. t §.summa.in fi.inst.de inter. u d.l.j.ff.ne quid inloc.pub. x Ale. l.pecunia.§.actionis. ff.de uer.sig.& h.3.parer.c.5. y §.j.inst.de in. z l.uj.§.j.ff. de of.prafe.vigi.l. post sententiam.C.de senten. a l.si quis id quod.ff.de iurisd.§.iubemus in auth.de litis.col.8. b l.sed & si.§.pro scribere.ff.de institor.act. c.vl.qui.mat.acenf.pos. c l.ius autẽ in fi.ff. de iustil. & iu. d Cic.pro Cecin. e Cic. lib.5. Tusc. f Cic.pro Roscio Comœdo. g Cic.in Pisonem.

Decu-

Decuriones pro introitu curiæ, inferre debent.[h] cùm enim Plinius, ad Traianum scripsisset, vt ipse dispiceret an in omnib. ciuitatibus certum aliquid omnes Decuriones, debeant pro introitu dare: rescripsit Traianus, à se statui non posse, Honorarium Decurionatus omnes, qui in quaq; ciuitate fiūt, inferre debeant necne. Suetonius item, Honorarium tumulum dixit, qui honoris causa erectus est.[i] Et in iure nostro, Honorarium vocamus, quod aduocatis præmij honorísque gratia præbetur.[k] Et tutores Honorarios, qui honoris causa dati sunt.[l] Sanè verò Iustinianus, Prætorium ius Honorarium appellari dixit, quòd qui honores gerunt, id est magistratus, huic iuri dederint authoritatem.[m] †Neque nouum honorem pro magistratu vsurpari: vt 13 in illo Iuuenalis loco.[n]

Nunc cùm summus honos, finito computet anno:

Sportula quid referat.

Et M. Cicero, per summum gradum honoris, Consulatum intelligit, ad quem per Aedilitatem & Præturam, tanquam per inferiores gradus ascendebatur. Qui sunt assecuti (inquit) summum gradum honoris, non dispoliabuntur.[o] & alibi sæpè, honorum verbo magistratus intelligit.[p] & Lucanus.[q]

Ille reget currus, nondum patientibus annis:

Ille semel raptos, nunquam dimittet honores?

Voluit itaque fortassis Iustinianus[r] Prætorum ius honorarium appellatum, quod ab iis qui sunt in aliquo honore, id est magistratu positi, non etiam à populo aut plebe, vt leges & plebiscita, institutum sit. & ita cum Pomponio concordet Iustinianus: quia in tantæ dignitatis honorem & reuerentiam huic iuri sit data legis authoritas.[f] Vnde etiam honorariæ actiones appellatæ.[s] Summum autem quondam fuisse Prætoribus honorem, vel ex eo constat, quòd regus insignibus & apparatu fermè consulari, Prætores supra cæteros magistratus fungerentur.[u] quod loco magis idoneo plenius exequar.[x]

Honorariū aduocatorum. Honorarius tutor. Honor pro magistratu. Honorariæ actiones.

h Plin lib. 10. epist. i Suet. in Clau. k l. quis operas. ff. loca. l §. in honorarius. ff. de u. tr. cognit. l l. iure. § j. ff. de test. tut. l. 3. §. j. ff. de adm. tut. m d. §. Prætoriū. deiu. na. in inst. n Iune. Sat. 3. o Cic. ad equites ante quam iret in exiliū. p Cic pro l. Manilia. in Verrē, & in epistol is. q l. uca. li. j. bel. ciuil. r d. §. Prætoriū. f d. l. ius autē. s §. vl. ff. de iust. & iur. & hic. t l. 4. ff. naut. cau. l. pœnales. ff. ad l. Falcid. u Fenestel. de magis. Rō. c. 19. x In rub. ff. de of. præto. & in §. deindecum placuisset. hac l.

§. NOVISSIME.

Nouissimè, sicut ad pauciores[a] iuris constituendi via[b] transisse ipsis reb. dictantibus[c] videbatur: per partes[d] euenit, vt esset necesse[e] Reipublicæ, per vnum consuli.[f] Nam Senatus non perinde omnes prouincias[g] probè regere poterat.[h] igitur constituto principe[i] datum est ei ius,[k] vt quod constituisset, ratum esset.[l]

SVMMÆ.

1 *Via.*
2 *Dictare.*
3 *Partes pro factionibus.*
4 *Tyrannidis velamentum.*
5 *Nomina speciosa Cæsarum.*
6 *Monarchia omnium optima dominatio.*
7 *Democratia.*
8 *Heluetiorum respublica.*
9 *Aristocratia.*
10 *Venetorum respublica.*
11 *Senatus quando rexerit prouincias.*
12 *Imperatoris dignitas quando & quomodò cœperit.*
13 *Christi natiuitas.*
14 *Imperator à quo eligeretur.*
15 *Imperij translatio ad Germanos.*
16 *Electores imperij.*

a *AD pauciores*) Nimirùm ad Senatores primùm, deinde ad Prætores, cùm principio populus vniuersus sanciendæ, ferendæque legis potestatem haberet. vt suprà dictum est.[a]

1 b *Via*) †Hoc est ratio & modus.[b] Habeo certam viam (inquit M. Cicero) atque rationem, qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possim[c]

Via.

a §. deinde quia difficile. & §. prace. hac l. b l. si mulier. §. vl. ff. quod me. cau. c Cic. ij. Verri.

d Cic. ad Q. fratrem. & alibi, Græci omnes vias pecuniæ norunt, omnia pecuniæ causa faciunt.[d] & Lysiteles apud Plautum.[e]

e Plau. in Trinummo.

Equidem Lesbonice, imperitum tuum ingenium.
Scio te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi
Pectus obscurasse, atque ipse amoris teneo omnes vias.

f Ci. 2. de diuina.
g Ci. li. 4. epis.
h Cic. in Brut.
i Cic. de clar. orat.

Equidem Cicero, vias artium tradere,[f] voluntatis vias persequi,[g] docendi viam habere,[h] totam ignorare viam gloriæ,[i] ijsque similia sexcenta dixit.

c *Rebus dictantibus*) Id est exigentibus. cùm enim initio omnis iuris constituendi potestas apud populum esset: & cum numerosiorem in vnum conuenire foret difficile: rerum necessitas exegit, postulauítque vt ad pauciores, nempè Senatores, quorum congregatio facilior erat: ac demùm ad Prætores in honorem tanti magistratus fanciendæ legis transiret potestas. † Dictare porrò natura, res, ratio, aut vsus metaphoricôs dicitur, quę nobis excipientibus suggerit. Igitur, inquit Plinius, demonstratarũ priore libro herbarum, reliquos effectus dicemus, adijciemúsque quas dictauerit ratio.[k] 2 Dictare.

k. Plin li. 26. nat. histor. c. 4.

d *Per partes*) † Hoc est factiones principum virorum. Nam nunc quidem, inquit Cicero, partium contentionem esse dictitat, quarum partium alteri victi sunt, alteri sunt è mediis C. Cæsaris partibus.[l] Et Liuius, donec ab iis, ait, qui Romanę partis erant, Quintus est accitus.[m] Nemo verò nescit, ciuili optimatum bello diuexatam fuisse & turbatam plerunque Romanam rempublicam. Nam nefariæ cumprimis Marii & Syllæ seditiones, ferè Romam funditus euerterunt. propiúsque postea perniciosum illud ciuile bellum inter Cæsarem & Pompeium conflatum: vt horum merito principum intestina factione necessium fuisse dicat Pomponius, Reipublicæ summam ad vnum redigi. Qua in re facilè est intelligere, Pomponii nostri conniuentiam callidè temperantis historiæ veritatem: vt mox subiiciam.[l] 3 Partes pro factionib.

l Cic. 3. Philip.
m Liuius, li. 5. belli Macedonici.

e *Esset necesse*) † Sed quæ per Christum immortalem necessitas, vt optimus Reipublicæ status, in Tyrannidem conuerteretur? Vafrum est profectò, & argutum nimis Iuteconsulti nostri velamentum, qui ne principem, sub quo florebat, offenderet, Iulii Cæsaris tyrannidem obducere nititur: quem satis constat optimo Reipublicæ statu prostrato rerum summam per vim, & omne nefas occupasse: cui rei argumento est cupido illa dominationis rapiendę quam ab ineunte ætate Cæsar imbiberat: illud Euripidis semper in ore habens. *Nam si violandum est ius, imperij gratia violandum est: aliis rebus pietatem colas.* 4 Tyranni disspeciosum velamentum.

n Dion. lib. 53.

Equidem narrat alicubi Dion,[n] † Principes speciosis nominibus, modò Cęsaris, modo Augusti, post Imperatoris, Consulis, Patris patriæ, & similibus tyrannidem sibi vendicasse, dum non modò populi, sed & Consulis, & Censoris, & Pontif. maximi, & Tribuni dignitatem assumunt: vt soli quidem, sed tanquàm horum omnium vice magistratuum omnes Reipublicæ partes gubernarent. Ad hæc Tacitus, Augustus Cæsar, inquit, posito Triumuiri nomine Consulem se ferens, & ad tuendam plebem tribunitio iure contentum, vbi militem donis, populum annona cunctos dulcedine otii pellexit: in surgere paulatim munia senatus, magistratuum, legum in se trahere nullo aduersante,[o] &c. Vnde facilè iudicari potest, nullam vnquam à populo Romano principibus concessam potestatem, sed eam ipsos callidè & fraudulenter sibi quæsiisse, quod alibi docui.[p] Itaque, vt ad textum Pomponii reuertar, in principem imperii ius transferendi nulla mihi videtur fuisse necessitas, nisi quod Deus Opti. Max. ineffabili sua prouidentia sic voluit. 5 Principũ speciosa nomina.

o Cornel. Taci. lib. 1.
p l. j. ff. de cõst. princ.

f *Per vnum consuli*) Neque enim potest Respublica (quod Homerum dixisse ferunt) benè geri multorum imperiis. † & vnius dominationem, quam Monarchiam vocant, omnium optimam esse Philosophus multis compro- 6 Monarchiæ dominatio cæteris præstat.

bat, dum

7 bat,dum princeps nihil arbitratu suo & ex libidine cōtra leges faciat.[q] †De-
8 mocratiam,hoc est popularem potentiam(qualis † olim apud Athenienses
& apud Heluetios hodie cernitur) interfectis Magis Otanes de abolenda ty
rannide ad Persas orationem habens, multis nominibus commendabat.[r]
Cum enim aiebat,dominatur multitudo,imprimis nomen obtinet omnium
pulcherrimum,Isonomiam,id est iuris æqualitatem. Deinde nihil eorum
agit,quæ Monarchus,hoc est vnicus princeps. Nam magistratus tum sorte
deliguntur,tum administratorum rationem reddunt, omnia in commune
consilia referentes.Post Otanem verò Megabysus Otanide abolenda Mo-
narchia consentiens , summam rerum ad populi multitudinem deferen-
9 dam negabat,quòd ea nihil insipientiùs sit,neque insolentiùs,†ad Aristocra
tiam,seu Holygarchiam,hoc est Optimatum , & paucorum dominationem
10 (qualis† habetur hodie apud Venetos) Persicam gentem hortabatur, quòd
ex optimis viris credibile sit,optima proficisci cōsilia. Darius autem postre-
mus sententiam dicens,propositis tribus statibus,& his omnibus optimis, vt
optimè imperet populus,optimè pauci,optimè vnus: inter hæc,inquit,mul-
tò antecellere vnius imperium sentio. Nam vnius, qui optimus sit imperio,
nihil melius esse constat.cui sententiæ tandem assensum Herodotus refert.[f]
Iure quidem, vt mihi videtur , nec enim dubium , quin Monarchia , hoc
est vnius principatus,pietate,& religione inclytus,sub quo nō graue regimē,
nō libido, non insolentia,non tyrannis,sed iustū sit, & legitimum imperium,
cæteris multò melior sit,& præstantior. Quemadmodum enim à Deo vno
omnium conditore vniuersa reguntur:[t] Ita totius reipublicæ administratio
soli debetur principi. Cuiusce rei magnum nobis proponunt exemplar A-
pes: quæ principem vnum habent:& Grues,quæ vnam sequuntur.[u] Noster
item Vlpianus dicebat , Tutelam per multos spargendam non esse, sed per
vnum commodiùs administrari.[x]
11 g *Omnes prouincias*) †Sub Cæsaribus,aliquo adhuc tempore Senatus prouin
cias rexit per Proconsules & ius constituit.[y] Et Vopiscus scribit,Probum pa-
tribus permisisse , vt ex magnorum iudicum appellationibus, ipsi cognos-
cerent,Proconsules crearent,legatos Consulibus darent, & Præsidibus ius
Prætorium leges , quas Probus ederet , Senatusconsultis propriis conse-
crarent.[z]
h *Regere poterat*) Quia optimates ac principes viri, in officio non sese con-
tinebant:intestinis odiis in dies conflagrantes, & agitati. Nam si in officio
remansissent,publicæq; duntaxat vtilitati studuissent,haud dubiū quin pru-
dentius multò & melius multorum optimorum consiliis, quàm vnius Tyrā
ni imperio,Respublica fuisset administrata.[a] Nam & Tiberium Cæsarem
dum per senatores ad Imperium vocaretur,consuluisse senatui legimus, vt
non ad vnum omnia deferrent, quod arduum nimis esset, munus cuncta
regendi, & plures faciliùs munia Reipublicæ sociatis laboribus exeque-
rentur.[b]
i *Constituto principe*) Constitutio Cęsaris à Tyrannide primum cœpit.Cùm
enim Cn.Pompeius & Iulius Cæsar de occupanda Republica cogitarent, in
testinum inter eos Bellum dominandi cupiditas excitauit. victus tandem in
Græcia Pompeius & fugiens in Aegypto, obtruncatus est. Cæsar autem re-
rum potitus Romam rediens,noluit Augustus, aut princeps salutari, vt re-
gnandi suspicionem tolleret:sed Dictatorem se fecit. Cæterum à Cassio &
Bruto in curia Pōpeij xxiij.vulneribus tandem confossus est,Idibus Martiis,
anno ab vrbe condita 710. & à pulsis regibus 466. Interempto autem
Cæsare sub Octauio Lepido & Antonio Triumuiris Romana respubli-
ca per xij.annos grauiter labefactata est, donec C. Cæsar Octauius,re-
rum solus potiretur , qui deinde Augustus & pater patriæ à Senatu salu-
tatus,ditionem Romanam tantæ dignitati restituit, vt aureum tunc secu-

Democratia. Heluetiorū respublica, Isonomia.

Aristocratia. Holygarchia Venetorū respublica.

Monarchię laus

Apes. Grues.

Senatus quando prouincias rexerit.

Reipublicæ administratio per plures commodior.

Initium Tyrannidis Cæsarum. Pompeii mors. Iulii Cæsaris cædes.

q Arist.li.iij. Polit.c.9.10.11. & 12.
r Herod.li.3.cui tit.est.Thalia.
f Herod. vbi s.
t Ad Gal.iij.ad Ephes.iiij.
u c. in apibus. 7. q. i.
x l.3.§.apparet ff.de adm.tut.
y Suet.in August.l. nō ambigitur.ff.de legi.
z Vopiscus in Probo.
a l.3.C.de repu. c.prudentiā.in fi.prin.de of.de le. c. extra conscientiam. 64. dis.
b Cor. Taci. lib.j.

lum diceretur, iure meritóque. † Nam post consulatum eius duodecimum 13 natus est de virgine Maria, salutis nostræ princeps & author *Iesus Christus*, C. Lentulo Getulico & M. Messalino Coss. anno conditæ vrbis 751. & à regibus eiectis 507. † Sic autem euecto statu Reipublicæ Romanæ ad monarchiam, 14 factum est, procedente tempore vt creatio Cæsaris, aliàs ex authoritate Senatus, vt iure debuit, procederet: aliàs ab exercitu inuito Senatu, & aliquando magna clade Imperator salutaretur. Tandémque agente exercitu in Græcia, & imperatore sine consensu senatus acclamato, Constantini magni tempore cœpit Imperij sedes eò transferri. † Dein Leonis iiij. pontificis 15 tempore, Constantinopolitanum ad Germanos translatum est, ac Carolus Magnus tum designabatur. † Ne autem electio vllam in futurum excitaret 16 discordiam, septemuiri, hoc est septem electores, perpetuò creari sunt, qui vice Senatus Romani Imperatorem crearent: Videlicet, Rex Boemorum, Archiepiscopi tres, Maguntinensis, Treuerensis, & Coloniensis. Principes item tres, Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, & Marchio Brandeburgensis. [c]

Christi I esus natiuitas. Imperator à quo eligeretur. Imperij in Græciã & à Græcis ad Germanos translatio. Electores imperii.

c glo. c. ad apostolicam. §. vlt. de re iud. in 6.

z *Datum est ei ius*) Cùm pacis publicęq. tranquillitatis interfuisset ad vnum omnia conferri: creato principe ius arbitriúmq. cunctarũ rerum ei permissũ fuit: vt quod nimirùm populus poterat vniuersus, ipse princeps solus posset: & ita sanciendæ legis haberet potestatem. [d]

l *Ratum esset*) Hoc est, vim legis haberet, atq. adeò lex esset. [e] Nam & paulò infrà, Pomponius scribit, tandem inductum, vt quod princeps ipse cõstituisset, pro lege seruaretur. [f]

d l. j. vbi dico. ff. de cõst. prin. e §. sed quod prin. inst. de iu. nat. d. l. j. f §. seq. in fin.

§. ITA IN CIVITATE.

Ita[a] in ciuitate nostra[b] aut iure, id est lege, [c] constituitur: aut est proprium ius ciuile, quod sine scripto, in sola prudentium interpretatione consistit, [d] aut sunt legis actiones, [e] quæ formam agendi continent: aut Plebiscitum, quod sine authoritate patrum [f] est constitutum: aut est magistratuum [g] edictum, vnde ius Honorarium nascitur: aut Senatusconsultum, quod solùm senatu constituente inducitur sine lege: [h] aut est principalis constitutio, [i] id est vt quod ipse princeps constituit pro lege seruetur. [k]

SVMMÆ.

1 *Ciuitas.*
2 *Lex in quo differat à iure.*
3 *Plebs.*
4 *Principale quid.*

a ITa) Facit hîc Pomponius epilogum eorum omnium, quæ de multiplicis iuris origine & processu, luculenter suprà disseruit. 1

b *Ciuitate nostra*) Id est † Romana, quam figura Antonomasiæ, & per eminẽtiam quandam ciuitatis verbo, cùm non aliud nomen adiicitur, Pomponius significare solet. [a] sed de hoc figurato loquendi modo suprà pleniùs. [b] Neque verò illis assentior, qui nomine ciuitatis, imperij Romani fines intelligi volunt, [c] quamuis has iuris ciuilis partes primùm Romæ constitutas, nó ignorem vim suam per orbem Romanum diffudisse.

c *Lege*) Duodecim tabularum à Decemuiris promulgata: de qua suprà dictum est. [d] † Cur autem ius hîc pro lege exponatur, & in quo ius à lege differat, alibi à nobis annotatum est, 2

d *Consistit*) Hoc est ius illud à prudentibus compositum, cuius suprà Pomponius meminit. [e]

e *Legis actiones*) De quibus paulò antè satis multa scripsimus. [f]

Ciuitas. Ius & lex

a hac l. in prin. & hic. b §. eodem tẽpore. s. hac l. c Zas. hic. d §. posteà ne diutius. hac l. et l. epist. quæst. c. iiij. e §. his legib. latis. s. hac l. f §. deinde ex his. et §. seq. hac l.

f *Sine*

f *Sine authoritate patrum.*) Nimirùm ab ipſa plebe ſola quæ cùm in diſcordiam cum patribus perueniſſet, facta ſeceſſione obtinuit, vt ſibi, iura quoque rogante Tribuno ſacroſancto eorum magiſtratu conſtituere liceret.[g] †Plebem autem cæteros eſſe ciues ſine Patriciis & Senatoribus nemo
Plebs. 3 neſcit.[h]

g *Magiſtratuum*) Hoc eſt prætorũ, quos per Antonomaſiã, magiſtratus verbo, Pomponius noſter intelligit, quod attigimus ſuprà.[i]

h *Sine lege*) Id eſt ſine conuocatione populi, & rogatione illa Magiſtratus quæ inſerenda lege fuit olim neceſſaria.[k]

Principale quid in iure. 4 i *Principalis conſtitutio*) † Principale dicitur quod principis eſt, ſeu ad curam principis pertinet. Pœnitentiam ſimulans, inquit Tranquillus, quod principalium rerum priuatis copiam faceret.[l] Inde in iure noſtro principales conſtitutiones,[m] principales libri,[n] principalis prouidentia,[o] principale decretum,[p] principalis cura,[q] principalis maieſtas,[r] principalis authoritas,[ſ] & alia id genus ſexcenta.

k *Seruetur*) Quodcunque igitur Principi placuerit, vim legis habet. Imò verò, vt cùm Vlpiano Iuſtinianus loquitur, legem eſſe conſtat.[t] Qua de re ſuo loco plura.

g §. deinde cũ eſſet. h e l. ſ.
h l. Plebs. ff. de ver. ſig. §. plebiſcitũ inſt. de iu. natu.
i §. eodem tẽpore. ſ. hac l.
k §. lex. de iu. nat.
l Suet. in Cali.
m l. principalibus. ff. ſi cert. pet. & hic.
n l. vn. de of. quaſ.
o l. ſi arrogator. ff. de ad. p.
p l. ij. ff. de of. aſſe.
q l. vni. ff. de of. præfect. præ.
r l. imperatorẽ ff. de hære. inſt.
ſ l. alia. §. j. ff. de re iud.
t l. j. vbi dixi. ff. de conſt. prin. §. ſed quod prin. inſt. de iur. na.

§. POST ORIGINEM.

Poſt originem iuris, & proceſſum cognitum, conſequens eſt, vt de magiſtratuum nominibus, & origine cognoſcamus,[a] quia, vt expoſuimus, per eos qui iuri dicundo præſunt,[b] effectus rei accipitur.[c] parum eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi ſint qui iura reddere poſſint.[d] Poſt deinde de authorum ſucceſſione dicemus, quòd conſtare non poſſit ius, niſi ſit aliquis Iuriſperitus,[e] per quẽ poſſit, quotidiè in melius produci.[f]

SVMMÆ.

1 *Magiſtratus iuri dicundo præſunt.*
2 *Iuris peritus quis.*
3 *Iuriſconſultus non niſi vir bonus.*
4 *Iuriſconſultus Medico præſtantior.*
5 *Medici fugiendi.*
6 *Medici in ſeruorum numero habiti.*
7 *Iuriſconſulti officium.*

a COgnoſcamus) Expoſita iuris origine de magiſtratibus, hoc eſt Reipublicæ moderatoribus, iuſto ordine Pomponius diſſerit ſine quorum nimirùm prudentia reipublicæ ſtatus iuriſque dignitas conſeruari probè nequeat.[a]

Magiſtratus iuri dicundo præſunt. 1 b *Præſunt.*) †Iuri dicundo, & moderandis ciuibus præſunt magiſtratus. vnde M. Cicero, Videtis igitur, inquit, Magiſtratus hanc eſſe vim, vt præſit & præſcribat, quæ recta, vtilia, & cum legibus coniuncta ſunt: vt enim Magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus, veréque dici poteſt magiſtratum legem eſſe loquentem, legem autem mutum magiſtratum.[b]

c *Accipitur.*) Hoc eſt, iuſſa legis executioni demandantur, in quo maximè relucet, conſiſtítque legis virtus.[c]

d *Reddere poſſint.*) Sic philoſophus nihil prodeſſe ſcribit, de rebus iuſtis dare iudicia, niſi præſto ſint, qui exequantur.[d] & M. Cicero, magiſtratibus opus eſſe dixit quòd ſine illorum prudentia ac diligentia ciuitas ſtare non poſſit.[e] Et ſanè parum foret, ſicuti noſter Pomponius ait, ius in ciuitate promulgatum, niſi ſint qui perlatam legem executioni mandent.[f] Sic

a Cic. li. iij. de legi.
b Cic. li. iij. de legib.
c l. legis. ff. de legib.
d Ariſt. 6. Poli.
e Ci. iij. de legi.
f c. vbi periculũ. §. præterea. de elect. in 6. c. vni. §. vlt. de ſta. reg. eo. lib.

& alibi Vlpianus, frustra prætor, inquit, in possessionem mitteret, nisi missos defenderet ac tueretur.[g]

e *Iuris peritus.*) † Hoc est qui boni & æqui peritiam habeat. Neq; enim aliud quicquam est ius, quàm ars æqui & boni.[h] Quo satis patet, non de leguleis hîc loqui Pomponium, non de rabulis forensibus, non de cautis illis & peracutis, si Diis placet, aucupibus verborum, qui non iustitiæ, aut mutuę inter ciues charitatis, sed iurgiorum & litigandi vias tradunt: sed de iuris, iustitiæque cósultis, qui legum imprimis & consuetudinis eius qua priuati in ciuitate vtuntur, periti sint,[i] probéque noscant, & velint iuris ciuilis rationem cùm æquitate perpetuò coniungere. Quod enim de Oratore rhetores, ego de Iurisconsulto dictum volo. † Iurisconsultum neminem esse posse, qui non idem vir bonus sit, integer, purúsque sceleris: tuncq; verè dici potest, sine Iurisperitorum prudentia, authoritate, ac diligentia, nec ius nostrum constare posse, nec ciuitatem consistere. † vnde & illud non iniuria plerique tradunt, Iurisconsultum medico multis nominibus præstantiorem esse. quandoquidem sine Medicis ciuitas constare potest: nam & millia gentium, vt Plinius scribit, sine Medicis degunt, & Romanus populus plus sexcẽtis annis sine eis fuit, expertámque Medicinæ artem damnauit.[k] Quinimò eis permultas ad esse oportet ægritudines, si Straboni credimus, quibus plures supersunt Medici.[l] † Equidem Cato Censorinus, Porciæ familiæ princeps, summus Iurisconsultus, summus Orator, summus Imperator, & senator optimus ad filium commentarios scripsit, in quibus eum præ cæteris admonebat, vt omne Medicorum genus sedulò deuitaret. De Adriano quoque Imperatore Dion refert illud in populo vulgatum cùm moreretur dixisse, *Turba medicorum interfecit regem.*[m] Sed & de Aureliano Cæsare legimus medicum ad se cum ægrotaret nunquam vocasse, sed ipsum se inędia præcipuè curasse.[n] Pausanias item Lacedæmonius, qui valetudinem nullo medici auxilio regebat, interrogatus quomodò senex factus esset, respondit: quia med co non sum vsus. Idémque ad medicum dicentem, nullum malum habes: festiuiter respõdit: non enim vtor te medico: vt haud quaquam dubium sit, quin Iurisconsultus medico etiam optimo nedum mercatori longè anteeat, tantóque sit Galeno Minos eminentior, quanto præcellit animos corpore. Adde si placet, quòd apud veteres † medici in seruorum numero habiti sunt, quod Augusti epistola ad Agrippinam neptem cumprimis significat. mitto, inquit, ex seruis meis medicum.[o] deinde Seneca, Tenebatur inclusus ait, Domitius impetrauit medico eidémque seruo sui vt ei venenum daret.[p] Et de eodem Nerone & eius medico Tranquillus agens, in desperatione rerum, inquit, mortem timore appetitam ita expauit, vt haustum venenum pœnitentia euomeret, medicúmque manumiserit, qui idem sibi prudens ac sciens minus noxiũ temperasset.[q]

f *Producit.*) † Iurisconsultus, qui verborum iuris & contextuum eius explanationem breui quadam & simplici via tradit, necnon materias summatim & arte tractat, ab vniuersalibus videlicet ad singula procedendo, tumque diffinitionibus, tum diuisionibus ex arte petitis omnia digerit, ius nostrum profectò in melius quotidie producit. In deterius verò qui ingentem illam commentariorum molem, & vanas futilésque interpretum digladiationes ambitiosè sectatur: istiusmodi nenijs magis quàm legibus interpretandis occupati, quales nimiùm multos nostra sæcula tulerunt, ac etiamnum habent.

Marginal notes (left): g l. 3. §. 3. ff. ne vis fi. ei qui in poss. — h l. 3. ff. de iust. & iur. — i Cice. ad Q. Fra. — k Plin. li. 29. nat. histor. c. 1. — l Strab. li. Geogra. 6. — m Dion in Adriano. — n Vopiscus in Aureliano. — o Suet. in Tibe. — p Seneca li. iij. de benef. — q Suet. in Nerone.

Marginal notes (right): 2 Iuris peritus & cõsultus quis. — 3 Iurisconsultus nõ nisi vir bonus. — 4 Iurisconsultu me dico præstantior. — Roma caruit medicis 600. annis. Medicis fugiendi. 5 — 6 Medici quondã serui. — 7 Iurisconsulti officium.

§. QVOD AD MAGISTRATVS.

Quòd ad magistratus attinet initio çiuitatis huius cõstat reges omnẽ potestatẽ habuisse.[a] Iisdẽ tẽporib. & Tribunũ celerũ[b] fuisse constat.

conſtat. Is autem equitibus[c] præerat, & veluti ſecundum locum à Regibus[d] obtinebat.[e] quo in numero fuit Iunius Brutus,[f] qui author fuit Reges* eiiciendi.[g]

*aliàs, regis.

SVMMÆ.

1 *Reges primum imperarunt.*
2 *Celeres.*
3 *Tribunus celerum.*
4 *Equites pro Celeribus*
5 *Flexumines.*
6 *Troſſuli.*
7 *A, pro poſt.*
8 *Iunius Brutus.*
9 *Brutum pro ſtolido.*
10 *Brutus cur filios obtruncarit.*

Romul⁹ populo proponit tres regnandi formas.

a H*Abuiſſe.*) Vrbe condita propoſuit Romulus (vt ſuprà commemoraui[a]) populo Romano tres reipublicæ formas. Ariſtocratiam, hoc eſt Optimatum dominationem: Democratiam ſeu popularem principatum, & Monarchiam, id eſt, vnius imperium. hanc Romani elegerunt, velut meliorem, & omnibus imperij partibus abſolutam:[b] arbitrióque regis guber-
1 nari voluerunt.[c] regnatúmque Romæ fuit annos ccxliiij.[d] † Antiquas autem gentes nedum Romanos primum Regibus paruiſſe conſtat.[e] Quod genus imperii, inquit M. Cicero, ad homines iuſtiſſimos & ſapientiſſimos primùm deferebatur. Idque in republica noſtra maximè valuit, quoad ei regalis præfuit poteſtas.[f] Nec abſimiliter Philoſophus paruiſſe quondam Regibus homines dicit, vt in populo bonis præſidium eſſet conſtitutum: & quoniam pauci fortaſſis erant viri, qui multum virtute præſtarent.[g]

Reges primũ imperarunt.

a in pri. huius l.
b Ariſt. li. politico. iij c. 12.
c Halica. li. 2.
d Liui. li. j. in fi.
e Ariſt. li. politico. j. c. j.
f Cic. li. 3. de legib.
g Ariſt. libr. iij. Politico. c. 11. et lib. 5. c. 9.

Celeres, & cur ſic dicti.

b *Tribunum celerum,*) † Romulus ad cuſtodiam corporis, & vrgentia reipu-
2 blicæ miniſteria trecentos armatos equites non belli modò tempore, ſed etiam pacis habuit, quos celeres nuncupauit:[h] vel à Celere Remi interfecto re, qui principio iis præfectus eſt:[i] vel ab exequendi miniſterii celeritate, quòd celeres ac promptos adeſſe Romulus voluerit, ſi quando eorum opera reſpublica indigeret:[k] vt & pro rerum neceſſitate, nunc Equites, nunc Pedites pugnarent,[l] eadémque propè de cauſa legimus Q. Metellum celerẽ nuncupatum, quòd in funere parentis apparatiſſimos ludos incredibili celeritate & diligentia pauciſſimis diebus abſoluerit. Hunc porrò morem Romulus tranſtulit à Lacedæmoniis, apud quos trecenti iuuenes ex generóſiſsimis familiis editi cuſtodes regũ deligebantur, quibus in bello vterentur, & equitibus vbi locus eſſet equeſtri pugnæ idoneus, & pedibus, ſi aſper & incõmodus equis foret.[m] † Itaque celeribus qui præerat Tribunus celerũ ideò
3 dictus eſt, cuius ope Rex maximè nitebatur. Numa tamẽ Pompilius ſublato è viuis Romulo Rex creatus turmã illam trecentorũ celerum diſſoluit, indignũ ratus, aut credentib. minus credere, aut non credentibus imperare.[n] ſed tamen Tribunatus dignitas ad exactos vſque Reges manſit: cùm Iunium Brutũ in eo magiſtratu fuiſſe, quo tẽpore Sextus Tarquini⁹ regno eiectus eſt, perhibeat hiſtoria,[o] & Pomponius hîc confirmet.

Q. Metellus celer.

Tribun⁹ celerum.

h Liui. li. j. Pli. li. 33. c. ij.
i Pli. in prin. de uiris illuſtrib.
k Feneſtel. & Põpo. Latus, de magiſtratib.
l Halic. lib. j.
m Halic. lib. j.
n Plut. in Pompilio.
o Liuius lib. j.

Equites pro celeribus.

4 c *Equitibus*) † Id eſt celeribus, vt enim celeres vocauit antiquitas, quos nũc Equites: ita poſteritas vſurpauit, Equitum verbo celeres. quod apertè Feſtus Pompeius ſignificat. Celeres, inquit, Antiqui dixerunt, quos nunc Equites
5 appellamus. & Plinius, Equitum nomẽ ſæpè variatũ ſcribit. nam celeres ſub
6 Romulo regibúſque dicti ſunt: deinde † Flexumines, † poſtea Troſſuli, cùm oppidũ in Thuſcis citra Volſinios huius nominis nullo peditum auxilio cepiſſent.[p]

Flexumines.

p Plin. libr. 33. c. ij.

Troſſuli. A, pro poſt.

d *A Regibus.*) † Id eſt poſt reges. ſic Iulius Paulus, à diuortio dixit, hoc eſt
7 poſt diẽ diuortii,[q] & noſter Pomponius, à cæde, id eſt poſt cædem.[r] obuiáq. eſt paſſim hæc loquendi figura qua particulã, à, pro poſt, boni quiq; authores vſurpant. Cuius à morte, inquit M. Cicero, (hoc eſt, poſt cuius mortem) hic tertius & tricesimus eſt annus.[ſ] & Tranquillus, Plebs ſtatim

q l. pater. ff. ad l. Iul. de adult.
r §. & cum placuiſſet. j. huc l.
ſ Cic. de ſenectute.

à funere,(id est, post celebratas exequias) ad domum Bruti & Cassij tetendit.[t]

t Suet. in Caesa.

e *Obtinebat.*) Is fuit Romulo Tribunus celerum, qui regibus exactis fuit Magister equitum dictatori, & posterioribus Caesaribus praetorio Praefectus.[u] hi enim omnes principibus suis iugiter aderant, illisque absentibus aut morbo laborantibus vices regis, dictatoris, aut Augusti agebant: vt quodammodò videretur inter eos societas quaedam & coniunctio imperij coita.

u §. populo deinde aucto. in fi. infrà hac l.

f *Iunius Brutus.*) † Hunc L. Iunium Brutum fuisse tribunum celerum, quo 8
tempore Tarquinius ab eodem regno extrusus est, Liuij verba euidens faciunt. Ergo, inquit, ex omnibus locis vrbis in forum curritur: quo simul ventum est praeco ad Tribunum celerum, in quo tum fortè magistratu Brutus erat, populum aduocauit.[x] Inde autem Bruti cognomen assumpsisse ferunt, quòd cùm Tarquinius Priscus in bonos quoscunque crudeliter saeuiens Iunij quoque patrem, & cũ eo alterum ex duobus filiis natu maiorem occidisset, Iunius auxilij, & cognatorum inopem secernens, veritus pariter ne ab auunculo ipse quoque occideretur, dementiam fatuitatémq. simulauit. vnde Poëta.[y]

Iunius Brutus.

x Liuius lib. j. ad fin.

y Oui. li. ij. Fa.

Brutus erat stulti sapiens imitator, vt esset
Tutus ab insidiis dire superbe tuis.

Brutum † enim dicitur latinè, quòd stupidum stolidúmque est, & sine sensu, 9
quasi obruptum. Ideóque M. Cicero fortunam brutam, hoc est, insensatã appellauit,[z] & animalia quę ratione carent, Bruta dicimus.[a] At verò pulsis
regibus primus ipse Brutus Consul creatus est. † ac demum Titum & Tibe- 10
rium filios, quòd cùm Vitelliis (quorum soror ipsi Bruto nupta erat) & Aquiliis de recipiendo in vrbem Tarquinio coniurassent, virgis cęsos securi praesens ipse semper percuti iussit, ac demùm singulari certamine cum Arunte Tarquinij filio congressus, cum sese mutuis vulneribus inuicem excepisset, ambo perierunt. De cuius laudibus splendidam in funere orationem Valerius Publicola eius collega habuit.[b]

Brutũ pro stolido.

Brutus cur filios necari iusserit.

z Ci. li. j. ad Heren.

a Plin. li. 11. c. 37.

b Liuius lib. ij.

g *Regis eiiciendi.*) Nimirum sexti Tarquinij superbi sui auunculi. Erat quippè Iunius Brutus ex Tarquinia superbi regis sorore genitus.[c] Cęterùm excelsi animi, qui oratione ad populum habita, non vecordis, & dementis, qualem se antè simulauerat, sed magnifica de vi ac libidine Sexti Tarquinij, de nefãdo Lucretiae stupro, & miserabili morte incensam multitudinem impulit, vt regi imperium abrogaret.[d]

c Liuius li. j. ad finem.

d Halicar. lib. 4. Liuius. lib. j. dixi. §. exactis. s. hac l.

§. EXACTIS II.

Exactis deinde regibus, consules constituti[a] sunt duo,[b] penes quos summum ius[c] vti esset, lege rogatum est.[d] Dicti ab eo, quòd plurimum reipublicae consulerent.[e] qui tamen ne per omnia[f] regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata[g] factum est, vt ab eis prouocatio esset,[h] néue possent in caput ciuis Romani[i] animaduertere[k] iniussu populi:[l] solum relictum est illis, vt coercere possent, & in vincula publica[m] duci iuberent.[n]

SVMMAE.

1 *Consules primi.*
2 *Duo consules cur creati.*
3 *Pompeius vnicus Consul.*
4 *Consules sub Caesaribus.*
5 *Consules maiores & minores.*
6 *Consules ordinarij & suffecti.*
7 *Annalibus non perpetuò credendum.*
8 *Consularia insignia.*
9 *Bruti oratio.*
10 *Consules, iudices & pratores, dicti.*

11 Secu-

a *COnsules constituti*) In exilium actis regibus Romana respublica statum
mutare cœpit: próque regio, qui ducentos quadraginta quatuor an-
nos durauerat, Consularem assumpsit. Itáque olimpiade 68. & anno ab
vrbe condita 245. comitijs centuriatis iussu Spurij Lucretij, in eam rem in-
Cõsules primi. 1 ter regis creati habitis delecti sunt Consules, † L. Iunius Brutus (qui tantum
gloriæ in explodendis regibus meruit) & L. Tarquinius Collatinus stupratæ
Lucretiæ maritus, qui & ipse necdũ finito cõsulatu vrbe extrusus est, vt cum
Tarquiniorum nomine regni memoria prorsùs tolleretur, & in eius Val. Pu-
blicola suffectus.[a] *a Liuius lib. 2.*
Cur initio Consules duo creati. 2 b *Duo.*) † Noluerunt eiectis regibus Romani sententiam vnius, vt in Mo- *Halic. li. 5.*
narcho, rerum omnium dominum facere: sed duobus viris, Lacedæmonio-
rum exemplo regum permittere principatum, vt pudore inter se à viuendi
libidine retraherentur, & sedulò virtutis gloriam appeterent: ac vtroque ea
dem imperij vim habente, si vnus malus esse maluisset, alter similem habens
potestatem posset eum coercere. Vnde Salustius, Vbi regium Imperium, in
quit, quod initio conseruandæ libertatis, atque augendæ Reipublicæ fuerat
in superbiam dominationémque se conuertit, immutato more annua Impé
ria, binos Imperatores sibi fecêre eo modo minimè posse putabant, per li-
centiam insolescere humanum animum.[b] Longo tamẽ post interuallo con- *b Salustius. de*
stituendæ ciuitatis, sedandíque tumultus gratia, Ser. Sulpitius Interrex à se- *coniurat. Cati*
Põpeius vnicus Consul. 3 natu designatus effecit, † vt Cn. Pompeius Magnus cõsul solus crearetur. an- *line.*
no conditæ vrbis 702. & ab regibus exactis 458. At verò dices, si duo dũtaxat
Coss. constituebantur, cur S.C. petitionis hęreditatis quatuor Consulum, eo
Cõsules quomodò sub Cęsarib' administrarent. 4 dem anno Rempublicam moderantium, nomina sunt adscripta?[c] † Scien- *c l. itẽ veniunt.*
dum igitur sub Cæsaribus rarò Consules per integrum annum administraſ- *§. pridie. ff. de*
se: quinimò vix vltra duos menses, in magistratu erant. Nam calendis Ia- *petitio. hæred.*
nuarijs Consulatum auspicabantur, qui dabant Consulatui eius anni no-
Cõsules maiores & minores. 5 men, & à quibus fiebat annorum computatio: † Vnde & Consules ma-
iores dicti deinde calendis Martijs noui inibant magistratum: rursum ca-
lendis Maij. & sic deinceps: sed omnes ferè ignoti: vt pote qui nulli rerum a-
Cõsules ordinarij & suffecti 6 ctui nomen darent, † ac proinde Consules minores appellati,[d] vel suffecti, *d Dion. lib. 48.*
cùm maiores Ordinarij dicerentur. Consulatum iij (inquit Lampridius de
Alexandro) inijt tantum ordinarium, ac primo nundino sibi alios semper suf *e Lamprid. in*
fecit:[e] veluti in memorato S.C. de petitione hęreditatis, Q. Iulius Balbus, & *Alexand.*
P. Iuuentius Celsus. calendis Ianuarijs Consulatum inierunt anno vrbis 881.
& Christi 131. Calendis postmodum Martijs Titus Aufidius & Artius Seue-
rianus. quorum ideò nulla in catalogo Consulum mentio, sed nec quod ma-
gis admiratione dignum est, Q. Iulij Balbi cum chronologia Neratium Mar-
cellum, non Balbum, Celso collegam faciat, vt verum sit, quod nonnulli tra-
Annalibus non per omnia fidendum. 7 dunt, † annales libros non ita ad amussim à quoquam adhuc compositos: vt
non persæpè fallatur, propter veterem in republica Romana, pręsertim post
Impp. creatos rerum confusionem.[f] *f Alciat. lib. 5. parerg. c. 10. & 11.*
c *Summum ius.*) Summum inquit M. Cicero, in Consulibus Imperium, sum
mum in senatu consilium.[g] Summa profectò fuit quondam in consulibus au *g Cice. pro Ra*
thoritas, nimirùm eadẽ quæ Regibus. nihil enim immutatum, nisi quòd pro *birio.*

perpetuo vnius imperio, annuũ duobus datum est. Omnia quippè iura, sicu-
ti Liuius ait,† omnia insignia primi Consules tenuêre.[h] Solium nanque ijs e- 8
burneum, in quo sedentes ius dicerent, & vestem candidam circúmque pur-
puram & præcedentes in egressibus eorum Lictores xij. fasciculos virgarum
quibus xij. secures obligatæ erant, deferentes: vt quoties à Consulibus iube-
rentur fascem soluentes, primò virgis reum cæderent: mox securi ferirent.
quinimò sceptra quoque ac coronas aureas, & violaceas aureiq; staminis ve
stes quanquam posterioribus his insignibus non, nisi statis temporibus die-
bus nimirùm solemnibus in honorem Deorum & in triumphorum pompis
vterentur. vnde & in xij. tabulis M. Cicero scriptum commemorat.[i] *Regio im
perio duo sunto. ijque à præeundo, iudicãdo, consulendo, prætores iudices, consules, appellan
tor. militiæ summum ius habento. nemini parento.* Et omnes prouincias sub Consulis
iure & imperio esse idem author scribit.[k] Enimuerò, quia summum & infi-
nitæ potestatis Consulare imperium, C. Terentillus Arsa, tribunus plebis de
eo abrogando velut nimio, nec tolerabili liberæ ciuitati, legem promulgare
cogitauit, tantam contendens authoritatem re ipsa atrociorem quàm regiã:
quippè duos pro vno domino acceptos, immoderata infinitaque potestate.[l]
succedẽte tamen tempore valdè fuit diminuta Consulum potestas: adeo vt
vix vmbram & vestigia retinuerit veteris dignitatis. quod suo loco di-
cam fusiùs.[m]

h Liuius lib. ij. in princ.
i Cic. lib. iij. de leg.
k Ci. iiij. Phil.
l Liuius li. iij.
m in rub. ff. de offic. Consul.

Consularia insignia.
De abrogãdo cõsulatu cogitatum.

d *Lege rogatum est)* Hæc Rogatio à L. Iunio Bruto primùm processisse vide 9
tur. † cùm enim populum in concionem aduocasset, vehementíque oratio-
ne habita obtinuisset, vt ex vrbe Roma, regionéque Romanorum Tarqui-
nij, genúsque eorum omne proscriberetur: néque de eorum reditu cuiquã
liceret quicquam agere vel dicere: si quis contrà fecisset, confestim mori.
Rursus ad populum Brutus, posteaquam visum est Quirites, inquit, domina
tionem regiam aboleri, è re nostra arbitror Principes, quotannis regia pote
state binos creari à vobis calculos per Centurias ferẽtibus designãdos. Quæ
sententia vno omnium ore ita laudata est, vt nec vnus quidem reclamauerit
vnde progrediens Brutus, Spurium Lucretium, Lucretiæ, quæ se iam intere-
merat patrẽ comitiorum pro vetusto patriæ more habendorum causa inter-
regem designat. à quo mox vniuersus populus in campum Martium, vbi co
mitia haberi cõsueuerant, cum armis ire iussus est: ibiq; ad Interregis roga-
tionem electi duo viri Iunius Brutus, & Tarquinius Collatinus, violatæ Lu-
cretiæ maritus, qui omnia possent quæcunque ante Regibus licebant.[n] Et
hoc est quod hîc scribit Pomponius, fuisse lege rogatum, vti apud Coss. sum
mum ius esset. porrò autem in Comitijs Centuriatis Coss. renuntiari solitos
neminem ignorare puto.[o] & legem esse, quam populus sciuerit Cẽturiatis
comitijs, rogante magistratu.[p] qui cùm nullus esset Romæ exactis mox regi
bus necdum Coss. creatis (nam & Brutus Celerum præfecturam deposuit)
in eam rem, vti diximus, Sp. Lucretius Interrex designatus fuit.

n Liui. lib. j. ad fi.
o Cic. pro Murena.
p §. lex. est. Instit. de iur. nat. Boet. in Topica. Cic. Gel. li. 10. c. 20.

Oratio Bruti.
Sp. Lucretius Interrex designatur.
Consules in Centuriatis Cõmitijs renunciabantur.

e *Consulerent)* † Hoc est cõsulere, & prouidere deberent. Inde vetus illa lex, 10
*Regio imperio duo sunto: ijque à præeundo, iudicando, consulendo, Prætores, iudices, Consu-
les appellantor.*[q] Equidem Consules prætorum nomen habuisse præter hæc
indicant verba Festi Pompeij. Prætoria porta, inquit, in castris appella-
tur, qua exercitus educitur: quia initio prætores erant, qui nunc Consules.
Iudices autem & prætores simul dictos fuisse eo loci Liuius euidens facit,
quo iudicem ait, Consulem appellari, quæ inquit refellitur interpretatio,
quod his temporibus nondum consulem iudicem, sed prætorem, vocari
mos erat.[r]

q Cic. li. iij. de legib.
r Liuius lib. iij.

Coss. cur dicti prætores.
Prætoria porta.

f *Per omnia)* Annuum imperium, inquit Liuius, consulare factum est: nec in
eo quicquam diminutum ex regia potestate. omnia nanq; iura, omnia insi-
gnia, primi consules tenuêre: id modò cautum est, ne si ambo fasces haberẽt,
duplicatus terror videretur. Brutus prior, concedente collega, fasces habuit.[s]

s Liuius li. ij. in princ.

g *Lege lata.* † A Valerio Publicola, ante quẽ summũ imperium sine vlla pro- 11
uocatione

uocatione apud Consules fuit: cùm consulibus omnis omninò principatus regius permissus esset: nec quicquam, sicuti dicimus, immutatum, nisi quòd pro perpetuo & vnius imperio omnium & duorum factum est.

Val. Publicola cõsulum minuit authoritatem.

Mortuo vero Iunio Bruto collega cùm Valerius Publicola in suspicionẽ affectatæ tyrannidis venisset, tum quòd non adiungeret sibi socium, tum quòd sub domum Vitelliam foro imminentem, difficilis & ardui accessus habitare insolentiùs videretur: offensione populi intellecta, & ab omni inuidia se cupiens liberare, funditùs cum primis domum euertit: deinde subrogandi ei collegæ potestatem fecit, ac demum lege lata permisit reis à consulibus prouocationem ad populum: eis verò qui consulibus non paruissent, quinque boum & duarum ouium (cùm enim nimis necdum vterentur Romani, iumentis & pecudibus sõtes plectebant) tantem mulctam indixit[t]. Denique secures à fascibus abstulit. futurísque post se consulibus legem dixit, vt cùm extrà vrbem essent, liberè securibus vterentur: intus verò fascibus duntaxat ornarentur.[u] Verum Iargius Dictator eas posteà consulibus restituit. Ideóque T. Octacilium ferociter obstrepentem, Liuius refert, à Q. Fabio consule admonitum, vt sileret. nam secures adesse sibi, & fasces, quibus occidere eum posset, si ius ineundi suffragia, populo impedire conetur.[x]

Secures Coss. restitutæ.

t Plut. in Pub.
u Halic. li. 10. ad fi.
x Liuius li. 24.

Lex de prouocatione.

h *Prouocatio esset*) Hanc consularem legem de prouocatione, cùm mutasset statum respublica è consulibus ad decemuiros anno ab vrbe condita 303. & à pulsis regibus 59. Decemuirali potestate euersam fuisse, ac demùm velut vnicum præsidium libertatis, non modò restitutam, sed etiam noua lege sancitam, ne quis vllum magistratũ sine prouocatione crearet, qui creasset, eum ius fásque esset occidi, Liuius author est.[y] & alibi idem scribit, anno conditæ vrbis 453. à M. Valerio Coruino, quintum Coss. legem de prouocatione latã & diligentiùs sanctam, * tertio tum post reges exactos & ab eadem semper

y Liuius li. iii.
** sancitã.*
z Liuius li. 10.

Appellatio & prouocatio.

12 familia, causámque renouandæ sæpiùs non aliam fuisse. quàm quòd plus paucorum opes, quàm libertas plebis poterant.[z] † Sanè verò sunt qui prouocationem, sic ab Appellatione distinguant: vt appellatio sit inter æquales: veluti de consule ad consulem, de decemuiro ad decemuirum: cuius rei non pauca sunt apud Liuium exempla, Prouocatio verò de minori ad maiorem, vt hîc à consule, aut alio quouis magistratu, ad populum. Quam differẽtiam iu-

Ciues Romani quãdo puniirentur.

13 risperiti qui his vocabulis promiscuè vtuntur, non reciperent.[a]

a l. j. in princ. & §. si quis in appellatione. ff. de appel.

14 i *Ciuis Romani*) † In more tamen veterum positum quandoque fuit, vt Romani etiam ciues cæderentur virgis, & securi percuterentur. † Sed postea lege Porcia verbera, virgæque à corpore ciuis Romani remotæ: sicut item dã-

Porcia lex.
Vitibus milites delinquẽtes cædebantur.

15 natis ciuibus exilium permissum.[b] demum C. Sempronius Gracchus legem tulit, ne quis ciuis Romanus iniussu populi morte plecteretur.[c] † Meminit prætereà Liuius veteris cuiusdam Romanæ legis, quæ ciues non virgis, sed vitibus euerberari iubebat.[d] Vnde Plinius pœnæ honorem habitum scribit cùm ciues non virgis verberatos, sed vitibus refert Námque Scipio Africanus qui Numantiam obsedit, eiúsque exemplo reliqui imperatores, sicubi militem extra ordinem deprehendebant, Romanum quidem vitibus, extraneum vero virgis cædebant. Plinij verba hæc sunt. Quid quod insertæ castris vites, summam rerum, Imperiúmque continent. Centurionum in manu vitis & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas: atque etiam in delictis, pœnam ipsam honorat.[e] Quæ verba illud quoque demonstrant, Centuriones olim vitem gestasse, velut insigne ad milites in officio continendos. Vnde ab Adriano Cæsare legimus, nulli concessam vitem, nisi robusto & inculpatæ famæ viro.[f] atque hinc lucem accipiunt, Martiani verba alioqui per obscura.[g] Porrò autem qui dicantur propriè Romani ciues, abundè suprà exposuimus. vnde petenda erunt, quæ ad hunc locum deside-

b Salust. in Catilinario.
c Cic. pro Rabirio & 7. Verrin.
d Liuius li. 57.
e Pli. li. 14. c. j.

Vitis insigne Cẽturionũ.

f Petrus Crinitus li. de honest. disciplin. c. 22.
g l. milites. §. si vitem ff. de re mili.

Animaduertere, & punire

16 rabantur.[h]

h §. eodem tempore. suprà hac l.

lz *Animaduertere*) † Animaduertere in aliquem, est eum legitimè punire: quasi adhibita animaduersione, ne quid temerè fiat. Vnde hoc Valla interes-

se putat inter animaduertere & punire, quod punire dicitur, quicunque alios plectunt, castigantue, siue iure siue iniuria. Animaduertere verò, ij qui in alterum habent potestatem, rectè atque ordine, id est, cum iudicio & legitima animaduersione.[i] At verò duplicem in puniendis criminibus rationē, veteres fecisse, Animaduersionis videlicet, & commonitionis, Plato author est [k] & nos alibi scripsimus.[l]

i Lauren. Val la. li. iij. c. 69.
k Plato. in Gorg.
l l. imperiū. ff. de iurisdict.

1 *Iniussu populi*) Valerius Publicola cùm reis prouocationem ad populum à Consulibus indulsisset: secures quoque, sicuti dictum est, in vrbe consulibus ademit: quas tamen Largius dictator, ea lege restituisse fertur, vt in caput ciuis Romani, nisi populo iubente, non adhiberentur.[m] Quod si obiecerit quispiam, quorsum igitur lex Porcia (cuius supra meminimus) deinde lata: iam Valerij lege Romanis ciuibus prospectum erat, huic ex Liuij verbis responsum velim. Porcia tamen lex (inquit) sola pro tergo ciuiū lata videtur, quod graui pœna si quis verberasset, necassetue ciuem Romanum sanxit. Valeria lex cùm eum qui prouocasset, virgis cædi, securique necari vetuisset: si quis aduersus ea fecisset, nihil vltra quàm improbè factum adiecit.[n] Et hæc si nō Senatus graue illud decretum censuisset mandando Coss. viderent, † *Ne quid respublica caperet detrimenti.* Quo versiculo supremum imminere discrimen significabatur, vnde non nisi in extremo rerum periculo, id fieri solebat.[o] tunc autem potestas maxima quemadmodum Salustius ait) per senatum Consulibus permittebatur:[p] quorum proinde summum erat domi militiæque imperium atque iudicium. Quod L. Opimio consuli mandatum à senatu legimus, & initio ciuilis belli cùm S. C. factum esset, vt C. Cæsar exercitum dimitteret, eique successor omninò mitteretur. Quoniam M. Antonius, & Q. Cassius tribuni plebis, id S. C. fortiter suis intercessionibus impediebant, illis vrbe pulsis, consulibus & Cn. Pompeio mandatum à senatu, vt viderent, ne quid Resp. detrimenti caperet.[q] Similique S. C. C. Mario & L. Valerio Flacco Coss. permissam rempubl. eóque die L. Saturninum tribunū plebis à Rabirio occisum: cuius senatusconsulti authoritate M. Cice. consul. Rabirium, & elegāter, & animosè defendit, & ita vt cū indicta causa, Rabirius à duumuiris damnatus fuisset, & accusator T. Labienus plebis tribunus in campo Martio, crucem defigi iussisset, vt damnatum Rabirium carnifex cruci affigeret, M. T. Cic. Rabirium, qui ad populum prouocauerat, defendendū suscipiens, crucem de campo virtute, consilio, & authoritate sustulerit.[r] Fuit etiam summa hæc potestas periculosis reipub. tēporibus, M. Cic. à senatu mādata, qua fretus ipse Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, & Ceparium, socios Catilinariæ factionis in carcere necari iussit: quamuis ob eam causam in exilium missus, aut certè ipse volens profectus postea fuerit factione P. Clodij tribuni plebis, qui vt hoc colore M. Ciceronem profligaret, legem tulit, vt qui præter senatus sententiam ciuem Romanum interemisset, aqua & igni interdiceretur.[s]

Puniendorū criminū ratio duplex.

m Halicar. li. 10. ad fi.

Porcia lex.

n Liuius li. 10.

17 Ne quid resp. detrimenti cap.

o Liuius li. iij.

p Salustius in bello Catilinario.

q Liuius li. j. c. 9. vt ex Flori compēdijs colligitur.

r Ci. pro Rabirio.

s Pluta. in vita Cic.

m *Vincula publica*) A vincio verbo, vinculum deducitur, nodum significans quo vincimur & cōstringimur. † Inde dicuntur amici & propinqui, vinculo necessitudinis, & amoris coniuncti.[t] & vinculum iurisiurandi, quò ad stringendam fidem, inquit M. Cicero, nullum arctius maiores nostri esse voluerunt.[u] Ligamina item illa quibus in carcere noxij continentur & illigantur, Vincula dicta sunt.[x] & per trāslationē locus ipse custodiæ & carceris, in quo rei vincti asseruantur, vinculorum quoque nomen assumpsit: quamuis hoc inter resse Venuleius scribat, inter Custodias, ad publicū carcerem referatur vincula verò publica sunt, & priuata,[y] ac proinde in vinculis esse dicatur, qui & priuatum, vt seruus à domino, nedum qui magistratus authoritate detinetur. Quod in causa fuit, vt noster Pomponius, non vincula simpliciter dixerit sed cum adiectione publica, custodiam publici carceris nimirùm significās. Vinculorum autem, siue eo verbo reorum ligamina, siue carceris locum intelligas, varia fuisse genera constat. Nam quatenus Vincula pro Custodia accipimus

Vinculū. 18

t Cic. pro Plancio & ad Atticum sæpè.
u Ci. li. 3. offi.
x l. verū ff. de ver. sign.

Vincula.

Custodia

y l. vinculorū. ff. de ver. sign.

Vinculorū diuersa genera

cĩpimus,certum est præter publicum & ordinarium carceris locum, fuisse
Latomię 19 Latomias,& Ergastula.† Erant autem Latomiæ Lapidicinę,in quibus vincti
serui,aut qui ad id opus dãnati erant,lapides eruebãt.[z] Vnde apud Plautum, *z l.succurritur.*
Synceraſtus seruus.[a] *ff.ex quib.cau.*
maio.

Ita me Di ament,in Latomijs,vel in pistrino,mauelim *a Plaut.in pœ-*
Agere ætatem,præpeditus latera forti ferro meam, *nulo.*
Quam apud lenonem hunc seruitutem colere.

& Aegio ad Tyndarum.[b] *b Plautus in*
captiuo.

Ergo ab eo petito istam gratiam ducite,
Vbi ponderosus crassas capiat compedes
Inde ibis porrò in Latomias lapidarias:
Ibi cùm alij octonos lapides effodiant:
Nisi quotidianum Sexqui opus confeceris,
Sexcetoplago,nomen indetur tibi.

Romæ igitur Latomiæ,carceris loco habitæ sunt.In quas tres & quadragin- *c Liuius li.37.*
ta Ætolorũ à M.Attilio deductos Romã cõiectos fuisse Liuius refert.[c]erãt-
Tullianũ 20 que propè Tullianum,vt M.Varro scribit, subijciens,† Tullianum dictum,
quia à Tullio rege additum carceri.Erat & carcer à Dionysio tyranno Syra-
cusis factus,qui latomiarum nomen habuit.Opus inquit M.Cice. ingens,ma
gnificum,ex saxo in mirandam altitudinem depressum,& multorum operis
penitùs excisum:nihil tam septum vndique, nihil tam tutum ad custodias,
nec fieri,nec cogitari potest.[d] Latomiæ autem,Siculorum lingua,id est,lapi- *d Ci.7.Verri.*
Ergastulum. 21 dicinæ,dicuntur loca cæsis lapidibus execta.[e] † Ergastulum quoque, hoc est *e Asco.Pedia.*
locus ex quo lapides, metalláue fodiuntur, pro carcere habitum est.nam *actio ij.in Ver*
ad hæc opera damnati plerunque mittebãtur,qui vinculis coarctati foderẽt. *rem.*
M.Aurium,Cicero scribit,inter sicarios damnatum in Q.Sergij manus inci-
disse,& apud eum fuisse in ergastulo.[f] significantiùs tamen Ergastulum, lo- *f Ci.pro Clue.*
cum designat,in quo serui deteriores compedibus vincti tenebantur,coacti
plerunque opus facere.Vnde Iuuenalis,Ponticum monet seruos flagitiosos
à se reijcere,& mittere in Lucania,aut Thusca ergastula,vbi frequentes erãt
istiusmodi carceres mancipiorum.[g] *g Iuuenal.Sa-*
tyr.8.

Quid facias talem sortibus Pontice seruum.
Nempè in Lucanos aut Thusca ergastula mittas.

Quatenus verò vincula,referuntur ad nodos illos quibus facinorosi in car- *h Eutropius li.*
cere illigantur,quosque Tarquinium excogitasse primum ferũt,[h] plura quo *j. de gestis Ro-*
Compedes. 22 que sunt genera. † Compedes quibus reorum pedes colligati tenentur. *manorum.*
Catasta. 23 Tibullus† Catastam vocat.[i] *i Tibullus li.ij.*
Elegia iij.

Nota loquor,regnum ipse tenet,quem sæpè coegit
Barbara luxatos ferre Catasta pedes.

Quamuis non ignorem Catastæ verbo,ipsum etiam locum in quo nequio-
res serui vincti,vel exponebantur venales,vel diligenter asseruabãtur, quan
doque significari.vnde Persius,[k] *k Persi.saty-*
ra.6.

Vende animam lucro,mercare atque excute solers;
Omne latus mundi,ne sit præstantior alter.
Cappadocas rigida,pingues pauisse Catasta.

Pedicæ. 24 Compedibus non absimiles plerisque videntur † Pedicæ, quæ laqueum pa-
riter notant,quo pedes illigantur.Sed ego Pedicarum nomẽ generalius cen-
seo.vt pote quod non ad ligamina modò reorum,sed etiam animalium refe-
ratur.Vergilio id planè indicante.[l] *l Verg.j.Geor.*

Tunc grauibus pedicas,& retia ponere ceruis.

Manicæ. 25 Vt autem pedicæ,vincula pedum sunt:† ita Manicæ manuũ.vnde Plautus,[m] *m Plautus in*
Mostellaria.

Illic vos intra limen state, vt cùm extemplò vocem,
Continuò exiliatis, manicas celeriter conuertite.

Est & † Neruus, è genere vinculorum ferreorum, quibus non tantùm pedes, 26 Neruus.
vt quidam perperam scripserunt, sed etiam ceruices vinciũtur. vel ipso Plauto indice, apud quem cùm Labrax obsecraret Charmidem, vt sibi subueniret, qui raperetur obtorto collo, Charmides respondit.[n]

n Plau. in Rudent.

Melius est, te in neruum corripere,
Tibi obtigit, quod plurimi exoptant sibi.
Lab. Quid id est? Ch. vt id quod quærant, inueniant sibi.

Catonis adagium

Ad quæ prætereundum non est lepidum Catonis adagium, qui paruos fures in Neruo, & compedibus haberi: magnos verò in auro & purpura videri dicebat. Erant autem Nerui, ligamina quædam ex neruis boum, seu intestinis compacta: quibus & olim, qui soluendo non erant, vinciebantur, creditoribúsque tradebantur, donec creditam summam, opera compensassent. vnde *In neruum ire.* vetere prouerbio dictum, pro eo quod est in vincula ire, illícq; neruis colligari. Ideóque Antipho adolescens ad Getam,[o]

In neruũ ire.

o Teren. in Phormione.

Cæterùm cùm argentum repetent, nostra causa scilicet.
In neruum potiùs ibit.

Veritus nimirùm, ne Phormio, aut puellam vti conuentum erat domum ducere, aut pecuniam acceptam remunerare cogeretur, & ni fecisset vinctum iri. Próque veterum more, pœnas corpore luiturum. Neruo non valdè absimilis est † Numella, vinculum ligneum significans, quo noxiorum & pedes 27 Numella
& colla illigantur. Lucretius.[p]

p Lucret. li. iij.

Est insignibus insignis, scelerísque Numella,
Carcer & horribilis, de saxo iactus eorum,
Verbera carnificis, Robur, Pix, Lamina, Tedæ.

Qui tamen de re rustica scripsêre, nomen ad quadrupedum ligamina traduxerunt.[q] Quinimò Festus Numellam propriè definiuit vinculi genus esse,
quo quadrupedes vinciuntur. † Boiæ item genus sunt vinculorum, tã ligneæ 28 Boiæ.
quàm ferreæ. Sunt tamen qui dicãt Boyam esse ex corio bubulo (βοεος enim Græcè, bubulum significat) quo simul damnati, quasi iugum boũ alligabãtur. Inde festiuissimus ille iocus apud Plautũ ab Ergasilo parasito prolatus *Boius, Boiam terit.* cùm enim Boij sint Galliæ citerioris populi, qui primi Annibalis aduentum sentientes, nec veterum irarum immemores à populo Romano defecerunt.[r] & Stalagmus seruis vinctus Boijsq; cõstrictus duceretur. Aegióque rogasset, cuius nationis, nunc esset seruus? nationem parasitus, in eadem significatione capiens, ludit in nomine Boius, dicens, se eius nationis semper fuisse, cuius nũc est, certè Boius erat: quia nunc quoque Boius est, quippè Boiam terit: indicans ipsum vinculis ferreis ligatũ: in iocóque perseuerans, subdit se credere liberorum quærendorum causa vxorem datam, quod scilicet vxores, tam arctè viris copulentur, vt huic Stalagmo seruo, Boia vinculum annexum erat. verba autem Plauti, quia lepida visa sunt, subscribere placuit.[s]

q M. Varro. li. ij. c. 9. Columel. li. 6. c. 19. & li. 7. c. 8.

Boij.

r Liuius li. 21. Polib. libr. iij. Strabo lib. Geograph. iiij. & 8.

s Plautus in capti.

Age, Sed Stalagmus cuius erat tunc nationis quum hinc abijt?
Age quoius & nunc? Arg. Si quoius nunc est, Boius, Boiam terit:
Liberorum quærendorum causa, ei credo Vxor data est.

Carnifices vulgus Italorum Boias vocat, quòd in vinculis detineantur illigati, donec pro indicto tempore carnificinam exercuerint, nec enim inhumanum hoc munus solet perpetuò iniungi, sed ad tempus ijs, qui pro suis criminibus grauissima alioqui perpessuri erãt supplicia, Præter superiora autẽ sunt species quædã vinculorum, ad pœnam magis & infamiã, quàm custodiã pertinẽtes: vt quæ vocamus † Collaria, quibus lenæ, & blasphemi quò magno 29 Collaria
sint

sint viatoribus ludibrio, plerisque in locis publicè illigantur. Habemus Tolosæ in Garumnæ flumine, & è regione paternæ domus, clausuram quandam ex transuersis ferris compactam, qua conclusi blasphemi in aliquot horas a-

Carcer triplex. 30 quæ postmodum ter immerguntur.† Ad hæc non ignorandum tria Carceris genera veteres fecisse. vnum quo parum exculti & immodesti commone fiebant, & ad vitæ frugem à probis, & peritis instruebantur. Alterum, quo ęre alieno implicati & leuioribus obuoluti criminibus detinebantur. Tertiũ, quo nefandis flagitijs irretiti, ac propediem grauiter puniendi, intrudi solebant.[t] Fuit porrò ædificatus primum carcer sub Anco rege, in media vrbe, imminens foro, ad terrorẽ inquit Liuius, increscentis audaciæ.[u] Sed iam tempestiuum est, vt nos tot vinculis dissoluamus, ad Pomponij verba redeũtes. *t Coel. Rodig. li. 17. c. 19.* *u Liuius li. j.*

Consolaris potestas imminuta. 31 n *Ducuuberent*) † Quinimò translato in Cæsares imperio Consularis potestas, quamuis summi semper honoris, amplissimæque dignationis habita sit:[x] vix tamẽ vestigia retinuit primæ authoritatis: vt quæ caruerit administratione, cuique duntaxat relictum, vt manumissionibus, cæterisque voluntariæ iurisdictionis negotijs intenderet, coacto cùm opus esset in eam rem consilio.[y] Vnde Mamertinus ad Iulianum Imperatorem, cui congratulabatur de consulatu. In administrationibus dixit, laborem adiungi honori, in consulatu, honorem sine labore suscipi, Consules tamen iudicasse Adriani tẽpore Dion significare videtur, cùm de illo loquens sic ait. Assidebat interdum consulibus, dum hi iudicabant.[z] & iure nostro ex principis mandato seu delegatione.[a] *x l. j. & ij. & iij. C. de consul. li. 12.* *y l. vnic. ff. de offi. consul. vbi dicā l. ij. C. de consul. li. 12.* *z Dion in Adriano.* *a l. j. §. pe. ff. de appella.*

§. POST DEINDE.

Post deinde cum census [a] iam maiore tempore [b] agẽdus esset, & consules non sufficerẽt,[c] huic officio Censores cõstituti [d] sunt.

SVMMÆ.

1	*Censere, census.*	11	*Tribus, cur sic dictæ.*
2	*Romanorum ciuium numerus.*	12	*Cælebs qui.*
3	*Censores quando primum creati.*	13	*Cælibatus pœna.*
4	*Censores cur sic dicti.*	14	*Vxor ducenda.*
5	*Censorum in omnes ordines authoritas.*	15	*Carnifex plerunque malus homo.*
6	*Aer trij.*	16	*Censorum numerus.*
7	*Censuræ seueriores.*	17	*Censores patritij & plebeij.*
8	*Censura abolita & restituta.*	18	*Censura quinquennio durabat.*
9	*Censoriæ leges.*	19	*Nomophilax.*
10	*Sartatecta.*	20	*Nympharum ædes.*

Censere. 1 a Census) † Censere propriè est, arbitrari, sentẽtiámque suam exponere:[a] peculiari tamẽ acceptione idem signat, quod ciuiũ numerũ profiteri, eorumq; facultates æstimare & describere. Si cẽsenda nobis (inquit M. Cicero) atq; æstimanda res sit, vtrum pluris æstimabimus pecuniã Pyrrhi, an cõtinentiam Fabritij?[b] & alibi. Quinto quoque anno Sicilia censetur. erat censa prætore Peduceo quintus annus, cũ te prętore incidisset, cẽsa denuò est.[c] hinc *a l. itẽ veniũt. §. pridie. ff. de petit. hæred. l. censeri. ff. de verb. sig.* *b Cicer parad.* *c C. iiij. Verr.*

Census. Cẽsus verbo, rerum & bonorum æstimationem in iure nostro significamus, secundum quam tributa pendebãtur.[d] Et censum agere, pro eo quod est ciuiũ numerum & singulorum patrimonia recognoscere, idque totum in acta publica referre:[e] quod vt fieret, Seruium Tullium septimum Romanorũ regem, primũ instituisse Liuius author est. *d l. j. & tot. tit. ff. de censib.* *e vt hic.*

Cẽsus salubris institutio. Censum inquit tem saluberrimã instituit, tanto futuro imperio, ex quo belli, pacisq; munia nõ viritim vt antè, sed pro habitu pecuniarũ fierent.[f] Et certé maximè expediebat, censum fieri, vt sciretur, & qui arma ferre possent, & quantæ essent cuiusque facultates. *f Liuius li. j.*

Census. j. 2 † In illo autem primo censu inuenti sunt, vt ait Halicarnasseus, octoginta quatuor millia, septingentiq; Romani ciues.[g] Liuius tamen 80. tantùm millia ciuiũ eo lustro cẽsa memorat.[h] Secundũ censum actum ferũt Caio Flauio & Lucio Virginio Coss. post obtruncatã à Veientibus Fabiorum familiam, ex qua trecẽti nobiles cõtra Veientes bellũ susceperãt. Et in hoc cẽsu inuẽta *g Halicar. li. j.* *h Liuius li. j.*

i Eutropi. li.j. sunt ciuium capita, 119. millia. [i] aut vt Liuius mauult, centum quatuor & vi
k Liuius li.iij. ginti millia 214. præter orbos orbásque.[k] Tertius census fuit habitus post fugatos à Tito Quintio Dictatore Gallos, qui trans Anienem fluuium quarto milliario ab vrbe consederant: túmque inuenta ciuiũ Romanorum 161. millia 700. Quartus verò anno ab vrbe condita 477 quo tempore censa sunt ciuiũ
l Eutropius li. ij. capita 292. millia, 334. quamuis ab vrbe condita nũquam bella cessassent.[l] ac demùm ab alijs postea consulibus, pro vrgente rerum occasione alij census acti sunt. verum præ cæteris memorabilis est illa descriptio vniuersi orbis,
m Luca.ij. quam Augustus Cæsar edixit.[m] quo tempore Sulpitius Quirinus missus est præfectus in Syriã censui agendo. Cæterùm bellis & intestinis seditionibus, cùm consules occupari cœpissent, populus multos annos incensus remansit. † ob idque censores primùm constitutos, noster Pomponius ait. anno scili- 3 *Cẽsores quando primum creati.*
n Liuius li.iiij. cet vrbis conditæ 312. M. Geganio Macerino & T. Quintio Capitolino Coss.[n]

b *Maiore tempore*) Quo desitus erat censeri populus ob varia bella, ciuiléśque dissensiones.

c *Non sufficerent.*) Vt potè varijs agitati bellis, & reprimendis ciuium seditionibus occupati, quod in hæc verba Liuius luculenter explicat. Ortum autem initium rei est, quod in populo per multos annos incenso, neque differri census poterat, neque consulibus, cùm tot populorum bella imminerent, operæ erat id negotium agere. mentio illata ab senatu est, rem operosam, ac minimè consularem, suo proprio magistratu egere, cui scribarum ministerium custodiæque & tabularum cura, cui arbitrium formulæ censendi sub-
o Liuius li.iiij. ijceretur.[o]

d *Censores constitui*) † Ac proinde sic appellati, quòd videlicet eorum pro- 4 *Cẽsores cur sic dicti.*
ptium munus esset, censum agere, hoc est ciuium numerum recognosce-
p Liuius li.iiij. re, ac eorum patrimonium æstimare & recensere.[p] Censores, inquir M. Varro, dicti sunt quòd ad censionem eorum, id est arbitrium populus censeretur. Festus tamen Pompeius, censores dictos ait, quòd res suas tãti æstimare quisque solitus sit, quanti illi censuissent. Nec magni propterea momenti fiebat initio censura, quam principio rerum primores ciuitatis spreuerunt.
† Verum eius authoritas à parua origine orta tanto, inquit Liuius incremen 5 *Censorũ authoritas in omnes ordines.*
to aucta est, vt morum disciplinæque Romanę penes eam regimen Senatus, Equitúmque centuriæ decoris dedecorísque discrimen sub ditione eius magistratus publicorum priuatorúmque locorum vectigalia populi Romani
q Liuius li.iiij. sub nutu atque arbitrio essent.[q] Quem ideo magistratum Plutarchus amplissimum vocat & perfectissimum Reip. culmen. De quo proinde magna quõdam fuit inter Catonem & Scipionem viros grauissimos Romanorũ aliquãdo cõtentio. Itaque poterant censores omnibus ordinibus secundum merita pœnas statuere: quemcunque magistratu priuare, si eo indignus videretur: adeóque Senatores ipsos senatu eiicere, vt & Catonem in censura fecisse legimus, qui L. Flaminium quòd meretricis hortatu reum quempiam occidi *Cẽsores senatu mouebãt senatores*
r Vale. Max. lib.ij. cap.iiij. iussisset, ordine senatorio extrusit.[r] & Fabricius censor P. Cornelium Rufinũ consularem senatu mouit, quod decem argẽti põdo facti haberet.[s] M. quoque
s Liuius li.14. Valerius, & Iunius Brutus cẽsores L. Antoniũ senatu mouerũt, quòd virginẽ
t Vale. Max. c.iij. li.ij. quã vxorẽ duxerat, nullo amicorũ in consiliũ adhibito repudiasset.[t] Septem à censoribus è senatu sublatis Liuius author est.[u] Et alibi, Duos suprà xxx.[x] A-
u Liuius li.39.
x Liuius li.62. lio item in loco (quæ censura omniũ seuerissima fuit) quatuor & sexaginta.[y]
y Liuius li.98. Sed nec illud iocosum præteribo. Catonem seniorem in censura Manilium senatu mouisse, quòd vxorẽ inspectãte filia foret osculatus: túmque adiecisse vxorẽ se nunquam amplexatũ in magno tonitru edito, indéque facetum id prodidisse, Ioue tonante se esse beatum. Equitibus censores equum publicũ *Ioue tonante Cato beat⁹.*
adimebant. Plebeiis autem hanc pœnam esse voluerunt, vt vel pecunias in ærarium mitterent, vel in cæritum tabulas relati, † Aerarij fierent: hoc est eo 6 *Aerarij.*
rũ nomine pro derelicto habito notæ causa suffragijs priuarẽtur, nec ampli⁹

descri-

describerent in albo suæ centuriæ, nisi vt pro capite duntaxat tributi causa
Censorię notæ. æs conferrent,[z] & ita triplices fuerunt notæ censoriæ: vel enim magistratu *z Ascon. Pedia. in diuinatio. Cic.*
reos mouebant, vel publicum equum auferebant: vel faciebant ærarios. Ma-
mercum, inquit Liuius, quòd cùm dictator esset magistratum populi Roma-
ni minuisset legem ferens, ne plus quàm annua ac semestris censura esset,
quæ ante quinquennalis erat tribu mouerunt: octuplicatóque censu ærariũ
fecerunt.[a] Et de M. Val. & L. Sempronio cẽsoribus, Maximus refert quadrin *a Liuius li. iiij.*
gentos iuuenes, quia mandatum in Sicilia munitionum opus explicare ne-
Censuræ seuerissimę exempla. 7 glexerant equis publicis spoliasse, & in numerum ærariorum retulisse.[b] †Le- *b Vale. Max. li. ij. c. iiij.*
go tamen apud Liuium quartam superioribus multò seueriorem notam: vt
videlicet aliquem censores operarium facerent: hoc est operibus publicis fa
ciendis destinarẽt. Censores inquit, seueriùs censum quàm ante habuerunt
multis equi adempti, inter quos P. Rutilio, qui Tribunus plebis eos violẽter
accusarat, tribu quoque is motus, & operarius factus ad opera publica faciũ-
da.[c] Censuram etiam vsque adeo seuerã aliquando censores exercuisse con *c Liuius li. 44*
stat: vt supra duo millia hominum, quòd in magna Reipub. necessitate non
militassent, neque iustam militiæ vacationem, neque morbi excusationẽ ha
bentes, in ærarios retulerint, triste illud S.C. censoriæ notæ adijcientes, vt ij
omnes pedibus mererẽt, mitterenturq; in Siciliã ad Cannẽsis exercitus reli-
quias, cui militum generi, non priùs quàm pulsus esset, finitum stipẽdiorum
tẽpus erat.[d] Seuerissima porrò censura fuit sub M. Liuio & C. Claudio cẽso- *d Liuius li. 24*
ribus: qui nec inuicem abs se ipsi abstinuerunt. hic enim inter ærariorũ nomi
na Liuiũ collegã retulit. deinde M. Liuius quatuor & triginta tribus ærarias
fecit inter quas dixit, & C. Claudiũ collegã fore, quod si exemplum haberet
bis eundẽ ærariũ faciendi C. Claudiũ nominatim se inter ærarios relicturũ.[e] *e Liuius li. 29.*
Sed enim censorum iudicium aliquando desiderari potuit. siquidem plus æ-
quo nonnunquã seueriores eos quandoq; mulctauerint, qui nimis intempẽ-
stiuè iocati essent, aut obesos corpulẽtósq; equites, vel quibus equi malè cu
rati strigosioresque essent: eiúsque censoriæ seueritatis tria refert exempla
Gellius.[f] Quod in causa fuisse arbitror, vt censorum nomen triste, seuerum *f Gell. li. iiij. c. 12. & 20.*
Censura intermissa. 8 & odiosum vsque adeo populo Romano fuerit, † vt censura per annos pluri
mos intermissa, tacitóque populi consensu obliterata potiùs quàm lege vlla
sublata fuerit. licet eam ob infamiam iudicum corruptorum à populo effla-
gitatam postea fuisse M. Cicero scriptum relinquat.[g] Iudicum culpa, inquit *g Ci. in Verrẽ.*
atq; dedecore censorium etiam nomen, quod asperius antea vidéri solebat,
id nunc poscitur, id iam populare atque plausibile factum est: cùm enim soli
senatores (quos pecunia corrumpi quandoq; contingebat) lege Cornelia iu-
dicarent, & improbi senatores censorum iudicio senatu mouerentur, posce-
bat populus Romanus nomen censorum equidem hoc tẽpore nullus in Re-
publica magistratus magis desiderari videtur, quàm censoris: cuius tamẽ ne
vmbra quidem extat. Porrò verò ex verbis antiquæ legis, quæ tantam detu-
lit censoribus potestatem, facilè dignoscemus, quod eorum munus propriũ
9 fuerit.† Sunt autem hæc si M. Ciceroni credimus.[h] *h Ci. li. iij. de legib.*

Censores populi ciuitates, 1 soboles, 2 familias, pecuniásque, censento. 3
Urbis templa, vias, Aquas, Aerarium, vectigalia, tuento. 4
Populíque partes in tribus distribuunto. 5
Exin pecunias per ciuitatis ordines partiuntor. 6
Equitum, peditúmque prolem, describunto. 7
Cœlibes, 8 esse prohibento. 9
Mores populi regunto. 10
Probrum in senatu ne relinquunto. 11
Bini sunto. 12.

Magistratum quinquennium habento.13
Reliqui magistratus annui sunto.14
Olláque potestas semper esto.15

Quas leges ad veram antiquitatis cognitionem sigillatim exponere, non alienum ab instituto prorsus arbitror.

1 Ciuitates.

Sunt qui malint apud M. Ciceronem *Aetates*, aut *Aeuitates* legere siquidem obseruauerint censores ætatem quæ vel magistratibus gerendis, vel suffragijs ferendis, vel obeundis muneribus publicis apta erat.

2 Soboles.

Liberos etiam annotabant censores. item familias, id est seruos. denique pecunias, hoc est facultates, quo tutiùs munia, & tributa pro cuiusque viribus describerentur.

3 Censento.

Quod initio huiusce muneris censorij partes dumtaxat fuerint ciuium numerum & facultates censere, & æstimare: censores ab re, inquit Liuius, appellati.[i]

i Liuius li. iiij.

4 Tuento.

Non dubium quin vectigalia locare censores solerent. Templorum, item viarum, aquarum & similium operum conseruandorum cura ad cẽsores spectabat:[k] vt scilicet instaurarent templa, vias, riuos, & infirma quæque sarcirent: ne horum neglecta procuratione, vel ea perirẽt, vel vetustati excedẽda relinquerentur, & hoc est quod boni quique authores, † Sartatecta habere 10 exigere, aut præstare dicũt:[l] hoc est agere, vt opera præsertim publica ruerentur, & incorrupta seruentur: & cùm necessarium fuerit, instaurentur, & reficiantur, infirma quæque, & vel pluuiis, vel vetustate infecta sarciendo.[m] Cuiusmodi cura hodie post censuram sublatam præsidis est prouinciæ.[n] Quoad verò censura in vsu fuit, aquarum, viarum & templorum vrbis censores curã habuerunt, ac prętereà vectigalium. Nam & publica locabant, pactionésque cum publicanis inibant, ac quatenus vectigal exigendum esset, publicè statuebant. inde censoria lex apud Alfenum,[o] quam de portu Siciliæ censores constituerunt, ne pro seruis, quos quis ad vsum suum domum duceret, vectigal præstaret. Plinius quoque legem quandam censoriam Ictimulorum aurifodinæ extare refert.[p] qua in Vercellensi agro cauebatur, ne plus quinque millibus hominum in opere publicani haberent.

Sartatecta.

Cẽsoria lex.

k Ci. li. iij. de legib.
l Ci. act. in Verrem. & li. 19. epist.
m l. hactenus. ff. de vsufr. l. lex Iulia. §. penult. ff. ad l. Iul. repetũda.
n l. præses 5. ff. de offi. præs. l. ij. C. de cond. in pub. horr. li. x.
o l in lege censoria. ff de ver. si.
p Pli. lib. 33. c. iiij.

5 Distribuunto.

Populus Romanus primum in tres partes diuisus est.† in Tatienses, à Tatio 11 Sabinorum rege: in Ramnenses à Romulo, & Luceres, id est Thuscos à Lucumone, vnde & tribus nomen sumpserunt. Adaucto tamen populo Romano, alias partes facere oportuit, quæ & ipsæ tribus nomen retinuere. Itaque descriptus est Romanus populus in quatuor vrbanas tribus, & xxxj. rusticas. cæterum earum distributio non, nisi à censoribus fiebat.

Tatiẽses. Ramnenses. Luceres. Tribus vnde dictæ.

6 Partiuntor.

Nemo nescit tres ordines in vrbe Roma fuisse. Senatorium, equestrẽ & Plebeium: inter quos seruata cuiúsque dignitate, aut si mauis inter classes & cẽturias populi ex censu descriptas pecuniam publicam, hoc est eam quæ ab Imperatoribus ex deuictis hostibus Romæ deportabatur, Censores distribuebant, & partiebantur.

Ordo triplex Romæ.

7 Describunto.

Describebant quoque Censores eorum prolem, quos in classibus locauerãt vt certiore iudicio pro dignitate, & necessitate cuiusque pecunia publica inter omnes distribueretur.

8 *Cœlibes.*

8 *Cælibes.*

Cœlebs. 12 Cœlebs† dicitur, qui nec vxorẽ habet, nec habere vult: quẽ sic dictũ Festus &
Hieronymus existimant, quòd dignam cælo vitam ducat. vnde Horatius,[q] *q Horatius li. j. epi. j. epi.*

Nil ait esse prius, nil melius cœlibe vita.

Et Paulus apostolus. Dico autem non nuptis & viduis, inquit, bonum est illis
si sic permanserint, sicut & ego.[r] & paulò infra. Alligatus es vxori, noli quæ- *r j. Corint. 7.*
rere solutionem: solutus es ab uxore, noli quærere vxorem.[s] *s eodem capite*

9 *Prohibento.*

Tãta cura & studio à S.P.Q.R. diu seruatum est, vt liberis ciuitas repleretur
vt veluti probrum quondam habuerit in cœlibatu persistere. idque oneris
13 nominatim censoribus imposuerit: vt Cœlibes esse prohiberent.† vnde Fu-
Vxor an ducenda. Cœlibatus pœnę. tius Camillus alter conditor vrbis, censuram agens, cum rationibus persua-
sit, tum pœnis homines minando deterruit, ne cœlibes viuerent: legemque
tulit, qua eos, qui ad senectutem cœlibes peruenissẽt, mulctã pœnæ nomine
in ærarium ferre iussit. túmq; vxorium pependisse dicebatur, qui quod vxo-
14 rem non habuisset, æs populo dederat,† Eandem legem Q. Metellus numidi
Vxoriũ. cus cẽsor iterum promulgauit dicens, Si sine vxore possemus Quirites esse,
omnes ea molestia careremus. sed quoniam ita comparatum est, vt nec cum
illis satis commodè, nec sine illis vllomodò viui possit: saluti perpetuę potiùs
quàm breui voluptati consulendum. Quam prætérea legem, cùm aliqui in-
cusarent à Camillo & Posthumio censoribus coerciti sunt, à quibus pręcla-
ram illam sententiam enunciatam fuisse ferunt. *Natura nobis quemadmodum nas*
cendi, ita gignendi legem præscribit, parentésque nos alendo, nepotum nutriendorum debi-
to (si quis est pudor) alligauerunt. ite igitur, & nodosam exoluite stipem, posteritati numero
Romani imperij euersio. *sa.*[t] Equidem causam euersionis imperij Romani Procopius inde natam scri- *t Valer. Max. li. ij. c. iiij.*
bit, quòd cùm homines propagationi prolis non consulerent, infrequentio-
res factæ ciuitates à numerosis Barbarorũ exercitibus, se tueri nequiuerint.[u] *u Procopius li. ij. de bello Gothor.*
Lycurgus quoque probro notauit illos, qui vxorem ducere nollent, eósque
à ludis arceri voluit: deinde hyeme forum nudos circuire Plato à tricesimo
anno ad tricesimumquintum vxorem ducendam censuit: eum qui neglexis-
set, pecunia mulctandum pro ratione census, nulloque dignum honore, &
postremum omnium haberi voluit.[x] Cõstantinus tamen Augustus omnes *x Plato dia. log. 7. de legib.*
cœlibatus pœnas lege lata ad populum sustulit.[y] Porrò verò lege Popia Pop *y l. j. C. de infir. pœn. cœlib.*
pæa à Tiberio Cæsare cautum fuit, ne sexagenarij vxorem ducerent, quod
ea ætas generationi minus apta videretur. quam legem C. Claudius primum
abrogauit,[z] ac deinde Iustinianus noster.[a] sed de ijs alibi commodius.[b] Deni *z Sueto. in Claudio.*
que Augustum legem de maritandis ordinibus tulisse certum est, qua Patri- *a l. penul. C. de nupt.*
ciorum & Plebeiorum connubia iũcta sunt.[c]

10 *Regunto.*

b l. si paterfa. §. vlt. ff. de adoptio.

Censorię leges. Regendis moribus ciuitatis censores, inquit Pædianus, quinto quoque anno
creari solebant.[d] & sanè ad morum ornamentum plures à Censoribus leges *c Sueto. in Augusto.*
latæ fuerunt: qualis illa inter sumptuarias, ne gallinaria glirésque & alij deli-
catiores cibi in cœnis apponerentur. Rursus illa, ne quisquam ex Romanis *d Ascon. Pædia. in diuinat. Cic.*
Carnifex vrbe careat. ciuibus carnifex esset, aut haberet Carnifex in vrbe domicilium: sed more-
retur (ait M Cicero) prius acerbissima morte millies Gracchus, quàm in eius
15 concione carnifex consisteret.† quem non modo ferro, sed etiam cœlo hoc
ac spiritu Censoriæ leges atque vrbis domicilio, carere voluerunt.[e] sapiẽter *e Ci. pro Rabi.*
quidem cùm soleant istiusmodi homines quemadmodum philosophus scri-
bit improbi esse & nefarij.[f] *f Aristotel. 6. Politico.*

11 *Relinquunto,*

Curari id maximè à censoribus prisci Romanorum voluerunt, ne quem in
Senatu relinquerẽt, qui probro aut ignominia aliqua aspersus esset, cuius rei
permulta exempla, non vno in loco retulimus.[g] neque porrò solùm impro- *g Supra hoc §. & l. ij. ff. de senator.*
bos senatu mouere censores poterant, sed etiam Senatus principem eligere.

12 *Bini sunto.*

Duos †tantummodò censores vetustas esse voluit, suffectóque M.Cornelio
in locũ mortui Caij Iulij cẽsoris, id ominosũ superstitiosulè putauit, quòd eo 16
quinquennio Galli Romam cepissent, vnde lege lata Romani statuerũt, ne
deinceps censoris defuncti loco alius sufficeretur: sed reliquum tempus col-
lega per se munus obiret: aut si è Repub. videretur, se magistratu abdicaret.
vnde mortuo Liuio Druso cùm collega eius M.Scaurus abire nollet magi-
stratu: iussu Tribuni plebis in vincula coniectus est.[h] †Primi porrò censores 17
ex patribus creati fuerũt C.Papirius & A.Sẽpronius, anno ab vrbe condita
cccxj. & ab eiectis regibus lxvij. M.Geganio Macerino ij. T.Quintio Capito
lino Barbato V.Coss.[i] cúmque non nisi patres hunc magistratum initio re-
rum gerere possent: postmodum vt de alijs etiam magistratibus immutatum
fuit, & de plebe censores creati, ex qua primus C.Martius Rutilius & dicta-
tor & censor factus est.[k] ad hoc itaque munus exinde seruatum, vt alter pa-
tritius, alter plebeius deligeretur[l] Liuius tamẽ alicubi scribit, Q.Pompeium
& Q.Metellum primùm vtrosque factos ex plebe censores, & lustrum con-
didisse.[m]

Cẽsores duo.

Cẽsores primi patritij, & plebeij.

h Liuius lib. 5. Plutar. in problema.

i Liuius li. iiij.

k Liuius li. 10

l Plut. in M. Portio Catone.

m Liuius li. 59.

13 *Quinquennium habento.*

Cùm cæteri magistratus annui essent,† sola censura quinquennio durabat. 18
vnde quinto quoque anno censores creari solebant. Quod tamen Mamer-
cus Aemilius Dictator lege lata immutauit sanciens, ne hic magistratus plus
quã annuus & semestris esset. Supra quod tamẽ tẽpus Appius Claudius post
annum centesimum, quàm lata est lex ab Aemilio triẽnium & sex mẽses vl-
tra quàm liceret Aemilia lege cum ingenti omnium ordinum inuidia censu
ram & solus gessit.[n]

Censura quot annis durauerit.

n Liuius lib. 9.

14 *Annui sunto.*

Omnes Romæ magistratus annuos ad summum fuisse constat præter hunc
vnum censorium, qui tamẽ & ipse postea in annuum mutatus est, si ei libel-
lo, qui sub Fenestellæ nomine circunfertur, dari fides potest.

15 *Semper esto.*

Hanc cẽsoriam potestatem, velut firmissimum Reipublicę propugnaculum
veteres semper esse voluerunt, sed tamen per annos plurimos populus eam
intermisit, pertæsus nimiæ quorundam censorum seueritatis, vt ostendimus
suprà, quod ne deinceps fiat, hæc lex cauet. vnde M.Cicero, Hæc, inquit, cu-
ra detur censoribus, quandoquidẽ eos in Republica semper volumus esse.[o]
Adijcit idem quoque author, præter superiores aliam legem, in hęc verba,[p]

Censores fidè, legem custodiunto, priuati ad eos acta referunto: nec eo magis lege liberi sunto:

o Ci. li. iij. de legib. ad finem.

p Ci. d. lib. iij.

Quibus verbis auguror censores cumprimis.† Nomophylaces, hoc est legũ 19
custodes & seruatores constitui. Deinde veterem illum morem iudicari,
quo qui abierunt magistratu administrationis suæ rationem priuati redde-
bant. fide autem eo loci aduerbium est, idem quod fideliter significans. Quæ
autem sequuntur *Nec eo magis*, hunc sensum habent, vt non ideò existiment,
qui gesti magistratus rationem apud censores reddiderint, se liberos esse,
quandoquidem licebit eos nihilominus in iudicium vocare. Nec illud deni-
que silentio prætereundum solitos olim censores acta sua tabulis publicis
describere:† quæ in æde Nympharum seruabantur. Vnde M.Cicero, de Clo 20
dio verba faciens, eum, inquit, qui Nympharum ędem incẽdit, vt memoriam
publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret.[q]

Nomophylax.

Nympharũ ædes.

q Cic. pro Milone.

§. POPVLO DEINDE AVCTO.

Populo deinde[a] aucto, cum crebra orirentur bella, & quæ-
dam acriora à finitimis[b] inferrentur. interdũ re exigente placuit

maioris

maioris poteſtatis magiſtratum conſtitui. Itaque dictatores[c] proditi ſunt: à quibus nec prouocandi ius fuit:[d] & quibus etiam capitis animaduerſio[e] data eſt. Hunc magiſtratum, quoniam ſummam poteſtatem habebat,[f] non erat fas vltra ſextum menſem[g] retineri. & his dictatoribus magiſtri equitum[h] iungebantur: quo modò Regibus Tribuni celerum.[i] quod officium ferè tale erat, quale hodie Præfectorum prætorio.[k] magiſtratus enim habebantur.[l]

SVMMÆ.

1 *Cenſura an ante alios magiſtratus.*
2 *Limitanei milites.*
3 *Limenarcha.*
4 *Limitrophi fundi.*
5 *Dictatorum creatio.*
6 *Dictator cur ſic dictus.*
7 *Prodictator.*
8 *Dictator patritius & plebeius.*
9 *Dictator noctu creabatur.*
10 *Dictator comitiorum.*
11 *Dictator Claui figendi*
12 *Dictatoris ſumma poteſtas.*
13 *Dictatura reliquos magiſtratus tollit.*
14 *Dictator equo non vtebatur.*
15 *Magiſtratus temporarij ſint.*
16 *Dictatura perpetua.*
17 *Magiſter equitum.*
18 *Ordo militaris diſciplinæ.*
19 *Magiſtri equitum & Dictatoris equatum imperium.*
20 *Conneſtabilis.*
21 *Duellum.*
22 *Auſpiciorum ratio.*
23 *Siniſtra auis.*
24 *Dictator magiſter populi, & nu. 13.*
25 *Præfecti prætorio qui.*
26 *Prætoria cohors, & porta.*
27 *Prætoriani milites.*
28 *Senator præfec. præto. non erat.*
29 *Cancellarius Franciæ.*
30 *Auditor rotæ.*
31 *Magiſtratus qui.*

Cenſura an dictaturá præceſſerit.

1 a DEinde.) Aduerbium eſt ordinis, idem quòd poſteà ſignificans. † vt ſic
Pomponius apertè ſentiat, dictatores ac ſequentes, quorum mentio-
nem facturus eſt magiſtratus poſt cenſorum creationem erectos, contra ma
nifeſtam hiſtoriæ veritatem. Siquidem dictatores Tribuni plebis, Aediles,
Quæſtores, Decemuiri tribuni militum cum poteſtate conſulari ante cen-
ſores multò creati fuerint, quod ex Liuij verbis non eſt obſcurum deprehen-
dere.[a] & fidelis annorum ſupputatio fidem facit. Etenim cenſores, non niſi
anno conditæ vrbis cccxj. primum creati cœperunt. quocirca eſt quod in
verbis, vel in ſenſu deſiderari poſſit Pomponij noſtri iudicium.
b. *A finitimis.*) Nimium à Latinis præter quos triginta tum populi, Octa-
uio Manilio concitante, in Romanos coniurauerãt, cùm de dictatore crean
do primùm facta mentio.[b] Sanè verò cùm propter lædendi commoditatem
2 non minimum ſoleant adferre vicinorum bella periculum. Limitanei † mili-
3 tes olim ſunt introducti, qui ſub † Limenarcha, hoc eſt limitis præfecto, por-
4 tus & prouinciæ terminos tuerentur.[c] & † Limitrophi fũdi dicti, quòd tene-
rentur eorum poſſeſſores annonam inde prouenientem ad caſtra Limita-
neorum militum ducere, qui in imperij limitibus excubabant aduerſus bar-
baros.[d] Quod ipſum ſi paulò prudentiùs perfeciſſent Aetoli, & Acarna-
nes, Byontini, prætereà & Charthaginenſes, non mutuis ſe cladibus euer-
tiſſent. permultis equidem experimentis obſeruatum eſt, veram eſſe pro-
uerbialem illam Lyſimachi apud Plautum ſententiam, aliquid mali pro-
pter vicinum malum:[e] idque nobis diligenter inſinuauerunt paſſim Iure-
conſulti.[f]
c *Dictatores*) Cùm ob belli Latini metum xxx. iam populi coniuraſſent in
5 Romanos: tantarum expectatione rerum Romani ſolliciti † mentionem Di-
ctatoris creandi primùm habuerunt, & quamuis quo anno inquit Liuius,
quibus Coſſ. quiſque primùm Dictator creatus ſit, non ſatis conſtet: apud

Limitanei milites. Limenarcha. Limitrophi fũdi.

a Liuius li. 4.
b Liuius li. ij.
c l. vl. §. hi quo q. ff. de mun. & hono. l. nõ idcirco. ij. C. de libe. cau. l. Limenarcha. ff. de ſer. fug.
d l. j. & tot. tit. C. de fund. limitroph. lib. 11.
e Plau. in Mer.
f l. quod ſæpè. §. vl. ff. de cõtrah. empt. l. ſi cuius fũdus. ff. de leg. ij.

vetertimos tamen authores, T. Largium primum Dictatorem, & Sp. Cassiũ
g Liuius lib. ij. magistrum equitum creatos inuenio.[g] quod Eusebius Cæsariensis & Eutro-
pius nono post eiectos reges anno contigisse dicunt: cùm gener Tarquinii
ad iniuriam soceri vindicandam aduersus Romanos collegisset exercitum,
h Euse. in Chronicõ. Eutropi⁹ li. j. de gestis Romanorum. [h]Neque verò Dictator, nisi in magno & repentino rerum periculo, creaba-
batur.[i]† sic dictus, vt quidam volunt, quòd nec à senatu, nec à populo deli- 6 **Dictator cur appellatus.**
geretur: sed ab altero consulum (qui nimirum fasces habebat) aut Imperato-
i Liuius li. iiij. te, diceretur.[k] Alii, quòd futuros ipse magistratus dictare solitus esset. sed
k Plu. in Marcello. probabilius est, vt Dictatorem sic nuncupatum dicamus, quòd pro arbitrio
suo diceret, iuberet, & imperaret, non expectato populi suffragio vel assen-
su. Ergo non à populo nec à senatu, sed à Consule (sicuti diximus) fasces ha-
bente Dictator creabatur. Itaque ad remedium, inquit Liuius, iamdiu desi-
deratum, nec adhibitum Dictatorem dicendum ciuitas confugit. Et quia & **Dictator à quo createtur.**
consul aberat, à quo vno dici posse videbatur, nec per occupatam armis Pu-
nicis Italiam facilè erat, aut nuntium aut literas mitti: nec Dictatorem popu
lus creare poterat, quod nunquàm ante eam diem factum erat, † Prodictato- 7 **Prodictator.**
l Liuius li. 22. rem, populus creauit Q. Fabium Maximum. [l] Et paulopost, omnium propè
Annales, ait, Fabium Dictatorem aduersus Annibalem rem gessisse tradunt.
Cœlius etiam eum primum à populo creatum, Dictatorem scribit: sed
& Cœlium & cæteros fugit, vni Coss. Cn. Seruilio, qui tunc procul
in Gallia prouincia aberat, ius fuisse dicendi Dictatoris, quam moram, quia
expectare territa iam clade ciuitas non poterat: eo decursum est, vt à po-
pulo crearetur, qui pro Dictatore esset. res inde gestas, gloriámque insig-
nem Ducis, & augendę titulum imaginis posteris, vt Dictator pro Prodicta-
m Liuius li. 22. tore diceretur, facilè obtinuisse. [m] Porrò consule negante creabatur Dicta-
tor à prætore vrbano, aut tribuno plebis. M. Lucretius tribunus plebis, in-
quit Liuius, cùm de ea re consuleret, ita decreuit senatus, vt consul prius
quàm ab vrbe discederet, populum rogaret, quem Dictatorem dici placeret,
eúmque, quem populus iussisset, diceret Dictatorem: si consul noluisset, prę
tor vrbanus, populum rogaret. si ne is quidem vellet: tum tribuni ad plebem
ferrent. Cúmque consul se populum rogaturum negasset, quod suæ potesta
n Liuius li. 27. tis esset, prætorémque vetuisset rogare: tribuni plebis rogarunt, plebsque
sciuit, vt Q. Fuluius, qui tum ad Capuam erat, Dictator diceretur.[n] & alibi
idem author refert. Cùm T. Quintius & Cn. Iulius Mento Coss. Dictatorẽ
iubente senatu, dicere nollent: Q. Seruilium Priscum tribunos plebis appel-
lasse. Vos, inquit, tribuni plebis quoniam ad extrema ventum est, senatus ap
pellat: vt in tanto discrimine reipublicæ Dictatorem dicere consules pro po
o Liuius li. iiij. testate vestra cogatis.[o]† Principio præterea rerum ad tantùm dignitatis fasti 8 **Dictatores ex patribus, Dein ex plebe.**
gium non nisi patricii & consules euehebantur. Verum procedente tempo
re plebeii quoque creari cœperunt. primúsque de plebe Dictator C. Mar-
tius Rútilius anno conditæ vrbis 399. qui C. Plancium & ipsum hominem
sanguinis plebeii, magistrum equitum dixit. dein octo millibus hostium cap
tis, cæteris aut cæsis, aut ex agro Romano fugatis, sine patrum authoritate,
p Liuius lib. 7. populi iussu triumphauit.[p]† Fuit etiam in veterum more positum, vt Dicta- 9 **Dictator noctu creabatur.**
tor non, nisi noctu, crearetur. Noctis silentio, vt mos est, (inquit Liuius) Fa-
q Liuius lib. 9. bius consul, L. Papirium Dictatorem dixit.[q] & alibi. Neque facilè, ait, id vi-
r Liuius lib. 7. tium nosci, cùm consul oriente nocte, silentio diceret Dictatorem.[r] Deni-
s Liuius li. iiij que bello, quod Romanus populus cum Faliscis gessit, idem Liuius scribit à
Virginio consule Dictatorem nocte creatum.[s] Et Plutarchus author est, col
legam Marcelli consulis, è Sicilia reuersum, cùm Dictatorem dicere iussus
esset, Q. Fuluium, ipséque alium dicere mallet, noctu in Siciliam traiecisse,
ne inuitus cogeretur. Quamobrem senatus ad Marcellum literas dedit, vt
Q. Fuluium nominaniꝫ populo diceret, dixítque Marcellus: citóque plebis
t Plut. in Mar. authoritatem adiecit.[t] Illud quoque constat, non alia ratione vt iam admo- **Dictatoris creãdi causa.**
nuimus Dictatores Romæ quondam creari solitos, quàm cùm vis aliqua ma
ior

Dictator comitiorum.

10 ior de improuiso oborta, ingentem reipublic. cladem comminabatur.[u] † nisi [u Liuius li. iij.]
vel comitiorum causa, vel claui figendi ad sedandam pestem, vel feriarum:
sed hi non rei gerendæ gratia creabantur: sóloque duntaxat nomine, Dictatores erant. Etenim cùm comitiorum tempus instabat, quæ à consule haberi oportebat, vt vtrunque consulem in bellis occupari fortè contingeret, vt neuter posset Romam venire, Dictator ab iis, comitiorum habendorum causa, creabatur: qui magistratibus creatis, mox abibat magistratu: vt de

Dictator claui figēdi.

Claudio Centone Liuius refert.[x] † Claui quoque figendi causa Dictator quā- [x Liuius li. 25.]
11 doque Romæ dictus est. Nam à consulibus ad Dictatores inquit Liuius, solemne istud claui figendi, quod horum maius imperium esset, translatum fuit,[y] Ea autem vana fuit eius temporis superstitio, vt crederent Romani ingrauescentem quamlibet pestilentiam, aut calamitatem in vrbe sedari, si [y Liuius lib. 7.]
dictator clauum dextro lateri in æde Iouis figeret. Fuisse prætereà Romæ

Dictator feriatum

constituendarum feriarum causa nonnunquam creatum Dictatorem legimus, eíque datum magistrum equitum.[z] Sed & de quæstionibus exercendis [z Liuius lib. 7.]
dictum quandoque Dictatorem comperio C. Mæuium & ab eo M. Follium magistrum equitum cùm principum Capuanorum coniurationes parefactæ essent.[a] Denique M. Fabium Buteonem, vt senatum legeret creatum [a Liuius lib. 9.]
legimus.[b] [b Liuius li. 23.]

d *Nec prouocandi ius*) Dictatoris arbitrium pro numine erat: cùm eius dicto pareri omninò oporteret: nullíque liceret prouocare.[c] Creato primùm Dictatore, inquit Liuius, postquam ciues præferri secures viderunt, magnus plebem metus incessit, vt intentiores essent ad dicto parendum, neq. ei im vt in consulibus, qui pari essent potestate alterius auxilium neque prouocatio erat, neque vllum vsquam nisi in cura parendi auxilium.[d] [c l. vnic. ff. de of. præfe. præto.] [d Liuius lib. ij.]

Summa Dictatorū potestas.

12 e *Capitis animaduersio data*) † Mira profectò fuit & excellens hæc potestas. qua summum in ciues imperium citra prouocationē Dictatori permittebatur: vt sine senatus aut populi consilio indicta etiam causa in eos animaduerteret. Quam legem iniquam M. Cicero probat, dum ostendit, stultissimum esse existimare quæcunque sita sunt in populorum institutis, aut legibus iusta esse, etiam ne, inquit, si quæ leges essent tyrannorum: num idcirco ea legis iussa haberentur? nihilo credo magis illa, quàm interrex noster tulit, vt quem vellet ciuium Dictator indicta causa impunè posset occidere.[e] [e Ci. li. j. de legi.]

f *Summam potestatem habebat*) Maiorem etiam, quàm consules. vnde cùm consulem duodecim secures præcederent: Dictatorem quatuor & viginti præibant. Prætereà illos necessum erat, ad senatum multa referre. at huius summum liberúmque fuit imperium.[f] Itaque † quoniam summam [f Polybius lib. iij. histor.]

Dictatura cæteros extinguebat magistratus.

13 habebat Dictator potestatem, poterat magistratus nouos designare, veteres abrogare, bonis interdicere, in exilium agere, paces, fœdera, societatésque facere, & dirimere: quódque maximi fuit signum imperii, ciues ipsos Romanos morte afficere. Quinimò quamprimùm Dictatore creato, consulum prætorum, Aedilium, reliquorúmque magistratuum prærterquàm tribunorum, cessabat authoritas.[g] vnde Fabius maximus aduersus Annibalem Dictator creatus, cùm ad Tyberim circa Otriculum prospexisset Consulem cum equitibus ad se progredientem viatorem misit, qui Consuli nunciaret, vt sine Lictoribus ad Dictatorem veniret: eiusque dicto Consul paruit.[h] Solam tribunorum plebis authoritatem, veteres durare voluerunt, vt ad tyrannidem Dictatori aspiranti, frænum aliquod iniiceretur. Non mirùm igitur si Dictator, cùm tanta fulgeret potestate, magister populi fuerit appellatus: dum auspicato & aue prospera creatus esset.[i] Salus quippè ciuiū vniuersorum, tutelæ, potestati, fideíque Dictatoris credebatur. In hoc tātùm [g Polyb. vbi supr.] [h Liuius li. 22.] [i Ci. li. 3. de legi.]

Dictator magister populi. Dictator equo nō vtebatur

14 inferior populo, † quòd ei, nisi legibus soluto, non liceret equo vti, siue vt meminisset maiores inesse pediti vires, Imperatorémque manum & pedes conferentem in legione manere opportere, nec locum deserere: siue vt sum-

mus hic magiſtratus aliquo fine præſcriptus in hoc ſaltem populi ſuffragio
indigeret. Vnde ſi quando in expeditionem eques ire vellet, ex populi tantùm permiſſu equo vehi poterat ac proinde M Iunium Dictatorem, rebus
diuinis perfectis, ad populum vt moris erat tuliſſe, vt equum aſcendere ſibi
liceret. Liuius ſcribit.[k] Eadémque lege ſolutum fuiſſe Q. Fabium maxi-
k Liuius li. 23. mum aduerſus Annibalem Dictatorem deſignatum ſenatus beneficio. Ca-
to tamen iunior Dictator creatus hoc minimè curans, itinera longa pedib.
nonnunquàm equo caſtrato, quem Cantherium vocant, ſarcinis adoperto,
obiuit expeditus: quod de Ageſilao quoque ferunt.

g *Vltra ſextum menſem*) † Magiſtratibus cenſet philoſophus rempublicam 15 Magiſtratus téporarios eſſe oportet.
l Ariſt. lib. 5. conſeruari, ſi non diu gerantur.[l] Et Liuius author eſt, maximam vrbis custo-
Politic. c. 8. diam eſſe, ſi magna imperia, diuturna non ſinat: vt quibus pro magiſtratus
m Liuius li. 4. magnitudine modus imponi non poſſet, tempore imponeretur.[m] Neque
enim tam facilè magiſtratus ad maleficia impelluntur cum breui tempore,
quàm cum diuturno imperant, quippè laſciuire ſolent, vt Plato ait, quæ ſupra modum elata ſunt. vnde fuêre olim magiſtratus omnes temporarii, &
quidem annui, cauente vetuſtiſſima lege, *Magiſtratus annui ſunto.* ſolam cen-
n Ci. li. 3. iij. de leg. ſuram excipiens, quam quinquennio durare voluit.[n] Tiberius Cæſar officia
primus continuare cœpit, nonnullis ad finem vitæ relictis in adminiſtratio-
o Cor. Tac. li. j. nibus.[o] Itaque mirùm non eſt, ſi priſci Romanorũ, [p] ſummo huic Dictaturæ
p l. vnic. ff. de of. præf. prat. & hic. imperio tempus ſex menſium præſcripſerunt, vltra nolentes tantam poteſta
tem retineri. Camillo tamen quanquam inuito Dictaturam in annum pro-
q Plut. in Camillo, Liu. li. 6. rogatam legimus.[q] [r] Et) Cæſar poſtea perpetuam fecit.[r] ante quem Sylla ſeip 16 Dictatura perpetua.
ſum Dictatorem dicens, magiſtratum, qui per quadringentos ante annos
r Sueto. et Plu. in Cæſare. deſuetus fuerat, ad annos centum ac viginti ſibi ſumere dixit, ſenatu omnia
ſua facta probante.[ſ] non idem Terentius ille Varro ad Cumas inſigni ſtrage
ſ Plut. in Sylla. Appia. li. j. bel li. ciuil. poſtmodum profligatus, qui oblatum Dictaturæ munus, repudiauit. Poſt
mortem quoque Cæſaris Dictaturam, quæ iam vim regiæ poteſtatis obſederat, M. Antonii beneficio, S. C. funditùs euerſam, M. Cicero & T. Liuius
t Ci. j. Philipp. Liuius lib. 116. ſcriptum reliquerunt.[t] Quoties verò Dictator volebat imperium depone Solenne abdicatæ Dictaturæ.
re, priùs Magiſtrum equitum iubebat abire magiſtratu: ne deſito Dictato-
re equitum magiſter, qui proxima pollebat poteſtate, in honore ſummo ſo-
u Liuius li. iiij. lus aliquid moliretur.[u] Deinde Dictator creabat cõſules, qui reipublicæ prę-
eſſent: ac demùm abdicato magiſtratu à populo & primoribus patrum cum
gaudio & gratulatione domum deducebatur.

h *Magiſtri equitum*) Magiſter † equitum, inquit Varro, dicitur quòd ſumma 17 Magiſter equitum.
poteſtas eius in equites & accenſos: vt eſt ſumma in populum Dictatoris.
Neque verò Dictatorem ſine magiſtro equitum creari licuit. Vnde cùm M.
Fabium Buteonem Q. Terentius conſul ex S. C. Dictatorem, ſenatus legen-
di cauſa, in ſex menſes, ſine magiſtro equitum dixiſſet. Ipſe Buteon Dictator
pro roſtris ad populum verba faciens, ſe neque duos Dictatores probare di-
xit (nam & tunc M. Iunius Dictator rei gerendæ cauſa in caſtris erat) tẽpore
vno, neque Dictatorem ſe ſine magiſtro equitum, neque ſibi non gerendæ
x Liuius li. 23. rei cauſa creato, ſemeſtre datum imperium.[x] vt ſatis ipſe mirari non poſſim,
cur Liuius grauis author, & antiquitatis Romanæ ſcientiſſimus, non vno
in loco, nobis dictatorem ſine magiſtro equitum exhibuerit. M. Valerium
y Liuius lib. ij. imprimis Volcſi filium,[y] rurſus L. Manlium.[z] denique Q Iuniũ Bubulcum: Dictator nunquã ſine magiſtro equitum creatus.
z Liuius lib. 7. [a] cùm nullum vnquam Dictatorem rei gerendæ cauſa Romæ creatum abſq;
a Liuius lib. 9. equitum magiſtro Halicarnaſſeus conſtanter adfirmet.[b] coniunctúmque a-
b Halic. lib. 5. deo fuerit hoc magiſterium cum Dictatura, vt ſi cõtingeret interim magi-
ſtrum equitum mortem obire, mox alius ſufficiendus eſſet. quemadmodum
euenit Q Aemilio Cœretano equitum magiſtro à Samnitibus obtruncato,
c Liuius lib. 9. in cuius ſtatim locum Q. Fabius ſuffectus fuit.[c] vt enim ab initio tribunus ce
lerum regi aderat, & legatus conſuli, ac prætori quæſtor adiumento erãt: ſic
Dictatori magiſter equitum, qui veluti magiſter conſilio iuni adeſſet Dicta-
tori,

tori, ac si fortè eum abesse contingeret, aut grauiore morbo laborare, eius vices gerere & munia obire posset, factus ipse veluti socius imperij, testisque virtutis & ignauiæ Dictatoris. vnde Furius Camillus quartò Dictator creatus, in hæc verba, Valerium magistrum equitum admonuisse fertur. Te, P. Valeri socium imperij consiliisque legiones mecum aduersus Antiatem hostem ducere placet.[d] Porrò autem magistro equitum summa militiæ credebatur. Vnde tantùm ei ius in milites & accensos, quantum Dictatori in

Ordo disciplinæ militaris

18 populum fuit. † & hunc ordinem castrensem fuisse constat. vt sicuti Miles Centurionis, Centurio tribuni, tribunus legati, legatus consulis pareret imperio: ita Dictatore creato milites omnes magistro equitum: ipse verò solius Dictatoris dicto audiens esset. Illud de C. Seruilio Hala compertum habemus. Cùm magister equitum à Quintio Dictatore creatus, Spuri. Melium ad Dictatorem vocasset, nec vocationi paruisset Melius, sed iugiter multitudinem concitaret, eum obtruncasse, eóq. nomine, quod vocatus Melius à magistro equitum ad Dictatorem non venisset: Dictator Quintius Melium iure cæsum pronunciauit.[e] Quin & in ipsum equitum magistrum, si Dictatoris dicto audiens non fuisset, tametsi re prosperè gesta capitaliter animaduerti potuisse, peruicit L. Papirius Dictator aduersus Q. Fabium, cui equitum

Magistri equitum & Dictatoris æquatũ imperium.

19 magistro denunciauerat, ne se absente cum hoste manum confereret.[f] † Verum enimuerò æquatum aliquando fuit magistri equitum, & Dictatoris ius ac imperium Romæ: vt duo Dictatores essent in secundo bello punico. Minutium namque magistrum equitum Q. Fabio Dictatori populus M. Metello plebis tribuno rogante socium imperij decreuit:[g] rem ante id tempus Romæ inauditam: sed tamen paulò post accepta clade Cannensi, denuò factam.[h] Cùm enim M. Iunius Dictator, in castris esset, multísque senatoribus in acie peremptis, senatus admodum imminutus fuisset, ad supplendum numerum, M. Fabius Buteon Dictator creatus est: qui tamen delectis in senatum cum ingenti omnium approbatione 177. viris eodem die dimissis lictoribus Dictaturam deposuit, & vt priuatus in foro versari cœpit: hic tamen quia solo penè nomine Dictator erat, vt & is qui figendi claui causa creabatur: sine magistro equitum dictus est,[i] neque enim necessum erat, aliis quàm Dictatoribus rei gerendæ causa creatis, equitum magistros adiungi: licet quandoque cæteri quoque Dictatores magistros equitum habuerint. Nam T. Manlius Torquatus comitiorum gratia Dictator creatus Cornelium Cossum magistrum equitum dixit.[k] Lucius item Veturius Phylo ad habenda comitia pariter creatus, M. Pomponium Mathonem magistrum equitum dixit.[l] & M. Fabius Buteon, cuius nunc meminimus, grauiter questus est, quòd sine magistro equitum creatus foret senatus habendi causa Dictator.[m]

Connestabilis.

20 huic equitum magistro proximos in Gallia occupauit honores † Connestabilis. Ex prædictis autẽ minus obscuras nunc arbitror leges, quas de Dictatore, M. Cicero, posteritati scriptas, in hęc verba reliquit.[n] & nos sigillatim, sed breuiter exponemus.

d Liuius lib. 6.
e Liuius li. iiij.
f Liuius lib. 8.
g Polyb. li. 3. Liuius lib. 22.
h Plut. in Fab.
i Liui. lib. 23.
k Liuius li. 7.
l Liuius li. 22.
m Liuius li. 23.
n Cic. lib. 3. de legib.

Ast quando duellum 1 grauius discordiæ ciuium escunt, 2 nec amplius sex menses. 3 Si senatus creuerit: 4 idem iuris quod duo Consules teneto.

Isque aue sinistra 5 dictus, populi magister 6 esto.

Equitem 7 cunque qui regat, habeto.

Pari iure 8 cum eo quicunque erit iuris disceptator.

Ast quando consulis est, magistratúsue populi, nec 9 reliqui magistratus ne sunto.

1 *Duellum.*

Antiqui, inquit M. Cicero, nomina contrahebant, quo essent aptiora, vt

o Cic. in orat. Duellum, bellum, duis, bis.° Et sanè neminem esse puto qui nesciat, † Duellum, vetusto loquendi modo idem quod bellum, significare: quasi bellum duorum, nec tantum hominum, sed etiam exercituum. Adiecit autem grauius, quòd non nisi in graui rerum periculo Dictator, vti diximus, crearetur. 21 Duellum

2 *Escuntones.*

Sic veteres habent libri: ego mendum esse puto & pro *escuntones* reponendum *fuerunt, esto.*

3 *Sex menses.*

Tanto magistratui sex mensium tempus veterum instituto moderatum fuit: vt non ampliùs summa illa, Dictator fungeretur potestate: sed rursum consules imperarent. Quod attigimus suprà.

4 *Creuerit.*

Id est decreuerit. est autem sensus, Dictatorem à consule dictum iubente senatus eadem pollere authoritate, qua consules ambo: quinimò maiore, vt superius ostensum est.

5 *Aue sinistra.*

Romæ sine auspicio magistratus non creabantur, præter plebeios & procōsules & proprætores. *Omnes,* dicebat vetus illa lex, *magistratus auspicium, indicium que habento.* p sed præsertim oportuit immensæ potestatis magistratum fœlicibus auspiciis creari, aue nimirùm sinistrum. † siquidem prosperum putabant augurium veteres aduentantem auem à sinistra. In auguriis etenim sinistrum, idem quod fœlix & prosperum significat: propterea quòd aues, quæ ad læuam apparent, rem institutam nos agere sinant. sinunt autem aues, quæ ab ortu volant. ea autem pars mundi † sinistra in auspiciis est. A Deorum sede, inquit Varro, cùm in meridiem spectes, ad sinistram sunt partem mundi exorientes, ad dextram occidentes, quo factum arbitror, vt sinistra meliora auspicia quàm dextra, esse existimentur. q M. Cicero tamen scribit, Coruum à dextra, vt cornicem à sinistra, facere ratum. r Ad hæc L. Veturius Philo, comitiorum habendorum causa creatus, & M. Pomponius Matho magister equitum, quod vitio creati essent die quartodecimo se magistratu abdicare iussi sunt. s

Magistratus qui auspicato crearētur.

p Cic. li. iij. de legib. 22 Auspiciorū ratio.

23 Sinistra auis.

q Varro li. 5. epist. quæst.

r Cic. lib. 3. de diui.

s Liuius lib. 22.

6 *Populi magister.*

Magister † populi Dictator meritò dictus est, qui princeps vnicus belli, pacis, cæterarúmque rerum imperator fuit: & Varro scribit, ab eo quod summa sit Dictatoris in populum potestas, eum magistrum populi appellatum. 24 Magister populi.

7 *Equitem.*

Sunt qui *equitatum,* legant. ego nihil immuto. quippè satisfacit abundè hæc dictio *equitem,* sententiæ authoris. cuius (ni fallor) hic est sensus Oportere dictatorem simul atque creatus est, hominē habere, qui equitem regat: magistrū equitū significans, sine quo Dictator esse non potuit: vt paulo antè prodidimus.

8 *Pari iure.*

Par penè fuit magistri equitum cum Dictatore authoritas. nam vniuersis pro arbitrio imperabat, solius ipse dictatoris imperio subiectus.

9 *Nec reliqui magistratus.*

Expungendam hîc particulam *nec,* censeo. siquidem erecto dictatore, cessarent vt iam dictum est, reliquos omnes magistratus, præter Tribunum plebis. t quòd si aliter legeremus, indicarent dubio procul hæc verba, nec consulari potestate, nec dictatoris imperio, tolli cæteros magistratus. contra puram historiæ fidem sed nos ad contextum Pomponii reuertamur.

t Polyb. lib. iij.

i *Tribunus celerum.*) De iis satis multa opportuniore loco à nobis dicta sunt. vnde

vnde poterit curiosius lector petere, quæ ad ornamentum huius literæ desiderabit.[u]

u §. Quod ad magist. i. bac l.

Præfectus prętorio.

25 lz *Præfectorum prætorio)* † Non fuit à prima antiquitate hic magistratus : sed demùm translato in principem imperio à Cæsaribus institutus,[x] & à cohorte prætoria sic appellatus. hoc est, ab illa militum congregatione, quæ prætori (sic enim veteres consulem, Imperatorem, & omnem magistratum, cui pareret exercitus, appellarunt) in prouincia præsto semper erat: quasique latus eius continuò cingebat, excubias agens ad tuendam prætoris salutem.

x l. vni. ff. de of. præf. præto. & hic.

Prætoria cohors, porta, nauis.

26 vnde & ipsa † prætoria appellata : vt & prætoris tabernaculum, prætoria nauis,[y] & in castris prætoria porta, qua exercitus in prælium educitur. In hanc porrò cohortem solebant tantùm recipi conuictores domestici, & ij in quorum virtute plus habebat imperator spei & fiduciæ, quod satis reuincũt,

y Liuius li. 26.

Prætoria militites

27 M. Ciceronis verba.[z] † Prætorianis militibus Scipio Africanus instituit stipẽdium sexquiplex. hoc est, integrum & dimidiatum dari: quibus & toti prætoriæ cohorti eques vnus Romanus (neque enim Senatores ad prætorii præfecturam euehebantur[a]) à principe præficiebatur: qui vt magister equitum dictatori, potentia militari sibi secundus esset. Data tamen, inquit Arcadius, pleniore licentia ad publicę disciplinæ emendationẽ,[b] quippè aucta postmodum fuit erga forenses causas eius authoritas: adeo quidem, vt cum principio rerum liceret ab eo prouocare: succedente tamen tempore prouocationis ius sublatum fuerit.[c] Hunc autem Præfectum prætorio Princeps gladio cingebat, eius dignitatis insigni, & veluti symbolo tantę potestatis. in quo fertur egregium Traiani verbũ, Dũ Præfecto prætorio præcingeret ensem, vt si iustè imperaret pro se: sin perperàm contra se illo vteretur. vnde in persona Traiani Plinius. Ego quidem in me (inquit) si omnium vtilitas ita posceret, Præfecti manum armaui:[d] hanc Præfecturam prætorii suscipiens Titus Vespasianus cùm principatum simul cum patre administraret: nunquam (inquit Tranquillus) ante id tempus, nisi ab equite Romano administrata honoratiorem fecit.[e] hucque respexit Plinius, dum ait, Titum affecisse dignitate ordinem equestrem, cùm Præfectus prætorio nobilitauit illum magistratũ à

z C. c. lib. 3. ad Q. Fras.

a Iul. Capitoli. in Pertinace.

b l. vni. ff. de of. præfect. prætor.

c d. l. vnic. vbi dixi.

Traiani memorabile verbum.

d Plin. in panegyrico Traian.

e Suet. in Tito.

Senator prętorio præfectus non erat.

28 solis antea equitibus administrari solitum. † Non modò enim plebeius, sed & Senator prętorii præfectus fieri vetebatur. vnde M. Philosophum grauiter tulisse Capitolinus refert, quòd Pertinacem, quem vnicè diligebat cùm senator esset, non posset præfectum prætorii facere.[f] Cùm autem eousque fuisset ea dignitas adaucta, vt senatorum cognitio & iudicium ad præfectos prætorio spectaret: Alexander Seuerus Imperator indignum existimans nõ senatorem de senatore iudicare præfectos prætorio senatores iussit esse paulatímque in tantum fastigii processit prætoriana authoritas, vt eidem nullã dicat Cassiodorus, æqualem esse.[g] Solus Heliogabalus eam adeò inquinauit, vt saltatorem, & hystrionicam professum Præfectum prætorio faceret.[h] Cœperunt porrò posteriores Cęsares ad regendas prouincias, quę prę- cipuæ illis curæ essent, Præfectos prætorio mittere : vt in Illyricum, Orientem, atque Africam. quos specialiter huius maximæ prætorianæ potestatis splendore decorari voluerunt.[i] id autem ad Commodi Antonini tempora Lampridius referre videtur: cùm eius seculo tres primùm prętorii præfectos fuisse scribit.[k] Quanquam & idẽ Lampridius author est, sub eodẽ Commodo præfectos prætorii per horas atque dies solitos mutari: Marcúmque præfectum prætorio diebus tantùm quinque fuisse. Nigrum autem, sex duntaxat horis.[l] Hinc autem non valdè obscurum arbitror, quàm fœdè

f Iul. Capitoli. in Aelio pertinace.

g Cassiodor. li. 7. epistola.

h Lamprid. in Heliogabalo.

Prætoriana præfectura sob Cęsarib.

i l. 3. §. Deo. C. de of. præfect. Prætor. Afri.

k Lamp. in Cõmodo Antoni.

l Lamprid. vbi suprà.

29 labantur, qui huius † magistratus in Gallia, magis quàm similem esse cancellariatum putant.[m] fœdiúsque cum prætorio præfectum apud Gallos, hodie dici posse tradunt, qui magnus magister hospitiũ nuncupatur: nisi quatenus prętorii verbo, Domum in qua princeps habitat, & ita regis hospitium significatur. Equidem risu & ludo digni mihi videntur, qui multum cum hac dignitate similitudinis hodie obtinere dicunt Apostolicæ

Cãcellarius.

m Bud. l. vni. ff. de of. præfect. prætor.

curiæ præfectos,† quos Auditores rotæ vulgò nuncupat. [n] Vt interim taceã 30
perbellam, & peracutam, si Diis placet, Accursianorum comparationem de Cardinalibus ad prætorio præfectos. [o] Ego certè puto nullum esse magistratum, quem cum hôc iure conferre possimus, cùm rei militaris disciplina hodie à iuris dicendi potestate seiungatur, & vtrunque ius apud prætorio præfectos tempore Cæsarum fuerit. [p]

n Mar. Salomo. in d. l. vnic. o Accu. Bar. et alij. d. l. vnic. p d. l. vnic. et tot. tit. C. de offic. præfect. prætor. orient.

l *Magistratus habebantur.*) Magistratibus equitum magistrum Pomponius annumerat: quia moderandæ Reipublicæ præficiebantur. [q] omnésque sicuti 31
iam admonuimus eius dicto audientes esse oportebat. † Magistratus autem ij potissimum dicuntur, qui ius habent imperandi. [r] quod suo loco diffusè fuit annotatum. [s]

Magister equitum est magistratus.

q l. cuipræcipua ff. de verb. sig. r Arist. li. iiij. polit. c. 15. s §. eo. tempore. ĩ. hac l.

§. IISDEM TEMPORIBVS.

Iiisdem temporibus, [a] cùm plebs à patribus secessisset, [b] anno ferè septimodecimo [c] post exactos reges, Tribunos sibi in monte sacro [d] creauit. qui essent plebeii magistratus. [e] dicti tribuni, [f] quòd olim in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis, singuli creabantur: vel quia tribuum [g] suffragio [h] creabantur.

SVMMA.

1 *Dictator quando creatus.*
2 *Secessionis causa.*
3 *Mons sacer.*
4 *Auentinus mons.*
5 *Sacratæ leges.*
6 *Tribunus plebis an magistratus.*
7 *Tribunorum numerus.*
8 *Tribunus plebis nemo viuo patre.*
9 *Ergò dictio.*
10 *Tribuni proprium munus.*
11 *Tribunus Coss. in carcerem misit.*
12 *Tribuni vocationem non habent.*
13 *Tribunorum summa potestas.*
14 *Cæsares tribunitia dignitate ornati.*
15 *Sacrosanctus magistratus.*
16 *Collegij tribunorum sancta iudicia.*
17 *Tribuni domus semper aperta.*
18 *Tribuni cur sic dicti.*
19 *Tribus Romæ cur sic dicta.*
20 *Suffragium.*
21 *Suffragia quomodò Romæ ferrentur.*
22 *Tabella cerata.*
23 *Fumi venditores.*

a *Temporibus.*) Nimirum septem aut octo plus minus annis post primum dictatorem creatum: † Paulò ante enim consulatum Seruii Sulpitii Ca- 1
merini & M. Manlii longi, qui fuit anno ab eiectis regibus decimo, Romæ primũ dictatores creatos Liuius scribit: quãuis non satis constet quo anno, quibúsque Coss. [a] Secessio autem cuius hîc meminit Pomponius, contigit Aulo Virginio Cœlimontano, & T. Vetusio Geminio Coss. qui Romanæ rei publicæ præfuerant anno sextodecimo post exactos reges.

Dictator quando primum creatus.

a Liuius lib. ij.

b *Secessisset.*) † Variis plebs stimulata iniuriis, sed præsertim creditorum 2
malignitate, qui corpora debitorum, pro seruis detinebant: nec primores apud quos sæpè conquesta erat, auxilium ferrẽt: tanquam à senatu, Consulibúsque premeretur, cum delectu militum anno à pulsis regibus sextodecimo trans Anienem secessit, Sacrúmque montem insedit armata. neque priùs inde reuocati potuit, quàm obtinuisset proprios, hoc est de suo corpore creari magistratus, quos veluti Defensores haberet aduersus senatum & Cõsules. Quæ fuit prima plebis à patribus secessio, cuius supra diffusiùs mentionẽ fecimus. [b]

Secessionis causa.

b §. deinde cum esset. hac l.

c *Septimodecimo.*) Malim hîc ego legere exemplaribus licet cunctis repugnantibus, *Sexto decimo*, cùm ex historicis omnibus cõstet anno decimosexto ab eiectis regib. factã fuisse hanc plebis à patrib. discessionẽ: [c] nimirùm Aulo Virginio & T. Vetusio Coss. qui, sicuti dictum est, Romæ imperauerunt eo tempo-

Secessio quando primum facta.

c Cic. in oratione pro Cornel. de maiesta. Eutrop. libr. j. rer. Romana.

tempore,& conditæ vrbis anno cclx.

acSer mons.

3 d *Monte sacro*) † Mons, qui trans Anienem fluuium est, tribúsque passuum millibus ab vrbe distat: quia consecratus quondam Ioui, Sacer appellatus est: vt appareant ridiculi, qui sacri Montis verbo, Auentinum interpretatur.

Auētinus mons.

4 d † Is enim vnus ex septem collibus Romæ est, in quo multa extabāt ædificia: vt Dianæ, bonæ Deæ, Victoriæ, Lunæ, Mineruæ & Herculis templa. Mons verò Sacer trino ab vrbe milliario distabat, quos ideo montes Plinius diserte separat. Nemo Sacros, inquit, Auentinósque montes, & iratæ plebis secessus circunspexerit. e Auentinos autem, in plurali profert Plinius, quod mons hic Auentinus, à circo Maximam vsque ad portam, quę nunc est sancti Pauli, sic via obliqua scindatur, vt duo montes appareant: neque negauerim, alia ratione Auentinum montem, sacrum dici potuisse, quòd eum videlicet Romulus neminem passus sit habitare, sed sacrum fratri esse voluerit vsque ad Hylerham lucum. at tunc non Auentini, sed Murcei, à Murcię Deę sacello sub ipso monte posito, nomen habebat. Neque verò ideò hunc locū de Auentino monte accipi posse iudico, quod ipsum Liuius differit apertiùs. In montem, inquit, sacrum trans Anienem amnem tria ab vrbe millia passuum plebem recessisse, frequenter fama est. quàm quod Piso scribit, in Auentinum secessionem factam.

d Acc. & sequaces hic.

e Plin. lib. 19. c. 4.

Murceus mons.

Sacratæ leges.

5 f † Ab hoc sacro monte, leges sacratæ dictæ sunt, quòd eas Romana plebs tulerit, cum in montem sacrum secessisset. g quamuis & alia de causa Sacratas leges nonnunquam dici Sextus Pompeius authot sit. quibus videlicet sancitum erat, vt si quis aduersus eas fecisset, sacer alicui Deorum esset. Qua de re, alibi commodiùs. h

f Liuius lib. ij.

g Ci. de prouin. consularib.

h l. in tātū. §. sacra & l. sacra. § proprie. ff. de re. diuisio.

Tribun' plebis nō populi, sed plebis magistratus.

6 e *Plebeij magistratus.*) † Ideóque tribuni plebis dicti sunt, quòd non populi sed plebis essent magistratus. quæ fuit quondam Appii Claudii Consulis & Voleronis ac Lectorij, Tribunorum plebis, contentio: de qua sic T. Liuius, occupant Tribuni templum, postero die, consules nobilitásque ad impediendam legem in concione consistunt. submoueri Lectorius iubet, præterquàm qui suffragium ineant. adolescentes nobiles stabant, nihil cedentes viatori: tum ex his prehendi quosdam Lectorius iubet, consul Appius negare ius esse tribuno, in quemquam, nisi in plebeium: non enim populi, sed plebis eum magistratum esse. nec illum ipsum submouere, pro imperio posse, more maiorum: quia ita dicatur, *Si vobis videtur, discedite Quirites.* facilè & cótemptim de iure differendo perturbare Lectorium poterat. Ardens igitur ira Tribunus, viatorem mittit ad Consulem: Consul Lictorem ad Tribunum, priuatum esse clamitans, sine imperio, sine magistratu. i Plutarchus quoque Tribunum plebis omninò magistratum non esse, contendit. & ideò purpuram non gestare: cùm cæteri magistratus purpurati Incedant, nam nec, inquit, Lictores habet, nec sellam curulem, nec creato Dictatore potestatem deponit. Sed cùm omnis potestas ad Dictatorem redeat, solus Tribunus suam retinet, quasi imperium nullum gerens. k Pomponius tamen paulò infra velle videtur, Tribunos plebis iura reddidisse. l Sed postulat hic locus, vt de Tribunorū authoritate pauca dicamus. Itaque in illa secessione prima, quam anno sextodecimo ab exturbatis regibus plebs à patribus fecit: Plebs sibi tribunos creauit. vt aduersus nobiliorum potentiam essent sibi præsidio, cautúmque ne cui Patritio eum honorem habere liceret.

i Liuius lib. ij.

Tribunus plebis magistratus.

Tribuni quando creati.

k Plut. in problema.

l §. & hæc omnia. j. hac l. vbi dicam.

Tribunorū numerus.

7 † Electi principio fuêre C. Licinius, & L. Albinus. qui (sicuti nonnullis placet) tres collegas sibi assumpserunt, & in iis Sicinium seditionis authorem. Alii duos tantùm creatos tribunos volunt. m Gliscente tamen indies seditione propter patrum plebísque contentiones, numerum tribunorum ad decem vsque processisse: quo munitior esset plebi libertas, & tutior aduersus Patritiorum potentiam status. idque rogatione à L. Trebonio promulgata. túmque cœptum binos ex singulis classibus creari. n modo (vt legibus posteà sancitum est) eorum nemo, viueret pater.

m Liu. li. ij. Ci. in oratio pro Corn. de maiestate.

n Liuius lib. 3.

Tribunus plebis nemo viuo patre.

8 † nec enim viuo patre, qui præsertim curuli sella sedisset, plebis tribunus quispiam

o Liuius li.30. p Cic.lib.3. de legib.

fieri, vti nec Aedilis poterat. [o] Veteris autem tribunitiæ legis hæc verba feruntur. [p]

Plebs quos pro se, contra vim, auxilij ergò, decem creassit 2 tribuni eius sunto.

Quodque ij prohibessint, 3 quódque plebem rogassint, ratum esto.

Sanctique sunto. 4

Néue plebem orbam tribunis relinquunto. 5.

Quæ verba dispicere, & breuiter exponere, pretium operæ, nobis visum est.

1 *Auxilij ergò.*

Aduersus nobiliorum potentiam tribuni primùm, vt dictum est, creati fuêre. Quippè ante tribunitiam potestatem Optimates, qui & Consules soli fiebant, & consules sui ordinis facturos habebant, veluti legibus superiores regnabant. Itaque plebi contra eorum vim & factionem tribuni, velut auxiliare dati sunt. idque est, quod in lege posuit M. Cicero, *Auxilij ergò*, [q] † Coniunctiua namque *ergò*, vt alibi sæpè in veteribus præsertim legibus, pro ablatiuo causa, siue gratia accipitur. vim nominis habens. 9 Ergò dictio.

q Cic.li.iij. de legib.

2 *Decem creassit.*

Anno xxxvj à prima tribunorum plebis creatione ex singulis classibus, quæ quinque erant, bini creari cœperunt. Q. Numitio, * & M. Horatio Puluillo Coss. ac ita cautum, vt post eà totidem numero semper essent & crearentur. [r] *Minutio.

r Liuius li. iij.

3 *Prohibessint.*

Tribunorum † proprium munus erat intercedere, id est prohibere. nec enim eos iuri dicundo, nec causis querelísque noscendis, sed intercessionibus faciendis & arcendis iniuriis creati sunt. Magis ad impediendum, inquit Plutarchus, quàm ad agendum creati. [s] Quorum tamen intercessionibus, si non parebatur, prehensionem habebant. hoc est ius prehendendi & adducendi in carcerem. † Adeo quidem vt in Consulem ipsum manus inijcere possent: & eum in vincula duci iubere. [t] Vnde Scipio Nasica, quando Consul, inquit, ciuitatem prodit, qui leges saluas esse cupiunt, me sequantur. & M. Drusus cùm plebis tribunus esset, Philippum consulem, quia concionantem interpellarat magna vi in carcerem coniecit. Testatúmque alibi, Liuius reliquit tribunos plebis: quia non impetrassent, vt denos quos vellent milites, eximere sibi liceret, P. Cornelium Nasicam, & D. Iunium Brutum in carcerem mitti iussisse. [u] Qua de re grauiter queri videtur M. Cicero, quòd D. Brutum & P. Scipionem Coss. viros clarissimos homo omnium infimus & sordidissimus, C. Curiatius tribunus plebis in vincula coniecerit, quod inquit, antea factum non erat. [x] Sanè verò, quandoque compulsum à senatu tribunum plebis ad remittendam intercessionem legimus: veluti cùm P. Semptonius Blæsus tribunus plebis honorem triumphi (quem de Gallis Boiis, sibi decerni Scipio Nasica postulauerat) differendum censebat. Vniuersus senatus, inquit Liuius, non ipse modo ad decernendum triumphum consensit, sed etiam Tribunum plebis authoritate sua compulit ad remittendam intercessionem. [y] † Et licet prehensionem haberent tribuni, non tamen vocationem. vnde Antistius Labeo Iurisconsultus per viatorem à tribuno plebis vocatus, iussit eum redire & dicere tribunis, ius eos non habere, neque se, neque alium quemquam in causam vocandi: cùm more maiorum tribuni plebis prehensionem habebant, vocationem non item. Posse igitur inquit, eos venire, & prehendi se iubere, sed ius vocandi absentem, non habere. [z] Et M. Varro. In magistratu, inquit, alij vocationem, alij prehensionem, alij neutrum habent. Vocationem vt Coss. & cæteri, qui habent imperium prehen-

10 Tribunorú officiú

11 Tribuni Cos. in vincula coniiciunt

Trib. ple. cogitur intercessionem remittere.

12 Tribuni non habebant vocationē.

s Plut. in vita Gracchorum et Catonis Vticensis.
t Liuius lib. 4.
u Liuius li. 55.
x Cic. lib. 3. de legib.
y Liuius li. 36.
z Aul. Gel. li. 13 noct. Attic. c. 12.

prehensionem, vt tribuni plebis. & alii qui habent viatorem : neque vocationem, neque prehensionem vt Quæstores & reliqui, neque lictorem, neque viatorem habentes. qui vocationem habent, iidem prehendere, tenere abducere possunt tribuni plebis vocationem habent nullam. Ego Triumuir, inquit, vocatus à Portio Tribuno plebis, non iui authoribus principibus, & vetus ius tenui. Item tribunus cùm essem, vocari neminem iussi: neque

Tribunorũ plebis eximia potestas.

13 vocatum à collega, parere inuitum.[a] † procedente verò tempore eo potestatis venêre tribuni, vt comitia Consulum, cæterorúmque magistratuum habetent, ne quid fieret, vetarent. Senatum dissoluerent. Aerarij curam gererent. multam cuicunque irrogarent. adeóque prouincias sortirentur, illísque cum imperio præessent. cùm antea potestas eorum mœnibus vrbis, aut certè mille passibus ab vrbe circunscriberetur, fascésque & lictores haberent:

a M. Varro li. rerũ humana. 21. Gel. vbi s.

Tribunitia potestas prostrata.

Quod in càusa fuit, vt cùm Sylla victor vrbe potitus tribunitiam potestatem penè prostrasset (nam ea nudata omnibus rebus solam ei intercessionem liberam reliquit[b]) lege lata sanciens, ne cui ad alios honores pateret aditus, qui tribunatum gessisset: ac proinde Tribunatum, nobiliores auersarentur, Succedente tamen tam diuersa rerum mutatione concupitus valdè fuerit hic magistratus. Atinióque plebiscito patuerit Senatoribus.[c] ita vt maximi muneris loco Senatores & patritii haberent Tribunatum gerere.

b Cæsar lib. 3. bell. ciuil.

c Gelli. 14. c. 8

Cæsares tribunitia authoritate ornati.

14 Quinimò † Cæsares ipsi procedente sæculo magna cupiditate tribunitiam potestatem appetiuerunt, quam velut summi fastigii vocabulum, Augustus reperit: ne regis aut dictatoris nomen vtrunque Romanis inuisum assumeret. & interim appellatione aliqua cæterorum imperia præmuniret.[d] Vnde velut summus honos subliméque imperii fastigium tribunitia dignitas, delata fuit ei, & oblata quam & ipse xxxvij. annos perpetuam gessit: in eáque semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptauit.[e] Tiberius in quinquennium accepit. eámque Druso conferri à populo pro summo decore habuit. Vespasianus tamen illam serò fuit assecutus. Flauius Vopiscus scribit, tribunitiam potestatem imperii regalis partem esse maximam.

d Corn. Tacit. lib. iij.

e Suet. in Aug.

4 *Sanctique sunto.*

Sacrosanctus magistratus Tribuni Sacrosancti.

15 Sacrosanctus † fuit hic magistratus. vnde Plutarchus, Communem Tribuni vsum, inquit, ac nemini clausum, sicut aram postulant, honore sacrosanctũ:[f] neque enim prehendi, aut duci violenter Tribuni plebis sine piaculo poterant.[g] Atqui sacrosanctum dicebatur quod iureiurando interposito institutum erat: vt si quis violasset, morte lueret pœnas. id quod lege lata de tribunis nominatim cautum fuisse Liuius memorat: vt qui scilicet, eis nocuisset, aut iniuriã irrogasset, eius caput Ioui sacrum foret. & familia in ædẽ Cereris liberi, liberæque venum irent.[h] Equidem narratione dignum est, quod authores probati referunt, M. Vectium vltimo supplicio affectum, quòd occurrenti Tribuno de via non decessisset.[i]

f Plut. in proble.

g Liuius li. iij.

h Liuius lib. ij.

Indicia collegii tribunorũ memorabilia.

16 † Si quando tamen vnum ex Tribunis cogi oportebat, id munus collegæ præstabant: inuicem errata sua moderantes & corrigentes. vnde magnam laudem collegium illud tribunorum retulit. in quo, cùm vnus L. Cotta, fiducia sacrosanctæ potestatis creditorib. suis satisfacere cunctaretur: in tribunatu, quasi in aliquo sacrario latens, ceteri decreuerunt se creditoribus eum concessuros, si neque pecuniam solueret, neque sponsores daret.[k] De Memmio quoque tribuno plebis legimus, quòd cùm Gabinium condemnari obtinuisset, Sisennámque Gabinii filium ad pedes eius procidentem, & veniam patri suppliciter rogantem, insolenter aspernaretur, ac humi iacere permitteret: tantam hominis insolentiam indignati collegæ, Gabinium, cui tamen Lictores iam manum iniecerunt, absoluerunt.

i Ale. Neapol. lib. Genial. die 5. c. ij.

k Val. Max. li. 6. c. 5.

5 *Relinquunto.*

M. Duellius Tribunus plebis legem rogauit, plebsque sciuit, vt qui plebem

sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine prouocatione creasset, tergo ac capite puniretur. Tribunitium enim auxilium, & prouocationem duas arces libertatis tuendæ veteres putauerunt.[l] quoniam verò Tribuni præcipuè contra vim potentiorum creati fuerunt, vt eorum iniuria plebem arcerent, eorum præsentia & assiduitate opus fuit. atque ita, vt nec aspectu graues quemadmodum C. Curio dicere solebat: nec aspectu difficiles, sed tractabiles, ac multitudini semper commodi essent. † Eaque de causa in veterum more positum, ne Tribuni ianua clauderetur vnquam, nec noctu quidem, & præsidiũ periclitantiũ omni tempore, indigenti eorum auxilio pateret. sed explicatis legibus ad textum reuertamur. 17

f *Dicti tribuni*) † Hic etymus non ad solos plebis tribunos refertur: sed ad omnes, qui tribubus præfuerunt. Nam & quo tempore plebis tribuni primum creati fuêre quatuor tribus erant,[m] creatósque non tres fuisse, sed vel quinque vel duos historici consentiunt.[n] populum autem Romanum à Romulo rerum principio tripharium diuisum fuisse, singulísque partibus, quas tribus vocauit, singulos præfecisse duces, quia tribubus præessent, Tribunos appellatos, iam ostendimus.[o] Quod verò pertinet ad tribunos plebis, M. Varro dictos vult, quia ex tribunis militum, vt plebem defenderent, & tuerentur, in secessione primum fuêre creati.[p] 18

g *Tribuum*) † Partes illæ, in quas primum populus Romanus distributus fuit, quia numero tres fuerunt (Ramnenses nimirùm, à Romulo: Tatienses, à Tatio: & Luceres, à Lucumone, aut vt alii volũt à Luco Asili, in quem multi, qui illò profugerunt, ciuitate donati sunt) Tribus sunt appellatæ. Posteà tamen plures factæ, adeóque procedente tempore ad numerum vsque triginta quinque. quæ præterea, curiæ quoque dici cœperunt. Liuius tamen aliter putat, totum videlicet populum, non ita diuisum fuisse, sed equites solos, nec ab hoc partium numero, sed à tributo dando, tribus dictas.[q] vtranque verò sententiam Pædianus amplectens, tribus inquit, dictæ sunt, aut à tribuno dando: aut quia primò tres fuerunt.[r] 19

h *Suffragio*) † Quo verbo significantur declarationes voluntatis quas emittebant ciues Romani in comitiis: quoties vel ferendæ leges, vel creandi magistratus erant. † Ferebantur autem initio rerum palam & libera voce suffragia. Deinde tabellaria lege à Gabinio lata per suffragia in tabella descripta magistratus dari cœperũt. ac biennio post lex Cassia sequuta, qua per tabellã (præterquam in crimine perduellionis) populus iussus est iudicare. Deinde lex tabellaria Carbonis, viri seditiosi atque improbi, qua cautum est, vt per tabellam iuberentur, ferrentúrque leges, ac etiam vetarentur. Et cùm vno iudicii genere, nimirùm perduellionis, Cassius populo liberum vocis suffragium reliquisset: huic quoque Carbo, tabellam dedit.[f] Equidem M. Cicero alicubi gloriatur se ab vniuersa ciuitate non prius tabella, quàm voce priorem consulem declaratum.[t] Ceratas † verò tabellas fuisse inde coniectura assequimur, quòd in iis suffragatores puncta facerent. quorum ideò verbo idem Cicero plerunque suffragia significat.[u] Dabantur autem à populo Romæ suffragia, in coitionibus illis, & conuentib. populi, qui in cãpo Martio fiebant, sanciendarum, vt dixi, legum, vel creandorum magistratuum gratia. Quoniam verò suffragari, idem est quod adiuuare, & opem fauorémque ferre: Suffragii verbo, Theodosius Imperator nonnunquam significauit auxilium illud, quod principis familiares, egentibus principali ope per accusationem familiaritatis promittunt ac persæpè magno pretio vendunt: [x] † quos fumi venditores appellauit antiquitas, ducta à fumo metaphora: qui vt repente magnum quiddam apparet, ita citissimè euanescit. Quoniam verò teterrimum hoc hominum genus aularum regalium pestis & perniciosa, famam non modò malorum, sed etiam bonorum principum diuendentes: hócque pessimo prætextu diuitias sibi turpiter comparantes: cùm interim aliis atque aliis polliciti plerósque fallant; videbatur promissionem ex hac causa factam tanquam 20 21 22 23

Marginalia: 17 Officiũ domus tribuni sem per apertum. — 18 Tribuni cur sic dicti. — 19 Tribus cur sic dictæ. — Curiæ. — 20 Suffragiũ — 21 Suffragia quomodò Romę ferrentur — 22 Tabellæ suffragiorum ceratæ. — 23 Fumi venditores.

[l] Liuius li. iij. [m] Halic. li. ij. [n] Cic. in orat. pro Cor. de maiest. Liu. lib. ij. [o] §. posteà autem. supra hac l. [p] M. Varro li. de ling. lati. [q] Liuius lib. j. [r] Ascõ. Pædia. in acti. in Verrem. [f] Ci. li. iij. de legib. [t] Ci. in Pisonẽ. [u] Ci. pro Plãcio & ij. Tuscula. [x] l. vnic. C. de suffr.

tanquã illicitam, non obligare, cùm tamẽ Imperator diuersum respõderit.[y] tametsi enim multi impostores reperti sint, qualis ille Thaurinus Vetconius cuius Helius Lampridius meminit.[z] Sunt tamen quamplurimi, qui bona fide agant, cœptúmque negotium fideliter exequãtur, quod Theodosius suspicari mauult,[a] ex successu præsertim, cùm non aliter exigi promissam pecuniam velit, quàm si per occasionem suffragatoris promissor optata fuerit consecutus.[b]

Thuri.[?] Vetconius.

y d. l. vnic.
z Lampridius in Alexandro Seuero.
a l. merito. ff. pro soc. cap. esto te. de verb. sig.
b d. l. vnic. in prin.

§. ITEMQVE VT ESSENT.

Itémque vt essent, qui ædibus[a] præessent, in quibus[b] omnia scita plebs deferebat:[c] duos ex plebe[d] constituerunt, qui etiam Aediles[e] appellati sunt.[f]

SVMMÆ.

1 *Aedes.*
2 *Senatusconsulta in ædem Cereris.*
3 *Aedilium creatio.*
4 *Cereales.*
5 *Aedilium duo genera.*
6 *Aediles Curules.*
7 *Aedilium munus & potestas.*
8 *Aedificiorum cura.*
9 *Annona.*
10 *Ludorum cura.*
11 *Aedilitas primus magistratus.*
12 *Quæstura primus honor.*
13 *Aediles cur sic dicti.*

Aediliũ munus.

a *Aedibus*) Tam publicis quàm priuatis, & tam sacris quam profanis. Nam Aediles curabant, vt publica priuatáque ædificia fierent, vtque templa, Fora, Basilicæ, Theatra, Curiæ & Mœnia reficerentur, splendidísque operibus ornarentur, vt pote quibus totius vrbis tutela cõmissa erat.[a] Quamuis Pomponius hoc loco, verbum *Aedibus*, ad ædem sacram Cereris, referre videatur: in qua condebãtur senatuscõsulta, & plebiscita deferebantur. Quo
1 † & illud aduersus Vallam[b] cognoscimus dictionem *Aedes*, in plurali non de domibus modò dici, sed etiam de templis. Cùm prius, inquit Tranquillus, apud superiores ædes supplicasset.[c] & Lyricus Romanus ostendens, tantùm illis contemptam religionem inuexisse calamitatis, vt posteros pœnas dedisse oporteat: ait,[d]

Aedes in singulari & plurali

a Cic. act. 7. in Verrem.
b Laur. Val. li. sij. cap. 7.
c Suet. in Clau.
d Hora. li. sij. Carmi.

Delicta maiorum immeritus lues
Romane, donec templa refeceris.
Aedeis labantes Deorum, &
Fœda nigro simulachra fumo.

Sanè ædem in singulari, pro templo duntaxat, solemus vsurpare. Epistola, inquit M. Cice. in qua de æde Telluris me admones.[e] & alibi. Ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati sumus, in quo templo, quantum in me fuit ieci fundamenta pacis.[f] sed tamen & nonnunquam pro domo.[g] In æde inquit M. Cicero, T. Anni.[h]

e Cice. ad Q. Frat.
f Ci. ad Attic.
g l. adem. C. locat.
h Cic. pro Cluẽtio.

b *In quibus*) Aedibus sacris scilicet, templum Cereris significans, ad quod Aediles decreta senatus, & plebis scita deferebant.

Senatusconsulta in ædem Cereris.

2 c *Deferebat.*) L. Valerio & M. Horatio Coss. Liuius institutum refert, † vt senatusconsulta in ædem Cereris ad Aediles plebis deferrentur: quæ anteà Consulum arbitrio supprimebatur, vitiabanturque.[i] Leges igitur consulta senatus & scita plebis ad Aedilium curam pertinebant. quamuis posteà ad Aerarium, vbi & pecunia publica recondebatur, deferri, illícque asseruari cœperint.

i Liuius lib. iij.

Aediles curules.

3 d *Duos ex plebe*) Et hi quidem vt Aedium curam haberent. † Postmodum enim ex patribus alij duo creati ludis faciundis, & hi Curules appellati, Deinde cum Iulius Cæsar rerum potiri cœpit, constituti alij duo, qui curam gererent annonæ forensis copiæque cibariorum: † Cereales ideo dicti.[k] nimi-

Cereales 4

k §. deinde Cornel. hac l.

rum à Cerere, quæ Dea frugum existimatur, Aediles itaque non ex patribus initio, sed ex plebe creabantur. Posteà verò eùm plebs cötentione maxima obtinuisset, vt alter ex consulibus plebeius esset: viciffimq; nobilitati, à plebe cöcessum, vt prætor vnus, qui ius in vrbe diceret, ex patribus crearetur: cùmq; recusassent Aediles plebis ludos maximos habere: Dictator populum rogauit, vt Aediles ex patribus fierent, & hi Curules primum vocati. Ita ab diutina ira, inquit Liuius, tandem in cöcordiam redactis ordinibus, cū dignā eam rem senatus censeret, meritóq; id si quando vnquam aliàs, Deûm immortalium causa, libenter facturos fore, vt ludi maximi fierent, & dies vnus ad triduum adijceretur: recusantibus id munus Aedilibus plebis conclamatū à patricijs est, iuuenibus se id honoris Deûm immortalium causa, libenter acturos, vt Aedilibus fierent: quibus cùm ab vniuersis gratiæ actæ essent: factum S.C. vt duos viros Aediles ex patribus Dictator populum rogaret, patres authores, omnibus eius anni comitijs, fierent hactenus ille.[l] — *Aediles ex patribus.*

e *Aediles*) † Aedilium duo fuisse genera satis constat. Plebeios, qui minores censebantur: & † Curules qui magistratus nomen habebant à sella eburnea curuos pedes habente, cui insidebant Aediles ius dicendo, sic appellati. De vtrisq; tamen eodem die comitia habebantur. vnde Caius Marius postulans fieri Curulis, cùm repulsam passus esset, & statim assurgens, minorem Aedilitatem peteret: quia arrogans esse videretur, vtraq; excidit: atque ita, quod alteri needum cötigerat, bis inquit Plutarchus, eodē die, repulsam accepit.[m] — 5 *Aedilium duo genera.* 6 *Curulis Sella.*

7 Quod autem † fuerit Aedilium Curulium munus, M. Cicero, per quàm lepide explicat his verbis. Nunc sum designatus Aedilis, habeo rationem quid à populo Romano acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum ceremonia, Cereri, libero, liberáq; faciendos mihi Floram matrem populo, plebíq; Romanæ ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæque esse faciendos: mihi sacram Aedium procurationem: mihi totam vrbem tuendam esse commissam, ob earum rerum laborem & sollicitudinem fructus illos datos antiquiorem in senatu dicendæ sententiæ locum, togámque prætextam, sellam curulem, ius, imagines ad memoriam posteritatémque prodendam.[n] Inde verba illa, veteris legis de Aedilibus. — *Aedilium cura & officium.*

Sumtóque Aediles, curatores vrbis 1 annonæ 2 ludorúmque solemnium. 3
Ollísque, ad honoris amplioris gradum, is primus ascensus esto. 4

1 *Curatores vrbis.*

8 Procuratio † vrbis, & ædificiorum ad Aedilium curam adeo pertinuit, vt Cloacarum, viarum, aquæ ductuum, omniúmq; publicorum & priuatorū operum sui muneris esset, vt nimirùm prouiderent ea integra, munda, & incorrupta asseruari. de quibus ius reddebant, & edicta proponebant.[o] vnde & ante proprias ædes stercora congerere, strictim vetuerunt. Et Paulus noster lectos emptos, cùm in via positi essent, Aedilem conscidisse refert.[p] ponderibus pariter, & mensuris præerant. ex ijs quæque iniusta, minora comperissent, frangi iubentes.[q] Quod & Iuuenalis significat, dum ait,[r] — *Aedificiorum cura ad Aediles.*

Huius qui trahitur, prætextam sumere mauis,
An fidenarum, Gabiorúmque esse potestas?
Et de mensura, ius dicere, vasa minora
Frangere pannosus vacuis, Aedilis vlubris.

Et Persius.[s]

Sese aliquid credens Italo, quod honore supinus
Fregerit heminas, Arreti Aedilis iniquas.

Eo deinde potestatis Aedilium dignitas prouecta est, vt feneratores coercere, matronas probri accusare, in facta dictáq; inciuilia animaduertere, adeóq; in exiliū agere possēt, L. Villiū Tappulū & M. Fundanū, Aediles plebeios aliquot

l Liuius li. 5. in fi.
m Plutar. in Mario.
n Cic. 7. Verri.
o L. vlt. ff. de via publ.
p l. lectos. ff. de pericul. rei vend.
q Litem quæritur. §. si quis mēsuras. ff. locat.
r Iuuenal. Satyr. 10.
s Persi. Satyr. 1.

aliquot matronas,apud populũ probri accuſaſſe,quaſdam ex eis damnatas,
in exilium egiſſe,legimus.[r] *r Liuius li. 25.*

2 *Annonæ.*

Annona. 9 Hoc verbo † annua vini,frumenti,cæterarúmque rerum alimonia continetur:neque enim annonæ appellatione rem tantùm frumentariam intelligimus,ſed alia quoque cibaria. Vnde M.Cicero ſcribit annonam futuram cariorem in macello,[u] & Tranquillus,annonam macelli ſenatus arbitratu temperandam cenſuit.[x] videtúrque deductum vocabulum ab anno, tanquàm ſit anni alimonia:ne autẽ annonæ charitate aut penuria Romana ciuitas laboraret,oportuit conſtitui magiſtratus,qui annonę præeſſent.[y] quod primũ Aedilitij muneris fuit,nempe apparare frumentum,& cõuehere oleum, cæteráſque fruges,in quibus alimonia vitæ conſiſtit. Loca item vinolentia & libidini apta inhibere,ad Aedilium curam pertinuit. Quo nomine plurimum laudatur Nero,qui Aedilis,ne quid cocti præter legumina & olera, in popinis venderetur,acriter interdixit.[z]

u Ci. li. ij. de diuination. *x Suet. in Tyberio.* *y l. vlt. ff. ad l. Iul. de annona* *z Sueto. in Nerone.*

3 *Ludorúmque ſolemnium.*

Ludorũ cura ad Aediles. 10 Aedilium † præcipua cura fuit ludos vel ad placandos Deos, vel ob publicã populi lætitiam inſtitutos,apparare:[a] quin & magnificentiſſimos impenſa interdum publica aut ex multatitia pecunia,& nonnunquàm priuata ab Aedilibus ad conciliandum populi fauorem frequenter inſtauratos legimus.Namque Pompeius Ædilis creatus theatrum,quod ſua impẽſa ædificauerat, exquiſitiſſimis magnificentiſſimíſque omnis generis ludis,proprio ſumptu dedicauit.[b] L. Antonius item in Aedilitate ludos ſcena argentea feciſſe, Plinius author eſt.[c] Ideóque ludos M. Cicero Aedilitium munus nuncupat.[d] Quamuis Quæſtores quoque,& prætores,quo ſibi populi Romani ſtudium & beneuolentiam conciliarent,ludos & ipſi, nonnunquàm exhibuerint. vt Murena in prætura.Pleróſque etiam conſtat vt ludorum vitarent ſumptus, Aedilitatem non petijſſe,quod in cauſa fuit,vt Mamercus homo ditiſſimus, quia non ſine auaritiæ ſuſpicione,Aedilitatem prætermiſiſſet, in conſulatu paſſus ſit repulſam.[e] Illud quoque datum Aedilibus negotium Liuius ſcribit vt animaduerterent,ne qui niſi Romani Dij,néue quo alio more,quàm patrio,colerentur.[f] vnde eorum edictis cautum vt Iudæorum Aegyptiorúmque ſacra & ceremoniæ ex ciuitate profligarentur,quin & id procedente tẽpore honori acceſſit Aedilibus,vt cùm vrbs peſtilentia laboraret, maieſtas cõſularis imperij ad Aediles decideret.[g] Neque verò prætermitione dignum eſt,quod à Iurecõſultis noſtris & M.Cicerone accepimus. Aedilitij quoque muneris fuiſſe prouidere,ne quid occulti vitij, latentíſque morbi in re diuendita eſſet:[h] aut ſi eſſet,palàm id enuntiare venditor teneretur.[i]

a Ci. act. 7. in Verrem. *b Aſcõ. Pædianus.* *c Plin. li. 33. c. iij.* *d Ci. ij. offic.* *e Ci. ij. offi.* *f Liuius li. iiij.* *g Liuius li. iij.* *h Ci. iij. offi.* *i l. j. ff. de adil. edi.*

4 *Aſcenſus eſto.*

Aedilitas primus magiſtratus. 11 Fuerunt † quondam Aediles minimi magiſtratus, ac proinde adoleſcentes Romæ prima commendatione Aedilitatem conſequebantur.vnde & Pub. Cornelius Scipio,cui poſt Africanus cognomen fuit,Aedilis Curulis, cũ vix dum ex ephebis exceſſiſſet cũ M.Cornelio Cethego creatus eſt. cui cũ obſiſterent tribuni plebis negante rationem eius habendam eſſe,quòd nõdum ad petendum legitimam ætatem nactus eſſet,verſutè reſpondit, *Si me omnes Quirites,Aedilem facere volunt,ſatis annorum habeo.* tantóque inde fauore ad ſuffragium ferendum in tribus diſcurſum eſt,vt tribuni repẽtè incœpto deſtiterint.[k] Sanè verò per Aedilitatem,gradus ad ampliores honores fiebat:antequam tamen Quæſturam † primum gradum honoris M. Cic. dixit.[l] Et

Quæſtura prim⁹ honor. 12 Pædianus,Senatoris inquit prima adminiſtratio,erat quęſtorem fieri,prouincię curam gerere pecuniæ publicæ in vſus diuerſos erogandæ.[m] Noſtérque Vlpianus ingreſſum & primordium quaſi gerendorum honorum,Quæſturam nuncupauit.[n] Cæterùm non erat quæſtura ex magiſtratuum ordine:vt interim noſcamus nihil pugnæ eſſe inter hæc Ciceronis loca.ſiquidẽ primus gra

k Liuius li. 25. *l Ci. j. Ver i.* *m Aſcon. Pædia. j. actio. in Verrem.* *n l. vnic. in fin. ff. de offi. quæſtor.*

dus honoris, non magistratus esset quæstura, quinimò aliquibus in locis non habetur inter honores. Aedilitas verò primus est magistratus. Deinde prætura, post Consulatus. exin Censura sanè verò de P. Licinio Crasso pontifice maximo legimus, ex Aedilitate gradum eum ad censuram fecisse: cùm nec prætor ante, nec consul fuisset, quàm Censor est factus.[o] Enimuerò M. Fuluius, & M. Curius tribuni plebis T. Quintium Flaminium ex quæstura consulatum petentem, vel ex eo impediebant, quòd dicerent iam Aedilitatem, præturámque, fastidiri: nec per honorum gradus nobiles homines ad consulatum tendere: sed transcendēdo media imis summa continuare, qua de re, senatum ita censuisse Liuius scribit. Qui honorem quem sibi capere per leges liceret, peteret: in eo creandi quem velit, populo potestatem fieri, æquū esse.[p] Sed tempestiuum est vt Pomponij literam repetamus.

o Liuius li. 27.

p Liuius li. 32.

f *Appellati sunt*) †[13] Ab ædibus, quarum procuratio eis commissa principio fuit, Aediles dictos Pomponius significat. Sunt tamen qui ab adeundo nuncupatos existiment, quasi Aediles euphoniæ & sonitus iucundioris gratia, è litera interposita.[q] Quo enim tempore plebs à patribus secesserat, cùm tribunos sibi creasset, à senatu quoque impetrasse, vt quemadmodum Patricij, consules & prætores habebant, qui ius redderent: ita & ex plebe crearentur qui tribunitię potestati veluti succenturiati subministrarent ea plebi, quorū indigeret: iudicaréntque causas, quas ipsis permitterent: vt ab ijs qui ope aliqua egerent, facilè possent adiri. Cui sententiæ satis conuenit quod Halicarnasseus scribit, tribunos in prima plebis secessione creatos à senatu obtinuisse, vt boni viri quotannis ex plebe crearentur, qui plebeculæ controuersias aditi iudicarent, dirimeréntque.[r]

13 Aediles cur sic dicti.

q Theophilus in §. prætorum Inst. de iur. natura.

r Halic. li. 6.

§. DEINDE CVM AERARIVM.

Deinde cùm ærarium [a] populi auctius esse cœpisset, [b] qui illi præessent, constituti sunt Quæstores, [c] Dicti ab eo, quòd inquirendæ, & conseruandæ pecuniæ causa, creati [d] erant. Et quia, vt dicimus,[e] de capite ciuis Romani iniussu populi non erat lege permissum consulibus ius dicere: propterea Quæstores constituebantur à populo, qui capitalibus rebus [f] præessent. híque appellabantur Quæstores [g] parricidij.[h] quorum etiam meminit lex xij. tabul.

SVMMÆ.

1 *Aerarium.*	9 *Questorum numerus.*
2 *Numi primùm ex ære.*	10 *Questorum varia species.*
3 *Aerarij milites.*	11 *Questores vrbani.*
4 *Aerarium sanctius.*	12 *Questores militares.*
5 *Vicesimarium aurum.*	13 *Capital, & Capitale.*
6 *Aerarium militare.*	14 *Quesitores.*
7 *Fiscus & Aerarium.*	15 *Questores parricidij.*
8 *Questores quando creati.*	16 *Parricida.*

a *AErarium.* †[1] Aerarij verbo, pecunia publica populi Romani, quæ ex tributis & vectigalibus constabat, hîc significatur: quamuis & nonnunquàm locum, in quo talis pecunia condebatur & asseruabatur, Aerarij nomen designet: quod in æde Saturni Valerius Publicola constituit.[a] iniquum existimans in priuatam domum publicas pecunias inferri, Itaque ab ære quod intra Saturni ædem seruabatur, Aerarium, inquit M. Varro, appellari cœpit.[b] eo videlicet tempore quo Romani solo rudi ære non etiam insculpto numismate, aut argento signato, vtebantur. Primos †[2] autem numos ex ære fuisse constat. Ouidius.[c]

1 Aerariū.

2 Numi primi ex ære.

a Plutar. in Publicola.

b Varro li. j. de ling. lat.

c Ouid. li. j. Fasto.

Aera

Aera dabant olim, melius nunc omen in auro est:
Victáque concessit, prisca moneta nouæ.

Aerarij milites. 3 Sic † & milites Aerarij, ab ære dicti sunt, quòd æs, hoc est stipem & pecuniā
acciperent.[d] Aedem porrò Saturni præ cæteris elegerunt Romani: quoniā aureo illo sæculo, quo Saturnus vixit, Italiámque incoluit, nullum in eius finibus furtū commissum perhibeatur, aut quia nihil erat (ait Macrobius) sub illo cuiusquam priuatum.[e] nam vt Vergilius scribit,[f]

Nec signare solum, aut partiri limite campum,
Fas erat.

Ac ideò tutissimè eius Dei tutelæ communis pecunia crederetur, sub quo fuissent cunctis vniuersa communia. Alias huiusce rei rationes plutarchus memorat.[g]
Aerariū sanctius. 4 † Fuit apud veteres sanctius quoddam ærarium, ex quo videlicet nihil promi licebat, nisi ad extremas necessitates. Attulit mandata ad consules, inquit M. Cicero, vt Romam venirent, pecuniam de sanctiore Aerario proferrent.[h] illícque reposita pecunia
Vicesimarium aurum. 5 † aurum vicesimarium dicebatur, quod ex vicesimis collectum esset: legi enim a C. Martio consule latæ, de vicesima vænalium, & manumittendorum mancipiorum patres authores fuêre: quoniam, inquit Liuius, inopiæ ratio sic non paruum vectigal addebatur.[i] & alibi, Cætera expedientibus ait, quæ ad bellum opus erat consulibus, aurum vicesimarium, quod in sanctiore Aerario ad vltimos casus seruaretur, promi placuit.[k]
Aerariū militare. 6 Aerarij † quoque militaris Trāquillus mentionem facit. id referens ab Augusto, eum nouis vectigalibus constitutum: à militibus; quo
7 rum causa institutum fuit, sic dictum: ex eo enim pecunia duntaxat militibus impendenda promebatur.[l]
Fiscus & Aerariū. † Aerarium autem à fisco sic pridem distinximus, vt fiscus, pecuniam principis, Aerarium, publicam populi pecuniam notet.[m] Plinius ad Traianum. At fortasse, inquit, non eadem seueritate fiscū qua ærarium cohibes: imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quā de publico credis.[n] & de Adriano Spartianus. Damnatorum bona in Fiscum priuatum redigi vetuit: omni summa in ærario publico recepta.[o] & alibi. Quæ Antoninus in priuatum Aerarium congeri noluit: quare senatu præcipiente, in Aerarium publicum sunt relata.[p] Præterea Tranquillus, templum Veneris Erycinæ, in Sicilia vetustate collapsū, vt ex Aerario pop. Romani reficeretur, Claudium authorem fuisse tradit.[q] Vt mirum videatur cur econtrà Asco. Pædianus Fiscum, pro pecunia Reipublicæ, Aerarium, pro priuata principis, acceperit.[r]
Pecunia quomodò ex ærario moueretur. Verumenimuerò nō temerè licebat olim ex ærario pecuniam capere. nāq; Prætores quinq; (vt M. Cicero indicat) tres Quæstores, & quatuor Mensarios præsentes esse oportebat, priusquā vllus inde numus moueri posset.[s] ad quā formulam verba Liuij fortasse referenda veniūt scribentis, Scipionem, à Quæstoribus, qui contra legem ex ærario quicquā promere non audebant, claues poposcisse: ærariúmque apertum se dixisse, qui vt clauderentur effecisset.[t]

b *Cœpisset)* Auctis nimirùm populi Romani vectigalibus, & post propagatū longè latéque imperium, quæstu vberrimo ex prouincijs proueniente.

Quæstores quando creati 8 c *Quæstores dicti)* † Quæstores à Tullio Hostilio tertio Romanorū rege primùm in rempublicam inductos Vlpianus scribit.[u] & Cor. Tacitus, Regibus Romæ imperantibus, quæstores ait institutos fuisse.[x] Quod tamen ad Romuli & Numæ secula quidam retulerunt. Nā Gratianus quem Vlpianus refert, Romulum & Pompilium Numā duos habuisse quæstores, populi suffragio creatos tradit.[y] Verū vt dubiū est, inquit ille, an Romulo & Numa regnantibus, Quæstores fuerint: ita Tullij Hostilij tēpore fuisse quæstores cōstat.[z] Pōponius tamen hîc consulū seculo hūc honorē erectū fuisse asserere videtur, quē & Liuij testimoniū iuuerit. Consules, inquit, nūquam fuerant, regibus exactis creati sunt. Dictatoris nec imperiū nec nomē fuerat, apud patres esse

d Varro li. j. de ling. lat.
e Macrob. li. j. Satur. c. 8.
f Verg. libr. j. Georgico.
g Plut. in Proble.
h Cic. lib. 7. ad Atticum.
i Liuius li. 7.
k Liui° li. 27. dixi. §. ex his audiorib: u. i. hiel.
l Sueto. in Augusto.
m li. 6. Miscel la. cap. 19.
n Plin. in Panegyrico Traiani.
o Spartianus in Adriano.
p Spart. in Anto.
q Suet. in Claudio.
r Ascō. Pædia. in act. in Verr.
s Cice. pro L. Flac.
t Liuius li. 38.
u l. vnic. ff. de offi. quæstor.
x Cor. Taci. li. 11.
y Gratia. li. de potestatibus.
z d. l. vnic.

a Liuius li.4. cœpit. Tribuni plebis, Aediles, quæstores, nulli etanr: institutū est vt fierēt.[a]
Nec ab hac fenren.ia Plurarchus abhorret. Valerium Publicolam post con-
dirum in ædem Saturni Aerariuin tradens, populo concessisse, † vt quæsto- 9 Quæstorum numerus.
res duos creare posset. Cúmq;, inquit, primi creati sunt P. Vetrurius, & M. Mi
nurius, ac pecuniæ permultæ coactæ, centum enim & rriginta millia, in æra-
b Plutarchus in publicola. rium redacta sunt, orphanis & viduis remisso tributo.[b] Exinde constat qua-
ruor Quæstores factos, qui publicæ pecuniæ in vrbe & ærario præessent
duos: & qui consulibus ad belli ministeria præsto forent, duos alteros, ac ran
dem adauctis Reipublicæ Romanæ facultaribus, sex creari sunr. Proceden-
téque rempore lege Syllæ, eo vsque ferrur Quæstorum ampliatus numerus,
c Liuius li.iiij. vt viginri fierenr,[c] Quæstores, inquit Tacitus, regibus etiam rum imperan-
tibus instituti sunt, quod lex curia ostendit ab L. Bruto repetita. mansitque
Consulibus potestas deligendi, donec eum quoque honorem populus man-
daret, crearíque primùm Valerius Posthumus, Aemilius Mamercus lxiij. an-
nos, post Tarquinios exactos, vt rem militarem comitarentur. deinde glis-
cenribus negocijs duo facti, qui Romæ curarent. mox duplicatus numerus
stipendiaria iam Iralia. & accedentibus prouinciarum vectigalibus. Post le-
ge Syllæ xx. creati supplendo Senatui, cui iudicia tradiderar. & quanquam
equites iudicia recuperassent: Quęstura tamen, ex dignitate candidatorum,
d Corn. Taci. li.11. Annaliū. aut facilirate tribuentium grauirò concedebatur, donec sententia Dolabel
læ, velut venundaretur.[d] Sed & cùm ad multum tempus ex gente patricio-
rum quęstores tantùm crearērur: Cn. Cornelio, & L. Furio Medullino Coss.
e Liuius li.iiij. † plebeij Quęstores fieri cœperunr,[e] Anno conditæ vrbis cccxlvj. Hinc præ 10 Quæstorū varia genera.
tereà apparet Quæstores non vnius generis fuisse. Nam qui ærarium Romæ
curabant, † vrbani dicti sunt: qui præterquam quòd Aerarij vectigaliúmq; 11 Quęstores vrbani.
populi Romani, eiúsque quod publicè vel priuatim erogandum erat, curam
habebant: exeunribus ad bellum Consulibus, vel alijs Imperaroribus mili-
f Liuius li.7. taria signa ex ærario promebant.[f] Hæc omnia inquit Liuius, adeò maturè
perfecta accepimus, vt signa eo ipso die à Quæstoribus ex ærario prompta,
delatáque in campum, quarta diei hora, mota ex campo sinr, exercitúsque
g Liuius li.iij. nouus māserit ad decimum lapidē.[g] Augustus tamē ærarij curā à Quæstori-
h Suet.in Aug. bus, ad Prætores postea transtulir,[h] ac demū à quæstoribus ad præfectum æ-
i Aul.Gell.li. 13.c.13. rarij, eadem cura trāslata est.[i] Porrò autem vrbani quæstores, nullo imperio
fungebantur: quippe qui nec prehensionem, nec vocationem, & ita nec li-
k M.Varro li. 21.rer.human. Aul.Gel.li.13. cap.12. ctores, nec viatores haberēt. vnde nec magistrarus eranr.[k] † Fuerunr & quę- 12 Quæstores militares.
stores militares comitandæ rei militari primum creati: qui cum consulibus
prætoribus aut alijs Imperatoribus ad administrandam rem pecuniariam in
necessarios belli vsus erogandam, & capriuam prædā, ac quicquid inde auri
argentiq; adueniret, in rationes publicas referēdū. horum munus erat vecti-
galia pop. Romani in prouincia exigere: militibus stipendia præbere, singu-
láq; expensa, & accepta publicis rationibus inferre. Quæ cum sine imperio
& potestate, facilè, non possenr explicari, concessum est vt lictores haberēt,
vtq; vestē cæteráq; magistrarus insignia in prouinciis ferre, ac de istiusmodi
negocijs ius dicere possent. Quod M. Ciceronis verba significant. Nā simul
ac me, inquir, Dirrachiū attigisse audiuir Plancius (is autem rum quæstor e-
rat) starim ad me lictoribus dimissis insignibus abiectis, veste mutata pro-
l Ci.pro Plancio. fectus est,[l] & paulo post. Vi me inquam Plancius & complexu suo retinuit:
m in rub. & l. vni.ff. de offi. quæst. multósque menses à capite meo non discessir, abiecta quæstoria persona, co
mitísque sumpra. Sed de quæstoribus nos plura commodiore loco.[m]

d *Creati sunt*) Inquirendæ & conseruandæ publicę pecuniæ causa certos ho
mines præfici oporruit: ne leuioribus ijs occupationibus consules distenti, à
cura grauiorum rerum auocarenrur. tum eriam, ne si feruerēt auaritia, ansam
haberent ærario sibi permisso male faciendi.

e *Vt diximus*) In §. exactis deinde.

f *Capitalibus rebus*) Hoc est criminibus, quæ capitis pœna luuntur. sic † enim 13
Capitale

Capital. Capitale — Capitale,& per apocopen Capital,Festus Pōpeius definiuit facinus esse, qđ luitur pœna capitis. Capitalia verò crimina dicuntur,ex quibus pœna mors, aut exiliū est.[n] sic dicta q. per id pœnarū gen[us] caput eximatur de ciuitate.[o] — n l.sed & si qs §.j.ff.si quis ca. l. edicto. §. rei ff. de bono.poss. o l.ij.ff.de pœn.

Quæsitores. 14 g *Quæstores parricidij*) Hos Asco. Pædianus mauult Quæsitores nuncupare,[p] quòd iudicijs criminalium quæstionū præessent.[p] Vt & Vergilius, Minoem capitalium rerum apud inferos iudicem dixit.[q] — p Asc. Pad. ij. act.in Verrem. q Vergi.lib.6. Aeneid.

Nec verò hæ sine sorte data, sine iudice sedes.
Quæsitor Minos vrnam mouet: ille silentum
Conciliúmque vocat, vitásque & crimina discit.

Et Claudianus.[r] — r Claudi.li.iij. de raptu Proserpinæ.

Quæsitor in alto
Conspicuus solio pertentat crimina Minos.

Quæstores parricidij. 15 Quæstores[†] ergo parricidij,capitis reos agebāt,de capitalibus rebus inquirebāt,& quæstionibus ac tormētis subijciebāt:adeóq; vt arbitror ego de fontibus pœnas ad mortē etiā vsque exigebant.nam & idcircò suffectos Quæsitores Pomponius ait,quòd animaduersionem in caput Romani ciuis Consules non haberent. Ergo quod Consulibus prohibitum, Quæsitoribus permissum fuit.licet intercursu temporum alia successerit damnandi reos ratio:nimirum per iudicum sortitionem,vt Pædianus explicat.[s] — s Asco. Pædia. in Orat. pro Milone.

Parricida. 16 h *Parricidij*)[†] Parricidā veteres quēcunq; dixerūt,qui hominē aliquē occidisset,quasi parem cæcidisset. Illud etiā Romuli propriū, inquit Plutarchus, q. cū nullā parricidæ pœnā definijsset,homicidiū omne,parricidiū nūcupari voluit:quod hoc impium ac nefarium,illud autem impossibile esse duceret. Inde lex Numæ,*Si quis liberum hominem morti sciens duit,parricida esto.*[t] Et parricidium hîc pro homicidio ponitur. Quod & Festus euidens facit in hæc verba:Parricidij Quæstores appellabantur,qui solebant creari causa rerum capitalium quærendarum. Nam Parricida, non vtique dicebatur is qui parentem occidisset:sed qui qualemcunque hominem,& Grammaticorum peritissimi censent, Parricidæ nomen,tam à pari,quàm à patre deduci posse. Visitatiùs tamen est hodie vt is Parricidę nomē referat,qui parentē interemit.[u] — t Plut. in Romulo. u l.j.& tot. tit. ff. ad l.Pom. de par.

§. ET CVM PLACVISSET.

Et cùm placuisset leges quoque ferri:[a] latum est ad populum,[b] vt omnes magistratus se abdicarent,[c] & decemuiri constituti[d] sunt,anno vno.[e] Hi[f] cùm magistratum prorogarent sibi,[g] & rem iniuriosè tractarent,[h] neque vellent deinceps sufficere magistratus,[i] vt ipsi & factio sua[k] perpetuo occupatam rempublicam retinerent:[l] nimia atque aspera dominatione,eo rempublicam perduxerunt,vt exercitus à Republica secederet. Initium secessionis[m] fuisse dicitur Virginius[n] quidam,qui cùm animaduertisset Appium Claudium[o] contra ius,[p] quod ipse[q] ex vetere iure,[r] in duodecim tabulas transtulerat, vindicias[s] filiæ suæ à se[t] abdixisse.[u] & secundum eum:[x] qui in seruitutem suppositus, ab eo petierat, dixisse:[y] captúmque amore virginis[z] omne fas ac nefas miscuisse:[a] indignatus,[b] quòd vetustissima iuris obseruantia,[c] in persona filiæ suæ defecisset. Vtpote cum Brutus qui primus Romæ consul fuit:[d] vindicias[e] secundum libertatem dixisset, in persona Vindicij[f] Vitelliorum serui,[g] qui proditionis coniurationem indicio suo detexerat,[h] & castitatem filiæ suæ, vitæ quoque eius præferen-

dam putaret:[i] arrepto cultro de taberna[k] lanionis[l] filiam interfecit.[m] in hoc scilicet,[n] vt morte virginis contumeliam stupri arceret:ac protinus recens à cæde,[o] madénsque adhuc filiæ cruore, [p] ad commilitones[q] confugit:qui vniuersi de Algido monte,[r] vbi tunc belli gerendi causa legiones erant[s]: relictis ducibus[t] pristinis, signa[u] in Auentinum[x] transtulerunt[y] omnísque plebs vrbana mox eodem se contulit:ita populi consensu, partim Decemuiris in carcere necatis,[z] partim in exilium actis,[a] rursus Respublica suum statum recepit.[b]

SVMMÆ.

1 *Legati ad petendas leges.*
2 *Ferre ad populum.*
3 *Abdicare magistratu.*
4 *Decemuirorum creatio.*
5 *Annus,& quot diebus constet.*
6 *Mensis Martius, dicatus Marti.*
7 *Menses additi à Pompilio.*
8 *Intercalaris mensis & annus.*
9 *Bissextus.*
10 *Annus vertens.*
11 *Lunaris annus.*
12 *Lictores cxx.*
13 *Decemuirorum libido.*
14 *Factio, Factiosus.*
15 *Secessio prima & secunda.*
16 *Appij Claudij gesta.*
17 *Vindiciæ.*
18 *Vindex.*
19 *Assiduus.*
20 *Proletarius.*
21 *Capite censi.*
22 *Abiudicare.*
23 *Abdicere.*
24 *Amoris furor.*
25 *Amor honestus & Venereus.*
26 *Obseruantia.*
27 *Vindicij Seruii historia.*
28 *Iudicium.*
29 *Index.*
30 *Taberna Tabernarius.*
31 *Officina.*
32 *Commilito, Commilitium.*
33 *Algidus mons.*
34 *Legio,& legionum nomina.*
35 *Signa Romanorum.*
36 *Antesignanus.*
37 *Auentinus mons.*
38 *Murcia Dea.*
39 *Murci homines.*
40 *Decemuirorum supplicio.*

a FErri) Anno ab eiectis regibus lvj.& ab vrbe condita ccc.Spurio Tarpeio Capitolino,& A.Aeternio Frontinali Coss.cũ renouatũ esset Romę de plebeijs legibus certamẽ,quibus petebãt Tribuni plebis,vt patricij tenerentur.Contrà verò Senatus neminem,nisi ex patribus daturum legem contenderet.Hîc tandem finis certaminis fuit:vt ex plebe & ex patribus communiter crearentur,qui Senatui,populóque Romano vtilia ferrent. Cúmq; de ferendis legibus conuenisset:& de latore tantùm,inquit Liuius, discreparet:† missi legati Athenas Sp.Posthumius Albus,A.Manlius,P.Sulpitius Ca- 1
merinus iussique inclytas Solonis leges describere,& aliarum Græciæ ciuitatum instituta,mores,iuráque noscere.[a] Cum autem rediissent post duos annos cum Atticis legibus legati,placuit scribendarum & ferendarum legum, initium fieri:ac proinde Decemuiri creati, legéque lata cautum ne quis eo anno alius magistratus esset: vt sequitur.

Legati ad petendas leges

a Liuius.li.iij.

b *Latum ad populum*) Ferre † ad populum tum dicitur legislator cùm legem
in medium profert. Tulerunt igitur ad populum Tribuni, vt populus scis- 2
ceret,iuberetque omnes, qui cum imperio essent,magistratu sese abdicare: vt Decemuiri legibus ferendis crearentur. Et ne quis illo anno magistratus esset,præter Duumuiros. Vnde & Tribunitia potestas sublata,quæ tamẽ per Dictatoris imperium non abrogabatur.Porrò legum ferendarum morem explicatè,ni fallor suprà digessimus.[b]

b §. deinde cũ esset.in fi.

c *Se abdicarent*)† Magistratu se abdicare,est magistratum deponere. Vnde
legendum *magistratu* non *magistratus*, noster Budæus censet:quamuis fortassè 3
non valdè necessarium fuerit vulgatam lectionem immutare : cùm & latinè præsertim iurisconsultis,dicatur magistratus se abdicare,imperio scilicet

quod

quod habet. Etenim Vlpianus, legatus Cęsaris, inquit, abdicādo se non amittit imperium,[c]

c l.pe.ff.de off. præsid.

Decemuirorum creatio prima.

d *Decemuiri constituti*) Anno ad exactis regibus lix. & conditæ vrbis cccij. contigit, hæc status reipublicæ Romanæ mutatio, à Consulibus ad Decem-
4 uiros: quemadmodum ab regibus ante ad consules venerat. † ad describendas igitur leges Atticas, quas retulerunt legati, & ferendas, quæ Senatui populóque Romano vtiles viderentur, abrogatis eo anno magistratibus omnibus, Decemuiri sine prouocatione creati sunt: Appius Claudius Sabinus, T. L. Genutius, P. Sestius Vaticanus, T. Veturius Cicurinus, C. Iulius Tullus, A. Manilius, P. Sulpitius Camerinus, Sp. Posthumius Albus, P. Oratius Puluillus, & T. Romulius Vaticanus. omnes ex patribus. nam & hoc à plebe tandē Patricijs concessum dum ne lex Acilia de Auentino, alíæque sacratæ leges abrogarentur. Hoc autem ordine Decemuiri, sicuti Liuius scribit, rempublicam moderabantur.[d] Nam decimo die singuli ius reddebant, túmque penes præfectum iuris, fasces duodecim erant. Collegis nouem singuli accensi apparebant. Cúmque promptum hoc ius, velut ex oraculo incorruptum, pariter ab his summi infimíque ferrent. tum legibus condendis opera dabatur: ingentique hominum expectatione propositis decem tabulis, populum ad concionem vocauerunt: & quod bonum, faustúmque ipsis, liberísque eorum esset, ire & legere propositas leges, iusserunt. contestantes, se quantum decem hominum ingenijs prouideri potuit, omnibus summis, infimísque iura æquasse. Ita Centuriatis comitijs decem tabularum leges latæ sunt. Vulgatur deinde rumor duas deesse tabulas, quibus adiectis absolui possit corpus vniuersū iuris populi Romani. Quocirca sequēti anno Decēuiri iterū creati sunt Appius Claudius Sabinus (is qui semetipsum, cū haberet comitia nouo pessimó que exemplo creauit: solúsque sibi continuauit imperium) L. Minutius Augurinus, M. Cornelius Maluginensis, M. Sergius, Q. Fabius Vibulanus, Q. Pœtilius, T. Antoninus merēda, Cæso Duillius, Sp. Oppius Cornicen, & M. Robuleius.

Decēuiri quo ordine ius redderēt.

d Liuius lib.iij.

Decemuirorum secunda creatio.

e *Anno vno*) Quo elapso, & propositis legibus decem tabularum, cum illis nonnihil deesse videretur, sub colore Romani iuris absoluendi fuerūt, sicuti
5 dictum est, alij Decemuiri creati. Sed postulat hic locus, vt de anno † & eius dierū, mensiūq; numero, pauca dicamus. Annus ab anno, id est circulari solis reuolutione, inquit Varro, dictus est: aut vt Attei[9] Capito tradit, ab an, quod est circum, quasi circum natans, quem ideo Homerus pingit sub figura Draconis, caudam suam mordentis: ad idque respiciens, Vergilius ait.[e]

Annus cur sic dictus.

e Vergil.lib.ij. Georg.

Redit agricolis, labor actus in orbem:
Atq; in se sua per vestigia voluitur annus.

Equidem sub Romulo constat Annum decē tantū menses habuisse. Ouid.[f]

Annus decē constabat mēsibus.

f Ouid.li. j. Fasto.

Tempora digereret cùm conditor vrbis in anno.
Constituit menses quinque bis esse suo.
Scilicet arma magis, quàm sidera Romule noras:
Curáque finitimos vincere maior erat.
Est tamen & ratio, Cæsar, quæ mouerit illum:
Errorémque suum, quo tueatur habet.
Quod satis est vtero, matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit, temporis esse satis.

Et alibi.[g]

g Oui. lib. iij. Fast.

Nec totidem veteres, quot nunc habuere calendæ.
Ille minor geminis mensibus annus erat.
Annus erat decimum, cùm luna receperat orbem,
Hic numerus magno tunc in honore fuit.

Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus,
Seu quia bis quino, fœmina mense parit.
Seu quod ad vsque decem numero crescente venitur.
Principium spacijs sumitur inde nouis

Eodémque tempore, Annus à Mense Martio ducebat initiũ.† nam cum mẽ 6
sem genitori suo Marti, Romulus dicauit, & sequentem Veneri. Oui.[h]

h Oui. li. iiij. Fast.

Mensis Martius dicatus Marti.

Vtq; fero Marti, primam dedit ordine sortem:
Quod sibi nascendi, proxima causa fuit.
Si Venerem gradibus multis in gente receptam,
Alterius voluit mensis habere locum.

Verum cùm is decem mensium numerus, neque solis cursui, neq; lunæ ratio 7
nibus conueniret:† Numa Põpilius Romuli successor duos addidit menses,
Ianuarium scilicet, ac Februarium. Hunc xxviij. dierũ, illũ xxix. efficiẽs. ita an
nũ constituẽs cccliiij. dierũ. qui proprius Græcorũ annus, fuisse videtur.[i] Atq;
ita vt Liuius scribit, Põpilius annũ in duodecim menses, ad cursum lunę, cõ-
fecit, quẽ, inquit, quia tricenos dies singulis mẽsibus Luna nõ explet: desúnt-
q; dies solido anno, qui solstitiali circum agitur orbe, Intercalares mensibus
interponendo, ita dispẽsauit: vt vicesimoquarto quoq; anno, ad metam ean
dẽ solis, vnde orsi essent plenis annorũ omniũ spacijs, dies congruerent.[k] Ita-
q; cũ dimensio illa ccclíiij. dierũ, cursui solis non respõderet: qui ccclxv. die-
bus, & quadrãte, hoc est sex horis, cõficitur. dies vndecim cum quadrante
cõponi, intercalatíq; cũ reliquis diebus oportebat, quod cũ difficulter fieri
quadrãs ille pateretur: Mẽsis† intercalationẽ, velut cõmodiorẽ Græci, & hos 8
Numa sequut*, elegerũt. sed mẽsẽ illũ, nũc xxij nũc xxiij. dierũ esse & alternis
annis, sic variè interseri cõueniebat. vñ Græci annos sic intercalãdo cõstitue
bãt, vt intercalãdo facerẽt alternos xij. mẽsiũ, alternos xiij. vtrũq; annũ sepa-
ratũ vertẽtẽ, cõiũctũ verò magnũ annũ, vocãtes. Alij verò scribũt Gręcos nõ
alternatim, sed tertio quoq; anno, intercalarẽ mẽsem tẽporis gratia introdu-
xisse.[l] Planè Romani negociũ hoc intercalãdi, põtificibus permiserũt: qui ta-
men cõcessa sibi potestate nonnunquam sunt abusi, vel per odiũ gratiãue, vt
celeriùs aliquis abiret magistratu, aut alter diutiùs fungeretur: vel publici re
dẽptores anni magnitudine grauiùs lucrũ referret, mẽsem ex libidine inter-
calantes: id est inserentes & adijcientes, quod enim calato, hoc est cõuocato
populo pronũtiaret põtifex mẽsem interserẽdũ intercalaris dictus est, cuius
cõstitutio ex arbitrio pontificũ pẽdẽs, cùm non satis cõstaret, hominúmq; a-
nimos nimis implicare, C. Iulio Cæsari tum põtifici maximo visa esset: subla
to hoc intercalario mense, anno Numæ, hoc est ccclv. diebus decẽ adiecit
dies. Vt annũ ciuilem ad Solis cursum formaret, instituẽs peracto quadriẽnij
circuitu, diẽ vnũ (vbi mẽsis quondã solebat) intercalari, seu inseri, qui Bissex-
tus† vocatur, quia scilicet post eũ qui sextus calẽdarũ Martij est insertus effi 9
ciat vt quinto quoq; anno, Februarius duos habeat dies, qui vno nomine ap
pellẽtur, Sexto calẽdas Martias, quod elegãter Celsus significat, dũ ait, id bi-
duũ, pro vno die haberi: & ideo qui sexto calendas Martias, anno bissextili
natus est, siue priore siue posteriore die nasci eũ cõtigerit, diẽ natalem, sextũ
calẽdas Martias habere.[m] Quod prima frõte durũ videtur: vt scilicet qui xxv.
die Februarij quoties intercalatur editus est, sequẽtibus annis diẽ xxiiij. ha-
beat natalem, sed tamen hoc Celsus admittẽdum vel ex eo docet, quod duo
illi dies in vnũ coalescant, & pro vno habeantur. subijciens inde patere natũ
vj. calendas Martias, eo anno, quo intercalatum non est adueniente postea
Bissextili die, priorem hoc est xxiiij. natalem esse.[n] Hæc autem longius for-
tasse quã par esset repetita, demonstrant, quamlibet olim variarint veteres
in ciuili anno statuendo hoc tamen omnibus propositum fuisse, vt annum
solis reditu metirentur. hoc est eius transcursu temporis, quo sol xij. signa
percurrens, eodẽ vnde profectus est, redit:† quẽ annum idcirco vertentem 10
plerique

i Macrob. li. j. Satur. c. 12.

k Liuius li. j.

l Herodo. li. ij. qui Euterpe inscribitur.

m l. cum bissextus. ff. de verb. sign.

n d. l. cum bissextum.

Menses duo additi à Pompilio.

Mẽsis intercalaris. Annus intercalaris. Annus vertens. Intercalatio põtificibus concessa

Intercalaris mẽsis cur sic dictus.

Bissextus

L. cum bissext. explicata.*

Annus vertens.

pleriq; dixerūt: quamuis re ipsa, inquit Macrobius, cū ad idē vnde semel profecta sunt, cūcta astra redierint, eādemq; totius cœli descriptionem lōgis interuallis retulerint, tum ille verè vertens annus appellari potest. in quo vix audeo dicere, quā multa hominum secula teneantur. & paulopost cuiusquidē anni scito nōdum vicesimam partem, esse conuersam.[o] Verum hic annus solet vsitatiùs mundanus dici, vt idē author est. Nos cum veteribus anni verbo solarem intelligimus, intra quem scilicet, cœli ambitum, sol plus minus lustrat, quem Vergilius magnum quandoque dixit.[p]

Vertens annus. Mundanus ann°. — o Macro. li. 7. Satur. c. 11. — p Virgi. lib. iij. Aeneid.

Interea magnum, Sol circumuoluitur annum,
Et glacialis hyems, Aquilonibus asperat vndis.

Lunaris annus. 11 Ad differentiam scilicet † anni Lunaris, & eius comparatione, qui sanè breuis est, vtpote qui mense cōficiatur. & ideo mensis lunæ annus dicitur. nā tanto tempore luna cœli ambitū percurrit, & eò redit, vnde primū est digressa. Omnium porrò hominum Aegyptij se primos annum comperijsse, euq; in duodecim temporum menses distinxisse gloriantur: idq; ex astris: trecenos nāmq; dies singulis mensibus constituerunt. huic numero quotannis quinos dies adijcientes. Vnde eis ratio circuli temporum constat, eodem redeūtis.[q] Sed nos quoque vnde profecti sumus reuertamur.

Aegyptij anni inuentores. — q Herod. lib. ij. qui Euterpe inscribitur.

f *Hi*) Decemuiri secundò creati. nam primi officio suo honestè perfuncti sunt: quippè qui perlaris legibus x. tabula. centuriatis comitijs sua sponte magistratu abierunt: nisi quod Appius Sabinus ex primis, vnus, cùm haberet cōmitia sibi continuari imperium procurauit.

Magistratus quo tempore deponebantur. g *Prorogarent sibi*) Cùm sub perficiendarum legum velamento fuissent altero anno Decemuiri creati magistratum tertij anni callido ingenio sibi vsurpârunt: dicētes se non in annum creatos, sed donec leges quæ deessent, perferrentur, & die quo deponere magistratus mos erat, nimirū Idibus Maijs, repente singuli cùm duodecim fascibus prodière: cum tamen priores decēuiri seruassent, vt vnus tantum fasces haberet, & hoc insigne regium in orbē

Lictores cxx. 12 per omnes suam cuiusque vicem irent.† Itaque centum viginti lictores forum impleuerunt, cū fascibus secures alligatas præferentes. Vnde multiplicatus terror non infimis solùm, sed etiam primoribus patrum.

Decēuirorū crudelitas. 13 h *Inuidiose mactarent*) † Omnia libidinibus proprijs agitantes. In humiliores inquit Liuius,[r] libidinosè, crudeliterque consulebatur. Hominum non causarum toti erant: vt apud quos gratia, vim æqui haberet. Iudicia domi conflabant, pronuntiabant in foro. Si quis collegam appellasset ab eo ad quē venerat, ita discedebat, vt eum valdè pœniteret non prioris decreto stetisse. Et iam ne tergo quidem abstinebant. Virgis alios cædebant alios securi percutiebāt, & ne gratuita crudelitas eorum esset, damnatorum bona pro arbitrio & libidine velut propria donabant. vt merito à M. Horatio Barbato forti & constanti viro in frequenti senatu Decemuirorum nomine dempto, Decem Tarquinij, appellati sint.

r Liuius li. iij.

i *Sufficere magistratus*) Nam nec vllam Comitiorum mentionem habebant, & quo die pro more debebāt se abdicare imperio, vt noui magistratus crearentur, repente singuli, sicut diximus, cùm duodenis fascibus & insignibus regijs prodierunt.

Factio. Factios°. 14 k *Factio sua*) Hoc est qui cum eo conspirauerant.[s] † Equidem factio olim, & factiosus, honesta vocabula erant, inquit Festus. Vnde factiones histrionum & quadrigatiorum, antiquitùs dicebantur. Nunc verbo factionis, seditiosam conspirationem, & arma significamus. Tenuisti prouinciā, inquit M. Cicero per decē annos, nō tibi à senatu, sed à teipso per vim & factionem datos.[t] Et Tertulianus, cùm boni & probi, ait congregantur, non est factio dicenda; sed curia.[u] Crispus quoque Salustius, inter bonos, amicitiam esse scribit: inter malos, factionem.[x] Sanè propriè factio ad populum refertur, diuisionem ciuium in diuersa studia sonans: cùm scilicet ducem vnum multi sequuntur

s l. respiciēdū. §. delinquunt. ff. de pœn. — t Ci. ad Atti. — u Tertul. in Apologetico. — x Salust. in Iugurtha.

de qua memorabile Liuius te liquit præsagiũ. Factiones, inquit, fuêre, eruntque pluribus populis maiori exitio, quàm bella, quàm fames, quam morbi.[y] Inde factiosi, pro discordiarum & seditionum authoribus, quandóque tamẽ factionis verbo, res ipsa quæ fit, id est confectio significatur: inde factio testamenti, non apud Iurecõsultos modo,[z] sed etiam apud latinissimos authores. Quas is instituisset, inquit, M. Cicero, cui testamenti factio nulla esset.[a] hoc est, qui faciendi testamenti, non haberet potestatem.

y Liuius li.iij.
z l.iij.ff.de test. §.testamẽti. de hered.quali.
a Cic.in Topi.

l *Retinerent*) Opinio sine authore exierat, vt Liuius ait, non in præsentis modò temporis iniuriam, eo conspirasse: sed fœdus etiam clãdestinum inter ipsos iureiurando ictum, ne comitia haberent, perpetuóque Decemuiratu, possessum semel retinerent imperium.[b]

b Liuius li.iij.

m *Secessionis*)† Hæc est secunda Plebis à Patribus Secessio: quæ Romæ facta est, anno ab vrbe condita cccv. & ab exterminatis regibus lx. qua Tribunitiam potestatem & prouocationem duas arces libertatis, per Decemuiratum ademptas repetiit populus.[c] Prior verò Secessio contigit anno conditæ vrbis cclx. & à regibus pulsis xvj, per quam, vt duo Tribuni plebis crearentur, quibus potentiæ Consulum & Patriciorum occurreretur, populus obtinuit.[d]

15 *Secessio prima & secunda.*

c Liuius li.iij.
d §. deinde cũ esset. 3. hac l.

n *Virginius*) Nota est historia, quam & nos attigimus suprà, † L. Virginius vir plebeius, cæterùm rei militaris peritissimus, filiam quam habuit honestissimã, & forma præcellentem, L. Icilinio tribunitio desponderat: eã cũ Appius Claudius decemuir (qui cum Sp. Oppio collega, cæteris in expeditionẽ aduersus Sabinos, & Equos profectis in vrbe remanserat) miserè deperiret, nec pretio, nec minis in suam libidinem pellicere potuisset: M. Claudium clientem suũ supposuit, qui virginem seruam esse diceret, velut domi suę natam, furtóque inde in Virginij domum translatam. Pro qua cùm P. Numitorius puellæ auus, & Icilinius sponsus cæteríque amici, absente patre Virginio (qui tum honestum in exercitu ordinem ducebat) postularent, vt lege ab ipso lata vindicias Appius daret secundum libertatem contra decemuir, secundum seruitutem, Vindicias decreuit, corámque & in os Virginij, qui iam ex castris redierat, decretum postero die confirmauit: Lictori præcipiens vt turbam submoueret: darétque viam domino, ad prehendendum mancipiũ dominúmq; allocutus, tu habens ancillam Claudi, inquit, duc eam per forũ timens neminem: erunt enim tibi comites, duodecim secures Appij: qua re turbatus Virginius, concipit animo facinus amarum sanè patri, cęterùm libero viro dignum. Petita nanq; amplectendi filiam & colloquendi cum ea venia: paulatim illam subtrahens vbi prope tabernam lanij cuiusdam fuit, liberis melius carere ratus, quã cõtumelia: arrepto cultro de mẽsa lanionis, cùm dixisset, *Liberam te & honestam filia, ad manes progenitorũ mitto: atque hoc te vno quo possum modo in libertatem vendico.* pectus puellæ, pius parricida transfixit. respectánsque ad tribunal: *Te Appij, tuúmque caput,* inquit, *sanguine hoc consecro.* Tũq; Numitorius & Icilius sublatum exangue corpus populo ostentarunt. & nefarium Appij factum grauiter incusantes plebem ad miserationem commouent. Quæ sceleris atrocitate partim concitata, partim spe per occasionẽ repetendæ libertatis montem Auentinũ, occupauit armata, Indéq; M. Duellio suasore in sacrum montem vrbe deserta transiit, neq; prius armis destitit tueri libertatem, quàm Decemuiri se magistratu abdicassent.

16 *Virginij historia.*

Virginij parricidæ verba

o *Appium Claudium*) Fuit hîc vnus ex primis etiam Decemuiris: qui omnes in fine anni, vltrò magistratu abierunt. solus hic Appius Claudius miris commentis imperium sibi prorogari curans, cùm comitiorum habendorum munus illi fuisset data opera iniunctum, ne semètipsẽ creare posset: in comitijs non erubuit se cum alijs nouẽ quos nominauimus suprà, decemuirũ dicere. Qui sanè vir, alioqui fuit ingenio & prudentia perspectissimus, si non eũ incessisset dominandi cupido: & cuius maximum in ferẽdis, describẽdísq; legibus consilium fuit.[e] nec dubiũ, quin leges multũ ei debuisent, recta sequẽti:

Appij Claudij calliditas

e §. fuit autem imprimis suprà hac l.

Appiani ta.

cuius

cuius inter cætera hanc fuisse sententiam ferunt. *Homines bello excitari ad virtutem: pace verò ad voluptates rapi. Ex quibus rerumpublicarum exitium nasscitur.*

p *Contra ius*) Appij cæterorúmque Decemuirorum opera in xij. tabulas translatum: quo cautum erat, vt si ex libertate vocaretur quis in seruitutem, frueretur interim ille datis saltem vadibus commodo libertatis.[f] Quæ fuit etiam Iulij Pauli sententia. Nam ordinato, inquit liberali iudicio, liber interim habetur, donec negotium sententia diffiniatur.[g] Idemque sanxit Imperator. Hoc ius cùm Appio Claudio proponerent aduocati puellæ, Postulantes lege ab ipso lata, vt Vindicias pro libertate decerneret:[h] Appius legem calumniatus est, quasi ad hunc casum non pertineret, præfatus enim quàm libertati fauisset: ex ea lege firmum ita libertati fore præsidium declarauit, si nec causis nec personis variet. in his enim quæ asseruntur libertatem, id iutis esse in ea quæ in patris manu sit, neminem esse alium, cui dominus in possessione cedat. Falsus interim Appius vbi appareret pater libertatis filiæ assertor, & cum eo, is qui se puellæ dominum contenderet, non alium quàm patrem possessurum. sed cùm pater abest, dominum esse potiorem.

Liberale iudicium

f Halic. lib. xj.
g l. ordinata. versi. & plerisq. ff. de liber. caus.
h l. nō ideo minus. Lite. C. de lo. iu.

q *Quod ipse*) Appius Claudius vir alioqui, sicuti dictum est, & ingenio & prudentia clarus: cuiusque maximum fuit in perscribendis xij. tabulis consilium.[i] Cæterùm amplitudine potestatis nimium inescatus, cùm animum ad tyrannidem conuertisset, non dubitauit legem quam ipse paulo ante tulerat, insolenter violare.

i d. §. fuit autē.

r *Ex vetere iure*) Quod Decemuirorum opera fuerat in xij. tabulas translatum.

17 ſ *Vindicias*) †Hoc est ius & commodum possessionis (Galli recredentiam vocant) sic appellatum, vt Pędianus ait, quod is apud quem res pendente iudicio remanebat, vindicem, id est prædem, & satisdatorem locupletem dare deberet, nihil in re possessa & controuersa deterius interim facturum.[k] Lis Vindiciarum, inquit ille, est cùm de ea te apud prætorem litigatur, cuius incertum est, quis debeat esse posseſsor: & ideo qui eam tenet, satisdat pro prę de litis Vindiciarum, aduersario suo quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione facturum, de qua iurgium esset. Rursus sponsione ipse prouocatus ab aduersario certæ pecuniæ aut ęstimationis quam amittat, ni sua sit res, de qua contendit. Quibus satis conuenit, quod à M. Antonio rescriptum est, de eo à quo res fideicommissæ petebantur.[l] Seruius tamen Sulpitius, vindi-

18 ciam ab eo dictam scribit, quod vindicentur res, ex controuersia. †Hinc etiā Vindex, qui alterius causam suscipit vindicandam: vt aduocatus & procurator. Vnde Laurea Tullius, apud Plinium, de villa Ciceronis, in qua fontes calidi salubres oculis exuperant.[m]

Vindiciæ Vindex.

Vindicia Vindex.

k Ascon. Pædia. in ora. Ci. in Verrem. lib. iij. ad fin.
l l. postquā. §. j. ff. vt le. no. ca.
m Plin. li. 31. c. 3.

Quod tua Romanæ vindex clarissime linguæ,
Sylua loco melius, surgere iussa viret.

Et lex Aelia Sentia, assiduò vindicem assiduum esse iubet. Proletario verò quemlibet.[n] quasi lex hoc dicat locupletis causam tractati agíque debere in iudicio per locupletem: pauperis autem negocium, à quouis inope agi

19 posse, neque paupertatis prætextu repelli. †Vt enim assiduum ab esse dando siue tributo conferendo pro locuplete veteres posuisse dubiū non est, ita cō

20 stat ab eisdem inopes, tenuísque fortunæ homines† proletarios nuncupatos quasi ptole tantùm gignenda, non etiam pecunia, Rempublicam iuuare possent. Proletarii, inquit Nonius, dicti sunt plebeii, qui nihil Reipublicæ exhi-

21 beant, sed prolem tantùm sufficiant. †His paulò inferiores fuêre Capite censi, qui nullo, aut perquàm paruo ære censebantur.[o] Vindicem autem dixerunt, quasi forensem procuratorem aut patronum.[p] Instabant itaque Virginię puellę aduocati, ab Appio vindicias secundum libertatem decerni: Hoc

Assiduus.

Proletarius. Vindex. Capite censi.

n Cic. in Topi.
o Gell. li. 16. c. 10.
p Boet. in top. Cicer.

est vt interim cùm de statu eius disceptabatur, ipsa datis saltem vadibus potiretur libertate.

t *A se*) Nimirùm à Virginio patre, cui non decreuit Vindicias secundum libertatem Appius. Imò contrà pro seruitute M. Claudio clienti, quem suppo fuerat, vindicias dedit.

v *Abdixisse*) Magnus ille Budæus, splendidum nostri seculi ornamentum, non *abdixisse*, sed *abiudicasse* legendum admonet. † Est enim abiudicare rem controuersam per sententiam auferre, & alteri tradere. quòd si ita legamus nihil moror. cùm eum sibi libertatem abiudicasse M. Cicero dicat, qui semetipsum condemnat, quòd non sit liber. Hoc iudicat, inquit, cùm is qui in seruitute iuxta fuerit, censu liberetur, eum qui cùm liber esset censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse.[q] & alibi, nulla res per triennium, nisi ad nutum istius iudicata est: nulla res cuiusquam tam patria atq; auita fuit, quæ non ab eo imperio istius abiudicaretur.[r] cęterùm non valde repugno quominus hoc loco, *Abdixisse* legi possit, nam & huic lecturæ pandectas Florentinas consentire docti viri testantur.[s] † & abdicere, idem est quod repudiare & reiicere: cuius contrarium est addicere, quanquam vtrumque verbum Auguribus peculiare videatur. Etenim addicere, tum dicuntur aues, cum aliquid faustum, fœlixque pollicentur. Abdicere autē cum aliquid vel nūquàm futurum, vel infœliciter cessurum significant. Cùm in quatuor partes, inquit M. Cicero, vineam diuisisset, trésq. partes aues abdixissent, quarta parte quæ erat reliqua in regione distributa mirabili magnitudine vuam vt scriptum videmus, inuenit.[t] Neq. porro desunt qui totam hanc periodum sic legant,[u] *Vindicias filiæ suæ à se abiudicasse, & ei qui in seruitute, ab eo suppositam petierat, addixisse*. Quam lectionem disertam fateor, & luculētam. Verùm illi exēplarium omnium fides repugnat.

22 Abiudicare.

23 Abdicere Addicere

q Cic. pro Cæci.

r Cic. actio. 3. in Verrem.

s Anto. Aug. li. 3. emend. c. 3.

t Cic. 1. de diui.

u Alc. l. pecun. §. actionis. ff. de uerb. sign.

x *Secundum eum*) M. Claudium, Appii clientem, cui Appius negociū dederat, vt Virginiā in seruitutem assereret, neq. cederet postulantib. vindicias, secundum libertatem.

y *Dixisse*) Vindicias subaudi. Nanq. decreuit Appius Decēuir, vt interim dū Virginia status sui quęstionem patiebatur, in assertoris Claudij manu & potestate esset, contra legem ab ipso latam, qua censuerat, vindicias secundum libertatem dari debere.

z *Amore virginis*) Nihil sicuti Iustinianus dicebat, † amoris furore vehementius,[x] vt non illepidè iunior ille Mantuanus de illo dixerit. 24 Amoris furor.

x §. illud. quib. mo. nat. effi. l. col. 6.

Ludit Amor sensus oculos perstringit, & aufert.

Amorem Venereum intelligo, quem præclarè Seneca diffiniuit, esse rationis obliuionem insaniæ proximum fœdum, & animæ minimè conueniētem, vtpote qui turbet consilia, altósque & generosos spiritus frangat. ac à magnis cogitationibus, ad humillimas detrahat. Cuiusce rei locupletissimum præbet nobis exemplum Solomon, quem amore mulierum, adeo vsque obcæcatum fuisse ferunt, vt templum idolis fabricarit.[y] Vnde & aliquando cecinit ipse, vinum & mulier, faciunt apostatare sapientes.[z] Ardentissimo certè furore, inquit Plato, & maxima petulantia istiusmodi voluptas homines vrit, & agitat,[a] cui accedunt ineptia, stultitia, temeritas, incogitantia, cupiditas, petulantia, multiloquium, & pauciloquium. sicuti[b] graphicè Plautus scribit: tantæ leuitatis, inquit M. Cicero, & inconstantiæ, vt nihil videam quod putem conferendum.[c] † At amor honestus est, inquit Augustinus, animæ rationalis affectus, per quem ipsa, aliquid cum desiderio quærit & appetit ad fruendum. per quem & fruitur eo, & cum quadam suauitate interiori amplectitur, & conseruat adeptum.[d] Hoc autem inter amorem prauum & honestum, diuinus ille Plato sapienter interesse probat, quòd animi, & bonorum morum amator, per omnem vitam in amicitia perseueret: vtpote qui rem stabilem sectetur. Amator verò vulgaris, qui corpus magis quàm

Solomō.

25 Amor honestus, & prauus.

y 3. Reg. 11. c. Solomō 32. q. 4.

z Ecclesi. 19.

a Plat. li. 6. de legib.

b Plau. in mer.

c Ci. li. 4. Tusc.

d August. li. de amicitia.

quàm animum amat, ſtabilis nõ eſt: cùm rem minimè ſtabilem ſequatur. Vnde quàm primum concupita corporis ſpecies defloreſcit, abit nihil eorum quę promiſerat, ſeruans.[e]

a *Nefas miſcuiſſe*) Cum Appium Claudium Virginis ſtuprandæ libido cæpiſſet amore perditiſſimè ardens pretio, ac ſpe pellicere adortus, poſtquàm õnia, inquit Liuius, pudore ſepta animaduertit: ad crudelem ſuperbámque vim conuertit animum.[f] Ideóque dicit Pomponius eum amore virginis captum omne nefas miſcuiſſe. Nam vt ille ait.

e Plat. in conuiuio, ſeu de amore. Cic. li. 4. Tuſcu.

f Liuius li. iij.

Miſcuit omne nefas, quem nulla modeſtia terret,
Optati compos dum ſtudet eſſe ſui.
Non decus auertit, non lex diuinũue poteſtas:
Egit præcipitem cæcus ad omne furor.

b *Indignatus*) Virginius pater puellę.

Obſeruãtia. 26 c *Obſeruantia*) † Qua Vindiciæ, ſecundum libertatem decernebantur. Neſcio tamen, an Pomponius ſatis latinè, hoc verbo *obſeruantia* pro more & conſuetudine fori ſit vſus: cùm obſeruantiæ nomine ſoleant latini authores, venerationem, cultum, & reuerentiam erga ſuperiores ſignificare.[g] Obſeruantia, inquit M. Cicero, eſt per quam ętate aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur, & colimus.[h]

g Laurẽ. Val. lib. iiii. c. iij.

h Ci. de inuẽtio.

d *Conſul fuit*) Nemo neſcit exactis regibus duos conſules comitiis centuriatis creatos fuiſſe, L. Iunium Brutum, & L. Tarquinium Collatinum. Brutum que tantum glorię pulſo Tarqui. rege, meruiſſe, vt concedente collega prior faſces habuerit.[i] Quod & nos expoſuimus ſuprà.[k]

i Liui. li. j. in fi. & prin. lib. ij.

k §. exactis. ſ. bacl.

Põponii lapſus. e *Vindicias*) Hęc ſimilitudo, (bona Pomponius venia dictum velim) parum conuenire videtur, cùm non diſceptaretur de vindiciis ſtatu, nemóque eum ſeruum negaret. quamuis Vitellii, aut vt Plutar. ſcribit, Aquilii poſtularent, eum ſibi reſtitui, indignum allegantes apud accuſatores pendente iudicio ſeruum indicem eſſe.[l] Vnde nec probè dici poteſt, tum decretas vindicias.

l Plut. in Publi.

Vindicii Serui hiſtoria. 27 f *Vindicij*) † Tarquinius rex eiectus, per legatos proditionem clam ſtruebat: qui ſub bonorum recuperandorum prætextu, moram Romæ trahentes, iam duas Vitelliorum familias corruperant, Marci nimirum, & Manilij, totidemque Aquiliorum, Lucij ſcilicet, & Marcij: præterea Titum Tiberiumq́. filios Bruti conſulis. Decreuerant autem magno etiam & horrendo iureiurando, conſules obtruncare: Tarquiniumq́ue regem in vrbem noctu introducere, ac de ea re tota literæ ad Tarquinium datæ, vt pignus fidei eſſent. Verum conſpirationis conſilium Vindicius Vitelliorum ſeruus, qui ſe non ad eam rem tamen illic occultauerat, ad conſules detulit. Accuſati proditores Vindicium ſeruum ſibi reddendum, nec apud accuſatores aſſeruandũ, contendebant. Contra verò Brut. ſi Pomponio credimus; vindicias ſecundum libertatem decreuit. quin imò poſt dãnatos, & ſecuri percuſſos, omnium ſuffragiis proditores. Vindic. index pecunia ex ærario præm. j vice libertate præterea & ciuitate donatus eſt, ac ferendi ſuffragii, in quacunque vellet tribu poteſtate.[m]

m Hali. li. 5. Liuius li. ij. Plut. in Publicola.

g *Vitelliorum ſerui*) Vitelli patricii fuerunt, & Collatini conſulis nepotes. quorum ſoror nupta fuit L. Iunio Bruto.[n] planè Vindicium, nõ Vitelliorum, ſed Aquiliorum ſeruum fuiſſe, contra Pomponium noſtrum, Plutarchus innuere videtur, cùm in Aquiliorum domum deſertam & obſcuram valdè, tractãdæ coniurationis gratia, proditores conueniſſe ſcribit: ibíque Vindicium latuiſſe, non ex induſtria tamen, ſed cùm intus foret, illis ingredi feſtinantibus, timens ſe oſtendere, ſubſtitiſſe: & capſa quadam, quæ fortè aderat, ſe protexiſſe, & non multò poſt idem author Aquilios accuſatos refert poſtulaſſe Vindicium ſeruum ſibi reddi.[o]

n Liuius lib. ij.

o Plut. in Publico.

Fuluia. h *Indicio ſuo detexerat*) Sic Fuluiam mulierem, Catilinæ coniurationem in-

dicio suo detexisse,& M.Tullium instruxisse,Papi. ait.[p] vt intelligamus †in- 28
dicio detegere,aliud esse nihil,quàm occulta facinora aut futurorum consi-
lia delictorum certo aliquo signo,aut argumento patefacere,ac demonstra-
re.[q] Forti post paulò insontes,inquit Liuius,cùm scirent ipsi opinionem om-
nium,ac pro indicio vsi,Zeusippum & Pisistratum nominauerunt: nullo ad
iecto,cur scire quicquàm viderentur argumento. Zeusippus tamen cum
Stratonita quodam nocte perfugit.Tanagram suam magis consciẽtiã,quàm
indicium hominum nullius rei consciorum,metuens. Pisistratus spretis indi
cibus,Thebis mansit.seruus erat Zeusippo, totius internuntius & minister
rei,quem indicem Pisistratus timens,eo ipso timore ad indicium protraxit.[r]
Nec ignotum indicii verbo,signum & argumentum alicuius criminis signi-
ficari.Quas notas scelerum inquit M.Cicero quæ indicia parricidiorum,re-
perietis.[f] Asconius Pædia.tamen grauis author,indicium propriè esse dete-
ctionem criminis ab eo factam, cuius ipse conscius fuerit, tradere videtur.
cum†indicem esse dicit, qui facinoris cuius ipse conscius est, latebras indi- 29
cat,impunitate proposita.[t] cui satis consentit,Donatus Grammaticus indiciũ
censens eius esse,qui vna peccauerit.[u] in quam sententiam noster Budæus pu
tat Martianum dixisse,indicium profiteri pro eo scilicet, quod est vltro sese,
[x] criminísque socios indicare,& apud iudicem deferre. sed mihi hæc inter-
pretatio paulò durior strictiórq. videtur,quàm vt præsertim ad Martiani ver
ba recipi debeat,quæ hæc sunt. *Quìue cùm magistratus esset,publicòue iudicio præ-*
esset,operam dederit,quo quis falsum indicium profiteretur. Quæ enim quæso nos
cogit hoc loco necessitas,vt indicij falsi professorem conscium,participém-
que criminis fuisse,auguremur? nulla sanè, vt mea fert sententia, cùm &
indicium,frequentiùs accipi videam pro quacunque criminis delatione, de-
tectionéque. Equidem procliuior sum,vt in eum sensum Plinius iunior, ne-
poti suo per literas Arriæ vxoris Pœti memorabile factum multis commen-
dans,illa verba *Indicium profiteri.* vsurparit, cum inquit, eadem Arria apud
Claudium vxori Scribonia.cum illa profiteretur indicium. Ego inquit,te
audiam cuius in gremio Scribo.occisus est,& viuis.[y]

i *Putaret*)Quod ad castra reuersus Virginius eleganti oratione ad commi-
litones expressit: eos orans, ne quod scelus Appij Claudij erat,sibi adscri-
berent,néue se vt parricidam arguerent. sibi vitam filiæ suæ, propria fuisse
chariorem: dicens, si pudicè illi viuere velut liberum fuisset. at cùm velut
seruam ad stuprum rapi vidisset:morte amitti eam, quàm tanta affici contu-
melia meliùs existimasse.[z]

k *Taberna.*)†Quia olim ædificia solis tabulis constabant & claudebantur. 30
omne ædificium habitationi accommodum Tabernæ nomine veteres de-
monstrârunt.[a] Indéque tabernacula, inquit Paulus, & Contubernales,qui
simul habitant appellati.[b] Posteriorum tamen vsus, postea recepit,vt Ta-
bernæ verbo,significetur locus in quo merces diuenduntur: non vinariæ
modò,sed aliæ omnes, quæ sunt popularis vsus.[c] indéque Tabernarios,non
vno in loco M. Cicero,dixit pro iis qui negociationes in tabernis exercent.
[d] Idémque Alphenus noster.[e] Portò tabernam ab officina sic Valla distin-
guit,†vt Officina sit vbi opera fiunt. Taberna, vbi facta opera, mercésque 31
venditantur.[f] Illa enim ab efficiẽdo dicitur: hæc à tabulis, in quibus res vena
les exponuntur.Quam differẽtiam,licet vsus recipere videatur, nostri tamẽ
Iurisconsulti non probant.[g]

l *Lanionis.*)Quo verbo significatur carnes frustulatim incisas publicè ven
ditans.[h] à laniandis & concidendis minutatim carnibus sic appellatus, & lo-
cus ille,vbi carnes sic inciduntur atque venduntur, Laniena propriè nuncu-
patur.quamquã à Neotericis, interdum is quoque locus Macellum, & illi
Macellarij dicantur.

m *Filiam interfecit.*) Mirum piè crudelitatis exemplum.sed elegantiora sunt
hac in re Liuij verba,quàm vt à me prætereiri possint. Tum Virginius,inquit
vbi,

p l. in quæst. ff. ad l. Iu. maiest.
q d. l. in quæst. & hic.
r Liuius li. 32.
f Ci. pro Sylla.
t Asco. Ped. j. act. in Verrem.
u Donatus in Eunuc. Teren.
x l. j. in prin. vbi Bud. ff. ad l. Corne. de sica.
y Plin. li. 3. epi.
z Liuius li. iij.
a l. taberna. ff. de ver. sign.
b l. indè. ff. de ver. sign.
c l. tabernã. l. taberna. ff. de fund. instruc.
d Ci. pro Flac. pro domo sua & in epistolis.
e l. si ex plag. §. j. ff. ad l. Aqui.
f Laur. Vall. lib. 4. c. 44.
g l. taberna. cũ l. seq. ff. de ver. sig. l. tabernã. ff. de fund. instr.
h l. cùm de lanionis. in prin. ff. de fũd. instr.

Indicio detegere
Indiciũ. Index.
Indiciũ profiteri.
Taberna. Tabernacula. Contubernales. Tabernarii.
Officina
Lanio. Laniena Macellũ. Macellarii.

vbi nihil vsquam auxilij videt, quæso inquit Appij, primùm ignosce patrio dolori, si inclementiùs in te sum inuectus, deinde sinas hic coram virgine nutricem percunctari, quid hoc rei sit: vt si falsò pater dictus sum, æquiore hinc animo discedam. data venia seducit filiam, ac nutricem ad tabernas, quibus nunc Nouis est nomen. atque ibi ab Lanio, cultro arrepto, *Dixit hoc te vno quo possum modò filia in libertatem vendico.* pectus deinde puellæ transfigit respectánsque ad Tribunal. *Te Appij tuúmque caput sanguine hoc consecro.* hæc ille.[i] *i Liuius lib. iij.*

n *In hoc scilicet.*) Quasi dicat, non malo animo, sed pudore dedecoris, Virginius pater, pius parricida, filiam in conspectu populi iugulauit.

A pro post. o *A cæde.*) Id est post patratam cædem filiæ ex notissima illa loquendi figura, qua præpositionem à, pro post, solemus vsurpare.[k] Qua de re alibi dictum est.[l] *k l. pater. ff. ad l. Cor. de adul.* *l §. quod ad ma gist. s. hac l.*

p *Filiæ cruore.*) Post prostratam miro exemplo in conspectu populi Romani filiam, Virginius quadringentis propè hominibus stipatus, qui indignitate rei accensi, se comites ei dederant, strictum etiam telum habens, & filiæ cruore hoc est sanguine respersus ad castra rediit, vbi supinas tendens manus ad commilitones lachrymosos concionem habuit filiæ suæ mortem & acerbissimũ suum casum grauiter deplorans.[m] *m Liuius lib. iij.*

Commilito. 32 q *Commilitones.*) † Qui simul in bello militant, à veteribus Commilitones dicti sunt. Hic adolescens, inquit M. Cicero, qui meus in Cilicia miles in Græcia commilito fuit.[n] Et Tranquillus, nec milites suos pro concione, sed blandiore nomine Commilitones appellabat. tanquam & ipse vnus esset ex numero militum.[o] Inde & Commilitium pro societate belli.[p] *n Cic. pro Deiotaro.* Commilitium *o Suet. in Cæsa.* *p l. hered. ff. de cast. pecul.*

Algidus mons 33 r *Algido monte.*) † Distat ab vrbe Roma xij. millibus passuum. hic mons, qui à vehementi, & assiduo frigore Algidi nomen accepit, ac eadem quoque ratione, Sylua quæ huic monti subiacet, Algida dicta est, seu vt Volaterranus habet, Alij Sylua. sic enim scriptum reliquit. Algidum in alto monte situm ex aëris algore propterea dictum, nunc Rocca Papæ, & veteris situ descriptionis, existimatur, syluáque proxima adhuc alij Sylua cognominatur.[q] Liuius tamen castra non in Algido, sed in Vecilio mõte fuisse scribit.[r] Senatus, inquit, nec plebem irritandam censuit, & multò magis prouidendũ, ne quid Virginij aduentus in exercitu motus faceret. Itaque missi iuniores pa.rum in castra, quæ tum in monte Vecilio erant, nuntiant Decemuiris, vt omni ope ac seditione milites contineant, & reliqua. Sed fortassis Algido monti, Vecilius quoque nomen fuit. *q Raph. Volaterra. lib. Geograph. 6* *r Liuius lib. iij.*

Legiones. Auxilia. Legio. 34 ſ *Legiones.*) † Non temerè legionis meminit hîc Pomponius, quòd ex Romanis tantùm ob repentinum belli tumultum milites selecti essent. Legiones enim Romanorum dicebantur, Auxilia sociorum. Est autem legio, sicuti Nonius & Varro docent, à delectu nuncupata: quia de aliis legeretur.[ſ] Cuius verbu totus hic exercitus, qui in Algido monte erat, significatur, vt & apud Plautum, cùm de Amphytrione Mercurius verba faciens, ait.[t] *ſ Varro li. iiij. de ling. lat.* *t Plaut. in Amphytrione.*

Is nunc Amphytrio, præfectus est legionibus.

Propriè tamen Legio, vt Vegetius disertè testatur, sex millia armatorum & ampliùs continet.[u] quamuis enim ab antiquitate prima, reipublicæ Romanæ legionem tria tantùm millia peditum, & trecentos equites habuisse constet, paulò post tamen, Romulo etiam ipso regnante, cùm aduenta ssent Sabini, duplicatum numerum fuisse, vt legiones singulæ peditum sex millium, & equitum sexcentorum essent, autor hor est Plutarchus.[x] à quo tamen Liuius dissentire videtur, dum tradit, primùm à C. Mario, cùm aduersus Cymbros moliretur arma, sex millium & ducentorum peditum, equitum verò trecentorum, legiones Romæ descriptas fuisse.[y] Vtcunque sit, exploratum habere *u Vegetius lib. ij. de re milita.* *x Plutar. in Romulo.* *y Liuius lib. 32.*

debemus, numerum militum in legione, non semper vnum, sed sæpè variarum: modóque maiorem, modo minorem, pro robore, próque militari magnitudine & occurrente Reipublicæ necessitate fuisse. Anno quippè ab vrbe condita ccclxxiiij quaternùm millium fuit. deinde duceni pedites additi:[z] postmodum sub T. Manlio quinum millium.[a] adiecti demùm pedites treceni, in secundo bello punico.[b] ante cuius belli denique finem habuit legio sex millia & pedites ducenos, equites verò trecenos.[c] Verum postea, sub eisdem consulibus, Q. Martio & Q. Seruilio, & eodem tempore legiones imparem numerum habuêre. nam quę in Italia reseruabantur, vt subitis casibus succurrerent, quina millia peditum, & ducenos habebant: equites trecenos. quæ verò in Macedoniam decretæ, sena millia peditum cum trecenis equitibus.[d] vt & non multo post sub C. Licinio consule ad L. Aemilium collegam iusso exercitum in Macedoniam mittere.[e] Ad hæc Polybius, Romani, inquit, quatuor legionibus exercitum complent. singulæ quæque legiones, quaternis millibus peditum constant, equitibus ducentenis. aut si quando ingens aliqua necessitas vrget, quinis millibus peditum, trecentenis equitibus.

Legio variata

z Liuius lib. 7.
a Liuius lib. 8.
b Liuius li. 26.
c Liuius li. 29.
d Liuius li. 43.
e Liuius li. 44.

[f] Postremò quando in legiones incidimus, non ignorandum militasse quãdoque Romanos viginti quinque legionibus: quæ tandem ad numerum sexdecim, sunt redactæ, reliquis exautoratis, inditaq́. illis fuêre non solùm ex ordine prima, secunda, tertia, &c. cognomẽta, quo dignosci possent: sed etiam fortuitò & plerunque imperatoris arbitrio, aut secundum prouincię nomen cui constituebantur, quod ex variis idoneorum authorum locis intelligere non est obscurum. legionis primæ meminit Imperator quam adiutricem Reipublicæ Romanę vocat.[g] quem locum Taciti verba luculenter explicãt. Fortè inter Padum, inquit, viámque patenti campo, duę legiones congressæ sunt. pro Vitellio vna & vicesima, cui cognomen, Rapaci, vetere gloria insignis è parte Othonis prima Adiutrix non ante in aciem deducta, sed ferox & noui decoris auida,[h] Fuit & alia Prima legio, cognomine Mineruia, cuius & Spartianus meminit. Quæ obiter annotare, propter curiosos placuit.

Legionũ nomina.

f Polyb. lib. iij.
g l. vltim. C. de cast. pecu. li. 12.
h Cor. Tacitus lib. 18.

t *Relictis ducibus*) Decemuiralibus. ij. autem erant, M. Cornelius, L. Minutius, T. Antonius, Decemuiri: qui in Algidum missi fuerant aduersus Equos.[i]

i Liuius li. iij.

u *Signa*) †Vexilia, in militari disciplina signa dicuntur ab effigie animaliũ, 35
quæ in illis depingi consueuerunt, sic dicta: omnis quippè imago signum est. Eorum autem, tria fuisse apud Romanos genera constat.[k] Aquilam, quæ totius legionis signum fuit: Draco, qui singularum cohortium: & Vexillum singulis centenariis tributum. Inde signifer, qui signa istiusmodi ferebat, dictus est. †Et Antesignanus, qui ante signa constituitur: signorum veluti defensor 36
& propugnator.

Signa. Aquila. Draco. Vexillũ. Signifer. Antesignanus.

k Vegetius li. ij. de re militari.

x *Auentinum*) †Vnus est ex septem montibus Romæ, qui sunt iuxta Tybe 37
rim, in quo Dianæ, bonæ Deæ, Mineruæ, Lunæ, Victoriæ, & Herculis, templa fuerunt. sic dictus ab Auentino rege Albanorum, qui illîc sepultus est.[l]

Auentinus mõs.

l M. Var. li. 4. de ling. lat.
m Ouid. li. 14. Metamor.

Vnde Ouidius.[m]

Fratre suo sceptrum, moderatior Acrota forti
Tradit Auentino: qui quo regnaret, eodem
Monte iacet positus, tribuitque vocabula monti.

Et alibi.[n]

n Ouidius li. iiij. Fastor.

Venit Auentinus post hos locus, vnde vocatur:
Mons quoque post illum tradita regna procæ.

Aut vt alij malunt ab Auentino Herculis filio. Sunt qui ab auibus, quòd eo se ab Tyberi ferrent aues. M. tamen Varro putat à vehendo sic appellatum.

etenim

etenim fuit hic mons paludibus olim obsitus ad quem nauicula homines vehebantur. Habuit autem hic mons primùm Murcei nomen à facello Murciæ Deæ sub ipsum montem posito. etenim veteres, vt Deam solertiæ & (Strenua Dea.) strenuitatis coluerunt, quam Strenuam dixere, ita socordiæ, & ignauiæ Deã,
(Murcia Dea.) 38 † quam Murciam nuncuparunt. Murcum enim & Murcidum antiqui ignauum, stultum, & inertem appellabant. vnde illud Stratiphoclis apud Plautum.[o] *Vbi murcide homo.* & fuisse quondam homines adeò timidos, & ignauos vt detrectandæ militiæ causa pollices sibi præciderent, (o Plau.in Epidico.)
(Murci homines.) 39 ideo iocaliter † Murcos nuncupatos, non contemnendi authores prodiderunt.[p] (p Cæl.Rhodig. li.18.c.21.)

y *Transtulerunt.*) Eunt, inquit Liuius, agmine ad vrbem & Auentinũ insidũt, vt quisque occurrerat, plebem ad repetẽdam libertatem, creandósq; tribunos plebis, adhortantes. alia vox nulla violenta audita est.[q] (q Liuius li.iij.)

(Decem. uirorum mors.) 40 z *Necatus.*) † Obierunt in carcere Appius Claudius, & Sp. Oppius: qui soli ad vrbem tuendam collegis in expeditionem contra Sabinos & Equos missis, cum Romæ remãserant, cùm Virginiam puellã Appius ministerio Clodij clientis sui à patris cõplexu arripere tentauit. E go sedata patrũ ac plebis discordia Virginius plebis tribunus creatus Appio diem dicit. cúmque stipatus patriciis iuuenibus in forum Appius descẽdisset, Tribunorũ iussu quamuis iterũ, ac sepiùs prouocans eśque denegata inquit, Halicarnas.[r] dandi va- (r Halica.li.11.) (Appius mortem sibi consciscit.) des potestate, in vincula coniectus est, & priusquam prædicta dies adesset, mortem sibi laqueo, sicuti Liuius testatur miserabiliter consciuit.[t] tametsi (s Liuius lib.iij.) non desint, qui iussu Tribunorum eum extinctum referant. Cæterùm ad declinandam inuidiam tribunos de voluntaria vi rumorem dissipasse. Subinde Sp. Oppius inuidiæ proximus, quòd in vrbe fuisset, cùm iniustæ vindiciæ ab Appio collega decernerentur: in carcerem quoq. ductus est: & ante iudicij diem eodem quo Appius fato, aut vt alij malunt, naturali morte finẽ ibi vitæ fecit. vtriusque Clodij. & Oppij bona publicata.[t] (t Liuius lib.iij.)

(Pōponii lapsus.) a *Exilium actis*) Cæteri tyrannidis socij numero octo grauiorem pœnam & calamitatem subterfugere cupiẽtes, sua sponte in exiliũ abierunt. quorũ itidem bona publicata fuêre. vt nõ satis fideliter Pōponius hic historiã percensere videatur. cùm Decemuiri, neq; necati populi iussu, neq. in exilium acti fuerint. Nam ex duobus, qui in vincula coniecti sunt alter, nimirum Appius, mortem sibi consciuit: alter Oppius scilicet, interiit morte naturali, aut eodẽ quo Appius fato, sicuti diximus. cæteri verò collegæ sese exilio voluntario mulctauerunt. Quod autem ad M. Clodium, Appij cliẽtem pertinet, qui ab Appio suppositus, Virginiæ assertor fuerat, die dicta damnatus est. cæterùm cum is facinus in Appium iniquè agere iubentem, pertinaciter referret: Virginio remittente mortis pœnam Tybur exulatum abiit.[u] Sed & vehementiam amoris si tum vixisset Appius, in eo fortè Virginius excusasset. nam & (u Halica.li.ij. Liuius. li.iij.) Tiberius Cæsar, Mundum, qui sub specie Anubis Dei, & in Isidis templo, Paulinam & virtute & maiorum dignitate conspicuam corruptis per Idam libertam sacerdotibus stuprauerat: exilio tantùm damnauit. indignum eum grauiore pœna iudicãs, qui amoris ardore deliquisset: cùm tamen templo cumprimis fundius euerso Sacerdotes cum Ida, in crucem adegisset, & statuam Isidis in amnem Tyberim iactari præcepisset.[x] Ex his autem obseruẽt Tyranni qui sibi Regis Cæsaris, aut principis nomen falsò vendicant, quis sit tandem exitus iniustæ dominationis. (x Ioseph.li.18. antiq.Iudaica. c.7.)

b *Suum statum recepit*) Exactis Decemuiris ad prioris formam regiminis reditum est. Creati siquidem primum à Q. Furio Pont. Maximo comitia habente, Tribuni plebis, ac mox M. Duillius vnus tribunorum de consulibus creandis cum prouocatione rogationem pertulit per Interregem. túmque Consules creati M. Horatius Barbatus, & L. Valerius Potitus: per quos accepto magistratu veterem suum statum respublica recepit: anno ccc v. ab vrbe condita, & ab exterminatis regibus lxj.

§. DEINDE CVM POST.

Deinde cùm poſt aliquot annos, quàm xij. tabulæ[a] latę ſunt, & plebs contenderet cum patribus:[b] & vellet ex ſuo quoque corpore conſules creari, & patres recuſarent.[c] factum eſt, vt Tribuni militum[d] crearentur. partim ex plebe, partim ex patribus conſulari poteſtate.[e] híque conſtituti ſunt vario numero: interdum enim ſeni fuerunt,[f] interdum plures, nonnunquàm pauciores.

SVMMÆ.

1 *Lex 12. tab. quo tempore.*
2 *Lex de maritandis ordinibus.*
3 *Tribuni militares quando creati.*
4 *Conſules vitio creati.*
5 *Comitiati tribuni.*
6 *Rufuli.*
7 *Rutuli.*
8 *Tribunorum militarium numerus.*

a *Vodecim tabulæ*) Decem † legum tabulæ perlatæ ſunt à primis illis Decemuiris, anno ccciij. ab vrbe, & ab explosis regib. lix quo mutauerat ſtatum reſpublica de Conſulari poteſtate ad Decẽuiratũ. Cæterùm quoniã adhuc duas deeſſe tabulas vulgò perſuaſum eſt: alij Decemuiri ſequenti anno ad eas deſcribendas creati ſunt: qui cùm hoc perferendarum legum colore tyrannidem occupare niterentur, ac omnia libidinosè agerent, tandem vt iam narrauimus,[a] exterminati ſunt: recipiẽtíque veterem ſtatũ republica, conſules creati. ſub finem anni cccv. conditæ vrbis, & lxj. à regibus eiectis M. Horatius Barbatus, & L. Valerius Potitus, qui contra Equos Volſcóſque ſumma vi parantes bellum in Romanos à Senatu populóque Romano miſſi, priuſquàm exirẽt vrbe, leges Decemuirales, quas xij. tabularum dicimus, in æs inciſas, publicè propoſuerunt. Quamuis non deſint, qui iuſſu tribunorum, Aediles, eo miniſterio functos, ſcribant.[b] Hincque patet aberraſſe tota via, qui legem xij. tabularum latam, & abſolutam, anno. ccclj. ſcriptum reliquerunt:[c] Accurſium nihilominus ridentes, qui ſeriem annorum, falsò collegerat. 1 *Leges xij. tabu. quo tempore latę*

a §. precedẽti. *b Liuius li. iij.* *c Vdalri. Zaſ. hic.*

b *Cum patribus.*) † Inter leges Decemuirales vna erat de maritandis ordinibus, quæ ne connubiũ eſſet patribus cũ plebe edicebat: cõtra quam C. Canuleius Tribunus plebis anno cccix. ab vrbe, & lxv. ab exturbatis regibus rogationẽ promulgauit ſimul atque vt Conſul ex plebe fieret. Quod cùm grauiſſimè ferrent patricii, in ſummas & acres contentiones res perducta eſt. Tandem tamen victi patres, vt de promiſcuis cõnubiis lex ferretur, conceſſere. De Conſulibus verò creandis cùm nihil ex vetere more immutari conſentirent: eò ventum eſt, † vt tribuni militum conſulari poteſtate promiſcuè ex patribus & plebe crearentur.[d] Sequentíque anno, qui fuit trecenteſimusdecimus, quàm vrbs Roma condita fuit, primum Tribunatus militaris magiſtratum pro Conſulibus inierunt A. Sempronius Attatinus, L. Attilius Luſcinius, & T. Cæcilius Siculus: † quamuis tertio poſt menſe perinde ac vitiò creati (quòd C. Curiatius, qui comitiis eorum pręfuerat, perperàm cepiſſet tabernaculum) honore abierint: ac mox ad Conſules reditũ, ſexque plus minus annis, ſine tribunis militaribus reſpublica fuit. Poſteà verò circiter annũ cccxvj. ab vrbe, & lxxij. ab exactis regibus, creati rurſus tres militum tribuni, & in iis L. Quintius Cincinnatus: rurſúſque ſequenti anno reditum ad Coſs. ac ita variè hi magiſtratus intermiſſi, vſque ad annum cccxxix. ab vrbe quo tribunatus militaris poteſtas pręualere omninò cœpit, vſque ad annum ccclxxviij. quo victi patres plebi conceſſerunt, vt ex eius quoque corpore conſul crearetur, quod paulò poſt latiùs differam.[e]

2 *Lex de maritandis ordinibus.* 3 *Tribun. milita. creatio.* 4 *Conſules vitio creati.*

d Liuius li. iiij. in prin. *e §. ſequenti.*

c *Recuſa-*

e *Recusarent.*) Atque ita, vt se morituros potius dicerent, quàm vt tantum dolotis admitti paterentur.[f] *f Liuius li. 4.*

Tribuni militares secundi ordinis.

d *Tribuni militum.*) Per hæc consilia, inquit Liuius, eo res est deducta, vt tribunos militum Consulari potestate promiscuè ex patribus ac plebe creari sinerent.[g] Porrò autem aliud tribunorum militarium genus fuisse neminem *g Liuius li. 4.* clàm esse puto: qui nulla præfectura in vrbe, sed in castris tantùm pollerent: quorum munus proprium fuit, milites in officio continere, eorum querelas audire, & manus compescere, ne quicquam raperent: vigilias circumire, claues portarum suscipere, & istiusmodi, quę Martianus noster accuratè percensuit.[h] Duo imperia, inquit Liuius, eo anno dari cœpta per populũ, vtraq; *h l. off. ci. ff. de re militar.* pertinentia ad rem militarẽ: vnum vt tribuni militum semideni in quatuor legiones à populo crearentur, quæ antea dictatorum & Consulum fermè fuerant beneficia: alterum vt Duumuiros nauales, &c.[i] Tribunorum quo- *i Liuius lib. 9.* que militarium, qui militibus præsunt Pædianus duo genera facit,[k] vnum *k Asco. Pedi. ij. actio Ver.*

Comitiati tribuni Rufuli.

5 eorum, qui Romæ in comitiis à populo designari solent, † ideò Comitiati nuncupati: alterum qui in exercitu creantur à Consule, vel Imperato-

6 re, † Ruffuli appellati.[l] quoniam, vt Festus ait, Rutilius Ruffus de illis pri- *l Liuius lib. 7.*

7 mus legem tulerit. postea tamen. vnius literæ mutatione, † Rutuli dici cœperunt.

e *Consulari potestate.*) Habebant ij tribuni militum, idem iuris & authoritatis, quod Coss. ijsdemque insignibus vtebantur. nempè lictorbus, fascibus, curuli sella, & Consulari prætexta.

Tribunorum numerus.

8 f *Seni fuerunt.*) † Sic cum Budæo nostro legere malo, quod enim vulgaris litera habet viginti, nusquam fando auditum est, præterquàm apud subdititiũ illũ Fenestellam, cui nihil aut parum tribuo. nec sanè verisimile est tot supremã tribunorũ imperia creata, quæ Decemuirorum exemplo exitium Reipublicæ facilè parare potuissent.[m] Primum tres patritios creatos, A. Sempronium, L. Attilium & T. Cœcilium, iam admonnimus. Deinde belli necessitatibus adauctis, cùm tres tantum sollicitudinis & negocij obire non possẽt, quatuor & postea quinque creati, ac demum sex. quinimo cùm Veiẽtes graui bello Romani premerent ad numerum octo tribunorum adauctum tribunatum legimus.[n]

m Alex. Neapolit. lib. 5. genial. die. c. ij.

n Liuius li. 5. in princ.

§. DEINDE CVM PLACVISSET.

Deinde cum placuisset creari etiam ex plebe[a] Consules: cœperunt ex vtroque corpore constitui. Tunc vt aliquo pluris patres haberẽtur,[b] placuit duos[c] ex numero patrum constitui: ita facti sunt Aediles Curules.[d] Cúmque Consules auocarentur bellis finitimis:[e] neque esset, qui in ciuitate ius reddere posset[f]: factum est, vt prætor quoque crearetur,[g] qui vrbanus[h] appellatus est, quòd in vrbe ius diceret.[i]

SVMMÆ.

1. *Consulatus quando plebi communicatus.*
2. *Aediles Curules qui primum.*
3. *Consules an ius dixerunt.*
4. *Tutelaris prætor.*
5. *Prætorum varia species.*
6. *Prouinciæ alis prætor.*
7. *Vrbana prætura præstantior.*
8. *Disceptator, disceptare.*
9. *Prætor an iudicaret.*
10. *Cognitio prætoria.*
11. *Prætor cur sic dictus.*
12. *Prætoris potestas.*
13. *Prætorum insignia.*
14. *Bebia lex.*
15. *Prætorum numerus.*
16. *Edictum perpetuum.*

Consulatus plebi communicatus.

a EX *plebe.*) Multis annis patres fortiter restiterunt, ne legem decõmunicãdo plebi consulatu Tribuni plebis perferrẽt. adeò vt solitudo magistratuum Romæ per quinquenniũ fuerit: anno videlicet vrbis. ccclxxix. vsq; ad

annum cccxxxiiij, Licinio Stolone, & L. Sextio Laterano, tribus plebis intercessione perpetua comitia intertubantibus. Cæterùm tandem victi patres anno ccclxxxviij.à condita vrbe,& cxliiij.ab exactis regibus abrogato tribunorum Militarium magistratu † plebi concesserunt, vt alter consul plebeius crearetur: primúsque de plebe L. Sextius Lateranus consul factus est.[a] vt satis mirari non possim,cur C. Licinium Stoloneum primum ex plebe consulem factum, Plinius iunior scriptum reliquerit. 1

Consul quis ex plebe primus.

a Liuius li. 6. in fine.

b *Haberentur*) Hoc est,ne in totum patres æquasse sibi plebem viderētur: quod consulem ex eius corpore creari concessissent.

Aediles curules. qui & cur primi creati.

c *Duos*) Duo primi Aediles curules, fuerunt Cn. Quintius Capitolinus, & P. Cornelius Scipio.[b]

b Liui.li. 7. in prin.

d *Aediles curules*) Veritatem historiæ videtur hîc deprauare Pomponius: cùm fuerit prætor ipse ob eam quam exprimit causam creatus: vt patres scilicet aliquo pluris haberentur: † non etiam Aediles curules,quos constitutos,Liuius scribit, vt ludi maximi fierent. Liuij verba hæc sunt. Cùm tamen per Dictatorem conditionibus sedatæ discordiæ sunt,concessúmque ab nobilitate plebi de consule plebeio, à plebe nobilitati, de prætore vno, qui ius in vrbe diceret ex patribus creando. Ita ab diutina ira tandē in cōcordiam redactis ordinibus:cum dignā eam rem senatus cēseret esse,meritóque id,si vnquam aliâs, Deûm immortalium causa libenter facturos, vt ludi maximi fierent,& dies vnus ad triduum adiiceretur, recusantibus id munus Aedilibus plebis conclamatum à patriciis est iuuenibus, se id honoris Deûm immortalium causa,libēter acturos, vt Aediles fierent. quibus cùm ab vniuersis gratiæ actę essēt,factum S. C vt duos viros Aediles ex patribus, Dictator populum rogaret: Patres auctores omnibus eius anni comitiis fierēt. hactenùs Liuius.[c] Sanè de Aedilium curulium munere & dignitate affatim suo loco dictum est.[d] 2

c Liu.li.6.in fi.

d §.itémque vt essent. i. hac l.

e *Bellis finitimis*) Hîc fuit vt video,patrum prætextus, quo prætoris dignitatem necessariam causabantur,verè tamen agebant, (quemadmodum iam dixit Pomponius de Aedilibus) vt aliquo pluris, quàm plebecula semper haberentur.

f *Ius reddere posset*) † Hinc manifestum est consules ab initio Romanæ reipublicæ ius dixisse. vnde & iudices & prætores appellati. Iudicem enim consulem appellari, inquit Liuius,quę refellitur interpretatio,quod his temporibus nondum consulem iudicem: sed prætorem appellari mos erat.[e] nec ignotum est Marij sextum tunc consulatum agentis iudicium,quo Tinnium vxori Fauniæ,licet impudicæ fœminæ, damnauit, dotem restituere, quòd cùm eam talem Tinnius sciret,nihilominus vxorem duxerat, & conuixerat diu.[f] 3

Consules an ius dixerint.

e Liuius li. iij.

f Plu. in Mario.

g *Prætor crearetur*) Isque ex patribus. Prætutā enim cum Aedilitate pro concesso plebi alteri consulatu patricii sibi quæsiuere. Fuit aūt is Sp. Furius M. filius:[g] eíq. vt aliquibus honoris insignibus prę1uceret curulē sellam & prætextā, vt consuli eadéq. auspicia esse voluerunt. Quo paulo post plebs turbari cœpit: nimirū animaduertens, pro cōsule vno plebeio, tres patritios magistratus curulibus sellis prætextatos tanquàm consules sedentes, nobilitatem sibi surrupuisse, prætorē quidē etiā iura reddentē,& collegā, consulibus, atque iisdē auspiciis, creatū. Eo factū, vt hic honos, non diu apud patritios māserit. Nam modico post tempore, cōmunicata quoq. prętura, vt consulatus cum plebe fuit:& Q. Publius Philo, primus de plebe creatus.[h] † prætorem porrò tutelarem, qui videlicet pupillis tutores constitueret, & ius diceret contra tutores, si quid illi fraudis in tutela administranda commisissent, primū princeps Antoninus Philosophus creauit: cum anteà tutores à consulibus poscerentur.[i] 4

g Liuius lib. 7. in princ.

h Liuius lib. 8.

Prætor tutelaris

i Iul. Capitol. in Antonino.

h *Vrbanus*) † Prętorum, tres fuisse videntur apud priscos Romanorum species. vrbanus, peregrinus, & prouincialis. de illis præsertim hîc agitur 5

Pretorū tres species.

quos

Prouincialis prętor.

6 quos iuri dicundo præfuiſſe Iuriſconſultus docet.[k] Prouinciales† verò prætores ad gubernandas, curandáſque prouincias cum exercitu mittebantur, qui & proprætores appellati: & frequentiùs proconſules. Equidem M. Cicero, Q. Thermum Bithiniæ proconſulem, proprætorem nuncupat.[l]

Vrbana prætura nobilior.

7 † Longè porrò cæteris præturis, vrbana ſemper antecelluit.[m] vnde & prætoris primi verbo, apud M. Ciceronem, vrbanum intelligimus.[n] nam cęteri, cum adiectione vel peregrini dicti ſunt, vel prętores prouinciarum.

k hic. et §. ſeq.
l Cic. li. ij. epiſt. fami.
m Plut. in Bru.
n Cic. pro l. manilia. et in Bru.

Ius dicẽs quis.

i *Ius dicebat*) Ad ius dicendum, prætor creatus eſt. vnde & ius dicentis verbo, prætorem ſignificamus.[o] quod & Teſpio ille Plautinus indicat. Epidico namque ius ſe dicturum minanti, Teſpio feſtiuè reſpondit, *Iam tu nobis præturam geris.*[p] quamuis ne prętoribus quidem ad ius dicendum creatis, re exigente, vacatio à belli adminiſtratione data ſit.[q] in iure verò dicundo prætor tantũ ſplenduit authoritate, vt penes eum omnis publici priuatiq́. iuris poteſtas fuerit. Sic enim in veteribus illis legibus, quas M. Cicero deſcriptas nobis reliquit, annotatum erat.[r]

o l. j. ff. de iuriſ. l. ſi filius qui. ff. de vulga.
p Plau. in Epidi.
q Liuius li. 23.
r Cic. li. iij. de leg.

Iuris diſceptator 1 *qui priuata* 2 *iudicet, iudicaríue iubeat,* 3 *prætor eſto.* 4
Iuris ciuilis cuſtos eſto. 5
Huic 6 *poteſtati parento.* 7
Quotcunque ſenatus creuerit, populúſue iuſſerit, tot ſunto. 8
Magiſtratus annui ſunto. 9

Sed non minimum operæ pretium facturus mihi videor, ſi ſingulatim harũ verba legum explicem: ex quibus tota prætoriæ authoritatis cognitio, vis, & poteſtas relucebit.

1 *Iuris diſceptator.*

Diſceptator.

Iuris diſceptator, propriè iudex dicitur, quod ius ipſum, hoc eſt verba, & ſen-
8 tentiam moderetur. † Etenim diſceptator rei ſententiæque moderatorem notat. nam inquit, M. Cicero, aut auſcultator eſt qui audit, aut diſceptator, id eſt rei, ſententiæque moderator.[s] Et diſceptandi verbum quamuis dialecticum videatur, Vnde Dialectica vt diſputatrix à Quintiliano, ſic diſceptatrix à M. Cicerone dicatur,[t] à noſtratibus tamen ad iudicem ſignificanter refertur, pro cognoſcere & iudicare. Et iſti inquit M. Cicero, eſt prępoſitus quæſtioni, qui hæc iuſtè, ſapientérque diſceptet,[u] & alibi. Si hanc cauſam in foro dicerem, eodem audiente, & diſceptante te.[x] Diſceptationémque, pro iuridiciaria cauſæ cognitione, noſter Vlpianus poſuit. Hæc omnia, inquit, habent diſceptationem prætoris, & pro vtilitate alimentarii, accipienda ſunt.[y]

Diſceptatre.

s Cic. in partitio.
t Cic. li. 4. Academ.
u Cic. pro Milone.
x Cic. pro Deiotaro.
y l. cùm ij. §. pe. ff de tranſacti.

2 *Qui priuata.*

In quibuſdam exemplaribus manu ſcriptis legitur, qui priuatò.

3 *Iudicaríue iubeat.*

Prætor an iudicaret.

9 Prætor† non ſolebat ſingulares priuatorum controuerſias ipſe iudicare (quibus potiſſimum dirimendis centumuiri fuêre poſtmodum propoſiti)[z] ſed ſuper iis dare iudicem: eidémque iuris, & æquitatis formulam præſcribere, quã ſequerentur, adhunc veluti modum. *L. Octauius iudex eſto ſi paret fundum Capenatem, quo de agitur ex iure P. Seruilij eſſe: neque is fundus, Q. Catulo petitori reſtituetur. Contrà ſi paret non Seruilij: ſed Q. Catuli ex iure eſſe: eum Seruilius Catulo dare, reſtituerée damnas eſto.*[a] Idque prætorum edicta ſatis indicant, quibus ſe iudicaturum nuſquam pollicetur prætor: ſed iudicium duntaxat, aut actionem daturum. Et cùm Vlpianus ſcripſit ius dicentis, hoc eſt prætoris officium latiſſimum eſſe. nam inquit, litigantibus iu-

z §. deinde cũ eſſet. vbi diceã.
a Cic. iiij. acti. in Verrem.

dices dare potest.[b] Dabat autem iudices plerunque eos, in quos litigatores consenserant,[c] quod & M.Cicero perpulchrè disserit. Neminem inquit, maiores nostri voluerunt, non modò de existimatione cuiusquam: sed ne pecuniaria quidē de re minima esse iudicem: nisi qui inter aduersarios conuenisset.[d] nonnunquam verò ex Centumuiris, quibus prætor ipse præerat. Et si rei grauitas postulabat, ex senatorio ordine. Cæterùm tunc iubente senatu, vt in Hispanorum causa. L. Canuleium prætorem, authoritate senatus fecisse Liuius author est.[e] Equidem fateor per se prætorem priuata nõnunquàm iudicasse negotia (nam dicebat lex nostra, *Qui priuata iudicet*) cùm scilicet ei videbatur, impulso puta, singulari, vel causę controuersæ, vel personarum litigantium fauore.[f] † tumque cognitio prætoria, per quandam veluti Anto- 10
nomasiam, dicebatur: & quandoque extraordinaria,[g] quod videlicet non ordinario iudicandi more, nec solemni dandorum iudicum ordine, sed prætor ipse solus per se cognosceret.

4 *Prætor esto.*

Sic à † præessendo dictus, vt Liuius ait, quod iuri dicundo præesset:[h] vel à 11
præeundo, quasi præitor, quòd præiret iure & exercitu, sicuti M. Varro maluit.[i] Veteres tamen inquit Pædianus, omnem magistratum cui pareret exercitus, prętorem appellarunt:[k] inde prætorium tabernaculum, eius dicitur, & prætoria cohors, quæ à prætore non discedat. Prætoria itē porta, qua prætor educebat exercitū. Deniq. prætoria familia, ex qua aliqui prætores fuerunt nullus tamen consul, qualis L. Murenæ familia, antequàm is consul fuisset. etenim eius proauus, & auus, prętores fuerãt, & pater ex prætura triumphauerat.[l] Sic & prætorium genus dicimus, ex quo maiores præturam gesserũt, ad consulatum tamen non peruenêre. Cedat, inquit M.Cicero, consulari generi prætorium: nec contendat cum prætorio equester locus.[m] Hinc etiam supra probauimus prędectos prætorio hodie appellatos.[n] pronotante id Pædiano.[o]

5 *Custos esto.*

Nõ ergo prętor habuit condendæ legis potestatem: vt potè qui iuris custos,
ac disceptator constitutus tantum fuerit. † Edicta tamen eorum pro legibus 12
recepta sunt.[p] Quod Liuius fortasse sensit, cùm ait, Penes hunc magistratum omnis publici priuatíque iuris potestatem fuisse, adeo vt nouum ius condere, & vetera abrogare facultas ei esset.[q] Itaq. prætor vrbanus ius dicebat, proponebat edicta, quibus si quid legibus scriptis non satis cautum erat, adiuuabat, supplebat, ac nonnũquàm corrigebat.[r] sępè etiam iudices dabat litigatoribus.[f]

6 *Huic.*

Sunt qui totum hunc locum ita legant, *Huic potestate pari, quotcunque senatus creuerit, populúsue iusserit, tot sunto.* neque enim certus erat prætorum numerus. Vnde pro Senatus populíque arbitrio, vel plures, vel pauciores creabantur. Equidem prætorum numerum alios super alios adiectis, adeo creuisse constat, vt decem & octo prætores in ciuitate, quandoque ius dicerent.[t] Sed certè vulgata quoque lectio quæ prætereà grauiorē, his verbis, *Huic potestati parento*, edisserit prætoris authoritatem, huic sensui conuenit.

7 *Parento.*

Huius magistratus imperio, parendum sanè fuit. cùm apud eum esset, sicuti diximus, omnis publici, priuatíque iuris potestas.[u] & absentibus Coss. summum in vrbe Roma, prætor tenebat imperium, senatum indicebat, comitiis præerat, rempublicam administrabat, ac de publicis quibuscunque rebus
consultabat. † Cuius insignia fuerunt trabea vestis, sella curulis ex ebore, qua 13
magistratus vehebantur in curru, & sex lictores cum fascibus, cum Coss. xij. haberent. quinimò paulò Aemilio, in Iberiam eunte, concessit populus Romanus

b l. j. vbi dicā. ff. de iurisdict.
c l. ij. §. j. ff. de iud. l. ex consensu. ff. de appel.
d Ci. pro Cluēt.
e Liuius. li. 43.
f l. j. §. j. ff. de rei vēdi. l. minor. ff. de euict.
g l. j & tot. tit. ff. de var. et extraordi. cogni.
h Liuius lib. 5.
i M. Var. li. 4. de ling. latin.
k Ascō. Pædia actio. 3. in Ver.
l Cic. pro Murena.
m Cic. pro Plā.
n §. populo. ā. hac l.
o Ascon. Pæ. iij. Verri.
p l. ius aūt. vbi dixi. ff. de instit. & iur.
q Liuius lib. 5.
r §. pretoriū inst. de iure natu. & l. ius autem.
f l. j. ff. de iuris.
t §. deinde Cornelius. ā. hac l.
u Liuius lib. 5.

Prætor quos dares iudices.
Prætor quando iudicaret ipse.
Cognitio prætoria.
Extraordinaria cognitio
Prętor cur sic dictus.
Prætoriū tabernaculum.
Prætoria cohors.
Prætoria porta.
Prætoriu familia.
Prętoriū genus.
Prætoris potestas.
Prætorū numerus
Prætoris potestas absentib. Coss.
Insignia prætorū.

manus duodecim secures: vt eius imperio dignitas consularis inesset.[x] *x Plut. in Aemilio.*

8 *Tot sunto.*

Bebia lex. Prætorũ numerus. 14 Quia prætor numerus, qui principio certus erat,† lege præsertim Bebia, quę à ternis ad quaternos creari permisit:[y] propagatis imperij finibus certum nõ 15 potuit habere numerum.† tot quippe quot erant, aut super adijciebantur prouincię, vel belli necessitas postulabat, creari oportuit,[z] Iubet hęc lex, tot esse pretores, quot senatui populóque Romano visum fuerit, non habita veteris numeri ratione. Nam & vrgentibus hincinde hostibus, cum ferro & armis decernendum foret, prætores ipsi, licet ad ius dicẽdum creati, belli curam suscipere coacti sunt, & prouincias sortiri, hísque & exercitibus, cum imperio præfuerunt.[a] *y Liuius li. 40* *z §. capt. 1. infra. hac l.* *a §. seq. & d. §. capta. & vtrobique dicam.*

9 *Annui sunto.*

Prætorum authoritas annua fuit: ac proinde constitutiones eorum, non plus anno durabant.[b] Qui multum tribuunt, inquit M Cicero, prætoris edicto, legem annuam esse dicunt: tu edicto plus complecteris, quàm lege: si finem edicto prætoris adferunt calendæ Ianuariæ, cur non initium quoque edicti Edictum perpetuũ 16 nascitur à calendis Ianuarijs?[c] † Posteà tamen lege Cornelia cautum, vt ex edictis perpetuis prætores ius dicerent. indeq; Saluius Iulianus, sub Adriano, ex collectis omnium prætorum edictis, perpetuum composuit, quod pro lege deinceps seruatum est.[d] sed id non vno in loco, aliâs tractauimus.[e] *b §. j. Instit. de perpe. & temp. act.* *c Ci. actio. ij. in Verrem.* *d l. 4. §. sed quã d. uiue. C. de veter. iur. enu clean. l. si quid seruum. C. de condi. indeb.* *e l. nam & ipsum. ff. de iusti. & iur. l. si emã. cipati. C. de col la.*

§. POST ALIQVOT.

Post aliquot deinde annos, non sufficiente eo prætore, quòd multa turba, etiam peregrinorum[a] in ciuitatem veniret:[b] creatus est & alius prætor, qui peregrinus appellatus[c] est ab eo, quòd plerunque[d] inter peregrinos[e] ius reddebat.

SVMMÆ.

1 *Peregrinus, peregrinitas.*
2 *Peregrini officium.*
3 *Peregrini vrbe prohibiti.*
4 *Numus ferreus.*
5 *Prætor urbanus & peregrinus.*
6 *Plerunque, dictio.*
7 *Incendium cuius culpa.*
8 *Prætoris peregrini iurisdictio.*

Peregrinus. 1 a *Peregrinorum)* † Peregrinus dicitur, qui in ea est ciuitate, cuius ipse nõ est ciuis, à peragrando sic dictus, quasi extra suam regionem peragret, & versetur. vnde M. Cicero, quòd Arpinas esset, Romæ peregrinus appellatus est.[a] qui sanè peregrini munus & officium alibi in hæc verba eleganter desPeregrini officiũ 2 cribit.† Peregrini & incolæ, inquit, officium est, nihil præter suum negotiũ agere: nihil de alieno inquirere: minimèque in aliena republica esse curiosum.[b] Sane peregrini in iure nostro dicuntur nonnunquàm, qui ius ciuitatis non habent.[c] quo etiam modò ad peregrinitatem redigi dicuntur, qui alienum solum habitantes in pœnam, Romani ciues esse desierunt[d] quos ideò hæredes institui non posse rescriptum est.[e] *a Ci. pro P. Syl la.* *b Ci. j. officio.* *c l. j. C. de hæred. instituen.* *d l. sed & si. §. liberos. ff. de in ius. vocand.* *e d. l. j. C. de hæred. instituen.*

b *Veniret)* Peregrinos ergo in suam ciuitatem admittebant Romani: quinimò Asyllum Romulus Romæ constituit, quo peregrinos in vrbem, velut tu-tum perfugium alliceret.[f] † contrà Lycurgus ne peregrinis voluptatibus Lacedæmonij corrumperentur, vsu ciuitatis peregrinos prohibuit: adeóque 4 instituit,† vt numo ferreo Lacedæmones vterentur, ne exterarum gentium commercio facilè corrumpi possent.[g] Peregrini vrbe prohibiti. 3 Numus ferreus. *f Asco. Pedia. act. ij. in Verr.* *g Plut. in Lycur.*

Prætor vrbanus & peregrinus. 5 c *Peregrinus appellatus)* † Primo Punico bello cum Attilius Galatinus extra Italiam duxit exercitum: quoniam tantum munus non poterat solus obire, duos prætores creauit: quorum vrbanam alter, & alter peregrinam iurisdictionem sortiretur.[h] Ille primus & maior dicebatur: hic minor appellatus est.[i] *h Liuius li. 19* *i Cic. pro lege Manilia & in Bruto Rhodig. li. 7. c. 8.*

d *Plerunque)* † Hoc est ferè semper, cuius expositionis passim lectorem admonere soleo: nam licet doctoribus leuiuscula videatur: magni tamen est in iure nostro momenti, eam siquidem Accursiani ignorantes miris sese crucibus afflixerunt, in duarum conciliatione legum: quę tamen obseruata dictionis *plerunque* proprietate planè concordant. Nãque dixit Alphenus, † incendia sine culpa habitatorum non contingere.[k] cui consentiens alibi Vlpianus incendia plerunque fieri, culpa inhabitantiũ scripsit.[l] neque verò ignoro dictionem *plerunque*, pro interdum, & nonnunquam, apud graues etiam authores quandoque vsurpari, cæterùm pertaiò. 6 Plerũque dictio. 7 Incendiũ cuius culpa.

k l. si vendita ff. de pericu. re. vend.

l l. iij. §. j. ff. de offi. præfect. vigil.

e *Inter peregrinos)* † Ac inter ciues & peregrinos, quod ex innumeris Liuianis locis, ni vererer tędio esse lectori, ostenderem, equidem tria aut quatuor loca reticere nequeo. Prætores, inquit Liuius, deinde prouincias sortiti, L. Apustius Fullo vrbanam iurisdictionem M. Acilius Glabrio inter ciues & peregrinos.[m] & alibi prætores prouincias sortiti sunt. T. Mœnius vrbanam, M. Licinius Lucullus inter ciues & peregrinos.[n] Deinde idem author, Decreti prætores, C. Decimius Flauus vrbanam, P. Cornelius Cethegus inter ciues & peregrinos sortiti sunt.[o] & alio in loco, Prætores deinde prouincias sortiti sunt. A. Attinius Serranus vrbanam, C. Cluuius Saxula inter ciues & peregrinos.[p] Denique de M. Iuuentio Talua prætore agens, is cuius inquit, inter ciues & peregrinos iurisdictio erat populũ aduersus Rhodios incitabat.[q] Hoc ipsum etiam indicat Cornelius Tacitus, dum Augustalium ludorum celebrationem ad eum prætorem translatam scribit, cui inter ciues & peregrinos obtigisset iurisdictio.[r] 8 Prætoris peregrini iurisdictio.

m Liuius li. 33.
n Liuius li. 39.
o Liuius li. 39.
p Liuius li. 42.
q Liuius li. 45.
r Cor. Tacit. li. j.

§. DEINDE CVM ESSET. II.

Deinde cùm esset necessarius magistratus, qui hastæ[a] præesset, Centumuiri[b] litibus iudicandis[c] constituti sunt. Eodem tempore & quatuor viri, qui curam viarum[d] agerent.[e] & Triumuiri Monetales,[f] ęris, argẽti, auri flatores.[g] & Triumuiri capitales,[h] qui carceris[i] custodiam haberent. vt cùm animaduerti oporteret, eorum interuentu fieret.

SVMMÆ.

1 *Hasta centumuiralis.*
2 *Hasta cur Romanis in iudicijs vsi.*
3 *Hasta pro Deo culta.*
4 *Quiris, Quirites.*
5 *Hasta pro auctione.*
6 *Centumuiri.*
7 *Septuaginta interpretes.*
8 *Quadruplex iudicium.*
9 *Parlamentaria cameræ.*
10 *Prætor centum viris præerat.*
11 *Centumuirorum iurisdictio.*
12 *Monetales, Monetarij.*
13 *Mensarij.*
14 *Flatores, flare.*
15 *Flauissæ.*
16 *Triumuiri capitales.*
17 *Triumuiri an iudicarent.*
18 *Triumuiri Epulones.*
19 *Epulare.*
20 *Epulonum numerus.*

a HAsta)† Hoc est Centumuirali iudicio, quod Romę clarissimum fuit à numero virorum, sic appellatum. Id autem Hastæ verbo, Pomponius significat: quoniam Centumuiri, cùm lites iudicaturi erant, hasta posita coibant in vnum: quod cùm ob magnum eorum numerum difficulter fieret, in duas hastas Centumuirale iudicium tandem diuisum est: quibus positis conueniebant iudicaturi.[a] Vnde Martialis[b]. 1 Hasta centũuiralis.

Hunc miratur adhuc centum grauis hasta virorum.
Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.

Et Tranquillus scribit Augustum instituisse Decemuiros, qui cogerent hastam centumuiralẽ: hoc est centũuiros, qui hasta in medio posita cõgregabãtur ad iudicia peragenda.[c] Maximus quoq; referens Titum longũ frustra conatum

a Quintil. li. 5. c. ij.
b Martial. li. 7. epigram.
c Sueto. in Aug.

natum hastæ iudicio, Tud.tani furiosi testamentum quo filius hęres scriptus
erat, subuertere magis enim Centumuiri, inquit, quod scriptum esset in ta-
2 bulis, quàm quis ea scripsisset, considerandum existimauerunt.[d] † Hasta au-
tem Romanos in iudicijs ideo vsos fuisse puto, quòd ea sit pręcipuum vt Sex
tus Pompeius scribit, armorum & imperij signum.[e] vnde apud veteres regij
3 fastigij insigne, diadematis loco erat. Quinimò si nonnullis credimus, † Ha-
sta fuit à prima antiquitate, vice Dei immortalis culta, per eámque iurari so-
litum, vsque adeò tum erat hastarum authoritas religiosa.[f] Potest illud quo-
que dici hunc hastæ morem in iudicijs Romæ quondam irrepsisse, in me-
moriam Romuli: quem assiduè hasta vsum fuisse ferunt. Vnde & Quirinus
4 appellatus. † Quiris enim prisca lingua, à Sabinis deducta, hastam notabat.
Ouidius.[g]

Siue quod Hasta Quiris, priscis est dicta latinis,
Bellicus à telo, venit in astra Deus.
Siue suo regi nomen posuêre Quirites:
Seu quia Romanus, vicerat ille Cures.

Cuiusce hastæ reliquiæ, in parlamenteis nostris curijs, hodie fortè visuntur.
Apparitores quippe, quos ostiarios vocamus, bacyllum manibus gestant, ve
lut præsigne, & symbolum iuridiciariæ authoritatis. Hinc autem fit manife-
stum, cur olim cùm Romæ bona ciuium publicè distrahebantur, in medio
5 figebatur hasta.[h] † cúrque Hastam pro auctione, hoc est publica bonorū ven-
ditione M. Cicero,[i] & pro vectigalium locatione, Liuius aliique vsurpârint,
Quas locationes, inquit Liuius, cùm senatus precibus & lachrimis publica-
norum victus induci, & de integro locari iussisset, Censores edicto summo-
tis ab hasta, qui ludificati priorem locationem erant, omnia eodem paulùm
imminutis precijs locauerunt.[k]
6 b *Centumuiri.*) † Romæ triginta quinque tribus erāt, ex quibus singulis tres
ad iudicandum eligebantur: qui licet vniuersi amplius quàm centum essent:
commodioris tamen locutionis gratia. vt Festus docet, Centumuiri sunt ap-
7 pellati. † Quod & de septuaginta interpretibus prodidit Augustinus, qui cū
duo & septuaginta essent, vt potè ex singulis seni, quo tamen faciliùs nomi-
narentur, Septuaginta nuncupati fuêre.[l] Auctus porrò temporis successu,
Centumuirorum adeo numerus fuit vt centum & octoginta quandoque se-
derint iudices: qui manente semper eodem Centumuiralis iudicij nomine,
8 in quatuor consilia diuisi fuerunt.[m] † Vnde quadruplex iudicium appellatū.[n]
Et eam, inquit Plinius iunior ad Tranquillum scribens, acturus adolescentu-
lus adhuc in quadruplici iudicio.[o] & alibi ad Romanum scribit Acciam Va-
riolam, ab octogenario patre, qui nouercam ei amore captus induxerat qua
druplici iudicio bona paterna repetijsse: sedisséque iudices centum octogin
ta. tot enim, inquit, quatuor consilijs colliguntur.[p] Ea autem consilia in basi-
lica Iulia agebantur, quę inter se, vsque adeò proxima erât, vt actiones vnius
tribunalis ab alio facilè exaudirentur, vt Fabius Quintilianus de Trachalo
oratore loquens, indicat. Certè cum Trachalus, inquit, in basilica Iulia dice-
ret, primo tribunali quatuor autem iudicia, vt moris est, cogerentur, atque
omnia clamoribus fremerēt, & auditum eū & intellectū, & quod agentibus
cæteris contumeliosum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus me
mini,[q] Plinius item Iunior, Affectabar Domitium Afrum, cùm apud Centū-
uiros diceret, grauiter & lentè, hoc enim illi actionis genus erat. audijt ex
proximo immodicum insolitúmque clamorem admiratus reticuit: vbi silē-
tium factum est, repetit quod abruperat: iterum clamor, iterum reticuit, &
post silentium cœpit, idem tertiò nouissimè quis diceret, quæsiuit, respōsum
9 est, Licinius.[r] Hinc † autem dici potest, distributionem illam classium, quæ
in curijs parlamenteis apud nostrates Gallos fit, in magnam cameram, cri-
minalem, Inquestarum, & Requestarum (sic enim vocant) emanâsse.[s] Huius

Hastæ cur Romani in iudicijs vsi.
Hasta pro Deo culta.
Quiris.
Hasta pro auctione.
Cētumuiri.
Septuaginta interpretes
Quadruplex iudicium.
Parlamētearum classium distributio.

d Valeri. Maxi. li. 7. c. 8.
e Polyb. li. iij. dixi. §. post eos maxime in fi. j. huius l.
f Cæl. Rhodig. li. 21. c. 6.
g Ouid. lib. ij. Fasto.
h Cic. ij. off.
i Cicer. contra Rull. & in ij. Philip. & ad C. ... um li. 15. epist.
k Liuius li. 39.
l Augustin. li. 18. de ciuita. Dei.
m Quintilia. li. 12. Orat. institutio. c. 5. & Plin. li. 6. epist.
n Plin. lib. j. iij. 6. & 12. epist.
o Plin. li. j. epist.
p Plin. li. 6. epist.
q Fab. Quint. li. 12. c. 5.
r Plin. li. ij. epist.
s Guliel. Bud. l. vlt. ff. de senato.

t l.Titia.ff. de inoff.test. *u l.vlt.C.de pe titio.heredit.* *x Plin.li.5.epist.* *y Sueton.in Augu.*

Centumuiralis iudicij Scæuola,[t] Iustinianúsque,[u] meminerūt:† cui prætorē urbanum præfuisse certum est. Hoc facto nepotis (inquit Plinius ad Rufum scribens) commotus prætor qui Centumuiralibus præsidet, deliberaturus, an sequeretur exemplum inopinatum nobis ocium dedit.[x] Tranquillus tamen testatur Quæstores consueuisse Cētumuirale iudicium cogere, deinde Decemuiros, Centumuiralem hastam inquit quam Quæstura functi consueuerant cogere, vt Decemuiri cogerent instituit.[y] 10 Prætor Centumviris præerat.

c *Litibus iudicandis.*)† Generaliora sunt hæc verba, quàm vt ad hæreditarias lites, & controuersias, coarctari possint. de quibus tamen nonnulli volunt, Centumuiros duntaxat cognouisse. illo forrassis loco Ciceronis freti. cùm vos, inquit, volueritis de priuatis hæreditatibus Centumuiros iudicasse.[z] Sed certè de alijs quoque priuatorum negocijs, quæ certam formulam haberēt, veluti vsurpationum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, nexorum, & mancipiorum, Centumuiros cognouisse præeunte magistratu, idē M. Cicero author est.[a] Super reliquis verò priuatis iudicijs Prætor aditus, qui Centumuirali ordini præsidebat, litigatoribus iudices dabat ex Centum uiris nonnunquàm, aut albo aliorum iudicum, quos sortiebatur sæpissimè ex priuatis, in quos litigatores consenserant:[b] datísque à se iudicibus legē præscribebat, quam sequerentur.[c] Neque præterea de criminibus Centumuiri cognoscebant, nisi cum solemni accusatione iudicandum fuit. tunc enim prætor qui Centumuirali iudicio præerat, numero incerto iudices sortiebatur. vt de Clodianis incendijs, M. Cicero verba faciens, grauiter disserit.[d] 11 Centumuiri de quibus causis cognouerint.

z Cice.de leg. Agrar. *a Ci.li.3.de Orat.* *b l.vlt.ff. de officio.eius l.4.§.3.ff.de iudic.* *c Ci.in 4.act.in Verr. dixi l.3.ff.de iurisd. & §.deinde 3.hac l.* *d Ci. pro Milone.*

Centumuirales porrò causæ à Cornel. Sylla Carbone oratore agente admodum iuuene institutæ fuerunt:[e] quas initio summas, insignes, & magna cum dignitate tractatas, procedente tempore paruas, exiles, & obscuras, ac irreuerenter & temerè declamatas, Plinius eleganter conqueritur.[f] Centumuirales causæ.

e Ci.li.3.de Orator. *f Plin.li.2.epist.*

d *Viarum.*) Publicarum scilicet. Vias autem publicas à priuatis Vlpianus disertè separat.[g]

g l.2.§.viarū.ff. ne quid in lo.pu.

e *Agerent.*) Vias fulciendo, adornando, substruendo, etiam interdum lapidibus, aut aliter muniendo, quo commodè liceret vnicuique de populo per eas ire, agere, & commeare. ideóne Appius ille Cæcus, inquit M. Cicero, viam muniuit, non qua populus vteretur, sed qua sui posteri latrocinarentur?[h]

h Ci. pro Milone.

f *Monetales.*)† Sic dicti, quòd examinandæ monetæ ex ære, argento, auróque cudendæ, & fabricandæ curam haberent. & vt ne quid in eiusmodi metallis corruptelæ admitteretur: sed vt numismata probi auri & argenti, iustíque ponderis essent. Planè præter hos Triumuiros Monetales, scriptum reliquit Liuius, Quinqueuiros creatos, qui rei fœnebris curam, & dissolutionē æris alieni publicè curarent à pecuniæ dispensatione, † Mensarios dictos.[i] meminit & alibi Triumuirorum Mensariorum. Parum vt opinor ego à nostris Triumuiris Monetalibus distantium: quos scribit, Minutij tribuni plebis rogatione, propter penuriam argenti, Romæ primùm creatos. nempè L. Aemilium (qui Consul Censórque fuerat) M. Attilium Regulum (qui bis fuerat Consul) & L. Scribonium Libonem, qui tum Tribunus plebis erat.[k] Quod prætermissum nolui, vt appareret inde Magistratum hunc dignationis, & authoritatis nō minimæ fuisse. Monetarij verò dicuntur artifices monetæ, qui scilicet monetam cudunt & fabricant: quorum officia vilia & abiecta esse, Iustinianus docet.[l] vnde & eo Monetariorum verbo, viles homines lanam ducentes, & textric um facientes, quandoque significari videntur.[m] de quibus forsassis Flauius Vopiscus loquitur, cùm sub Aureliano fuisse scribit, Monetariorum bellum Felicissimo rationali authore, quod acerrimè, seuerissiméque compescuit Aurelianus, septem millibus tamen suorum militum interemptis.[n] 12 Monetales. Quinque viri. 13 Mensarij. Monetarij.

i Liuius li.7. *k Liuius li.23.* *l l. ne quis. C. de dignit.li.12* *m l.3.C. de murilegul.lib.11.* *n Vopiscus in Aureliano.*

g *Flatores*)† Hoc est fabricatores, signatores, & temperatores. Etenim flare, inter plura, significata, pro signare vsurpatur, quòd æs argentumue flando, id est spi- 14 Flatores.

est spirando,& flatu calefaciendo,signetur. hinc flata pecunia, & Flatores.
ex cude enim æs,argentúmque & aurum curabant Monetales triumuiri cõ-
flari,cudi,temperari,& signari. Aes conflare,inquit Plinius senior,& tempe-
rare, Aristoteles Lydum Scythem monstrasse, Theophrastus, Delam Phry-
gem putat.[o] & paulò post, Argentum inuenit Erychtonius Atheniensis, vt *o Plin.lib.7.c.56.*
alij Ceacus auri metalla,& conflaturam, Cadmus Phœnix,ad Pangeũ mon-
tem.[p] Ad hęc M. Varro, Quintum Valerium Soranum solitum dicere scribit, *p Plin.vbi s.*
Flauissæ. 15 quos thesauros Græco nomine appellaremus,priscos latinos † Flauissas di-
xisse,quòd in eos ,non rude æs,argentúmque, sed flata signatáque pecunia
conderetur.[q] *q Aul. Gell. li. ij.c.10.*

Triumuiri Capitales. 16 h *Triumuiri capitales.*) † Qui postquam M. Curius Dentatus consul de Samni-
tibus & Sabinis semel atque iterum triũphauit,anno vrbis cõditæ cccclxiij.
primùm Romæ creati sunt.[r] ij carceris custodiam quemadmodum explicat *r Liuius li.11.*
noster Põponius habebant:quorũ interuentu in delinquentes animaduerte-
batur, Apud hos prætereà,facinorosi,sed fures pręsertim,& serui nequam ad
Triumuiri an iudicarint. 17 columnam Mœniam puniri solebant.[s] † Sanè verò,sunt qui putent istiusmo- *s Ascon.in diuinatio.Cic.*
di Triumuiros de criminibus nõ iudicasse:sed velut executores capitalibus
iudicijs præfuisse, vt potè quorum,sicuti Salustius euidens facit, proprium
munus fuerit, quæ ad supplicium necessaria erant, apparare.[t] Crispi autem *t Vdalr. Zas. hic.*
Salustij verba hæc sunt, Senatus in Catonis sententiam discessit. Consul opti-
mum factu ratus,noctem quæ instabat,ante capere:ne quid eo spacio noua-
retur. Triumuiros,quæ ad supplicium postulabat parare iubet. Ipse disposi-
tis præsidijs, Lentulum in carcerem deducit.[u] quamuis pro emergente rerũ *u Salust.in Catilinario.*
necessitate nonnunquàm vrbis vigilię,& incendiorum cura eis mandaretur.
Triumuiris capitalibus inquit Liuius,mandatum est,vt vigilias disponerent
per vrbem,seruaréntque,ne qui nocturni cœtus fierent, vtque ab incendijs
caueretur.[x] Mihi verò longè aliud,semper visum est. nempè Triumuiros i- *x Liuius li.39.*
stiusmodi de criminibus cognouisse,& capitaliter iudicasse. Nam eos Pom-
ponius hîc, Magistratibus annumerat.& Salusti[y] ipse,quo maximè aduersa-
rij nituntur,eos rerũ capitalium iudices dicit. In eũ locũ inquit, postquã de-
missus est Lentulus,iudices rerum capitaliũ,quibus præceptum erat laqueo
gulã fregêre.[y] Prætereà C. Corneliũ,virũ in militari disciplina præcellentẽ, *y Salust. vbi s.*
quòd ingenuũ adolescẽtulũ stuprasset,refert Maximus,à C. Fescẽnino Triũ-
uiro,publicis vinculis oneratũ,in carceréq; mori coactũ.[z] Denique Lyricus *z Valer. Maxi.li.6.c.j.*
poeta, Menam libertũ,publicè fastigatum innuens, Triumuirorũ iussu, ait.[a] *a Horatius in Epodo.*

Sextus flagellis hic Triumuiralibus,
Præconis ad fastidium.

Nobiscumq; viri doctissimi,& antiquitatis peritissimi,sentiũt,adijciẽtes Ca-
pitales istos Triumuiros,quamuis reos capitis agere & punire possent: in vir-
gines tamen,& immaturas puellas nõ potuisse animaduertere.[b] Quod ipsum *b Alex. Neapolit.li.iij. Genial.die.c.7x.*
hausisse mihi videtur ex limpidissimo Taciti Cornelij fonte,qui Tyberij Cę-
saris tẽpore,in Seiani liberos crudeliter animaduersum scribit,ac inter eos,
puellã fuisse refert adeò nesciã,vt cũ in carcerẽ duceretur, crebrò interroga-
ret,qđ ob delictũ,& quò traheretur?neq; facturã vltra,& posse se puerili ver-
bere,moneri. Tradũt tẽporis ei[us] authores,inquit, quia Triũuirali supplicio
affici virginem inauditum habebatur,à carnifice laqueũ iuxta cõpressam.[c] *c Corn. Tacit. li.5. Annalium*
Latomiarũ carcer. i *Carceris.*) Latomiarum,qui carcer sicuti M. Varro scribit, propè Tullianũ
locum Romæ erat. sed de eo & alijs carcerũ generibus nos superiùs plurã.[d] *d §.exactis ij. hac l.nu.19.*
Quòd autem hîc Pomponij locus,de Latomiarũ carcere accipi debeat, do-
cuit me grauis author Liuius. Itaq;,inquit,& Romę vigilię per vicos seruatę,
iussiq; circumire eas,minores magistratus,& Triumuiri,carceris Latomiarũ
Triumuiri Epulones. 18 intentiorem custodiã habere iussi.[e] † Verum enimuerò præter Triumuiros *e Liuius li.32.*
capitales fuerunt Romæ creati Triumuiri Epulones, atque his vt pontifi-
ci togæ prætextæ habendæ ius lege datum anno conditæ vrbis DLviij.

f Liuius lib.33. M.Claudio Marcello,& L.Furio Purpureone Coss.[f] Horum autem munus
erat † epulare,ludorum sacrificiũ curare,& cõficere.hoc est epulas Ioui,cæ- 19 Epulare.
g Ci.de Arusp.resp. terisque Dijs instituere.[g] Eos verò Pontifices veteres propter sacrificiorum
multitudinem tres esse voluerunt.cùm essent ipsi inquit M.Cicero,à Numa,
h Cic.lib.iij.de orato. vt etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent instituti:[h] † at deinde 20 Epulonũ numerus
epulonum numerus auctus est adeo, vt septem fuerint Epulones.Quod M.
i Ci. ij.Philip. Cicero de Septemuiratu in Antonium agens indicat.[i]

§. ET QVIA.

Et quia magistratibus vespertinis temporibus[a] in publicum esse inconueniens erat:[b] quinqueuiri[c] constituti sunt cis[d] Tyberim,[e] & trans[f] Tyberim,qui possent pro magistratibus fungi.[g]

SVMMÆ.

1 *Noctu magistratus non appareat.*
2 *Noctu non exercentur iudicia.*
3 *Areopagus.*
4 *Oratores vetiti mouere affectus.*
5 *Capitis iudicium vbi primum.*
6 *Quinqueuiri.*
7 *In,cis,vis.*
8 *Tyberis fluuius.*
9 *Albula.*
10 *Trans,præpositio.*
11 *Fungi verbum,& Functio.*
12 *Haberi pro tali.*

a ad Rom.c.13 a VEspertinis temporibus) † Magistratus,quia terrori malis sunt:[a] cauere si- 1 Magistratus noctu non prodeat.
bi debent,ne malis per opportunitatem noctis,opprimãtur.quos præ-
terea parum conuenit sub eam horam apparere. quandoquidem maiestas
b §.sedebũt in auth. de iudicib.coll.5. iudicandi apertam diei lucẽ postulet:[b] nisi vel pietatis ratio,aut emergens a-
lia necessitas diuersum suadeat.[c] namsi,verbi causa,exortum esset noctu in-
c l. more.ff. de fer. l. hac verba ille. ff. de verb.signi. cendiũ,aut excitata seditio,magistratus potest,imò verò debet prodire.[d]
b *Inconueniens erat*) Sic † visum Romanis vsque adeo,vt post occasum solẽ 2 Noctu iudicia nõ tractantur.
dissolui senatum voluerint,& si quæ decreta patres fecissent,ante solis ortũ,
d l.iij.ff.de offi. præfec.vigil. vel ab eiusdem occasu,haberi rata noluerunt.[e] † Contrà verò Areopagitæ, 3 Areopagitæ.
seueri illi,& incorrupti iudices Athenienses, nunquam die iudicabant: sed
e Aul.Gel.lib. 14.noct. Attica.c.7. noctu & in tenebris,vt procul ab omni affectu rem ipsam probè noscerent:
atque duntaxat,quæ dicerentur,non dicentium personas spectarent.[f] Vnde
†nec apud eos,oratoribus licuit affectus mouere:quibus iudicũ animi à via 4 Oratores prohibiti mouere affectus.
f Lucianus in sectis. veritatis plerunque auocantur.[g] Exercebant autem Areopagitæ iudicia cæ
dis,vulnerum,incendiorum,& veneficiorum Athenis in vico Areopago, &
g Quintilia.li. 6.c.2. templo Martis, vnde & vicus ille cognomentum accepit. Nam Ἄρης, Martẽ
significat, & πάγος vicũ,quasi dicas vicus Martis.vnde Areopagorum cõsiliũ
h Iuuena. Satyr.9. Satyricus curiam Martis appellat.[h]

Ergo occulta leges,vt curia Martis Athenis.

Causam autem totius rei, hanc perhibent.† Cùm enim Mars obtruncasset 5 Capitis iudiciũ vbi primum.
Neptuni filium:qui vim Alcippæ filiæ suæ intulerat:homicidiíque à Neptu
no fuisset accusatus.duodecim Dijs,in eo pago iudicantibus, sex sententijs
i August.li.18. de ciui. Dei. c.10. absolutus est.[i] quod mouisse puto Plinium,dũ ait,primũ capitis iudicium in
Areopago actũ fuisse.[k] fatetur tamen Augustinus Varronem sequutus fabu
k Plinius li.7. c.56. losam esse hãc de nomine Areopagi causam.Sed ad literã Pomponij equidẽ
noster Iustinianus iubet Pedaneos iudices in suis sedere subsellijs continuè,à
l §.sedebunt.in auth. de iudicib. coll.6. summo statim diluculo vsque in vespertinum crepusculum.[l]
c *Quinqueuiri.*) De ijs †quinque viris sunt qui asseuerẽt nusquam nisi apud 6 Quinque viri.
Pomponium nostrum quicquam legi.Ego verò grauissimum authorem T.
Liuium habeo,qui horum perspicuè meminit: cùm Triumuiris capitalibus
consules de Bacchanalibus,sacrísq; nocturnis iussu Senatus quæstionẽ habẽ-
tes mãdasse refert,vt vigilijs per vrbẽ dispositis studiosè seruarẽt.ne qui no-
cturni cœtus fierent: atq; vt ab incẽdijs caueretur. Adiutores,inquit, Triũ-
uiris,quinqueuiri,vti cis Tyberim,suæ quisque regionis,ædificijs præessent,
m Liuius li.39 dati sunt.[m] Meminit & alibi idem author quinqueuirorum, curæ fœnebris

pecuniæ

pecuniæ,& dissolutioni æris alieni præfectorum.[n] *n Liuius li.7.*

In,cis, vls. 7 d *Cis.*)† Tres istæ voces, *Intra,citra,vltra*, quibus certi locorum fines demon-
strantur, singularibus inquit Gellius apud Veteres syllabis, appellabantur. *in*,
cis, *vls*. hæ deinde particulæ, quoniã paruo, exiguóque sonitu, obscurius pro-
nuebantur, addita est tribus nominibus eadem syllaba,& quod dicebatur Cis
Tyberim, vls Tyberim, dici cœptum est, citra Tyberim, & vltra Tyberim.
item quod erat *in*, accedente eadem syllaba, intra factum est,[o] *o Gell.li. 12.c. 13.*

Tyberis fluuius. 8 e *Tyberim.*)† Insignis est fluuius Italiæ per mediam Romam defluens: Al-
Albula. 9 bula † olim ab aquarum colore dictus: deinde Tyberis appellatus à Tyberi-
no rege Tuscorum, qui circa huius fluminis ripas, pyraticam exercens, in eo
tandem submersus est. vt & Ouid. indicat.[p] *p Ouidius li. 4. Fastor.*

Albula quem Tyberim, mersus Tyberinus in vndis.
Reddidit: hybernis, fortè tumebat aquis.

Et Liuius, Mansit Syluius posteà omnibus, inquit, cognomẽ, qui Albæ regnâ
runt, Latino Alba ortus, Alba Atys, Ati Capis, Capi Capetus, Capeto Tybe-
rinus, qui in traiectu Albulæ amnis, submersus celebre ad posteros nomen
flumini dedit.[q] de hoc fluuio, eiúsque mira, salubríque natura perbellè mul-
ta Plinius.[r] *q Liuius li.1.* *r Plinius li.3. in c.5.*

Trans. 10 f *Trans*)† Prępositioni Cis, vel Citra, opponitur *Trans*. idem significãs quod
vltra. Trans montem Taurum, inquit M. Cicero, de matrimonio etiam est
auditum.[s] & Lyricus ad Bullatitium.[t] *s Ci.li.4.epist.* *t Horat.li.1.epistol.*

Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt.

Sed & iisdem ferè verbis, quibus hîc Pomponius, M. Cicero, Cogito trans
Tyberim inquit, hortos aliquos parare.[u] *u Ci.li.12.epist. ad Atticum.*

Fungi. 11 g *Fungi*)† Hoc est magistratuum munere, officio,& authoritate perinde
vti, ac si verè magistratus fuissent: vt hoc fungi verbum indicat, idem quòd
tanti esse significans.[x] Inde res in suo genere functionem recipere, Iul. Pau-
lus pro eo dixit, quod est tanti speciem vnam, eius generis, quanti alteram
Functio. æstimari.[y] Non igitur hi quinqueuiri magistratus erant: cùm vices gererent
magistratuũ, quos ad id temporis in foro esse nõ decebat, nec ignotũ, quod
Haberi pro tali. 12 vulgo solet efferri, aliud quem esse talem, †& haberi pro tali.[z] postea tamen
horum quinqueuirorum munus ad Aediles translatum est.[a] *x l. pretia rerũ.ff. ad l. Fal.* *y l.2.in prin.ff. si cert.peta.* *z l. si maritus §.legis.ff. ad l. Iul.de adult.* *a §.& hæc omnia.j.hac l.*

§. CAPTA.

Capta deinde Sardinia,[a] mox Sicilia,[b] item Hispania,[c] deinde Narbonensi prouincia:[d] totidem prętores, quot prouincię[e] in ditionem[f] venerant, creati sunt: partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus prçessent.

SVMMÆ.

1 *Sardiniam quis ceperit.*
2 *Sardini venales adagium.*
3 *Sardinia regio.*
4 *Sandalion, Sandaliotin.*
5 *Ichnusa.*
6 *Lupus nullus in Sardinia.*
7 *Risus sardonius.*
8 *Sicilia, eiúsque fertilitas.*
9 *Aeolus ventorum pater.*
10 *Trinacria, Triquetra.*
11 *Aetna mons ardens.*
12 *Eryx mons maximus.*
13 *Erycinna.*
14 *Sicania.*
15 *Hispania & eius diuisio.*
16 *Iberia.*
17 *Hispaniæ fertilitas & penuria.*
18 *Spartum herba.*
19 *Tarroconensis prouincia.*
20 *Bathica regio.*
21 *Lusitania.*
22 *Narbonensis prouincia.*
23 *Gallia diuisio.*
24 *Tolosa, eiúsque laus & descriptio.*
25 *Realmontium.*
26 *Ditio.*

Sardinia à quo capta. 1 a S*ardinia.*)† Quando Romani Sardiniã ceperint,& cuius Imperatoris o-
pera subacta fuerit, non planè conueniunt Annalium scriptores. Nanq;

Liuius L.Cornelio Scipioni hoc adſcribere videtur,quũ refert de Sardis, &
a Liuius li.40 Corſis triumphaſſe.[a] Alij vt Sextus Ruffus, à L.Cornelio Merello, Sardos,
Corſóſque deuictos prodiderunt Sunt & qui Tyberium Sempronium Grac
chum altero conſulatu Sardiniã domuiſſe contendant :tantũq; captiuorum
inde adduxiſſe,vt lõga res venditione in prouerbium abierit *Sardi* † *venales*: 2 Sardi venales Adagium.
b Plin.aut qſquis alius ſit in libello. de viris illuſtribus. de negotio infinitæ prolixitatis,& propè inexplicabili.[b] Verùm vt ex Liuio
conijcere licet,iam antè capta fuerat,& cũ rebellaſſet à Tyberio Graccho
recepta & perdomita. [c] Eſt autem † Sardinia inſula,& magnitudine & mul- 3 Sardiniæ regio.
c Liuius li.41. titudine hominum,ac omni fructuum genere,excellens [d] in Africo mari,ſe-
d Polyb.li.j. cundum Siciliam.[e] cui dedit nomen Sardus,Herculis filius,qui ex Lybia ve-
e Pompo. Mela.li. ij. de ſitu orbis. niens eam occupauit. cũ antea † Sandaliotin ab effigie ſoleæ (quam Græci 4 Sandaliõ Sandaliotin.
Sandalion vocant)à nonnullis,inter quos Timeus,diceretur,& ab alijs † Ich- 5 Ichnuſa.
f Plinius libro. iij.c. 7. nuſa ab humani ſimilitudine veſtigij,quòd ἴχνος Græcè dicitur.[f] in quã ſen-
tentiam inclinat Criſpus Saluſtius.Sardinia,inquit,in Afro mari facie veſti-
g Saluſt.in Iurgu. gij humani,in orientem,quàm in occidentem latior prominet.[g] & Claudia
nus pœta.[h]

h Claudia.in bello Gyldonico.

Humanæ ſpeciem plantæ ſinuoſa figurat
Inſula,Sardiniam veteres dixere coloni.

Ea prius ab Hyſpanis habitata fuit.deinde Heraclydis,& Theſpiadis,mox à
Charthaginenſibus:quibus Romani ſucceſſere, ac tandem in Hiſpanorum
i Raph.Volaterra.li. 6.Geograph. redijt poteſtatem,per Iacobum Aragonem prius recepta.[i] † multa ſunt in ea 6 Lupus nullus in Sardinia.
inſignia.At nihil magis, quàm quod neque lupum gignat,neque ſerpentem
nocuum.herbam tamen quandam Luppæ ſimilem producat,ſapore dulcem
nomine Sardoam , Apio,quod Galli perſil,vocant,ſimilem , quam edentes
eorum ore in rictus dolore contracto perpetuo riſu moriuntur. † indéque 7
Sardonius riſus,pro ficto,inſano,& qui nullius boni cauſa ſubdolè fit , prouer- Sardonius riſus.
bialiter dictus.

b *Sicilia*) Captis & direptis à M.Marcello Syracuſis,Sicilia in prouinciæ for
mam cœpit adminiſtrari.† Eſt autem Sicilia inſula,quæ paruo admodũ fre- 8 Sicilia.
to,ab Italia diuiditur.vndique Tyrrheno mari, præterquàm à meridie quo
k Polyb.li.j. Africo alluitur,[k] feracitate fructuũ fœliciſſima.vnde à M.Cicerone, horreũ Siciliæ feracitas
l Cice. act.5.in Verrem. populi Romani,[l] & à Catone,cella penuaria reipublicæ nuncupata, quòd ſę
pè maximos Romanorum pauerit exercitus,frumentariiſque & negociato-
m Diodor.li.6. & 16 ribus Romanis magno fuerit compendio.Eam Diodorus [m] omnium inſula-
rum optimam antiquitate rerum cæteras præcellentem,ſcribit. tota tamen
cauernoſa eſt,& ſulphurea,ventiſque,ob meatus ſubterraneos penetrabilis,
† Vnde & Aeolũ,qui profligatis Cyclopibus regnum illius inſulę occupauit 9 Aeolus ventorũ Deus.
ventorum Deum poetæ fabulati ſunt.Amplius ſcriptum reliquerunt Geo-
graphi & Hiſtorici, hanc Siciliæ inſulam olim Italiæ cohæſiſſe, deinde vio-
lento quodam terremotus impetu agente , interiectum mare , & ita Italiæ
n Plin.lib.iij. c. 90. auulſam [n] ideóque Virgilius.[o]

o Virg.libr.iij. Aeneid.

Hæc loca vi quondam,& vaſta conuulſa ruina,
(Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas,)
Diſsiluiſſe ferunt,cùm protinus vtraque tellus
Vna foret,venit medio vi pontus,& vndis
Heſperium Siculo latus abſcidit.aruaque & vrbes,
Littore deductas,anguſto interluit æſtu.

Hæc inſula,quoniam tribus promontorijs Pachino,Peloro,& Lilybeo,triangula
p Ouid.lib.iiij. Faſto. gula eſt,† Trinacria,primùm dicta fuit. Vel Ouidio Naſone teſte.[p] 10 Promontoria Siciliæ. Trinacria.

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor,
Trinacris à poſita nomen adepta loci.

Aut vt alij eadem ratione volunt Triquetra(vtroque enim nomine, triãguli Triquetra.
figura

figura lignificatur)ex quibus est Sillius Italicus.[q] — *q Sillius lib. 5. de bello punico*

Huc Aethnea cohors, Triquetris quam miseratoris,
Rex Arethusa tuus.

Aetna ardens. 11 Ibi † enim miraculum ardentis Aetnæ & Vesuuij montis. Ibi Arethusa fons,
Arethusa fons. 12 † Eryx mons omnium qui in ea insula sunt, prærer Aetnam maximus, in cu-
ius vertice, fuit opulentissimum illud & ornatissimum templum Veneris,
Eryx mons. 13 constiuctum, † Vnde & Venus Erycinna dicta. Deinde posito Trinacriæ, aut
Erycinna. Triquetræ nomine, Sicilia fuit, à Sicano rege, qui cum Hispanis ante bella
Sicania. 14 Troiana in eandem terram peruenit: † Sicania appellata, & tandem à Siculo
Sicilia cur sic dicta. Neptuni filio ex Liguribus, in eam regionem appulso, Siciliç nomē accepit:[r] — *r Polyb. li. j. Strabo li. 6.*
Quod Sillius quoque poeta, significat.[s] — *s Sillius Italicus libr. 14. de bello puni.*

Mox Ligurum pubes, Siculo ductore nauauit.
Possessis bello mutata vocabula regnis.

Sed iam satis prouinciæ Siculæ datum. nunc de Hispania, ae demum de Nar-
bonensi nostra prouincia, quædam dicamus.
Hispania 15 c *Hispania*) † L. Cornelius Scipio, qui posteà Africanus dictus est; subacta
Chartagine, Hispaniam Romanis stipendiariam fecit: omniáque vltra citrá
que Iberum fluuium, reipublicæ Romanæ subiecit. Est autem Hispania Eu-
ropæ regio, nota, & ampla, inrer Africam & Galliam polita, quicquid trans
Pyreneos montes, in occasum distenditur, continens, ab Ibero amne pri-
Iberia. 16 mùm, vt Trogus Pompeius scribit, † Iberia nuncupara, Deinde ab Hespero,
Arlantis fratre, Hesperia: ac demùm Hispania, ab vrbe Hispali. Ea igitur à Py
reneis montibus (quibus à Gallia disterminatur) incipiens, & per columnas
Herculis circuiens, vsque in Borealem Oceanum, expanditur.[t] Vnde Sil- — *t Appianus Alexandri in Lybica historia.*
lius Italicus.[u] — *u Sill. lib. iij. de bello punico.*

Pyrennæ celsa nymboso verticis arte,
Diuisos Celtis, altè prospectat Ibero.
Atque æterna tenet, magnis diuortia terris.

Hispania rerū omnium ferax. 17 Hanc Hispaniæ † terram, viris, equis, metallis, plumbi, ferri, æris, argenti, auri,
tum & minio & marmore diuitem, omnes prædicant.[x] Ideóq; Pōponius Me — *x Plin. li. iij. Diod. lib. 6. Strab. li. iiij. Iustin. li. vltim.*
la, viris, inquit, equis, ferro, plumbo, ære, argento, auróq; tam abundans, & a-
deò fertilis est Hispania, vt sicubi ob penuriam aquarum (qua plerisque locis
Spartum herba. 18 premitur) effœta & sui dissimilis est, † linum tamen aut spartū (herba est spō-
te nascens, & quæ seri nequear. nauricis vsibus, præcipue commoda, vt potè
ex qua, cameli, rudentésq; conficiantur[y]) alat.[z] Eius magnitudinem, mulram — *y Plin. li. 39. c. ij*
esse & penè incredibilē, in vnica regione Appianus scribir.[a] Nam decē mili- — *z Pompo. Mela. li. ij. de situ orbis. c. 6.*
bus stadijs laritudinem commensurari air, latitudinem verò prorsus eandem
Hispania citerior & vlterior. videri Eam in vlteriorem, citeriorémque veteres diuiserunt. Citerior eadē — *a Appianus in Lybica.*
Tarroconensis, ad Pyrenea vsque iuga prorenditur. Vlterior verò, in duas
per longitudinem prouincias diducitur: nempè Bethicam, & Lusitaniam, &
ita totam Hispaniam antiqui tribus nominibus distinxere partem eius Tar-
Tarraconēsis prouincia. 19 raconensem, partem Bæthicam, partem Lusitaniam, appellantes.[b] † Tarra- — *b Pompe. Mela vbi s.*
conensis, à Tarracone vrbe maritima, & eius regionis nobilissima, quam Sci
piones cōdiderunt, nomen accepit: continens regna, quæ hodie Cataloniæ,
Bæthica regio. 20 Nauarriæ & Castiliæ, dicūtur. † Bæthica omnium fertilissima,[c] à Bæti fluuio — *c Plin. li. iij c. j. & li. 18. c. 10.*
qui eam regionem mediam percurrit, sic vocata, regnum Granaræ claudit.[d] — *d Dixi l. ij. ff. de ijs qui sunt sui.*
Lusitania. 21 † Lusitania verò, quàm nunc Portugaliam vocāt, à Luso, aut Lussa, liberi pa-
tris comitibus, cum eo Hispaniam peragrante, Bacchantibus, si Plinio crede
re dignum est, cognomentum asciuit.[e] — *e Plinius li. iij. c. j.*
Narbonēsis regio. 22 d *Narbonensi prouincia*) † Quintus Fabius trans alpes, primùm Allobroges
domuit, Deinde Cn. Domitius Aruernos, Batuto eorum rege, in triumphum
ducto, ac demum Iulius Cæsar, qui rerum posteà potitus est, decennali bel-
Galliarū diuisio. 23 lo Gallos omnes penè superauit, stipendiariósque Romanis fecit. † Galliam

porrò veteres in Cisalpinam,& trāſalpinam diſtinxere,ac deinde triplicē fe
cere, Togatam: quo nomine, Ciſalpinam vocârunt, à toga cum Romanis cō
muni. Comatam eandē & tranſalpinam ab intonſis crinibus, & nutriendæ
comæ ſtudio. Denique Bracchâtam, à veſtiū habitu, vel à Bracchis, id eſt fe-
moralibus oblongis, quibus incolæ vtebantur: quæ poſteà Narbonēſis dicta
eſt, à Narbone ciuitate,[f] quæ vti Strabo ſcribit, celeberrimum eius regionis
quondam fuit emporium.[g] quemadmodum hodie munitiſſimum tutiſſimū-
que Gallorum aduerſus Hiſpanos propugnaculum. Hæc olim fuit Romanis
chara prouincia. Cui ob inſignem eius in patres reuerentiam, memorat Ta-
citus, à S.P.Q.R. datum, vt ſenatoribus eius prouinciæ, non exquiſita princi-
pis ſententia, iure quo Sicilia haberetur, res ſuas inuiſere liceret.[h] Ea cæteris
Galliarum partibus magis culta eſt, inquit Mela, & magis conſita: ideóque e-
tiam latior.[i] & vt Plinius ſcribit, agrorum cultu, virorum morúmque digna-
tione, amplitudine opum nulli prouinciarum poſtponenda. Breuiterque Ita
lia veriùs, quàm prouincia.[k] Ea regiones, & vrbes, vſitatis hodie nominibus
appellatas, continet, Sabaudiam, Delphinarum, Auenionem, Cauarum, Viē-
nam Allobrogum, Prouinciam, & Linguam Occitanam, quam alij Toloſanā
prouinciam vocant, à Toloſa † vrbe eius regionis nobiliſſima opum abun- 24
dantia, & doctrinæ gloria, florentiſſima, meáque ciuitate, quam Auſonij no-
ſtri carmine, hoc loco celebrare non diſplicet.[l]

Togata. Comata. Braccha ta. Narbonenſis. Gallia. Narbo ciuitas. Narbonēſis Galliæ prærogatiua. Narbonēſis prouinciæ laus. Toloſa vrbs.

f Plin. li. iij. c. iiij. g Strabo li. iiij. Geograph. h Cornel. Tacitus. lib. 12. i Pompon. Mela lib. ij. k Plinius lib iij. c. iiij. l Auſon. in catalogo vrbium.

Non vnquam altricem, noſtri reticebo Toloſam
Coctilibus muris, quos circuit ambitus ingens.
Pérque latus, pulchro perlabitur amne Garumna.
Innumeris cultam populis: confinia propter
Ninguida Pyrenes, & pinea Gebennarum.
Inter Aquitanas gentes, & nomen Iberum.
Quæ modo quadruplices, ex ſe cùm effuderit vrbes,
Non vlla exhauſtæ, ſentit diſpendia plebis,
Quos genuit cunctos, gremio complexa colonos.

Toloſæ laus & deſcriptio.

Cui præterea, acceptum ferre placet, quicquid in me induſtriæ eſt, ingenij,
& doctrinæ, in eámque ſententiam eiuſdem authoris verſus vſurpare.[m]

m Auſon. in epiſt.

Tibi diſciplinas, dignitatem, literas,
Linguæ, & togæ, & famæ, decus,
Prouectus, altus, inſtitutus debeo:
Vel aliud horum, quicquid eſt.

Cùm autem ab incunabulis Toloſæ nutritus, ſuſceptus, educatúſq; fuerim:
quamuis natus ipſe ſim † Realmontij Herniorum, viginti milliaribus Tolo- 25
ſa diſtantis, vnde & vterique parentes mei profecti, meam tamen ciuitatem
patriámq; Toloſam facio, Catonis exemplo, quem ortu Tuſculanum, & ci-
uitate Romanum fuiſſe, M. Cicero ſcribit.[n] Qua de re alibi commodiùs.[o]

Realmōtium.

e *Quot prouinciæ*) Propagatis imperij finibus, creari tot prætores oportuit,
quot prouinciæ domitæ, ſub iugúmque Romanorum poſitæ fuerunt, vt eo
loci, fuſiùs à nobis demonſtratum eſt, quo prætorum originem, & dignitatē
expoſuimus.[p] Vnde ſubactis Sardinia, Sicilia, Hiſpania, & Narbonenſi pro-
uincijs, prætores quatuor creati ſunt.

Prætorū numerus

f *Ditionem*) † Hoc eſt imperium populi Romani, vrbéſq; Achaiæ inquit M. 26
Cicero, multas ſub imperium populi Romani, ditionémq; ſubiunxit.[q] & Pli
nius iunior. Quam nunc iuuat prouincias omnes ait, in fidem noſtram, ditio-
nemque veniſſe: poſtquàm contigit princeps terrarum, & reliqua.[r] Equi-
dem, ditionis verbo, poteſtas quæcunque ſignificari ſolet. Cæterùm per an-
tonomaſiā, ad regni & imperij authoritatē plerūq; refertur. vnde M. Cicero,
ditione

Ditio.

n Ci. li. j. de leg. o l. pe. vbi dixi. ff. de ſenator. & li. epiſt. quaſti. c. iiij. p §. deinde cū placuiſſet, 3. huc l. q Cice. de prouinc. cōſularib. r Plinius in Panegyr. Traiani

ditione atque numine Deorum cuncta regi dixit.[r] *r Ci.li.y.de legib.*

§. DEINDE CORNELIVS.

Deinde Cornelius Sylla,[a] quæstiones[b] publicas[c] constituit:[d] veluti de falso,[e] de parricidio,[f] de sicarijs,[g] de iniurijs[h] & prætores quatuor[i] adiecit. Deinde C. Iulius Cæsar[k] duos prætores, & duos Aediles, qui frumento[l] præessent,[m] à Cerere Cereales[n] cõstituit. Ita xij. Prætores,[o] sex Aediles,[p] sunt creati. Diuus deinde Augustus,[q] xvj.[r] constituit prætores. Pòst deinde diuus Claudius[s] duos Prætores adiecit, qui de fideicommissis ius dicerent.[t] ex quibus vnum, diuus Titus[u] detraxit: & adiecit vnum diuus Nerua,[x] qui inter fiscum & priuatos ius diceret, ita decem & octo prætores in ciuitate ius dicunt.[y]

SVMMÆ.

1 *Syllæ crudelitas.*
2 *Iudicia ad senatores translata.*
3 *Syllæ vita & mors.*
4 *Quæstio, quæsitor.*
5 *Publica iudicia & priuata.*
6 *Quærere.*
7 *Anquirere.*
8 *Constituere quæstionem.*
9 *Testamentaria lex.*
10 *Parricidæ pœna.*
11 *Sica, Sicarius.*
12 *Repetundarum lex*
13 *Iulij Cæsaris historia.*
14 *Fruges, Frumentum, Frumen.*
15 *Ceres, Cerealis.*
16 *Diui qui appellati.*
17 *Octauius Augustus.*
18 *Augustus quid.*
19 *Iesu Christi natiuitas.*
20 *Claudius Cæsar.*
21 *Claudij socordia.*
22 *Titus Imperator.*
23 *Amici quomodò quærendi.*
24 *Neruæ Imperator.*
25 *Traiani adoptio.*
26 *Solis defectio.*

Syllæ crudelitas. 1 a SYlla) † Incertum videtur, an hic sit L. Cornelius Sylla, qui deuicto Mario rerum potitus tot ciuium Romanorum cadaueribus vrbem repleuit, vt cædes, inquit Plutarchus, neque numerũ, neq; modũ haberet vllũ.[a] Eruditi tamẽ viri confirmant de hoc Sylla Pomponiũ loqui.[b] Et indicant, ni fallor, Cornelij Taciti verba. Hinc Gracchi, inquit, & Saturnini turbatores plebis, nec minor largitor senatus nomine Drusus, corrupti spe, aut illusi per intercessionẽ socij, ac ne bello quidẽ Italico mox ciuili omissum, quin multa & diuersa sciscerentur, donec L. Sylla Dictator abolitis vel cõuersis prioribus, cũ plura addidisset, ocium ei rei haud in longum parauit. statim turbidis Lepidi rogationibus neq; multò post tribunus reddita licentia quoq; vellet populũ agitãdi: iãq; nõ modò in cõmune, sed in singulos homines, latæ quæstiones, & corruptissima repub. plurimæ leges.[c] M. item Cicero, legem tractans à C. Graccho primũ latã cõtra senatores, qui coissent, vt quis iudicio publico cõdemnaretur, eiusce rei quæstionem, ea ipsa lege à Sylla posteà constitutam. scribit.[d]

Iudicia ad senatores trãslata. 2 † Sanè verò transtulit hic L. Cornelius Sylla ab equitibus Romanis, ad senatores iudicia,[e] qui prætereà

Syllæ vita. 3 † fuit vir Græcis Latinisque literis doctissimus. Quare illud Iulij Cæsaris de Sylla dicẽtis, eũ literas nesciuisse, quia dictaturam deposuisset,[f] cum stomacho prolatũ est, tanquã Dyonisij historiã non legisset: qui dicere solebat, Tyrannum pedibus tractũ, non insidentem equo relinquere tyrannidem debere, vtriusq; sanè linguæ fuit Sylla doctissimè eruditus, facundus, ac ingenio incredibili, Cæterum acer, astutus gloriæ cupidus & animo grandis, successúsque adeò fœlix, vt meritò dicat Salustius dubitari posse, vtrum Sylla fortior, an fœlicior fuerit: idq; iã antè mulierem quandã vaticinatã ferunt. Cùm enim paruulus à nutrice gestaretur, mulier obuia, salue inquit puer tibi, & reipublicæ tuæ fœlix: & statim quæsita, quæ hæc dixisset, non potuit inueniri. Adolescentulus contaminatam omnibus

a Plut. in Sylla.
b Alex. Neapol. li. die. Genial. ij. c. 25.
c Corn. Tacit. li. iij. annalium
d Ci. pro Cluẽt.
e Ascon. Pedia. j. actio. in Verrem.
f Sueton Cæsare.

vitijs vitam egit:donec quæſturam ſub Mario nactus eſt,in qua ante actam vitã prorſus cõmutauit:miſſuſq; ab eodẽ Mario ad Bocchũ Mauritaniæ regẽ legatus,Iugurtham regem Numidarum,proditum à Boccho (ad quẽ Iugurtha confugerat) inde vinctum perduxit.deinde regem Ponti Mitridatem,apud Dardanum fudit.Cinnæ dominationem fregit.Marium,qui ſepties Romæ conſul fuerat, de Teutoniſque triũphauerat,vicit:Minturniſque in palude,latere coegit,& inuentum cõiecit in carcerem.[g] Poſtremò Dictator effectus rempublicam ita compreſſit,vt nemo illo inuito,inquit M.Cicero,nec bona nec patriam nec vitam retinere poſſet.[h] Dictatura tamen ſua ſponte depoſita,priuatus Puteolos(Coppidum eſt maritimum iuxta Neapolim)cõceſſit,vbi pediculari morbo correptus,tandem interijt.[i] Alij ferunt Syllam cũ ruri ageret,demonem quendam in ſomnijs aſpexiſſe,ab illóque ſe vocari exiſtimaſſe: quo circa confecto, & obſignato celerrimè teſtamento, téque tota amicis enarrata: febri correptum, ſequenti nocte, diem extremum obijſſe.[k] Syllæ mors.

b *Quæſtiones*) †Hoc eſt iudicia criminalia,quæ per quæſtiones expediebantur.Nec ignoro quod Fabius ſcriptum reliquit,quæſtionem in iudiciali materia dupliciter accipi.Altero modo quo dicimus multas quæſtiones habere controuerſiam,quo etiam minores omnes complectimur (vulgus incidẽtia dicit) Altero quo ſignificamus ſummam illam,in qua negotium vertitur, ex qua naſcitur ſtatus,an factum ſit,& an rectè factum ſit,(punctum principale pragmatici dicunt) Latini cauſam.[l] Cæterùm hîc haud dubiè, quæſtionis verbo iudicium criminale ſignificatur.Cùm prætor,inquit M:Cicero, quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet, apertè cepit pecunias ob rem iudicandam.[m] & alibi.Seueritatem maiorum ſenatus,vetus authoritas de Bacchanalibus & Conſulum exercitu adhibito,quæſtio animaduerſióque declarant.[n] Vnde & iudices capitalium cauſarum magiſtratus quæſtionis Martianus appellat.[o] Quia verò iudicia iſtiuſmodi non,niſi precedente diligenti inquiſitione(quam vulgò nunc informationem dicimus)conficiuntur: factum eſt, vt quæſtio pro publico iudicio accipiatur,& quæſitor dicatur, quemadmodum Aſconius ait,qui præeſt quæſtioni criminalium cauſarum.Hoc eſt, qui de crimine inquirendum, de eóque exercendum iudicium curat.[p] Vnde & quæſtores parricidij,de quibus iam dictum eſt.[q] & conſtituere quæſtiones, de quo mox agemus.

4 Quæſtio. Magiſtratus quæſtiones. Quæſitor

c *Publicas*) †Hoc eſt publica de criminibus iudicia, quorum ſcilicet accuſatio cuiuis de populo pateret.[r] perinde quaſi patrono populi & reipublicæ:cuius ſanè intereſt permultos ad vltionem illatæ ſibi iniuriæ admitti:[ſ] publica enim dicta ſunt quaſi populica,[t] & iudicia publica.Iuſtinianus, inde vocata ſcribit,[u] quod eorum executio,hoc eſt,vt interpretor ego,criminalis accuſatio,[x] cuiuis ex populo plerunque datur:nam & accuſator non impropriè exequi dicitur,[y] vtpote ſine quo ſepultum iaceret,& impunitum delictum.[z] Ad hæc Pædianus,Cauſæ,inquit,priuatæ ſunt,ſed repetundarum,ambitus, Maieſtatis,& cæteræ,reipublicæ cauſa conſtitutæ ſunt.[a] Neque verò obſcurum arbitror,cur delictorum alias quæſtiones publicas,alias priuatas, lex fecerit. cùm enim priuata crimina minus rempublicã offendant:publica verò atrociora ſint,grauiúſque humanam ſocietatem oppugnent: conſequens quoque fuit,hæc non modò ſeuerius,ſed maiore etiam authoritate & libertate coerceri,[b] propoſita vnicuique accuſatione.[c]

5 Publicũ iudicium. Iudicia cur alia publica alia priuata.

d *Conſtituit*) †Quærere,in iure eſt,crimen ipſum teſtibus,vel alijs argumentis explorare & inueſtigare,quod inquirere, Cicero quandoq; vocat.[d] † antiqui acquirere dixerunt.[e] Galliæ pragmatici informare. Hinc quæſtionem, pro iudicio publico de re capitali latini ſæpenumerò accipiunt.† & conſtituere quæſtionẽ,pro eo quod eſt decernere,& vt ita dicam ordinare, vt inquiratur de crimine,& in reũ animaduertatur:eiq; iudicio peragendo certã formam dare & præſcribere,quod M.Cicero paſſim ſignificat.[f] In cauſa ſanè Mi-

6 Quærere. 7 Anquirere. 8 Conſtituere quæſtionem.

g Vale.max. li.6.c.9.li.7.c.5.& li.9.ca.ij.& iij.
h Ci.actio.iij.in Verrem.
i Plut.in Mario.
k Appianus Alex.li.j.bell.ciuil.
l Quint.lib.iij. Orator. inſtit. c.8.
m Ci.li.ij.de finib.
n Ci.li.ij.de leg.
o l.j.§.j.ff.ad l. Corne.de ſicar.
p Aſco.ij.actio.in Verrem.
q §.deinde cũ erariũ.ſ.hac l.
r l.quod ſenatuſconſultum. ff.de iniur.
ſ l.nam res publica.ff.de noui oper.nunc.
t l.bona.l.inter publica. ff. de verb.ſig.
u §.j.Inſtit.de pub.iudi.
x l.j.§.heredẽ. l.iij.ff.de priua.delict.
y l.j.¶.qui iudicio.l.hi tamen. ff.de accuſa.
z l.reſcriptum. §.ſi quis.ff.de mun.& hono.
a Aſco.Pad.j.act.in Verrem.
b l.aut facta. ff.de pœn.
c d.l.quod S.C.ff.de iniur.
d Cic.actio.6. in Verrem.
e Liuius li.24.
f Cic.de claris Orat.in Orat. pro Milone,& Phili.

nè Miloniana, constituta fuit quæstio.[g] Octauius quoque quæstionem in eos constituit, qui quorum opera, Iulius Cæsar, obtruncatus fuerat.[h] Equidem de criminibus olim quæri solebat, legibus de iis generaliter latis, non etiam noua lege. Quid enim attinebit, inquit M. Cicero, noua lege quæri de eo, quod hominem occidisset, cùm esset legibus quæstio constituta.[i] præterquàm vbi patratum erat insigne aliquod facinus, tum enim Senatus, nouam Quæstionem constituebat, qua suam propemodùm significabat, de pœna delati criminis, sententiam. Ideóque reus tunc magis premebatur, quàm si veteribus oportuisset negocium peragi legibus. Quod in causa fuit, vt cùm Clodius de incestu, quo sacra Bonæ Deæ violauerat, defenderetur, Q. Fufius senator aut vt alij volunt Tribunus, intercesserit, ne senatus, nouam quæstionem constitueret. Cùm autem in causa Milonis senatus decerneret, vt veteribus legibus de cæde Clodij quæreretur, idem Fufius intercesserit. Itaque de Clodij incestu, veteribus legibus, de eiusdem cæde noua quæstione constitutum est. Enimuerò quibus legibus, nouæ quæstiones de crimine aliquo constituebantur, iis de eo quoque, qui quæstioni præesset, hoc est qui crimen inquireret, de eóque exerceret iudicium (Quæstorem ideò vocauit antiquitas) ac iudicibus, qui ei assiderent, nec non quomodò creandi forent, nominatim plerunque cauebatur, vt in quæstione Cn. Pompeij de cæde Clodij, vt quæsitor suffragio populi, ex iis qui consules fuerant, crearetur: Iudices propositi ab ipso Pompeio fuerunt. Quòd si de quæsitore cóprehensum non erat, aut quæsitor esse desiderat, apud prætores (qui ordinarij quæsitores postea facti sunt) publicarum huiusmodi quæstionum, iudicia exercebantur. namque prætores creati singulis annis vt peregrinam, & vrbanam iurisdictionem, prouinciásque, ita huiuscemodi iudiciorum publicorũ quæstiones exercendas sortiebantur.[k] Quod & Papinianus noster significat, cùm ait, lege Iulia de vi nominatim cautum, vt is cui obtigerit exercitio, possit eam si proficiscatur mandate.[l]

Clodiana quæstio

Miloniana quæstio.

Quæsitor

Prætores ordinarii quæsitores.

9 e *De falso*) vnde & lex de falsis, Corneliæ nomen, fortassis accepit, quódque maximè soleat falsum in testamentis committi,[m] nonnunquam testamentaria lex, appellata est.[n]

Testamentaria lex.

10 f *De parricidio*) Hic contractiùs parricidij nomen accipe, quàm suprà fecerimus:[o] nimirùm vt noteт impiam parentis cædem, in quod horrendum crimen noluit Solon pœnam statuere, nunquam futurum existimans, vt quis parentem occideret.[p] contrà Romani sapientiores, quòd intelligerent, nihil tam sanctum esse, quod non aliquando violaret audacia, in parricidas singulare supplicium excogitârunt, quo parricidæ culeo insuti, in mare abijciuntur.[q] eoque Publi. Maleolus matris occisor primus eo tempore, quo Marius Cymbros vicit, affectus est.[r] eam verò legem, Valerius Maxi. paulòpost tempora Tarquinij regis latam fuisse scribit.[f] vt minimè credendum sit Cornelium Syllam, qui multò post tempore vixit, eius legis authorẽ fuisse. nec hoc certè vult Pomponius, sed Syllam Cornelium, quisquis ille fuerit accusationem huius criminis publicam fecisse. Marcellus tamen de pœna parricidæ agens, legis Corneliæ meminit.[t] Nos parricidarum pœnam alibi larga manu discutimus.[u]

Parricidium.

Parricidę pœna.

11 g *De sicariis*) Vnde potest Lex Cornelia de sicariis, nomen sumpsisse: quæ sicarios, hoc est homicidas (à sica, hoc est ferreo cultro, quo grassatores olim præsertim vtebantur, sic appellatos) primum deportatione, deinde vltimo supplicio plecti voluit.[x]

Sica, Sicarius.

h *De iniuriis*) Hic locus diu, multumque me distorsit, atque etiam nùm vehementer angit: quippè qui sciam iudicium de iniuriis priuatum esse.[y] & tamen videam à Pomponio nostro inter quęstiones publicas à Sylla constitutas, repositum: vt non possim præterea non valdè mirari conniuentiam scriptorum, qui hunc salebrosum locum, tam bellè dissimulârint. licet enim lege Cornelia ex tribus causis de iniuriis datam actionem, Vlpianus Iusti-

Locus salebrosus.

g Cic. pro Milone.
h Appia. Ale. li. 3. bel. ciui.
i Cic. 9. Philip.
k Ci. pro Mur.
l j. ff. de of. eiu.
m l. vl. C. de fideicommis.
n l. lege Cor. ff. de fal. § ite lex Cor. inst. de pub. iud.
o § deinde cum esset. s. hac l.
p Cic. pro Rosc. Amerino.
q l. pen ff. ad l. Pōpe. de parri. §. alia deinde lex de pub. iudic. Inst.
r Liuius li. 48.
f Vale. max. li. j. cap. ij.
t l. j. ff. ad l. Pō. de parri.
u l. Diuus. ff. de offic. præsid.
x l. eiusdē. § legis. ff. ad l. Cor. de sica. § ite lex Corn. inst. de pub. iudi.
y l. iniuriarũ. et l. vl. C. de iniu. l. prætor edixit. §. j. ff. de iniur.

manúsque referant: ob eam rem videlicet, quod quis pulsatus, verberatusue, aut domus eius vi introita sit.[z] de iis tamen causis publicam quęstionem non esse, sed priuatam manifestum est.[a] Ego quid dicam nihil habeo, nisi hæc verba *de iniuriis*, subdititia esse, & ab audaculo quopiam nobis obtrusa. cui rei argumento est, quod Pomponius lætus, hunc locum describens, non ea memoret. Etenim de prætoribus agens, sic ait. Deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit. Veluti de falso, de parricidio, de sicariis, & prætores quatuor adiecit [b] Potest illud quoque dici, loco de *de iniuriis* reponendum hic. *de repetundis.* vt enim nusquam ab aliquo Cornelio aut Sylla, crimen iniuriarum, publica quæstione coërcitum legimus: † ita latam Repetundarum legem à C. Seruilio Glaucia, itémque à Sylla constat. [c] & nos alibi fusè docuimus. [d] Adde quod eam legem L. Calphurnius Piso qui Frugi cognomen meruit, primus pertulit, tempore Caii Carbonis, summi illius patroni, quo quæstiones istas publicas, etiam constitutas, M. Cicero author est.[e] In iis tamen amplius reor deliberandum. 12 Repetũdarũ lex.

z l. lex Corn. ff. de iniur. §. sed cũ lex. illo ti. in Inst. ad l. 3. ij. et 3. ff. de priua. delict.

b Põpo. lætus li. de magist. Rõ.

c Cic. pro Rabirio. & de clar. orator.

d Lij. ff. de senato.

e Cic. de clar. ora.

i *Prætores quatuor*) Vt plures plurib. negociis deinceps sufficerent. nanq. quoniam constituerat ex integro, atq; auxerat quęstiones & iudicia: plura iam munera, atq. prouincię prætoribus incũbebant: ac proinde prætorum numerum adaugeri oportuit.

k *C. Iulius Cæsar*) † Quem sic plerique dictum autumant, quod cæso matris vtero natus sit. sed perperàm id creditum, vel ex eo constat quòd Cæsarem pontificatum ambientem Aureliæ matri dixisse prodat historia, *Mater, aut pontificem, aut exulem filium hodie videbis.* Equidem nonnullos hoc Cæsaris nomen ea ratione sortitos non ignoro: Vt Scipionem Africanum & alios, à Cæsarie, hoc est coma, & magnis crinibus, quibuscum nascebantur.[f] Porrò autem hic est ille Iulius Cæsar, qui primus dictaturam inuasit. Hispania enim ad Oceanum vsque perdomita, cùm prostraras gentes Romano subiecisset imperio, Romam reuersus cum Calphurnio Bibulo consul creatus est. idem omnis subinde transalpina, citeriórque Gallia, Pompeio pręsertim suasore, in quinquennium decreta: quod tempus cum fœliciter peregisset, prorogatum est illi in aliud quinquennium, imperium, nouémque circiter annis, debellatam Galliam, in prouinciæ formam redegit. ignotos antea Britannos deinde superauit, Germanósque, qui trans Rhenum incolunt, extructo ponte aggressus, in syluas, ac paludes suas compulit, magna semper ac propè incredibili celeritate, itinera conficiens. Nam cum primùm Roma excessit, octauo ad vsque die Rhodanum peruenit: rebus itaque trans alpes fœlicissimè gestis, ac dimissis, in Hyberna militibus: iis quæ Romæ gerebantur intentus in Italiam descendit (missis priùs qui secundum consulatum peterent, ac suarum prouinciarum tempus dilatam dum impetrarent) cui Marcellus & Lentulus Coss. fortiter aduersari cœperunt: ac demùm Pompeius, cuius socer Scipio sententiam in senatu dixit, vt nisi Cæsar ad diem certam arma deposuisset, hostis à Senatu pronunciabatur. Quare indignatus Cæsar, grauissima moliri animo, & maxima audere cœpit: sed pręsertim monarchiam cogitans, magna audacia, & solita celeritate Rubiconem fluuium traiecit. indéque Romam aduolauit: tanto omnium terrore, vt primores vrbis, atque adeò Consules ipsi fuga se surripuerint: quinimò Pompeius vrbe decessit. qui antea, vt omnem de apparatu belli curam Patribus demeret, superbè dixerat in Senatu. Cùm solum pede pulsauero, plenam exercitibus vniuersam Italiam reddam. Cæsar Pompeium insequitur, sed Pompeius, qui Brundusij erat, vt aduentare Cæsarem audiuit, nauibus euasit, neque enim defectu classis, Cęsar vlterius insectari potuit. Ideóque Romam conuersus, diebus sexaginta nullo cruore profuso omnem Italiam in ditionem suam redegit: ac paulopost à senatu Dictator creatus est. Cęterùm intra diem vndecimam deposita dictatura se consulẽ cùm Seruilio Isaurico designauit. deinde Pompeiũ persequi

13 Iulii Cæsaris historia.

f Plin. li. 7. c. 9

Superba Cn. Pompeii vox.

persequi constituit, quem tandē Pharsalico prælio fudit: ac demum Romā reuersus, Dictator perpetuò designatus est. Vnde capitalis in eū conflata inuidia, vt tertio initæ Dictaturæ anno, & ætatis suæ quinquagesimo sexto, Decij Bruti, Cassij, Cascæ & Metelli coniuratione, viginti tribus in curia confossus vulneribus perierit. Vir non solum belli, sed pacis artibus clarissimus. Cui pręterea mirabilem eloquentiæ vim natura insitam fuisse perhibent: illiq. eum adeo elaborasse, vt secundum sine controuersia locum, in ea obtinuerit: priorem fortè consecutus, si non eum rei militaris cura magistratuum ambitio & regnandi cupiditas à dicendi ratione abduxisset.[g] Neq. verò pigebit conscriptum ab Ausonio nostro,[h] de hoc Cæsare epigramma, scriptis nostris infarcire.

g Plu. in Cæsa. Appianus li. 3. belli ciuil.
h Auson. de 12. Cæsaribus Suetoni.

Imperium, binis fuerat solemne quod olim.
Consulibus, Cæsar Iulius obtinuit.
Sed breue ius regni, sola trieteride gesta,
Pertulit armatæ factio sæua togæ.

In deorum porrò numerum relatus est non ore modo decernentium, sed persuasione quoq. vulgi, siquidem ludis quos in eius honorem Augustus primum edidit, stella crinita continuis septem diebus splenduerit, quod signū vulgus putauit animæ Cæsaris in cœlum receptæ, eámque ob causam simulachro eius in vertice sculpi solebat stella.[i]

i Sueto. in Cæsare.

Fruges. Frumētū. 14 l *Frumento*) Fruges generale nomen est ad omnes fructus terræ, quos in alimoniam vertimus. Frumentum verò, speciatim designat ea frugum genera quæ aristas emittunt: vt hordeum, triticum.[k] Sed cùm frumentum à fruendo, vel à fruimine, hoc est suprema parte gulæ qua vescimur, dictum Grammaticorum peritissimi scribant: tam latè patet quandoque frumenti nomen, quàm frugis, vt & hic sumi videtur. nam ędiles Cereales, non tantùm tritico, sed frugibus, adeóque iis omnibus, quæ pertinebant ad victum præerant. & M. Cicero, Siciliam, Africam, & Sardiniam, tria subsidia frumentaria vocat:[l] quod ea fructuum vbertate, & earum omnium rerum quæ ad victum spectabant, cæteris prouinciis longè antecellerent.

Fruimen.

k l. frugē. ff. de ver. signif.
l Cic. pro lege Manil.

m *Præessent*) Atque id maximè curarent ne factione potentiorum annona fieret charior, aliundéque publico ære adueherentur frumenta.

Ceres Dea frugum. 15 n *A Cerere Cereales*) Ceres Saturni & Opis filia Dea frugum existimata est à gerendis frugibus vt M. Cicero tradit, Ceres, tanquam geres, priore litera immutata, sic dicta.[m] Nam cùm antea homines glande vescerentur, fruges à Cerere primum in Sicilia inuentæ sunt, deinde ab eadem Athenas allatæ.[n] Quod & Ouidius indicat, cum ait.[o]

m Cic. lib. ij. de natu. deor.
n Cic. actio. 6. in Verrem.
o Ouid. li. 5. metamorpho.

Prima Ceres vnco, glebam dimouit aratro:
Prima dedit fruges, alimentáque mitia terris.

Cereale. Vnde pro pane & frumento Cereris Deæ nomen quandoque vsurpatur. Vt cùm Terentianus Chremes dicebat, *Sine Cerere, & Libero friget Venus.*[p] Et Cereale dicitur, quod ad rem ipsam frumentariam pertinet: vt Aediles Curules Cereales, Cereales dicti sunt, qui annonæ, totíque rei frumentariæ pręerant.

p Teren. in Eunu.

o *Duodecim prætores*) Duo quippè primum ad ius dicendum creati: quorum alter vrbanam, alter peregrinam iurisdictionē nactus est. iis, quatuor adiecti, secundum numerum prouinciarum, quæ à Romanis subactæ sunt, nimirùm Sardinia, Sicilia, Hispania, & Gallia Narbonensis. additi quatuor alii à Cornelio Sylla, qui publicas quæstiones ruerentur. ac mox à Iulio Cæsare, super adiecti duo.

p *Sex Aediles*) Primùm enim duo creati sunt ex plebe, qui ædibus pręessēt:

deinde ex patribus duo, qui ludos maximos facerent, & demum à Iulio Cæsare additi duo, qui rei frumentariæ curam haberent.[q]

q l. leg. vt esset. vbi dixi. s. hac l.

q *Diuus Augustus*) †Qui rara & admirabili quadam virtute splenduerunt, post mortem visi sunt veteribus diuinitatem mereri. Vnde qui de Republica quàm optimè meriti erant, diui appellati sunt, quasi diuini: † qualis Octauius (quo de hîc agitur) dici profectò meruit, qui vlta fortiter Cæsaris nece, victórque bellis omnibus ciuilibus, ac nouissimè superato ad Actium nauali pugna Antonio quo cùm xij. annos, Remplicam tenuerat, triumphator totius orbis, æternæque pacis restitutor, quatuor ac xl. annis imperium fœlicissimè rexit, vrbem Romam optimis semper præceptis ac legibus instituēs: vt meritò, parens patriæ[r] & Augustus diceretur: [r] quasi maiestatis plenus & venerandus. Octauius, inquit Dion, Augusti cognomen recepit, tanquam maius aliquod supra mortales. omnia enim veneranda & sacra Augusta Romani appellant.[s] Tranquillus item Octauium dicit, ex Munacij Planci sententia Augusti cognomen accepisse. Non tantùm nouo inquit, sed & ampliore nomine quod loca quæque religiosa, in quibus quid augurato consecratur, Augusta dicantur, ab auctu vel auium ab gustu, gestuué, sicut Ennius docet scribens.[t]

16 Diuino-men quis meruerit
17 Octaui Augustus
18 Augustus
Augusta.

r Suet. in Augusto.
s Diō. li. liij. de bell. Romano.
t Suet. in Aug.

Augusto augurio, postquàm inclita condita Roma est.

Et Ouidius.[u]

u Ouid. lib. j. Fast.

Sancta vocant Augusta patres, Augusta vocantur.
Templa sacerdotum, ritè sacrata manu.
Huius & Augurium, dependet origine verbi:
Et quodcunque sua, Iupiter auget ope.

Mensis quoque Sextilis, in honorem eius, Augustus appellatus est.[x] Ab illo igitur omnes deinceps Imperatores Augusti cognomentū sibi vindicârunt: quo significatur inquit Dion, omnium rerum potestas.[y] Fuit itaq. Octauius omnium Imperatorum ad hãc diem fœlicissimus, ad cuius fœlicitatem, illud accessit, †quòd sub eo Christus seruator noster nasci voluerit: vt quem præstantissimis virtutibus & omnigena fœlicitate principem clarissimum terris dederat: eodem etiam parens humani generis & redemptor magno & incōprehensibili totius orbis bono nasceretur, de quo Ausonius noster tale Tetrastichum cecinit.[z]

x Liu. lib. 134.
y Dion lib. liij.
Mensis Augustus
Octauii fœlicitas
19 Christi Iesu natiuitas.
z Auson. de 12. Casaribus.

Vltor, successórque dehinc Octauius, idem
Cæsar, & Augustus nomine nobilior.
Longæua, & nunquam dubiis violata potestas,
In terris positum credidit esse Deum.

Cùm autem quinquaginta sex annis Augustus imperasset, diem clausit extremum Nolę (oppidum est Campanię) anno ętatis suæ septuagesimo sexto.

r *Sexdecim Prætores*) Et ita quatuor adiecit, cùm antea sicuti dictum fuit, duodecim essent. Ideóque Tranquillus scriptum reliquit, inter cætera officia, quæ Augustus noua excogitauit, Prætorum numerum auxisse.[a]

a Sue. in Aug.

s *Diuus Claudius*) †Hic fuit ille princeps, qui fato potiùs, ac fortunæ ludibrio ad Imperium, quàm virtutis aliquo prætextu euectus est, tum enim eam nactus est fœlicitatem, cùm interfecto per Chassij Chereæ, & aliorum coniurationem Caligula, mortem & ipse pertimescens natura vecors, fæuus, ac luxuriosus latitaret.† Sanè eius socordia & stultitia tanta fuit, vt ab Antonia matre portentum hominis sæpè dictus sit, quasi à natura quidem inchoatus, sed non absolutus, perfectúsque foret. Equidem magnum est & illud vecordię argumentum, quod Britannico filio, in imperii successione, Neronem priuignum prætulerit, de quo tale extat apud Ausonium tetrasticon.[b]

20 Claudius Imperator.
21 Claudii stultitia.
b Auson. de duodecim Cæsaribus.

Claudius

Claudius irrisæ, priuato in tempore vitæ.
In regno specimen prodidit ingeny.
Libertina ferens, nuptarúmque improba facta:
Non faciendo nocens, sed patiendo fuit.

Neronis tandem insidiis, & Aggripinæ vxoris veneno in boleto dato dignus tali morte periit: ætatis suæ anno, sexagesimoquarto Imperij, quartodecimo.[c] *c Sue. in Clau.*

Pretores de fideicō missis. t *Ius dicerent*) Satis constat Claudium Cæsarem duos creasse prætores, qui de fideicommissis in vrbe ius dicerent: ab eodémque similem authoritatem potestatibus per prouincias demandatam. Iurisdictionem inquit Tranquillus, quotannis Cæsar Claudius, & tantùm in vrbe, delegari magistratibus solitam, in perpetuum, atque etiam per prouincias, Potestatibus demandauit.[d] *d Sue. in Clau.*

Titus Vespasianus. 22 v *Diuus Titus*) †Titum Vespasianum intelligit: quem ob præcipuam clemētiā & liberalitatem, insignésque alias eius virtutes, amorem & delicias humani generis vocārunt, de hoc memorabilis illa vox (cum super cœnam recordaretur se nemini eo die officium contulisse) refertur. *Amici diem perdidi*, in

Amici ō-ni via cō parandi. 23 de significans optimum principis thesaurum esse fideles amicos:† quos omni via, omníque modo princeps comparare debet. Tantæ autem mansuetudinis & clementiæ fuisse perhibetur, vt pontificatum non alia ratione acceperit, quam vt puras à sanguine seruaret manus. Et in fratrem Domitianum, aliosué insidias ei parantes, vt sæuiret nunquam adduci potuerit. Eundem ferunt, non sagittandi modò, & rei militaris peritissimum fuisse: sed etiam literis impensè doctum: qui tandem Hierosolyma expugnata magno omnium mœrore anno quadragesimoprimo ætatis occubuit: cum biennio tantùm & duobus mensibus ac viginti diebus imperasset. De quo sic Ausonius.[e] *e Auson. in 12. Cæsaribus.*

Fœlix imperio, fœlix breuitate regendi:
Expers ciuilis sanguinis, orbis amor.
Vnum dixisti moriens, te crimen habere:
Sed nulli de te, non tibi credidimus.

Titi mors. Quod autem sit crimen illud quod Titus moriens se habere dixit, aperiunt verba Tranquilli. Deinde primam statim ad mansionem, inquit, febrim nactus, cùm inde lectica transferretur, suspexisse dicitur dimotis plagulis cœlum, multúmque conquestus eripi sibi vitam immerenti, neq. enim extare vllum suum factum pœnitendum, excepto duntaxat vno, id quale fuerit, neq; ipse tunc prodidit, neque cuiquā facilè succurrit. Quidam opinantur, consuetudinē recordatum, quā cum fratris vxore habuerit: sed nullam habuisse persanctè Domitia iurabat haud negatura, si qua omninò fuisset: imò etiam gloriatura quod illi promptissimum erat in omnibus probris.[f] *f Suet. in Tito.*

x *Diuus Nerua*) Tito bono, miti, & clementissimo principi Domitianus sæuus, crudelis, & per omnia pessimus successit. Domitiano verò suorum

Nerua Imperator. 24 conspiratione confosso† Cocceius Nerua (quem hîc Pomponius significat) meliore Reipublicæ fato, iam senex suscepit imperium Parthenio id deferente. Hic princeps summę ciuilitatis, & clementiæ fuit: in eos etiam qui in illū coniurasse cōuicti sunt. Tantæ prætereà probitatis, vt dicere soleret, se nihil tale admisisse, quod Cæsaris dignitate deposita, eum impediret, tuto priuatam agere vitam.[g] filium fuisse ferunt. Neruæ Iurisconsulti, qui septimo supra decimū ætatis suæ anno, de iure publicè respondit.[h] De illo item, id quoque ferunt nunquam esse visum ridere, aut ludere inter amicos eruditione, & facundia præstitit. optimus poeta habitus est. epigrammata scripsit. ad eúmque vt Martialis indicat opus suum Neto misit, Tibulum sui temporis *g Diō. in Ner. h l. j. § initiū. ff. de posthu.*

i Martia.li.8. & 9. epigram. appellans.[i] Cùm autem ob senectam ætatem, omnibus propè contemptui esset: † Vlpium Traianum, licet absentem (Germaniæ quippè præerat) adoptauit. Móxque in curia Cæsarem designauit, ac imperij iura, & insignia cum huius versiculi præfatione misit. 25 *Traianus adoptatur.*

Telis Phœbe tuis lachrimas vlciscere nostras.

Qua in re bonitas, & mirabile in Rempublicam studiũ Neruę apparuit. qui coniunctioni sanguinis publicam salutem atq. vtilitatẽ pręferens Traianũ, quo cum nulla intercedebat ei cognatio, imò nec quidem ex Italia oriundũ, sed Hispanũ genere (cũ tamen ipse propinquos & cognatos quàm plurimos haberet) adoptauerit: & ob eximias illius virtutes, fecerit imperij successorem. Qua de re, extat elegans Ausonii tetrastichum.[k]

k Auson. in 12 Cæsaribus.

Proximus extincto, moderatur sceptra tyranno
Nerua senex, princeps nomine, mente parens.
Nulla viro soboles, imitatur adoptio prolem:
Quam legisse iuuat, quam genuisse velit.

Mortuus est autem Nerua anno ætatis plus minus sexagesimosexto. Nam eum annos lxv. menses decem. & dies totidem vixisse perhibet historia, cùm anno duntaxat vno mensibus quatuor ac diebus nouem imperasset. Quo die decessit, † Solis factam esse defectionem Sextus Aurelius scribit. 26

y *Ius dicunt*) Quinimò lege Prætoria, postea cautum, vt nullo definito numero, tot essent prætores, quot expedire Reipublicę viderentur, in hęc verba. *Quotcunque Senatus creuerit, populúsque iusserit, tot sunto.*[l] Sed de hac re suprà fusius oportuniore loco.[m]

l Cic. li. 3. de legib.
m §. deinde cũ placuisset. 3. hac l.

§. ET HÆC OMNIA.

Et hæc omnia, quoties in Republica,[a] sunt magistratus obseruantur, quoties autem proficiscuntur,[b] vnus relinquitur, qui ius dicat. Is vocatur Præfectus vrbi,[c] qui pręfectus olim[d] constituebatur: Postea ferè latinarum[e] feriarum[f] causa introductus[g] est: & quotannis obseruatur. Sanè pręfectus annonę,[h] & vigilum,[i] quãquam non sunt magistratus,[k] sed extra ordinem,[l] vtilitatis[m] causa constituti. tamen hi quos[n] cis Tyberim diximus,[o] postea Aediles Senatusconsulto creabantur.[p] Ergo ex his omnibus decem Tribuni plebis,[q] Consules duo, decem & octo Prætores, sex ædiles, in ciuitate iura reddebant.[r]

SVMMÆ.

1 *Respublica.*
2 *Præfectus vrbi cur creatus.*
3 *Præfectura vrbis autoritas.*
4 *Heliogabalus princeps impurus.*
5 *Latinæ feriæ.*
6 *Visceratio, & viscerari.*
7 *Festi & profesti dies.*
8 *Intercisi dies.*
9 *Hostia porrecta.*
10 *Feriarum variæ species.*
11 *Statiuæ feriæ.*
12 *Conceptiuæ feriæ.*
13 *Vindemiales feriæ.*
14 *Imperatiuæ feriæ.*
15 *Nouendiale sacrum.*
16 *Nundinæ.*
17 *Priuatæ feriæ.*
18 *Repentinæ feriæ.*
19 *Feriis quibus renuncietur.*
20 *Feriis quid agere liceat.*
21 *Præfectus vrbi an habeat senatum.*
22 *Annonæ præfectus.*
23 *Præfectus annonæ an magistratus.*
24 *Extraordinem.*
25 *Magistratus non sunt qui extra ordinẽ creantur.*
26 *Vtilitatis causa.*
27 *Vtilis actio.*
28 *Tribunorum plebis numerus.*
29 *Tribuni plebis an iura redderent.*

Respublica.

1 a *Respublica)* † Hoc est in vrbe Roma. atque hinc obserua Reipublicæ verbũ, pro subiecta materia contrahi: magistratus quippè, tametsi absint ab vrbe, in Republica esse dicuntur: non tamen in ciuitate Romana sunt.

b *Proficiscuntur)* Ob vrgens, puta bellum, qua de causa Prætores etiam ipsos licet ad ius dicendum principio creatos, vrbem relinquere nonnunquam oportebat, & foris imperium armis exercere, belliq; curam suscipere. Ob hãc autem absentiæ necessitatẽ quæ ius reddentibus, propter industriam personarum, quandoque decernebatur. Prouidere Romani voluerunt, ne interim iustitię officina domi vacaret.

Præfectus vrbi.

2 c *Præfectus vrbi)* † Cum, reipublicę causa supremos magistratus abesse oporteret, nequis in vrbe tumultus fieret, nevè populus per occasionem & licentiam aliquid moliretur, soliti sunt veteres magistratum in tempus creare qui ius redderet, subitis casibus mederetur, ac in vniuersum vrbi præsideret: ob eãq. causam præfectus vrbi dictus est. Irrepsit autẽ dignitas istiusmodi Romæ, vel ab ipso rerum principio. nam sub Romulo talem præfecturam nactus est Denter Romulius, sub Tullo Hostilio Numa Martius, sub Tarquinio Superbo Sp. Lucretius, stupratę Lucretiæ pater[a]. Tranquillus tamen nouis officiis ab Augusto excogitatis, hoc vrbis præfecturæ munus, annumerat.[b] Vt maximè verisimile sit, eam dignitatem multis ante annis intermissam, ab Octauio Augusto veluti renouatam. † Quæ intantum

a Corn. Taciti libro 5.
b Suet. in Augusto.

Præfecturæ vrbis authoritas.

3 honoris deinde processit, vt Sabinus, Vespasiani Cæsaris frater, ad eam euectum fuisse magni muneris loco duxerit. Etenim cùm aberant ab vrbe Cęsares, Præfectus vrbi, penes quem summa rerum relinquebatur, velut alter Cæsar imperabat, de rebus omnibus. quæ ad vrbem pertinebant, principali authoritate censens. Primum sub Cæsaribus præfectum vrbi, Messalam Coruinum creatum fuisse Eusebius author est, adijciens, sexto die Coruinum se magistratu abdicasse, inciuilem esse potestatem, contestans, atq; immodicam, nec in ciuitate Romana ferendam.[c] Procedente tamen tẽpore, euiluit hic honos, à sęculo præsertim † Heliogabali, principis omnium

Heliogabalus princeps impurissimus.

4 impurissimi: qui lenones omnes ad vrbis præfecturam prouehere destinarat cùm tamen ad eam, non nisi summi ac virtute præcellentes viri, & ij quidem patricię gentis, aut senatores deligerentur.[d]

c Euseb. Cæsar. in epito. chron.
d Lamprid. in Heliogabalo.

Pręfectura vrbi fuit ab initio cõditæ vrbis.

d *Olim)* A prima etiam antiquitate: nam plerique sicuti dixi, sub regibus hanc pręfecturam meruêre. Profectis antea, inquit Tacitus, domo regibus ac mox magistratibus, ne vrbs sine imperio foret, in tẽpus deligebatur, qui ius redderet, ac subitis casibus mederetur, ferúntq. ab Romulo Dentrem: post ab Tullo Hostilio, Numam Martium: & ab Tarquinio superbo, Spuriũ Lucretium impositos. Dein Consules mandabant, ac demùm Cæsares, cúm illi summa rerum potirentur.[e]

e Corn. Tacit. lib. 5.

Latinæ feriæ.

5 e *Latinarum)* † Latinæ feriæ significant conceptos illos dies, quibus Latini populi in signum ęternæ pacis cum Romanis ad sacrificandum Taurum Ioui Latiali in montem Albanum conueniebant ex Tarquinij instituto: qui vt populorũ Latinorum concordia sacrosancto aliquo fœdere stabiliretur, instituit vt in Albano monte templum Iouis conderetur, quo annuę ferię indicerentur Romano populo, Latinísque qui fuerunt numero septem & quadraginta, ita vt populus Romanus, penes quem principatus erat, taurum ibi omnium nomine sacrificaret, cuius cęsi ac sacrificati, vnusquisq. populus par-

Visceratio. Viscerati.

6 tem deposcebat: fieríq. tum dicebatur † visceratio, hoc est crudę carnis, ex sacro distributio, Romanis pariter, ac Latinis:[f] quippè viscerari veteres vsurparunt, pro eo quod est, carnem populo distribuere. Equidem questos Ardeates legimus, quòd cùm ex Latio essent,[g] non eis daretur visceratio.[h] Eam tamen carnis distributionẽ in pręsignis alicuius quoque personę funere, interdum quoque factam constat. & vt cętera mittam exempla, P. Licinij Crassi Ponti. max. funeris causa, viscerationem datam apud Liuium cernere est.[i] Idemque factitatum à M. Flauio in funere matris.[k] Sed & latinas ferias cum

f Halic. li. iiij.
g Plin. li. 4. c. 5.
h Liui. lib. 32.
i Liui. lib. 39.
k Liui. lib. 8.

aliquando intermissæ fuissent, Pontificum decreto instauratas L. Cornelio Lentulo & P. Villio Appulo Coss. anno conditę vrbis DLV. Liuius author est.[l]

l Liuius li. 41.

f *Feriarum*) Numa Pompilius distributo in xij. menses anno, vnũquenque
mensem in dies ita partitus est, vt omnes† vel Festi. vel profesti, vel intercisi 7
vocarentur. Festos dies sacrauit Diis: vt tum sacrificia offerrentur, Epulę &
ludi in Deorum honorem agerentur. vnde à victimis feriendis, aut vt alij vo
lunt, à ferẽdis epulis, hæc religiosa dierum obseruatio Feriarum nomen na-
cta est.[m] quo tempote ab omni lite & opere cessari conueniebat. Tum feria-
rum, inquit M. Cicero, festorúmque dierum ratio in liberis, quietem habet
litium & iurgiorum: in seruis operum & laborum: quas compositio anni con
ferre debet, ad perfectionem operum rusticorum. Inde lex illa, *Feriis iurgia amouento.*[n] & alibi idem author scribit rebus diuinis, quæ publicè fierent, vt fa
uerent linguis imperabatur: inque feriis imperandis vt litibus & iurgiis se ab
stinerent.[o] & Tibullus.[p]

Festi dies

Feriæ.

m Macrob. li. j. Satur.

n Cic. lib. ij. de legib.

o Ci. li. j. de diui.

p Alb. Tibullus elegã. j. li. ij.

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator:
Et graue suspenso vomere cesset opus.
Soluite vincla iugis, nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boues capite.
Omnia sint operata Deo, non audeat vlla
Lanificam pensis imposuisse manum.

Profesti dies dicuntur, quibus rem quamcũq. tum publicã, tum priuatam ad ministrare hominibus concessum est. sic dicti, vt Nonius scribit, quasi à festiuitate vacui. vnde Euclio Plautinus.[q]

Profesti dies.

q Plaut. in Aulularia.

Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occœpi, festo die si quid prodegeris:
Profesto egere liceat, nisi peperceris.

Plinius item de agro colendo scribens, Nequam agricolam esse ait, quisquis
emeret, quod pręstare ei fundus posset, malum patremfamilias quisquis in-
terdiu faceret, quod noctu posset. Peiorem, qui profestis dieb. ageret, quod
feriatis deberet. Pessimum qui sereno die sub tecto potiùs operaretur, quàm
in agro.[r] Hos porrò dies profestos, appellarunt antiqui Fastos, quod liberũ
tunc esset, Prætori solemnia illa tria verba fari: *Do, Dico, & Addico.*[s] † Interci- 8
si verò dies hominum Deorúmque communes sunt, quia scilicet horis qui-
busdam fas est operari & ius dicere, cæteris non item: veluti, inquit Macro-
bius, cum hostia cæditur, fari nefas est: intercæsa aũt & porrecta licet.[t] † Di- 9
citur aũt hostia porrecta vt obiter admoneã, quasi sacrificata. vt Macrobia-
norũ verborũ hic sit sensus. Post cæsam victimã, & hostiã, hoc est animal sa-
crificio destinatũ, priusquã exta seu viscera Deo porrigantur, medio scilicet
interuallo, dũ fortasse sacerdos ceremonias quasdã peragit: fas fuisse pręto-
ri ius dicere, & illa verba *Do, Dico, & Addico.* Sed ad ferias redeamus, hoc est
ad dies festos, quibus ab operis & litibus vacatio est.[u] cuiusmodi dierum
obseruatio, ab Hebręis primùm recepta,[x] deinde ad Ethnicos translata, ad
Christianos tandem peruenit.† Cæterùm tres apud antiquos feriarum spe- 10
cies fuerunt, Statiuæ, Conceptiuæ, & Imperatiuæ.† Statiuæ sunt solemnes 11
illæ feriæ, quæ stato tempore quotannis obseruantur. vnde & Anniuersa-
riæ dici possunt. quod vnoquoque anno statutis diebus recurrant qua-
les sunt ferè dies ob religionem festi.[y] & Natalitij principis, aut vrbis
conditæ.[z] Calendæ Ianuarij, & pridie eius diei.[a] Eius quoque generis fuisse
videntur, Latinæ nostræ feriæ: quæ inito à Consulibus magistratu obser-
uabantur. statim namque populus Romanus cum latinis proficiscebatur
Albãm

Fastidies Intercisi dies.

Hostiã porrecta;

Feriarum species.

Statiuæ feriæ.

Anniuersariæ feriæ.

r Plin. li. 18. c. 6.

s Macr. li. j. Satur. c. 16. dixi. §. postea cũ Appius. ĩ. hoc l.

t Macrob. vbi supra.

u Cice. li. ij. de legib.

x Genes. j.

y l. ij. l. oẽs. §. & ij. l. vl. C. de fer.

z d. l. omnes. ij.

a l. pridie. ff. de fer.

Cóceptiuæ feriæ.

12 Albam facrificaturus cum viſceratione.†Conceptiuæ feriæ dicebantur,quę in incertos dies à pontificibus, aut ſacerdotibus, vel etiam à magiſtratibus ſingulis annis concipiuntur,vt Sementinæ & Vindemiales, quæ pro conſuetudine cuiuſque loci à prouinciarum Præſidibus ſtatuebantur. [b]neque enim

Vindemiales & ſementinæ.

13 ipſi ſua authoritate poterant eas edicere.[c]Sanè in vrbe Roma ex Theodoſij lege diffinitum & certum tempus habebant feriæ iſtiuſmodi, feriæ nempè meſſium ab octauo die calendarum Iulij vſque ad calendas Auguſti : & vindemiales à decimo calẽdarum Septembris vſq. in Idus Octobris. [d] Paſchales item,& ſimiles licet religioſæ feriæ, quia nunc in calendas, nunc in nonas,vel idus deſtinantur,ſub conceptiuis,propriè cadunt. † Imperatiuæ

Imperatiuæ feriæ.

14 ſunt, quas princeps pro ſummo poteſtatis arbitrio extra ordinem indicit: ob res puta proſperè geſtas,vel in honorem principis.[e] Et olim, quoties la-

Nouendiales feriæ.

15 pidibus plueret,†Nouendiales feriæ condicebantur, vt ſpacio nouem dierum,ab omni opere eſſet vacatio.[f]cuius nouendialis ſacri inſtitutionem inde fluxiſſe Liuius oſtendit,quòd cum regi Tullo & patribus nunciatum eſſet in monte Albano crebros lapides cecidiſſe,re explorata, nouendiale ſacrum publicè ſuſceptum eſt, manſitque ab inde ſolemne, vt quoties idem

Nundinę

16 prodigium nunciaretur,feriæ per dies nouem agerentur ,[g] † Porrò autem ſunt, qui ex Nundinis, quarum genus feriarum faciant. Súntque nundinæ paganorum,id eſt ruſticorum, quibus conueniunt negociis propriis, vel mercibus prouiſuri.dictæ Nundinæ,vt Macrobius ait,quaſi nouendinæ: quia ſic à Romanis inſtitutæ ſunt,vt octo quidem diebus, neceſſarium in agris opus ruſtici diligenter curarent:nono autem die intermiſſo rure ad mercatum,legéſque accipiendas Romam venirent. [h] Præter has publicas ferias

Priuatæ feriæ.

17 fuerunt & olim†priuatæ quædam feriæ,quę à certis familiis,vt Claudiorum, Iuliorum & Corneliorum ex vſu domeſticæ celebritatis obſeruabantur, ob natalem diem puta,aut nactam dignitatem,vel bonum aliquod omen ſuſceptum.Et hæc eſt feriarum diuiſio ab antiquis repetita.Leges verò noſtræ aliter loqui videntur,cæterùm in eãdem propè ſententiam. Nam alias faciunt

Repentinæ feriæ. Solemnes ferię. Ferias quibus liceat renunciare.

18 ferias meſſium & vindemiarum: [i]† alias repentinas,quæ pro re nata & ſubita aliqua occaſione indicuntur : [k] & quaſdam ſolemnes,quæ ſcilicet reli-

19 gionis cauſa obſeruantur:vt dominici cæteríque dies ſacri.[l]† His quoniam diuinæ ſunt, & ideo ad ius publicum pertinent : [m] renunciare non licet.Illas verò,ob neceſſitatem hominum inductas, contemnere, cum humanæ ſint,& ad priuatam ſpectent vtilitatem , conceſſum eſt.[n] Ad hæc præteriri nolim,memorabilem Q. Mutij Scæuolæ ſententiam : qui ponti-

Feriis quid agere liceat.

20 fex maximus conſultus,†quid feriis agere liceret?reſpondit, quod prętermiſſum noceret : neque enim ferias polluit, qui fractam tecti trabem à ruina vindicat.

g *Introductus eſt*) Hoc eſt creari cœptus.cùm enim Latinæ feriæ indicebantur,cæteri quieſcebãt magiſtratus:adeóq.Conſules,quorum omniũ munere & authoritate,qui fungeretur,cœptus eſt præfici vrbi magiſtratus,quem re-

Præfect° vrbi an ſenatum cogat.

21 petito ab antiquitate vocabulo,præfectum vrbi dixerunt.†Durat,inquit Tacitus,pręfecti vrbi ſimulachrũ hodie,quoties ob ferias latinas pręficitur,qui conſulare munus vſurpet.[o] Hunc autem præfectum latinarum feriarum ex plebe eſſe potuiſſe conſtat.Vnde vetus illa controuerſia, cuius Gellius in atticis noctibus meminit,[p]an præfectus vrbi latinarum cauſa relictus Senatum habere poſſit:quod Mutius negabat,quoniam ne ſenator quidem eſſet,neq. ius haberet dicendæ ſententię Contra Varro & Capito,ius ei eſſe ſenatum habendi reſponderunt:nam & Tribuni plebis,tametſi ſenatores ante legem Attiniam non eſſent,habere ſenatum poterant.

Annonæ præfectus.

22 h *Præfectus annonæ*)†Cuius proprium munus fuit ad leuandam frumenti inopiam,ſi quando vrgens inſtabat neceſſitas,annonam vndíque coemere, & Romæ aduehendã curare,ac cogere eos,qui frumẽtũ haberent, vendere;

b l.ſi in aliquã. ff. de of procõſ. l.præſides.ff.de fer.
c l. à nullo. C. de feriis.
d l.ij. C.de fer.
e l.ſed et ſi.§. ſi feria.ff.ex qui. cau. ma.l.a nu io.C.de fer.
f Cic.lib.ij.ad Q.fratr.
g Liuius lib.j.
h Macrob.lib. j.Satur.
i l.j.ij & iij.ff. de ferus.
k l. ſiue pars. C. de dilat. d. §.ſi feria.
l l.ij.l.iij.l.omnes dies. l.vlt. C.de ferus.
m l.j.§.j.ff. de inſt.& iur.
n l.vl.C.de fer.
o Corn.Tacit lib.iij.
p Aul.Gell. li. 14.c.8.

quod proprio vsui superesset. Olim cum ob desertum agrorum cultum, tã acerba fames Romam inuasisset, vt multi ex plebe, sicuti Liuius memorat,[q] potiùs quàm, vt cruciarentur, trahendo animam, capitibus obuolutis, se in Tyberim præcipitarent: L. Minutius, Præfectus annonæ creatus est: qui postea annonæ sua cura leuatæ tantam gratiã & gloriã retulit, vt boue aurato extra portam trigeminam, sit donatus. Hunc plerique putant primum annonæ præfectum fuisse. Alij præf. &utam annonæ, quintodecimo post exactos reges anno, Appio Claudio Sabino, & P. Seruilio Prisco Coss. quo apud Aristodemum tyrannum Tarquinius Superbus exul interiit, institutam fuisse volunt. Certamen inquit Liuius, inciderat Coss. vter dedicaret Mercurij ædem. Senatus à se rem ad populum reiecit, vtri eorum dedicatio esset, iussu populi data eum præesse annonæ mercatorum collegium instituere, solemnia pro pontifice iussit suscipere. Populus dedicationem ędis, dat M. Lectorio primipili centurioni non tam ad honorem eius, cui curatio altior fastigio suo data esset factum, quàm ad ignominiam consulum.[r] quæ sanè verba mihi non satis arguunt, huiusce præfecturæ creationem tum contigisse. Cæterùm quandocunque fuerit hæc potestas instituta, eam exercens Cn. Põpeius, cùm magna frumenti copia comparata è Sicilia soluere vellet, & nautæ contenderent non esse committendam sæuienti pelago classem: emisisse fertur memorabilem illam vocem, & salutarem Reipublicæ. *Nauigare nobis necesse est, viuere non est necesse.*

q Liuius lib. 4.
r Liuius li. ij.

Præfectura annonæ quando cœperit.

i *Vigilum)* Ad vigilum præfectum cura & cognitio de incendiariis, de furibus, & effractoribus, maximè pertinuit: sed pręsertim ob incendia creatus est: quæ cùm plura eodem die exorta essent, diuus Augustus septem cohortes locis opportunis cõstituit, vt vnaquæq. binas vrbis regiões tueretur, quas Præfecto vigilum subiecit.[s]

Præfecti vigilũ cura.

s l. j. & iij. vbi dixi ff. de off. præfect. vigil.

k *Non sunt magistratus)*[†] Hic locus mihi visus est semper salebrosus: quo Pomponius annonæ & Vigilum pręfectos negat magistratus esse. Nam quod ad annonæ præfectum attinet, à Pomponio Liuius apertè dissentit. L. Minutius, inquit, præfectus annonæ, seu refectus, seu quo ad res posceret, in incertum creatus, nihil enim constat, nisi in libros linteos, vtroque anno relatum inter magistratus pręfecti nomen[t]. Quod etiam spectat ad præfectum Vigilum, Fenestella aut quisquis eius nomine, Romanorum magistratuum historiam libello vno complexus est, eum nominatim magistratũ dicit: vt pote apud quẽ omniũ criminũ quę noctu cõmitterentur, sed pręsertim furti, & incendij cognitio erat.[u] Sunt qui dicant, ideo à Pomponio præfectos vigilum & annonæ, in magistratuum numero non haberi, quod de minoribus essent magistratibus.[x] Quo nihil, vt mea quidem fert sententia, dici potest absurdius. Si enim inter magistratus minores eos reponimus: ergo inter magistratus.[y] neque enim pusillus homo, ideo eximitur è grege hominum, quod exiguus & paruulus sit. Pręterea non placatur ex his superior authorum antinomia, cogitet itaque acutus lector.

23 Pręfecti annonæ & vigilũ an sint magistratus.

t Liuius li. iiij.
u l. iij. ff. de off. præfect. vigil.
x Vdalric. Zas.
y l. vlt. ff. de fu. instru.

l *Extra ordinem)*[†] Hoc est non quotannis, sicut cæteri magistratus creabantur, sed extraordinariè, ad inopinatos nimirùm Reipublicę casus. Neq enim pręfecti annonę, vigilũq; potestas assiduè exercebatur: sed pro emergẽte vrbis de improuiso necessitate. veluti ob famem, aut exortũ derepente incendiũ. Vt ita non sit obscurum hunc intelligere magistratũ, extra ordinẽ tũc dici cõstitutum, cum nõ solẽni more & vsitato ritu, sed extra antiquũ ordinem, & receptũ modũ creandi magistratus imperiũ alicui datur, quasi pręter formã & ordinẽ creatũ. Veluti cũ Põpeio aduersus Mitridatem, militare imperiũ non a senatu, vti mos erat, sed Manilia lege datũ est: & cum Q. Fabio consuli anno sequenti decretus est iterum cõsulatus. Extractum inquit Liuius, in tertium annum bellum fuit Q. Fabio & T. Quintio Coss. Fabio extra ordinem, quia is victor pacem Aequis dederat, ea prouincia data.[z] Extra ordinẽ itaque

24 Extra ordinem.

z Liuius li. iij.

itaque passim in iure legimus, pro eo quod est, præscripto & antiquo ordine non seruato.[a] & cum delictum criminaliter intenditur, extra ordinem dicitur agi: quod videlicet, tum negligatur solemnis ille iudiciorum ordo.[b] Soléntque hæc inuicem opponi extraordinem, & iure ordinario.[c] †Hinc porrò nota, eos qui extra ordinẽ, licet ad ius dicendum creabantur, non fuisse magistratus.[d]

Magistratus non sunt, qui extra ordinẽ creãtur.

25

Vtilitatis causa

26 m *Vtilitatis*) †Publicæ videlicet, & communis, quæ cùm verus sit finis & scopus iuris ciuilis,[e] dicente vetere lege, *Salus populi suprema lex esto*,[f] ad eã omnes iuris partes, ac singula eius capita meritissimò referuntur: vt scitè admodum, Lyricus eam iuris, hoc est boni & æqui matrem dixerit.[g]

Atque ipsa vtilitas iusti propè mater & æqui.

Qua ratione factum videmus, vt passim Iurisconsulti cum significare voluit aduersus strictam iuris rationem pro vtilitate communi, & adtuendam ciuium societatem, tranquillitatémque nonnihil constitutum *vtilitatis causa*, aut, *propter vtilitatem*, receptum dicant.[h] quod de communi accipiendum esse, nemo qui Iulianum legerit, est negaturus.[i] † Vnde & actionem vtilem dictam constat.[k] quod & à nobis inferiùs annotatum extat.[l]

Vtilis actio. 27

Põponii locus restituitur.

n *Tamen hi quos*) Ego corruptum hunc locum, omnia licet exemplaria repugnent, intrepidè affirmare ausim, ob expunctam voculam, *&*, vt sic autumẽ legendum, *tamen hi, & quos*. nam non tantùm Quinqueuirorum illorum, de quibus egimus,[m] cura patrum decreto Aedilibus data est: sed etiam præfectorum annonæ & vigilum, vti mox dicemus.

o *Diximus*) Quinqueuiros illos intelligit, quos paulò ante cis & trans Tyberim creatos dixerat:[n] non vt magistratus essent, sed vt vices agerent magistratuum, tempore vespertino, quo oon decebat in foro magistratus esse.

Locus difficilis.

p *Creabantur*) Subobscurus est horum verborum sensus: quem nec Zasius ipse quidem, vir alioqui benè doctus, assequi potuit. Mihi breuiter videtur Pomponium hîc velle, procedente tempore desitum creari Quinqueuiros illos, quorum iam meminimus. totámq. eorum curam in Aediles Senatusconsulto translatam, cùm & illis ad sacras publicásq; ædes tantùm procurandas initio creatis apparandorum ludorum solemnium, conuehendæ annonæ, arcendorum incendiorum, atq; adeò totius vrbis cura & tutela deinde commissa sit.[o] quò factum, vt ampliùs hîc traditum sentiam, quæ munia vigilum & annonæ præfecti obire debebant, ea quoque ad Aediles peruenisse, cùm & eis succedente seculo, ne laboraret vrbs annonæ penuria, omnísque cura frumentariæ rei sicuti diximus data fuerit. adeóque, vt subortis etiam noctu incendiis, præessent.[p] Vnde totum hunc locum ob erasam particulam, *&*, deprauatum ostendi, mihíque maximè verisimile fit, Annonæ præfecturam & Vigilum diu Romæ intermissam, licet à Cæsaribus postea reuocatam: non valentibus, vt arbitror Aedilibus, tantæ tamque multiplici curæ, sufficere. Sed de iis tamen omnibus, liberum lectori relinquo iudicium.

Tribunorũ numerus.

28 q *Decem tribuni plebis*) † Duo rerum principio Tribuni plebis post secessionem ad sacrum montem creati sunt. Trigesimo verò subinde exacto anno cùm in dies magis ac magis cresceret Patrum & Plebis seditio, Tribunorum numerus ad decem vsque rogatione à L. Trebonio promulgata adauctus est. sic enim tutius sibi parari libertatis præsidium aduersus Consules & patriciorum potentiam Plebs existimauit.[q]

Scrupulus fortis Tribuni plebis nõ iudicabãt

r *Iura reddebant*) Hoc quatenus ad Tribunos plebis refertur, maximum mihi semper iniecit scrupulum, cũ satis constet, & suo loco fusè extitit declaratum,[r] † Tribunos plebis, nec de postulatis ciuiũ cognouisse, nec ius dixisse, vt
29 cæteros magistratus. Nam in id tantũ creati fuerunt, vt aduersus nobiliorum

a l. sed si. § si serui. ff. ex quib. cau. maio.
b l. ordo. ff. de publ. iud.
c l. 1. ff. de cri. exp. hær. l. solet. vbi dixi. ff. de of. pro consu.
d l. si in aliquã. § vlt. ff. de of. proconsul.
e l. pen. ff. de iust. & iur.
f Cic. li. 3. de legib.
g Hora. li. 1. serm. Satyr. iij.
h l. peregrè. § j. ff. de acq. pos. l. oratione. ff. de ser. l. seruitutes § si sublatũ. ff. de ser. vrb. prædior. l. sed an via. de pign. l. 5. § vl. ff. de cer. obli. l. seruum. ff. rem pupil. sal. fore.
i l. ita vulnera tus. ff. ad l. Aquil.
k l. pe. ff. si quadr. l. quia actio nũ. ff. de præsc. ver.
l l. his verbis. ff. de adoptio.
m § & quia. s. hac l.
n d. § & quia.
o § seq. vt esset vbi diximus. supra hac l.
p l. 1. ff. de offi. præfect. vigil. dixi. § seq. vt essẽt. supra hac.
q Liuius li. iij.
r § in de tẽporibus. su. hac l.

insolentiam plebi auxilio essent.[f] Vnde nec purpuratos incessisse, nec curulem sellam habuisse, nec item lictorem (cùm non essent Romani magistratus) sed tantum viatorem, quod iure sacrosanctæ potestatis, prehensionem haberent. hoc est ius præhendendi quemcunque, & in carcerem mittendi.[g]

f Ci.li.3. de legi. Plut. in vita Gracchorũ & Cato. Vticẽsis. g Plu. in Problemat. dixi la tè d. §. iisdẽ tẽporibus.

§. IVRIS CIVILIS.

Iuris ciuilis[a] scientiam[b] plurimi, & maximi viri professi sunt:[c] sed qui maximæ dignationis[d] apud populum Romanum fuerunt, eorum in præsentia mentio habenda est:[e] vt appareat à quibus, & qualibus hęc iura orta, & tradita sint. Et quidẽ ex omnibus, qui sciẽtiam nacti sunt, ante T. Corũcanum[f] publicè professum neminem traditur.[g] cęteri autem adhuc vel in latenti retinere ius ciuile cogitabant:[h] solúmq. cõsultoribus,[i] potiùs quàm discere volentibus, se pręstabant.[k]

SVMMÆ.

1 *Ius ciuile an ars, vel scientia.*
2 *Scientia quid.*
3 *Interpretes iuris in honore habiti.*
4 *Dignatio.*
5 *Virtus præmiis excitanda.*
6 *Coruncanorum familia.*
7 *Teuca regina Illyricorum.*
8 *Statua dicata occisis.*
9 *Ius ciuile occultatum.*
10 *Consultor.*
11 *Consilium malum.*

a IVris ciuilis) Præstat hoc contextu & sequentibus egregiè Põponius, quod suprà pollicitus erat,[a] nempè de iuris authoribus ampliter se dicturum: quòd non possit ius ciuile constare, nisi sint Iurisperiti, per quos in melius quotidie producatur.

b *Scientiam*) †Iurisprudentia ergo, scientia est, quod & apud Paulum Celsus adolescens confirmat: dum ait, in quæstione boni & ęqui sub authoritate scientiæ iuris plerunque perniciosè errari.[b] Vlpianus tamen ius nostrum nõ scientiam, sed artem dicit. Ius, inquit, est ars boni & ęqui.[c] Et sanè si verum amamus, non potest ius ciuile significanter scientia appellari ob plurimam variámque constitutionum mutationem pro tempore hàc & illàc fluctuantem.[d] Omnis quippè scientia, propriè circa ea versatur, quæ necessariò sunt neque aliter se habere possunt.[e] †Est enim scientia Philosopho diffinitore, rei per infallibiles causas cognitio.[f] Sed de hac re cùm supra disseruerim[g] abundè, non hîc plura congeram.

c *Professi sunt*) †Iuris ciuilis cognitio, atque interpretatio, quia summo, vt M. Cicero scribit, in honore semper fuit:[h] clarissimi in Republica ciues, huic scientiæ semper præfuerunt,[i] nimirùm existimantes nihil in ciuitate tam diligenter retinendum, quàm ius ciuile: quo sublato nihil cuiquam exploratũ esse potest, quid suum, quid alienum sit.[k]

d *Dignationis*) [l] Existimationis, honoris & amplitudinis. Et si meus quidem, inquit M. Cicero, est fortior, nec quicquam, nisi de dignatione laborat.[l] & Plinius, Dignatio picturæ præcipua, ait, Romæ increuit, à M. Valerio Max. Messala, qui princeps tabulam picturæ prælij, quo Charthaginienses, & Hieronem in Sicilia deuicerat: proposuit in latere curiæ Hostiliæ.[m] Tacitus quoque illi authoritatem senatus, hic dignationem Cæsaris latutus erat.[n] Denique Plinius Iunior de Traiano agens, ita scribit: Tantum dignationis in ipso honore ponebat, vt non amplius esse censeret, quod aliquis collega appellaretur à principe, quàm quod Prætor esset.[o]

Marginalia: 1 Ius an sit scientia. — 2 Scientia quid. — 3 Interpretatio iuris in honore habita. — 4 Dignatiõ.

a §. post originem. à. hac l. — b l. si seruũ. §. sequitur. ff. de ver. oblig. — c l. j. in prin. ff. de iust. & iur. — d c. non debet. de cõsan. et af. — e Arist. 6. ethi. — f Arist. j. Ana. — g d. l. j. in prin. — h Cic. li. j. offi. — i Ci. li. j. de ora. — k Ci. pro Ceci. — l Cic. li. iij. ad Atticum. — m Plin. lib. 35. c. 4. — n Corn. Tact. lib 17. — o Plin. in Panegirico Traiani.

e *Habenda*

Virtus honore, & præmio exci tatur.

5 e *Habenda est*)† Neque enim inquit Arcadius, velut ignoti, prætereundi sunt: qui virtutis splendore præ cæteris claruerunt. [p] tum ne debitis virtutũ præmijs ipsi defraudentur: [q] tum etiam, ne desidia & ignauia torpescant posteri, sed magis, vt eorum exemplo ad præclara excitentur facinora. Nihil enim est, quod perinde nos accendat, quàm videre nostræ conditionis homines post exantlatos labores, & perpessas impatibiles ęrumnas, ad sublimem aliquem honoris gradum ferri. Excitantur inquit Philosophus ad subeunda pericula ciues, & pœnis & probris, & honoribus, ob eámque causam, apud eos fortissimi existunt. maximè apud quos, ignaui sunt inglorij fortes honorati. [r]

p l.vni.C.de quæs.& magist. offi.li.12.
q l.vlt. C. de statu. & imaginib.
r Aristo lib. j. Analytico.

f *T.Coruncanum*) Sic legere malo, quàm extensè, vel Titum, vel Tiberium, vt alij plerique, quandoquidem, prænomen istius Coruncani, cum nota literæ T. apud probatos authores scriptum offenderim. [s] Quod & verisimile est, à Pomponio factitatum hoc loco, & paulò infrà, dum eius iterum meminit. [t] tametsi audaculus quispiam, T. literæ extensionem, in Tiberium postea fecerit. Tiberium verò Coruncanum, vna cum P. Valerio Leuino, consulem Romæ fuisse, anno vrbis conditæ cccclxxiij. & ab eiectis regibus ccxxix. ex Annalibus didici. 6 † Fuit autem T. Coruncanus, vt M, Cicero scribit, [u] Tusculano municipio oriundus, primus de plebe, Pontifex Max. creatus. [x] quẽ præstanti sapientia excelluisse, M. Cicero in hæc verba commonstrat. Hæc fuit P. Crassi illius veteris, hæc T. Coruncani, hæc proaui generi mei Scipionis prudentissimi hominis, sapientia, qui omnes Pontifices Maximi fuerunt, vt ad eos de omnibus diuinis atque humanis referretur, ij denique in senatu, & apud populum, & in causis amicorum, & domi & militiæ consilium suum, fidémque præstabant. [y] 7 Hunc T. Coruncanum, legatum à Romanis † ad Teucam Illyricorum reginam cum P. Iunio eodẽ etiam Coruncano missum liberiúsque cum ea locutum, contra ios gentium interfectũ Plinius scribit. [z] 8 † ob eámque causam statuam ei positam, quæ à populo Romano iniuria cæsis tribui solebat. Veruntamen Polybius, grauis author, & à quo potissimum istiusmodi historiam scriptores mutuati sunt, non Pub. Iunium & T. Coruncanum, sed Caium, & Lucium Coruncanos missos in Illyricum legatos prodidit. ex ijsque cum reuerterentur, iuniorem, neglecto iure gentium, Teucæ reginę iussu obtruncatum. [a]

Coruncanorum familia.

Teuca regina Illyricorum.

Statua iniuria occisorũ

s Ci. pro Plancio, & li. ij. de Orat. Plin. li. 34. c. 6.
t §. post hos fuit T. hac l.
u Ci. pro Plancio.
x Liuius li. 18.
y Ci. li. iij. de Orat.
z Plin. li. 34. c. 6.
a Polyb. li. ij. hi histor.

g *Neminem traditur*) Quod & idem Pomponius, non multò post repetit. Coruncanus, qui primus inquit, profiteri cœpit. [b]

b §. post hos fuit T. j. hac l.

Ius ciuile diu occultatum

9 h *Cogitabant*)† Veteres iuris ciuilis disciplinam diu suppressere, vt arctius obstrictos haberent multitudinis animos. vnde M. Cicero, scriptum reliquit obtinendæ, atque agendæ potentiæ suæ causa priscos Romanorum, qui iuris scientiæ præfuerunt, artem suam promulgari noluisse, [c] & alibi. Erãt, inquit, in magna potentia, qui consulebantur: [d] à quibus etiam dies, tãquam à Chaldæis, petebantur: donec inuentus est scriba quidam, Cn. Flauius, qui cornicũ oculos confixerit: & singulis diebus ad ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis Iurisconsultis scientiam compilàrit. Qua de re nos suprà latiùs suo loco. [e]

c Ci. li. j. de Orat.
d Ci. pro Murena.
e §. postea cum Appi. s. hac l.

Consultor.

10 i *Consultoribus*)† Hoc est consilium petentibus. Sic autem malo legere cum veteribus codicibus, quàm vt recentiores habent, *Consultatoribus.* Drusi domum, inquit, M. Cicero, compleri consultoribus solitam accepimus. [f] & alibi, Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas. [g] Horatius item. [h]

Agricolam laudat iuris legúmque peritus,
Sub Galli cantum, consultor vbi ostia pulsat.

Neque vsquam legi apud Latinum authorem hoc verbale nomẽ, *Consultator,* pro consultore, seu postulante, & inquirente ab alio consilium: verum nec *Consultatoribus* (quanquam hæc latina dictio est [i]) legendum admonet, gra-

f Ci. li. iij. Tusculan.
g Ci. pro Murena.
h Horat. lib. j. Sermo. Satyr. j.
i l. solet. §. j. ff. de offi. procons.

datio sermonis, quæ ad personas refertur. *Consultoribus potius, quam discere volentibus.* Denique nec ignorandum verbale hoc nomen *Consultor*, nonnunquam vsurpari, pro eo qui consilium dat, nam de ijs, in quos recidit, quod alijs per peram consuluerunt celebrata est prouerbialis illa sententia. † *Malum consilium, consultori pessimum.*[k] cuius originem eleganter Gellius enarrat.[l] Sacra res profectò semper habita fuit consilium, quòd ideò, ei qui eget, citra fraudem vllam dandum: alioqui Deus vindex debitas perfidiæ pœnas repetiturus est ab eo qui rem tam sacram atque diuinam violauit, 11 Consiliũ malum.

k M. Varro li. iij. de re rust. c. j.
l Gell. li. iiij. c. 5

12 *Præstabant.*) Postea verò, T. Coruncanius, Scipio, & Pub. Crassus, aliíque summi, prudentissimíque viri, & in senatu, & apud populum, & in causis amicorum, domi, militiæque consilium consultoribus fidémque suam discere volentibus præstare cœperunt. M. Manlium etiam, se vidisse, M. Cicero refert, transuerso ambulantem foro quod erat insigne, eum qui id faceret, ciuibus omnibus, sui consilij copiam facere: ad quos olim, & ita ambulantes, & in solio sedentes domi sic adibatur, vt non solùm de iure ciuili ad eos, verũ etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio, aut negocio, referretur.[m]

m Ci. lib. iij. de Orat.

§. FVIT AVTEM IMPRIMIS.

Fuit autem imprimis peritus Sextus Papirius,[a] qui leges regias[b] in vnum contulit.[c] ad hoc[d] Appius Claudius,[e] * vnus ex Decemuiris, cuius maximum consiliũ in duodecim tabulis scribendis fuit. Post hunc Appius Claudius eiusdem generis,[f] maximam scientiam habuit.[g] hic Cęcus appellatus est.[h] & Appiam viam strauit,[i] & aquã Claudiã induxit.[k] & de Pyrrho[l] in vrbem non recipiendo,[m] sententiam tulit.[n] Hunc etiam actiones scripsisse,[o] traditum est, primúmque de vsurpationibus,[p] qui liber non extat. Idem[q] Appius Claudius,[r] vsu quis videtur, ab hoc[t] pro cessisse, R, literam inuenit, vt pro Valesijs, Valerij essent, & pro Fusijs, Furij.

*Regillanus.

SVMMÆ.

1 *Papirij callidum mendacium.*
2 *Ab, dictio.*
3 *Claudiorum familia, & num. 17.*
4 *Genus pro Stirpe.*
5 *Appij cæcitas.*
6 *Herculea sacra.*
7 *Cæci, in senecta insignes viri.*
8 *Appia via.*
9 *Claudia aqua.*
10 *Appiades Deæ.*
11 *Manalis lapis.*
12 *Pyrrus rex Epyrotarum.*
13 *Annibalis iudicium de Pyrrho.*
14 *Cinæ virtus & memoria.*
15 *Oratio Appij Cæci.*
16 *Vsurpatio, vsurpare.*
17 *Vxor non est in potestate mariti.*
18 *Literarum inuentores.*
19 *R. litera à quo inuenta.*
20 *Demosthenes blæsus.*
21 *R. litera canina.*
22 *Irritari.*

a SExtus Papirius) Quem Tarquinij Superbi tempore floruisse. Pomponius noster iam superiùs indicauit.[a] vt merito putẽ grauiter eos falli, qui Iurisconsultum hîc existimant agere de Sexto Papirio, Q. Mutij Scæuolæ Pontificis Maximi auditore: cùm is Ciceronis seculo vixerit. Eídem nãque M. Cicero testatur se adolescẽtem operam dedisse, ab eóque multa didicisse.[b] † Sed & fœdiùs hallucinãtur, qui putant,[c] hunc Papirium fuisse, qui puer adhuc, matrem ãxiè nimis interrogantem quid in senatu ageretur (tunc enim mos erat prętextatos filios cum patribus in curiam ire) festiuo mendacio delusit: disceptatum in senatu dicens, vtrum esset vtilius vna potius, vt duobus nuberet, an vnus duas haberet vxores: cui postea cognomen, prætextatus 1 Papirij pueri festiuũ mẽdacium.

a In princ. huius t.
b Ci. li. ij. de legib.
c Vdalric. Zas. hic.

tatus honoris gratia inditum.[e] De Papiriorum porrò familia, principio huius legis necessaria diximus. *e Macrob. li. j. Satur. c. 6.*

b *Leges regias*) Quarum constitutionem, & decreta nos ignorare, planè fatemur.

c *In vnam contulit*) Ob idque, Ius ciuile Papirianum appellatum. Qua de re suprà pleniùs.[d] *d in princ. huius l.*

Ab, dictio. 2 d *Ab hoc*) Id est, post hunc Papirium. † Nec ignotum, præpositionem ab, idem quod dictio post, significare. Vsque ad Carneadem, inquit M. Cicero, perducta, qui quartus ab Arcesila fuit.[e] & Plinius ab ea exceptis Indiæ fabulosis, proximè quidem, duxerim Hispaniam quacumque ambitur mari.[f] *e Ci. li. j. Academ. quæst. in fi. f Plin. li. vlt. c. vlt. in fi.*

Claudiorum familia. 3 e *Appius Claudius*) † Hic Regillianus dictus est: quòd ea Claudiorũ familia quinque millia domorum secum abducens, ab Regillis oppido Sabinorum, authore (vt quidam volunt) Tito Tatio consorte Romuli, vel quod magis constat, inquit Tranquillus, Tatio Claudiæ gentis principe, post exactos reges, Romam commigrârit.[g] Alij verò tempore Publicolę, & eo duce principe, qui Clausus apud suos dictus est, Claudiorum familiam venisse Romam, nec multò post à Patribus in Patricios cooptatam scribunt.[h] quibuscũ Vergilius sentit.[i] *g Sueton. in Tiberio. h Liuius li. 2. Plutar. in Publicola. i Vergil. lib. 7. Aeneidos.*

Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum
Agmen, agens Clausus, magnique ipse agminis instar.
Claudia nunc à quo, diffunditur & tribus, & gens,
Per Latium,

Ex huius porrò Appij Claudij filio, viro consulati homine peracri, licet plebi atrociter infesto nepos, hic Appius iuris ciuilis egregiè peritus claram Claudiorum familię gloriam dehonestauit: filium tamen habuit Appium, qui pręfectus vrbi post annos aliquot creatus est, & eodem prænomine nepotem cognomento crassum, vnde & procedente tempore Appius ille Claudius emersit, qui postea Cæcus dictus est, vt verissimum sit, ab improbo parente pręclaros filios, honestamque posteritatẽ, plerunque prouenire. Sed de hoc Appio Claudio satis multa superius.[k] Neque verò prætereundum Appiorum familiam ab Appij corona quam L. Appius in Achaia ludis Næmeis meruit, nomen traxisse. *k §. & cũ placuisset. s. hac l.*

Patri improbo filius probus quandoque succedit.

Genus pro cognatione 4 f *Eiusdem generis*) Eiusdem stirpis & familiæ. † Genus enim hîc, vt & alibi sæpè, cognationem, gentem stirpem & familiam, significat.[l] vnde Geta seruus, Atticam legem inducens, apud Terentium, ait.[m] *l l. j. ff. de iur. immunita. m Terent. in Phormio.*

Lex est, vt orbæ qui sunt genere proximi
Eis nubant, & illos ducere, eadem hæc iubet.
Ego te cognatum dicam.

Appius ita Claudius, qui postea Cæcus dictus est, ex eadem Claudiorum stirpe & familia processit, qua Appius Decẽuir. centúmque triginta circiter annis, post Decemuirum floruit, insitáque familiæ pertinacia vsus, triennium & sex menses, plus quàm Aemilia lege liceret, & ita quinquennio censuram absque etiam collega, gessit, apud quem ideò P. Sempronius Tribunus plebis in concione inuectus, Hæc est Quirites, inquit, illius Appij progenies, qui Decemuir in annum creatus, altero anno se ipse creauit, tertio, nec ab se, nec ab vllo creatus fasces, & imperium priuatus obtinuit.[n] *n Liuius li. 9.*

Appij Claudij laus. g *Scientiam habuit*) Hic Appius Claudius, vir fuit apprimè disertus,[o] solers, iuris, inquit, Liuius, atque eloquentiæ cõsultus: summis prætereà honoribus, in Romana republica, fœliciterque defunctus, nam & Censuram, consulatum, Præturam, & Interregnum: comitiorum gratia gessit, ne consulatus cũ Plebeijs communicaretur, acerrimè restitit, Sabinos, Samnites, Hetruscos bello domuit.[p] *o Cic. in Bruto. p Liuius li. 9.*

h *Cæcus appellatus)* † Expleto Censuræ magistratu, sunt qui dicant Appium Claudium, vt senatus inuidiam declinaret, cæcitatem simulasse. Alij quòd Censor Potitiam gentem precio quinquaginta millium grauis æris corrupisset, vt ad Hercul. sacra, serui reciperentur memori Deorum ira, post aliquot annos, à numine cęcatū ferūt. Potitiorum etiam gente funditus peremp ta.[q] Erant autem duæ quondam familiæ, Potitiorum videlicet, & Pinariorū ad Herculis sacra destinatæ, Potitios autem Herculis sacerdotes ab Appio Claudio corruptos precio,† vt Herculea sacra seruos publicos edocerent, aiunt ac propterea Appium occæcatum, vtcunque sit, satis constat eum luminibus captum fuisse: multúmque annorum numerum sic orbatum oculis exegisse: ob eámque causam cæci cognomen inditum, qui tamen nihilominus rempublicam fortissimè rexit. Quinque filios, & quatuor filias reliquit. † Porrò verò, plerósque maximos viros iam senescentes sine vllo morbo lumina oculorum amisisse Annales prodiderunt. Nam vt cæteros prætercam, Cassius Longinus iurisconsultus, Asconius Pędianus eruditissimus Ciceronis interpres, & Timoleon Cherinthius, in senecta luminibus capti sunt.[r]

5 Appius quando cæcatus.

6 Potitij & Pinarij. Herculea sacra.

7 Cæcitatis sola causa senectus.

q Liuius li. 9.

r Suet. in Nerone.

i *Appiam viam strauit.)* † Appius Claudius cæcus[s] inquit M. Cicero, pacem Pyrrhi diremit, aquam adduxit, viam muniuit.[t] viam autem intellige, ab vrbe, Capuam vsque, neque enim Appium vltra Capuam hanc viam muniuisse constat: quamuis Brundusium vsque fuerit strata. At quis eam præter Appium strauerit, ferè incertum est: nisi Cæsarem ex Plutarchi verbis contendas: qui C. Cæsarem, cùm illi huius viæ cura esset commissa, ingentes prodegisse pecunias scribit.[t] Incipit autem Appia via à porta Capena, quæ ab Appio Claudio Censore denominationem accepit. Et censura clara, inquit Liuius, eo anno Appij Claudij & C. Plautij fuit: memoriæ tamen fœlicioris ad posteros, nomen Appij, quod viam muniuit, & aquam in vrbem duxit: eaq; vnus perfecit, quia ob infamem, atque inuidiosam senatus lectionem verecundia victus collega magistratu se abdicauerat.[u] Equidem Appius viam in censura lapidibus strauit: & excisis nemoribus, quę densissima imminebant, vallibus cauisque opportunè cōplanatis solido lapide, ac silicibus longè conuectis, quadratísque circuncidendo factis, ac leuigatis, atque inter se aptè coagmentatis, metalli nihil, vel alterius rei, interserendo fulciuit, instruxit, ita & cōstrauit, vt duobus plaustris, sibi occurrentibus, via laxè, & commodè pateret.[x] in quo prouentus omnes publicos insumpsit: æternum sui monumentum hac publica curatione relinquens. nam & inde via illa, Appia dicta est, cuius noster quoque Scæuola meminit.[y]

8 Appia via.

s Ci. pro Cælio.

t Plut. in Cæsare.

u Liuius li. 9.

x Procop. pulchrè li. j. de bello Gotho.

y l. vxorem. §. cōcubina. ff. de legat. iij.

lz *Claudiam aquam induxit)* † Cùm olim aquis Tyberis fluuij, aut puteorum, ac fontium Romani tantùm vterentur: Appius Claudius tunc censor, inquisitis magna cura aquæ venis, sex, aut, vt alij malunt, decem millibus, aqua procul ab vrbe petita, instructóque magnificè aquæ ductu, M. Valerio Max. & P. Decio Mus, Coss. anno conditæ vrbis ccccxliij. qui fuit vigesimus Samnitici belli: primus in vrbem, & Cæsaris forum aquam innexit. Collegam habuit L. Plautium, cui ob inquisitas eius aquæ venas, Venocis cognomen datū est. Cæterùm ab Appio collega deceptus, & pudore inuidiosæ Senatus electionis victus se intra annum & sex mensex abdicauit Cēsura,[z] vnde ad Appij tantùm honorem, nomen aquæ pertinuit, qui incredibili arte, mirísque cauillis censuram protraxit, donec & viam, & huiusaquæ ductum cōsummaret.† Quoniam verò Pallas, Venus, Pax, Concordia, & Vesta Deæ, templa propè forum illud Cæsaris erecta habuerunt, Appiades Deæ à Poetis nuncupantur. vnde Ouidius.[a]

9 Aqua Claudia.

10 Appiades Deæ.

z Liuius lib. 9.

a Ouid. li. iij. de arte amād.

His Venus è templis, multo radiantibus auro,
Læta videt lites Appiadésque Deæ,

Eadémque ratione idem author ad controuersias forenses alludens amantium

tium dissidia, lites Appias vocat.[b] *b Ouid. li. ij. de remed. amor.*

Turpe, vir & mulier, iuncti modò, protinus hostes,
Non istas lites Appius, ipse probat.

Manalis lapis. 11 Denique non prætereundum ad hæc in Appia via † Manalem lapidem fuisse, quem emergente nimia siccitate Romani, plus æquo superstitiosi in vrbẽ referebant, persuasi statim pluuiam sequi. Hisque, vt scribit Sextus Põpeius, quòd aquas manare faceret, Manalis Lapis dictus est.

Pyrrhus rex. 12 l *De Pyrrho*) † Pyrrhus Epirotarũ rex materno genere ab Achille, paterno ab Hercule:[c] à Tarentinis contra Romanos in auxilium vocatus. cùm Valerium Albinum consulem, & magnum Romanorum exercitũ, superasset, Romanósq; ita profligasset, vt Præneste vsq; (oppidum est Latij) vicesimo penè milliario ab vrbe processisset, C. Fabricij (vt patriam desereret à se frustra tẽtati) cæterorúmq; Romanorum cõstãtiã admiratus, Cineã legatum Romam misit, qui liberationem captiuorum, & auxilium ad subigendã Italiam, populo Romano offerret. pro his nihil aliud postulans, quàm Tarentinis securitatem, & vt amicitiæ pacísque componendæ gratia Pyrrhus ipse in vrbem reciperetur. ad quam pacem, societatémq;, senatus accepta clade perterritus, & grauiora metuens, iam propemodùm inclinabat, nisi Appius Claudius, vir amplissimus quidem, cæterùm senectute, & orbitate oculorum, à reipublicę muneribus cessans, lectica delatus in curiam venisset, fortitérq; dissuasisset.[d] *c Plinius de viris illustrib.* *d Liuius li. 12.*

Annibalis de Pyrrho iudicium. 13 † Hic porrò ille Pyrrhus est, quem Annibal percunctãti Africano, quis ab eo maximus Imperator iudicaretur, post Alexandrum Macedonum regem posuit, quòd castra metari primum docuisset: ad hoc neminem elegantius loca cœpisset: præsidia disposuisset: artem etiam conciliandi sibi homines, eã habuisset, vt Italicæ gentes regis externi, quàm populi Romani tandiu principis, in ea terra Imperium esse mallent.[e] Cineas verò vir Thessalus fuit, & ingenio, & eloquentia clarus, vt pote qui Demostheni diu operam dedisset. de quo Pyrrhus, prædicare solebat, plures oratione à Cinea, quam à se, armis *e Liuius li. 45.*

Cineas Pyrrhus legatus. Cineæ eloquentia & memoria. 14 fuisse subactos.[f] † magna certè fuit eloquentia, sed non minore memoria, nãque Pyrrhi regis legatus senatui, & equestri ordini Romæ postero die quam aduenerat, nomina reddidit.[g] *f Plut. in Pyrrho.* *g Plinius li. 7. c. 24.*

m *Non recipiendo*) Vlpianus alibi scribit, Appium in senatu seuerissimam dixisse sententiam de captiuis Pyrrhi non recipiendis.[h] Etenim Pyrrhus captiuorum liberationem offerebat, & in vrbem admitti se petebat, inspiciendi amicè gratia. *h l. j. §. casum. ff. de postulãd.*

Appii oratio. n *Sententiam tulit*) Luculenta oratione in senatu habita cuius meminit Cicero,[i] & eam accurratè Plutarchus refert.[k] 15 † Latus igitur Appius in lectica per forum ad senatum, & silentio in curia facto, vbi suo loco constitit, se antea suã oculorum fortunam permolestè tulisse dixit: nunc autem se dolere, atque angi vehementer quòd non vltra cæcitatem ipsam, surdus etiã esset: ne turpes consultationes ac sententias, quæ vrbis Romæ gloriam subuertũt, audire compelleretur, illa quæ versibus apud M. Ciceronem prosecutus est Ennius adiungens.[l] *i Ci. in Catone maiore.* *k Plutarc. in Pyrrho.* *l Cicer. vbi su.*

Quo vobis mentes rectæ, quæ stare solebant:
Ante hac dementi sese flexere ruina.

Pyrrhus Italia expellitur. Qua acerba oratione in patres inuectus, pacem vt minus vtilem diremit, & omnium animos ad belli studium traduxit. vt Cinea dimisso, responsum fit, Pyrrhus Italia decederet. Nam quoad in armis adesset, populum Romanum aduersus eum bellaturum, etiam si mille Albinos pugna deuicisset, Salubréque consilium Appij euentus comprobauit. Nam paulopost, M. Curij Dentati Consulis, præsertim opera, Pyrrhus, qui in Siciliam traiecerat, iterum ex Sicilia in Italiam reuersus, victus est, atque Italia extrusus.[m] *m Liuius li. 14. Pluta. in Pyr.*

o *Actiones scripsisse*) Actiones ab Appio descriptas, & ad formam redactas,

n §.postea cum Appius. sup. hac l. iam antè Pomponius docuit.[n] quas Cn. Flauius scriba eius cum Fastorum libris populo inuulgauit.

o l.ij.ff.de vsucapio. p Laur. Vall. li.5.c.50. q Ci.ij.parado. r Cic.li.j.Tuscula. s Deuterono.5. t Ci. in Verr. u Ci.de leg.agra contra Rullum.

p *Vsurpationibus*) [o] Vsurpatio, inquit Iul. Paul. est vsucapionis interruptio. Oratores autem vsurpationem, frequentem vsum vocāt.[o] Equidem vsurpare, est frequenter vti, tum dicto, tum facto.[p] vnde vsurpatum à doctissimis, M. Cicero dixit, id est apud doctissimos vsitatum.[q] & alibi, apud Platonem, inquit, sæpè hæc oratio vsurpata est, vt nihil preter virtutem diceretur bonū.[r] Sacræ quoque literæ nō vsurpabis nomen Dei tui frustra: quia non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit.[s] Aliquando tamen vsurpare pro eo ponitur quod est rei possessionem, aut etiam rem ipsam velut nostrā apprehendere, & retinere. Inde apud M. Ciceronem ex bonis vsurpare,[t] vsurpandam libertatē,[u] & his similia. Indéque cōstat aliud esse vsurpare, quod omninò facti est, aliud vti, quod ad ius etiā potest referri. Sed & vsurpare verbum nostratium vulgus plerunque in malam partē accipit. vt vsurpare dicatur, qui sine causa præter ius, & vt loquimur, de facto, rem alienam apprehēdit, & occupat, vt eam faciat quoquomodò suam. Hîc autem vsurpationem, Pomponius pro Vsucapionis interruptione, cum cæteris Iurisċōsultis accepit.[x] Quo etiam modo per obscurum Gellij locum exponendum credimus: apud quem Q. Mutius Iurisconsultus sic ait. Non esse vsurpatam mulierē, quæ cū calendis Ianuarijs apud virū, causa matrimonij esse cœpisset, ante diem quartā calendas Ianuarias sequentes vsurpatū isset. Non enim posse impleri trinoctium, quod abesse à viro vsurpandi causa ex xij. tabulis deberet: quoniam tertiæ noctis posterioris sex horæ alterius anni essēt, qui inciperet ex calendis. hæc ille,[y] apud quem Iurisconsultum non dubito, quin vsurpandi verbum ex more Iurisconsultorum pro vsucapionis interpellatione accipi debeat.[z] atq; necessariò referri ad vxorem, quæ ipsa vsurpat, non item maritus.[†] Sciendum igitur mulierem nubentem, non ideo in potestatem mariti peruenire: sed in patris ditione perpetuò remanere.[a] tametsi non ideò pater possit filiam nuptam abducere, ne per occasionem patriæ potestatis, matrimonia turbari contingat.[b] ne itaque maritus assiduo ille, & diuturno coniugali vsu, tantundē iuris, quærere posse videretur: ex lege præsertim xij. tabul. quæ res mobiles (inter quas etiam animantia, Iurisconsulti retulerunt[c]) anno vsu acquiri voluit.[d] Concesserunt illę ipsę xij. tabulę, vxori tribus noctibus, vno quoque anno à marito abesse, vt tātula hac absentia vsurparet, hoc est interpellaret, & interrumperet mariti vsucapionem: quæ alioqui plenum ius viro in vxorem, velut seruam, tribuere videbatur. quale etiā veteres Gallos maritis dedisse, Cæsar scribit.[e] Sic ergo vsurpatum it mulier, cùm à viro, & eius domo vsucapionis interpellandæ gratia aliquò demigrat. & vsurpata mulier, hoc est vsucapionem interrupisse tum iure dicitur, cùm tres integras noctes abfuit. vbi autem trinoctium minimè compleuit, vsurpata dici non potest. qui sensus est, ni fallor, verborum Q. Mutij.

16 Vsurpatio. Vsurpare

x l.ij.ff.de vsucap.

» Gellij locus.

y Gell.li.iij.c.ij

z l.ij.ff.de vsucap. a l.dissentientis C.de repud. b l.j.§.vlti.ff.de liberis.exhib.l.vlti.§.vlti.C.de furt. c l.mouentia ff.de verb.sig. d §.j.Instit.de vsucap. Ci. in Topic. e Cæsar.lib.6.de bello Gall.

17 Vxor nō est in mariti potestate.

f Raph.Volater.li.14.Antropologia Vdalric. Zas. hic.

q *Idem*) Vdalricus Zasius, quia sibi cū Volaterrano[f] persuaserat, hūc locum de tertio quodā Appio, non etiam de Cæco intelligendum: censet, hîc legēdū *inde*, perperàm quidem, vt mihi videtur, cùm nulla nos cogat necessitas credere Pomponium, de alio Appio, quàm Cæco loqui. nā quod ad structuram sermonis attinet, eam optimè quadrare docebo. & sanè si vulgatis foret emendanda lectio mallem ego, loco *idem*, reponere *item*.

g Vdal.Zas. hic. h Vale.Max. li.8.c.11. i Ci.li.iij.offi. k Ci.& Vale. Max. vbi s.

r *Appius Claudius*) Hunc nonnulli putant,[g] T. Claudium Centimalum: aut vt alij vocant, Centum malum.[h] qui ædes, quas in monte Cælio habebat, callidè vendidit: postquam ab Auguribus, fuerat ei denuntiatum, vt cùm officerent auspicijs, eas demoliretur.[i] Sed certè Pomponius hîc, de eodem, quo supra Claudio Cæco verba facere mihi videtur, nec vsquam legi Appium Cētimalum vocatum fuisse, & Centimalus ille, cuius Valerius post Ciceronem meminit, non Appius, sed T. Claudius dicebatur.[k]

Centimalus.

s *Qui*) Vsus, quod tametsi leue, annotatum volo, ne quispiam, ad Claudij

personam

personam, idipsum temerè referat.

Claudiorum duæ familiæ.

17 t *Ab hoc*) Claudio Cæco. † Quoniam verò duæ, sicuti Pædianus scribit, Claudiorum familię fuerunt: Marcellorum plebeia, & pulchrorum patricia:[l] cuius princeps Appius Clausus fuit, qui vt suprà diximus, ex Regillis oppido Sabinorum, cum quinq; mille domibus Romã cõmigrauit: posteà Claudius dictus. à quo permulti Appij processere, & pleriq; simpliciter scripserunt, Appiũ Claudiũ literã R. inuenisse: neque satis constabat, quisnam ille esset. Põponius hîc dicit videri, ab hoc Claudio Cęco, vsum eius literę dimanasse.

l Asco. Pedia. in oratione pro Marco Scauro.

Literarũ inuentores.

18 v *R. literam inuenit*) † Gloriantur Aegyptij, abs se literas inuentas, authore Mercurio.[m] Idem Syri sibi arrogant. Liuius verò, authorem Euandrum vocat.[n] à quo etiam putat Tacitus, Aborigines literas didicisse.[o] Plinius literas fuisse semper Assyrias arbitratur.[p] Græci Cadmo Agenoris filio acceptas referunt.[q] Sunt & qui autument ab Aethiopibus primùm inuentas, ab ijsque Aegyptios eorũ colonos, mox illas accepisse, & ab his deinde reliquos.[r] Eusebius autem grauis author, luculenter probat Mosen, qui multò tempore ante Cadmum vixit: literas Iudæis primùm tradidisse, & à Iudæis Phœnices accepisse: Græcos verò postremos à Phœnicibus.[s] Sed & alij Abrahamo, qui Mose antiquior fuit, literarum inuentionem tribuunt, neq; præterea desunt qui re tota longiùs petita eam liberis Seth, filij Adam, prothoplasti assignẽt.[t] Scripserunt enim si Iosepho credimus, in duabus columnis rerum cælestiũ disciplinam, quarum alteram lapideam, vsque ad suam ætatem, Iosephus in Syria durasse confirmat. Quo satis iuuatur Plinij sententia, qui literarum vsum æternum contendit: licet non eodem tempore, omni genti cõmunicatum.[u] Vtcumque sit, satis constat, ante Appij Cæci sęculum, literarum figuras inttoductas.

m Diodo. lib. j. rer. antiq. n Liuius lib. j. o Cor. Taci. li. 11. p Plin. lib. 7. c. 56. q Diodo. li. 6. r Diodo. li. 4 s Eusebius Caesariens. li. 8. & 10. t Ioseph. li. j. antiquit. Iudaic. u Plin. lib. 7. c. 56.

R, litera à quo inuenta.

19 † & R, literam latinis datam.[x] vt meritò credendum sit, nolle hîc Pomponium literam R, ab Appio inuentam, sed vsum eius literæ, pro S. vt pro Valesijs, quemadmodum subijcit, Valerij essent: & pro Fusij, Furij. Sicut ex diuerso, M. Varro. Festus, & Fabius Quintilianus scribunt, veteres per sæpè S. pro R, posuisse, vt maiosibus, meliosibus, lasibus, fesijs, pro maioribus, melioribus, laribus, & ferijs dicerent, quod hodie in Gallia, vitium est peculiare, vulgi Parisiensis.

x Polydo. li. j. de inuento rer. c. 6.

Demosthenes blæsus.

20 † de Demosthene fertur eum adeò blęsum fuisse, vt in exprimendo literam S, anxiè semper laboraret, pro ea lampda λ, proferens, cuiusmodi linguæ impedimento, fidissima, & charissima nostra coniunx, Ca-

Catherina Boyssonea.

21 therina Boyssonea, pariter tenetur. † Cur autem R. literam, Persius Flaccus caninam appellet, dum ait,[y]

Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? vide sis, ne maiorum tibi fortè
Limina frigescant: sonat hîc de nare canina
Litera.

y Persius Satyr. j.

In promptu causa est, quòd videlicet irritati canes ringendo constrictis dentibus eam exprimant. vnde Lucilius,

R, litera canina.

Irritata canis, quod r, y, quàm plurima dicat.

Irritari.

22 Vnde non vno in loco Donatus,[†] irritari, verbum docet à canibus venire, qui stomachati, testrictis dentibus R, literam imitantur. ideóq; canes inquit, propriè irritari dicantur.[z]

z Donatus in Andria & in Adelph.

§. FVIT POST EOS.

Fuit post eos maximæ scientiæ Sempronius,[a] quem populus Romanus σοφὸν[b] appellauit: nec quisquam ante hunc hoc nomine cognominatus est.[c] Sed & C. Scipio Nasica,[d] qui optimus à senatu appellatus est:[e] cui etiam publica domus[f] in sacra via[g] data est quò faciliùs[h] cõsuli posset. Deinde Quintus Fabius,[i] qui ad Car-

thaginienses[k] missus legatus,[l] cùm essent duæ tesseræ[m] positæ, vna pacis,[n] altera belli:[o] arbitrio sibi dato vtram vellet, referret Romam: vtramque sustulit, & ait, Carthaginienses petere debere, vtram mallent accipere.

. SVMMÆ.

1 *Sempronij.*
2 *Semproniæ leges.*
3 *Sophi qui.*
4 *Septem sapientes.*
5 *Philosophus.*
6 *Sapiens quis.*
7 *Nasica pater & filius.*
8 *Corculum.*
9 *Nasica optimus iudicatus.*
10 *Domus quibus è publico data.*
11 *Sacra via.*
12 *Via salaria, via sacra.*
13 *Iuris professorib9 publica dom9 detur.*
14 *Fabij legatio ad Carthaginienses. & nu.19.*
15 *Carthago ciuitas.*
16 *Phœnices.*
17 *Byrsa.*
18 *Carthago cur sic dicta.*
19 *Scipionis lachryma.*
20 *Tessera.*
21 *Hospitale signum.*
22 *Tesseram confringere.*
23 *Tessera frumentaria.*
24 *Caduceum, Caduceator.*
25 *Hasta caduceum.*

a S*Empronius*) † Plures fuerũt Romę, quondã Sempronij, nam Semproniorum familia nobilissima, antiquissimáque fuit. At Pōponius hîc P. Sempronium Longum intelligit: qui primus omnium Sophus, dictus est, & qui Tribunus plebis cùm esset, in Appium Claudium Cæcum, Censura se abdicare nolentem, acerrimè est inuectus.[a] Deinde consul eum P. Sulpitio Auerrione creatus, anno cōditæ vrbis 450. & eiectorum regum 296. ac tertio post anno Pontifex, proximóque Cēsor, cum eo quem in consulatu collegam habuerat: ac demum prætor duobus post annis.[b] Fuit & alius, post hunc M. Sēpronius Tuditanus: qui & ipse à Liuio sophus est appellatus,[c] non iuris ciuilis modò, sed eloquentiæ, adeóque rei militarris peritissimus: qui tribunatum militarem, Aedilitatem, præturam, censuram, & consulatum fœlicissimè gessit. De quo tamen hic locus accipi nō potest: cùm multò posterior fuerit: vtpotè Consul creatus, cum C. Claudio Cētone anno ab extructa vrbe 513 & à pulsis regibus 269. agit autē hîc Pōmponius de illo Sempronio, quem primum Græco sapientiæ nomine, Romanus populus honestauit. † Neque verò putandum ab his, aut eorum altero, Sempronias leges fluxisse: sed à C. Sēpronio Graccho, qui primus legem pertulit, ne iniussu populi Romani ciuis Romanus morte multaretur, vtque in magistratum, si quis contra fecisset, animaduersio foret.[d] qua maximè subnixus C. Cæsar, de Catilina & coniuratis negabat sumendum supplicium. At in eam sentētiam ne reliqui cōcederent, Semproniam legem lepidè M. Cicero, in hæc verba diluit. At verò C. Cęsar intelligit legem Semproniam, esse de ciuibus Romanis constitutam. Qui autem reipublicę sit hostis, eum ciuem esse nullo modò posse. Denique ipsum latorem legis Semproniæ, iussu populi, pœnas reipublicæ dependisse.[e] Etenim cum C. Gracchus tribunus plebis seditiosè montem Auentinum cum armata multitudine occupasset, L. Opimius consul, populum ad arma vocauit: túmque Gracchus pulsus, interemptúsque est.[f] Tulerat & alteram legē, idem C. Sempronius Gracchus, vt videlicet consularès prouinciæ, per Senatum quotannis constituerentur: néue vltra præscriptum tempus, quis in prouincia haberet imperium: sed eo finito daretur illi successor.[g] quocirca cùm C. Cæsar, quinquennio Gallicum bellum, nec infœliciter gessisset: in aliudque quinquennium sibi postularet imperium prorogari, Senatus cēsuit, ne Cæsari lege Sempronia succederetur.[h] cuius sententiæ se principem & authorem fuisse M. Cicero iactitat.[i] Sed iam plus satis, Sempronijs legibus dictum.

[Right margin: 1 Semproniorum familia. Sempronius longus. — Sempronius Tuditanus. — 2 Semproniæ leges]

[Left margin: a Liuius li. 9. — b Plin. li. 33. c. j — c Liuius li. 34. — d Ci. pro C. Rabirio. — e Ci. ora. iiij. in Catilinam. — f Liuius li. 61. Plut. in vita Gracchorum. — g Ci. pro domo sua & de prouincijs cōsular. — h Cic. li. j. epist. ad Lentulum procōs. scribēs. — i Cice pro Cor. Balbo.]

b [...]) † Sophon, id est sapiens. Nam sapientiam quidem ipsam, inquit M. Cice- 3

[Right margin: Sophon.]

M. Cicero, quis negare potest, non modo re esse antiquam verumetiam nomine? Quæ diuinarum humanarúmque rerum, tum initiorum, causarúmq;, tum cuiusque rei cognitione, hoc pulcherrimum nomen apud antiquos assequebatur. Itaque & illos septem, qui à Græcis σοφοὶ, sapientes à nostris, & habebantur, & nominabantur,[k] &c. & ad Atticum Martialis.[l] *k Ci. li. 5. Tusc.* *l Martial. lib. 7. epigramma.*

Tepia Cecropiæ comitatur turba Mineruæ

Te secreta quies, te sophos omnis amat.

Budæus tamen noster admonet hoc loco, sophos olim appellatos, non modò sapientes, sed etiam viros insigniter doctos, & acutos, vnde qui dicentibus solebant adulari, clamabant sophos, perinde ac si dicerent, sapiēter dictum, Martialis ad Pomponium.[m] *m Martial. li. 6.*

Quòd tam grande sophos, clamet tibi turba togata,

Non tu Pomponi, cœna diserta tua est.

Quod ex Græcorum more tractū, Sipontinus probat, qui si quempiam audiant, aut illius scripta legant, assentādo dicere solent σοφὸς hoc est sapiens, eruditus. Sanè verò Iudæorum Doctores, sicuti Hieronymus ad Aglasiam

Septem sapientes 4 scribit, plebs sophos, nuncupabat. Qua imitatione apud Græcos, † ἑπτὰ σοφοὶ, id est septem sapientes nuncupabantur, Tales Milesius, Solon Atheniensis, Chilô Lacedæmonius, Pyttacus Mytileneus, Bias Prienus, Clebolus Lydius,

Philosophus. 5 & Periander Chorinthius. † Postmodum verò Pythagoras sapientiam soli Deo relinquens non sapientem se, sed Philosophum, hoc est sapientiæ amatorem, appellari voluit.[n] *n Ci. li. ij. de finib.*

c *Cognominatus est*) Pomponius, non sat sibi constare videtur, cùm paulò infrà dicat, Acilium primum à populo sapientem appellatum:[o] nisi dixeris, aliud esse, quem Sophon mutuato à Græcis nomine dici, quo vno verbo, non solùm sapiens, vt pupugimus: sed quicūque doctrina aut magno ingenio vir *o §. post hos fuit T. j. hac l.*

Sapiens quis. 6 continetur. † & aliud sapientem vocari, qui propriè dicitur, prouidus futuro tum coniector: & cui quid opus est: inquit M. Cicero, in mentem venit.[p] *p Ci. pro Cluë.*

Nasica. 7 d *C. Scipio Nasica*) † A nasi magnitudine, Cornelio Scipioni, hoc nomen super adiectum ferunt. Publium autem Cornelium Scipionem Nasicam, Cn. Cornelij Scipionis in Hispania occisi, filium, & Africani maióris fratrem patruelem intelligit, Ideóque non Caius sicuti vulgo legitur, sed Cornelius, aut C. tantum litera expressa, quæ Cornelium noter, censeo legendum. Hic autem Scipio, cui Nasicæ cognomen datum fuit, eloquentia, ingenio, probitate, & sapiētia tanta claruit: vt natura optimus, cum primis existimatus, † De-

Corculū 8 inde Corculum diceretur. Et nasica ille prudens, inquit M. Cicero, bis cōsul, Corculum appellatus.[q] Etenim veteres hominem solertem, acutum, & sapiētia præstantem, Corculum dixerunt,[r] Sunt tamē qui nō malè hūc Ciceronis *q Ci. lib. j. Tuscul. & in Brutu.*

Nasica filius. locū ad Nasicā filiū referāt. Nā pater Nasica, qui Ideæ sacra suscepit, consulatum gessit anno conditæ vrbis 563. neq; amplius quā semel, cōsul fuit. At Nasica filius, semel atq; iterū nam anno 591. cōsul factus, collegā habuit C. Martium Figulum, rursusq; consul creatus est anno 599. cum M. Claudio Marcello. Equidē Nasica pater optimus, sapientissimus, & Iurisconsultissimus habitus est, vt eum meritò inter Iurisconsultos Pōponius noster referat. Is autem, cum repugnantibus auspicijs, consulem se competisset, à Graccho nominatum, magistratu se abdicauit. Censor statuas, quas sibi Consules anteà ambitiosè erexerant, sustulit, Imperatoris nomen à militibus oblatum recusauit. Tiberium Gracchum tribunum plebis seditiosis concionibus, statum reipublicæ perturbantem subsselliorum fragmentis trucidauit, ędē dedicauit[s] magnæ matris Ideæ, quam is optimus à senatu iudicatus, aduectam ex Asia, per portā Capenam duxit in vrbem: eámq; hospicio excepit, quoniā ita responsum erat, vt numen id, ab optimo viro, reciperetur, consecraretúrque.[t] ei tamen inquit Plinius, in patria mori non licuit, non hercule magis quàm extra vincula, illi sapientissimo ab Apolline iudicato Socrati.[t] *r Plin. li. 7. c. 31* *s Liuius li. 39. & 45. Ci. in Orat. pro C. Rabirio, perduellionis reo.* *t Plin. li. 7. c. 34.*

c *Appellatus*) † Laus omnium præstantissima, & qua nihil speciosius, huic vni contigit, dum inter tot hominum millia, & in vrbe totius orbis florentissima, tanta integritate præfulgere cæteris visus est, vt adolescens adhuc vir optimus à Senatu eodemque iurato iudicatus, Idæam matrem, tūc primùm aduectam ex Asia apúdque virum optimum, ex libris Sibyllinis diuertendam, hospitio exceperit.[u] quam ideò Iuuenalis Idæi numinis hospitem vocat.[x] 9 Nasica optimus iudicat.

u Liui & Plinius vbi s.

x Iuuenal.sat.iij.

Da testem Romæ tam sanctum, quàm fuit hospes Numinis Idæi.

Vnde cùm de Gallis Boijs quibuscum signis collatis, egregiè & fœliciter pugnauerat, sibi decerni triumphum postularet: & P. Sempronius Blæsus tribunus plebis intercederet honorem triumphi, saltem differendum censens, ad eum, & vniuersum Senatū, hæc inter cætera, Scipio Nasica effatus est. Quòd ad se attinebat, gloriæ sibi satis in omnem vitam illo die quæsitū esse, quo se virum optimū iudicatum, ad accipiendam matrē Idæam, Pęsinunte venientem, misisset Senatus. hoc titulo, & si nec consulatus, nec triumphus addatur satis honestam, honoratámque P. Scipionis Nasicæ imaginē fore.[y] Hic etiam cùm adolescens Aedilitatē curulē peteret, repulsam pro eo passus est, quod candidatorum more, cuiusdam manum rustico operi induratam, apprehendens, festiuè interrogasset eum, num manibus ambularet.[z]

y Liuius li.46.

z Vale. Max. li.7.c.5.

f *Publica domus*) † Quoniam cum summa probitate hic Scipio Nasica singularem iuris peritiam coniunxerat, quò faciliùs consuli posset, eidem domus in sacra via publicè data fuit. Quod nec in postremis olim habitum est, si qui dem perpaucos cōrigerir domo publicè donari Valerio tamē Publicolæ, ac M. Ciceroni domus publico sumptu ædificatas legimus.[a] Et Iulium Cæsarē, in domo publica, & in sacra via, post pontificatum maximū habitasse, Tranquillus memorat.[b] 10 Domus quibusē publico datæ.

a Plut. in Public. & in Cic.

b Suet. in Cæsare.

g *Sacra via*) † Via Romæ, caput habens ad Carinas, quæ à regia vsque in atcem, id est Capitolium, tendebat, & qua triumphantes, in Capitolium ire solebāt, Sacra dicta est, vel quod in ea fœdus inter Romulum & Sabinos olim ictum fuerit: quod Festus, Halicarnasseus, cæterique ferè probant, vel quod sanè verisimilius mihi videtur, quia Deorum simulachra, reliquáq; sacra, statis diebus per eam in arcem deferrentur, per eámque profecti Augures ex arce inaugurare. † Sic enim viam Salariam, in vrbe Roma dictam accepimus quoniam illâ sal in Sabinos portari consueuerat.[c] Cæsarem porrò, qui primū in Suburra modicis ædibus habitabat: post pontificatum maximum in sacra via, sicuti diximus, domo publica, habitasse constat.[d] totúmque forum Romanum, cùm Dictator factus esset, viámque sacram ab ædibus suis in cliuum vsque Capitolinum velis inrexuisse, quod munere ipso gladiatorio, Romanis, mirabilius visum est.[e] 11 Sacra via 12 Salaria via.

c Plin. li.31.c.7

d Suet. in Cæsare.

e Plin. li.19.c.j.

h *Quo faciliùs*) Confluente illîc frequentissima hominum turba, ob fructuū, & rerum vænalium mercatus, quæ in sacra via habebantur.† Sic & celeberrimis iuris nostri professoribus, publica domus & in splēdidiore vrbis loco, do nanda esset: quò faciliùs adiri & consuli possent. Nam Iurisconsulti domus, vt M. Cicero ait, totius est oraculum ciuitatis, pro testimonio citans Q. Mutium cuius ianua & vestibulum quotidie, cùm etiam infirmissima valetudine, affectáque iam ætate esset, maxima ciuium frequentia ac summorum ho minum splēdore celebrabatur.[f] & alibi refert Isocratis domum cunctæ Græciæ, quasi ludum quendam paruisse, atque officinam dicendi.[g] 13 Iuris professores domum è publico habeant. Isocrates

f Ci li.j. de Orato.

g Cice. de clar. Orat.

i *Q. Fabius*) Non est hîc Q. Fabius Dictator, ab alijs Verrucosus, à Verruca in labris: ab alijs ouicula, à mansuetudine morum appellatus: Qui Consul de Liguribus triumphauit, & Annibalem cunctando fregit. † Sed Q. Fabius Pamphilus, cum de eo Pōponius se loqui dicat, qui Carthaginiensibus optionem belli pacísue eligendæ dedit, quamuis nusquam alibi meminerim me 14 Fabij legatio ad Carthaginiēses.

legisse

legiſſe, eum ciuilis iuris fuiſſe peritum, vnde ſuſpicatus ſum, aliquando Pomponium, pro Q. Fabio Labeone, quem M. Cicero, & iuris, & literarum, & antiquitatis peritum vocat, ac Annales ſcripſiſſe dicit.[h] Q. Fabium Pamphilum nobis obtruſiſſe.

h Cice. in Ora. perfe.

Carthago.

15 Iz *Ad Carthaginienſes*) † Hiſtorici cum Geographis duplicem in Hiſpania Carthaginem nobis proponunt: veterem non procul Tarracone, & à Teucris conditam, & nouam extructam ab Haſdrubale duce Pœnorum, in Bœtico littore.[i] Poſt agros, inquit M. Cicero, in Hiſpania apud Carthaginem nouam, duorum Scipionum eximia virtute poſſeſſos, tum ipſam veterem Carthaginem vendunt.[k] Nouæ Carthaginis, meminit Liuius. Carthaginem nouam, inquit, Scipio oppugnare ſtatuit, vrbem cùm ipſam opulentam ſuis opibus tum hoſtium omni apparatu bellico plenam (ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hiſpaniæ obſides erant) ſitam prætereà, cùm opportunè ad traijciendũ in Africam, tum ſuper portum ſatis amplum quantæuis claſſi.[l] Sillius quidem Italicus, quod duarum erat vni poeticè tribuit.[m]

i Claud. Ptol. li. j Pōpo. Mela lib. ij. de ſitu orbis.

k Cice. de leg. agra.

l Liuius li. 36.

m Sillius li. iij. de bello punico

Urbis colitur Teucro quondam fundata vetuſto
Nomine Carthago.

Fuit & tertia Carthago (quàm hic Pomponius ſignificat) omnium antiquiſſima, in Africa: à qua duæ Hiſpanienſes, denominationem acceperunt, à Didone muliere, poſt Troianũ excidium quemadmodum Romani & Carthaginienſes ipſi crediderunt, condita.[n] † Alij verò à Phœnicibus (populi ſunt Syriæ Iudæis finitimi, quorum nobiliores vrbes Tyrus, & Sidon fuerũt) quinquaginta annis ante Troiã expugnatã conditam putant. Sed de hac re tota, Appianum audiamus. Carthaginem in Lybia Phœnices condidere, annis quinquaginta ante Ilij captiuitatem, Conditores fuêre Xorus, & Carchedõ. ſicut autem Romani, & ipſi Carthaginienſes exiſtimant, Dido mulier è Tyro profecta, cuius virum cùm Pygmalion vrbis tyrannus clam interemiſſet: ſomnio monita, collectis ijs, quibus Pygmalionis ſæuitia inuiſa fuerat, pecuniiſq; in vnum congeſtis in Libiã enauigauit: & eo loci vbi nunc Charthago ſita eſt, conſedit. Expellentibus deinde eos incolis, tantùm ſoli deprecati ſunt, in quod ſe conferrent, quantum taurino corio circundare poſſent, ea ex cauſa primum riſus inter Phœnices ortus, rei exilitate demùm qui huiuſmod. foret aſtus, ſcire cupientes, potiſſimum cum ambigerent quemadmodum ciuitas, tam anguſto ſpatio includi poſſet: conceſſuros ſe iureiurando firmauere. Hi corium per minuta ſecantes, circumpoſuere loco vbi nunc

n Euſeb. Caſariẽ. ij. Chronolo

16

Phœnices.

Byrſa, latinè corium.

17 Carthaginis arx reſidet, quæ ob id † Byrſa appellata eſt, procedente mox tempore, hinc inde profecti, cum finitimis longè promptiores haberentur: deducta claſſe, & mare quemadmodum reliqui Phœnices enauigantes, vrbem extra Byrſam condidere. Hæc ille:[o] atque hunc, ſpectare videtur Vergilius, cùm ait.[p]

o Appianus Alexan. in Lybico.

p Verg. j. Aeneid.

His commota, fugam Dido, ſocióſque parabat,
Conueniunt quibus, aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat, naues quæ fortè paratæ
Corripiunt, onerántque auro, probantur auari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti
Deuenere locos: vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, ſurgentémque nouæ Carthaginis arcem:
Mercatíque ſolum facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſet circundare tergo

Carthago cur ſic dicta.

18 Carthago † autem dicta eſt, quaſi vrbs noua. Etenim Carthago, lingua Pœnorum, noua eſt ciuitas. M. autem Cicero ſcribit, Carthaginem ſic nuncupatã, à Carthagine Herculis filia, cùm Byrſa prius diceretur.[q] Eius autẽ ſitũ

q Cice. li. iij. de nat. deo.

r Liuius li.36. s Polybius li.1. t Appianus in Lybico. u Plin.li.15.c.18.

Liuius,[r] Polybius,[s] & Appianus[t] venustissimè describunt. Sanè verò, eo potentiæ successu temporis Carthago ciuitas venit, vt tota cultiore Africa potiretur: & omnem oram, vsque ad columnas Herculis teneret (quæ longitudo est, lx. millium stadiorum) ac annis centū & viginti, Romanis æmula fuerit.[u] Cæterùm variante fortuna adeo defecit, vt ea diruta, circumiacens regio facta fuerit, & Malinissæ, qui ob virtutem, & amicitiam Romanis charissimus fuit, commissa à populo Romano. Euersa autem fuit, anno Dcc. postquā condita est, & tertio Punico bello, tanta clade, vt eam Scipio, ad ouium stabula deputârit.[x] † Scipionem verò prodit historia, cùm Carthaginem ad extremum venisse excidium intueretur, illachrymasse, satísque intelligentem necessum esse vrbes, regnáque omnia, non secus ac hominis fortunam, variari atque interire. memoria repetitis Troianorum Assyriorum. Medorum Persarum, & Macedonum excidijs, Homericum illud protulisse.

19 Scipionis flet[*].

x Appian.li.5. de bello. ciuil. Polyb.li.iiij.

Iámque dies aderit, quo concidat Ilion ingens:
Et Priamus, Priamíque ruat plebs armipotentis.

Cúmque Polybius studiorum Scipionis comes, ac præceptor, ab illo sciscitaretur, quid sibi vellet carmen huiusmodi, Romam respondisse: pro qua pensitatis humanis casibus, dubitaret: & maximè animo angeretur.[y]

y Appian.in Lybic.

l *Missus legatus*) Q. Fabius, cum quatuor prouectæ ætatis collegis, natu tamē ipse grandior, in Africam missus est, percunctandos Carthaginienses, nūm publico consilio Saguntum Hannibal oppugnasset, & si faterentur, in pœnā rupti fœderis Hannibal daretur, aut eis publicè indiceretur bellum. Quod cùm denunciasset in senatu Carthaginiensi, & tergiuersantes Pœnos, aliásq; ex alijs causis nectentes, animaduerteret, dixisse fertur: suo se sinu bellū, vel pacem, vtrum illi eligant, adferre. Cúmque Chartaginienses ferociter respōdissent, daret vtrum vellet: Fabius sinu in media curia effuso, & excusso togę gremio, se dare bellum dixit,[z] Gellius tamen, historiam aliter recensens, Fabium Imperatorem Romanum scribit, populi Romani nomine, ad Carthaginienses hastam, & caduceum, signa belli, & pacis misisse, data opinione, vtrum eligerent, eíque de scripto quoque à Carthaginiensibus responsum neutrum sese eligere, sed Fabio electionem relatam, quod ille optasset, sibi pro electo futurum.[a] M. autem Varro, cui noster Pomponius magis consentit, neque hastam, neque caduceum, sed duas tesserulas, hoc est paruas tabellas, in quarum altera hastæ, in altera caducei simulachrum incisum erat, Carthaginiensibus missas refert. vsque adeo hac in parte parum conueniunt historici.

z Liuius li.21. Polyb.li.iij.

Fabius bellum Carthaginiensibus indicit.

a Aul. Gel. li. 10.c.28.

m *Tessera*) † Tessera militare signum est, quod dux exercitus suis militibus dat ad hostes & exploratores dignoscendos, id Vegetius vocale dicit,[b] quod pro arbitrio eius, qui præest exercitui voce, verbóq; detur. Galli *mot du guet*, appellant. Polypius tamen tabellam fuisse docet, quam Tribuni militares sub noctem ab imperatore accipiebant: ij autem celerrimè, ad Centuriones eā perferebant, & Centuriones, Decurionibus, & ij tandem ad singulos decuriæ suæ milites, à quibus rursus conuerso ordine, redibat ad Imperatorem,[c] à quo Liuij verba non abhorrent. Vigilijs deinde dispositis, inquit, cæteris omnibus tessetam dari iubet. vbi secundæ vigiliç buccina darum signum esset armati cum silentio ad se venirent.[d] & alibi, Tessera per castra ab Liuio consule. data, vt Tribunum, tribunus: Centurio: Centurionem: Eques, equitem: Pedes, peditem, acciperet.[e] Cæterùm Vergilius, Tesseræ verbo, symbolū quidem bellicū significari sentit, at illud quod excuntibus ad pugnam datur, ne qua inter milites oriatur confusio, quale fuit in exercitu Marij, Lar Deus, in Syllç, Apollo Delphycus, in Cæsaris, Venus genitrix, in Pompeij[f] Magni, Hercules inuictus. narraturus enim quomodò reseratis à Iunone belli portis, populus omnes, in arma rueti, sic ait.[g]

20 Tessera pro belli simbolo.

b Vegetius lib. iij. de re milita.

c Polyb.li.vj.

d Liuius li.7.

e Liuius li.27.

f Alexā. Neapol.li.iiij.c.vj.

g Vergilius li. 7. Aeneid.

Huc omnis aratri

Cessit

Cessit amor. recoquunt patrios fornacibus enses.

Classica iámque sonant, it bello tessera signum.

Istiusmodi porrò tesserarum inuentorem fuisse in bello Troiano Palamedem, Plinius testatur. Ordinem exercitus, inquit, signi dationem, tesseras, vigilias Palamedes inuenit Troiano bello.[h] Pomponius verò noster, qui cum M. Varrone, sicuti diximus, in hac historia concordat: Tesseræ nomine, lignum complanatum notare videtur, in quo, simulachra illa belli, & pacis incisa erant.

Tesseræ inuētor.

h Plin. lib. 7. c. 56.

Hospitale signū.

21 Fuit item Tessera† quondam signum hospitale: quo ostenso hospites agnoscebantur. dabāt namque veteres hospitibus suis signum aliquod, vt ad hospitia reuersi pernoscerentur: ac tanquam veteres amici, & hospites vel eorum posteri, ad quos ius hoc necessitudinis transibat, exciperentur. Plautus.[i]

i Plau. in pœnul.

Ag. Ego sum ipsus quem tu quæris. Pœ. hę quid ego audio?

Ag. Antidamæ gnatum me esse. Pœn. si ita est, jam tesseram.

Confer, si vis hospitalem.

Tesserā cōfringere.

22 Vnde prouerbiali parœmia† Confringere tesseram dicitur, qui sibi reditum in consuetum aliquem locū sua culpa, aut imprudentia sibi præcludit, quod Melænis lena, Alcesimarcho adolescenti, aliam ducenti vxorem, subirata apud Plautum ostendit.[k]

k Plau. in Cistellaria.

Abi quærere, vbi tuo iuriiurando satis sit subsidij.

Hic apud nos, jam Alcesimarche, confregisti tesseram.

Frumētaria tessera.

23 Est† & prætereà Tessera frumentaria: cuius nostrates Iurisconsulti, non vno in loco meminerunt.[l] quo verbo notantur signa illa, quibus exhibitis tenuiores homines principis beneficio annonam elargientis, certam panis, farinæ, aut frumenti mensuram, accipiebant. Ac ne plebs, inquit Tranquillus de Augusto, frumentationum causa frequentiùs à negocijs auocaretur, ter in anno, quaternorum mensium tesseras, dare destinauit.[m] & Satyricus.[n]

l l. sed et si. §. j. ff. de indic. l. mortuo §. j. ff. de leg. ij.

m Sue. in Aug.

n Iuuen. sat. 7.

Summula ne pereat, qua vilis tessera venit.

Frumenti.

Et Persius Flaccus.[o]

o Pers. Saty. 5.

Libertate opus est, non hac qua, vt quisque Velina

Publius emeruit, scabrosum tesserula far

Possidet.

Hodie plerísque in locis ab iis qui pauperum curam habent, eiusmodi signa, vel plumbea, vel ærea, inopibus erogari solent: quo us exhibitis destinatam frumenti portionem accipiant.

Caduceū.

24 n *Vna pacis*) In qua sculptum erat† Caduceum, pacis symbolum. Caducei autem nomine sceptrum, aut virga Mercurij significatur: qua bellum dirimitur, sic dictū, vt plerique putant, quòd discordias, & bella, cadere faciat. Id Aegyptij, in specie draconum maris & fœminæ coniunctorum figurauerūt.[p] vnde de Mercurio Martialis.[q]

p Macr. lib. j.

q Martial. 7.

Cyllenes cælique decus, facunde minister,

Aurea cui toto, virga dracone viret.

Caduceator.

Itaque legati petentes pacem, Caduceatores appellati: per quos bella finiebantur, sicuti per Fœciales indicebantur.

o *Altera belli*) In qua simulachrum hastæ, incisum erat. Est enim hasta, sicuti Festus Pompeius ait, signum belli præcipuum. nam & Carthaginienses, inquit, cùm bellum vellent, Romanis hastam miserunt. & Romani, cùm fortes viros præsigni aliquo munere ornare cupiebant, eos hasta sæpè honestabāt. Neque præterea ignotum quoties aliquis simul & minaretur bellum & ad

pacem concordiámue inuitaret vetere diuerbio solitũ dici† *Hasta caduceum*. 25 Hasta caduceum, prouerbium.
legatum, inquit Polybius ad Byzantios, Aridicen misere, & cum eo Polemo
clen, cum tribus triremibus: volentes id quod est in prouerbio, Hastam si-
mul & caduceum Byzantiis mittere.[r] Cætera, quæ ad hastam pertinent à
nobis superiùs tractata sunt.[ſ]

r Polyb. li. iiij.
ſ §. deinde cum esset. ȧ. hac l.

§. POST HOS FVIT T.

Post hos fuit T. Coruncanus.[a] qui, vt dixi,[b] primus profiteri cœpit cuius tamen scriptum nullum extat:[c] licet responsa compluria, & memorabilia[d] eius fuerint. Deinde Sextus Aelius,[e] & frater eius[f] Publius Aelius,[g] ac filius,[h] & L. Attilius,[i] maximam scientiam in profitendo habuerunt, & duo Aelij,[k] etiam Consules fuerunt. Acilius[l] autem primus à populo sapiens[m] appellatus est. Sextum Aelium etiam Ennius[n] laudauit.[o] & extat illius liber, qui inscribitur Tripartita,[p] qui veluti cunabula[q] iuris continet. Tripartita autem dicitur, quoniam lege xij tabularũ præposita iungitur interpretatio. deinde subtexitur legis actio.[r] Eiusdem esse tres alij libri referuntur: quos tamen quidam negãt eius esse.[ſ] Hos sectatus est ad aliquid[t] Marcus Cato,[u] princeps Porciæ familiæ.[x] cuius & libri extant.[y] sed plurimi filij eius, ex quibus[z] cæteri oriuntur.

SVMMÆ.

1 *Socrates nihil scripsit.*
2 *Sextus Aelius Catus.*
3 *Aeliorum familia.*
4 *Baldus & Angelus fratres.*
5 *Annibal quo anno deuictus.*
6 *Tuberonis laus.*
7 *Acilius primus sapiens vocatus.*
8 *Ennij vita, & mores.*
9 *Aurum ex stercore colligere.*
10 *Laudari à laudato.*
11 *Laudicœni.*
12 *Tripartitum.*
13 *Cunabala.*
14 *Cunina Dea.*
15 *Aliquid, ad aliquid.*
16 *Catonis Censorini historia.*
17 *Princeps pro primo.*
18 *Catonis filij & nepotes.*
19 *Cato Vticensis.*

a T *Coruncanus*) Sic legendum, non extensè Tiberius Coruncanus eo loco admonui, quo de familia Coruncanorum, plura diximus.[a]

a §. iuris ciuilis. ȧ. hac l.

b *Vt dixi*) Paulo ante prodidit Pomponius, ex omnibus qui scientiam iuris nacti sunt, neminem ante Coruncanum, publicè professum.[b]

b d. §. iuris ciuilis.

c *Nullum extat*) Vel hominum incuria, perierant scripta istius Coruncani
vt iam Pomponij ætate nullum extaret: vel fortè voluit Coruncanus i-
mitari Socratem† illum Atheniensem omnium sapientissimum Apollinis 1
oraculo iudicatum.[c] qui de moralis philosophię pręceptis (quamuis ipse pri
mus Ethicen, id est moralem philosophiam inuenerit) nihil scripti posteris
reliquit, cuius pariter periissent subtiles honestæque dissertationes, nisi eas
diligenter collectas, Plato discipulus in monimenta sua transtulisset.

c Plin. li. 7. c. 31 & li. 34. c. 6.

d *Memorabilia*) Horum responsorum authoritatem, quasi suo seculo extantium Seneca citat. Itémque M. Cicero, illud, qui tantundem caperet, quãtum omnes hęredes, sacris alligari. Placuit P. Scæuolæ, inquit, & Coruncano Pontificibus maximis, itémque cęteris, eos qui tantundem caperent, quantum omnes hæredes sacris alligari.[d]

d Cice. li. ij. de legib.

e *Sextus Aelius*) † De hoc Aelio Sexto sic M. Cicero, numeróque eodem 2 Sextus Aelius.
fuit Sextus Aelius, iuris quidem ciuilis omnium peritissimus, sed etiam ad di
cendum paratus.[e] Sextum autem Aelium Pætum, ambo & Pompo. & Cice-
ro, in-

e Cice. de clar. oratorib.

ro,intelligunt,qui & ob summum perspicáxque eius in iure ciuili ingeniū,
Catus cognominatus est. Sin autem quæreretur, inquit M. Cicero, quisnam
verè Iurisconsultus nominaretur? cum dicerem, qui legum, & consuetudi-
nis eius, qua priuati in ciuitate vterentur, & ad respondendum, & ad agen-
dum, & ad cauendum peritus esset. ex eóque genere Sextum Aelium, M.
Manilium, P. Mutium, nominarem.[f] Fuit autem hic Sextus Aelius, cum M. *f Cic. li. j. de orator.*
Claudio Marcello primùm Aedilis Curulis creatus, anno vrbis conditæ
cccccxlj. sequenti deinde anno Triumuiratum, cum P. fratre, & P. Cornelio
Lentulo gessit. Postea consulatum cū T. Quintio Flaminio, anno cccccluj.
& ab exactis regibus cccxij. ac demùm quatuor post annis, cum C. Cor-
nelio Cethego, Censor factus est, tumque Senatum in spectaculis à populo
separauit: cùm ante promiscuè spectaret. Tanto autem ingenij acumine cla- *g Cic. li. j. Tuscula. & j. de orator.*
ruit, vt à summo poeta Ennio, hoc carmine celebraretur.[g]

Catus. *Egregiè cordatus homo catus Aelius Sextus.*

Non quia sapiens vt vulgò ferūt, sed quia perspicax & acutus. Catum enim,
Sabinum est vocabulum, quo acutum, inquit Varro, significatur, & cata dicta *h dixi. §. augescente. su. hac l.*
Sext^o Aelius pauper. accipienda sunt, acutè dicta.[h] Hic filiam Pauli Aemilij tunc principis ciuita-
tis, vxorem duxit. pauper tamen fuit. quem cùm Aetolorum legati cōsulem
prandentem in fictilibus vidissent, missa ab iis vasa argentea, non recepisse,
neque argenti quicquam habuisse, ad supremum vitæ diem, præter duo po-
Aeliorū familia. 3 cula, quæ L. Paulus socer ei donauerat, prodit historia.[i] † Sed & tota Aelio- *i Pli. li. 33. c. 11.*
rum familia, vt Romæ clarissima fuit, ita pauperrima. adeò vsque vt sexdecī
Aelij, eodem tempore, domunculam vnam habitarent, & vnum duntaxat
haberent fundum in agro Veiente, minùs multò cultores vt ille ait, deside-
rans, quam dominos habebat.[k] *k Val. Max. li. iiij. c. iiij.*

Baldus & Angelus fratres. 4 f *Et frater eius)* † Hunc locum Baldus & Angelus Perusini fratres. pro se an-
notarunt: qui sufflante, vt aiunt diuina potentia, tres fratres erant Iuriscon-
sulti, & doctores, Baldus, Petrus, & Angelus, vtriusque iuris, cùm ciuilis, tùm
Pontificij professores.[l] *l Bal. & Angel. hîc.*

g *P. Aelius)* Hic Aelius, nobilis quoque Iurisconsultus fuit: & in reipublicę
administratione omnibus fermè honoribus fœliciter perfunctus. nam pri-
mum Aedilis, deinde prætor vrbanus, & paulopost, magister equitum, di-
ctus à Cn. Seruilio Gemino dictatore, comitiorum habendorum gratia, in
quibus ipse cum Cn. Cornelio Lentulo, consul designatus est, anno conditæ
Annibal quo annò deuictus. 5 vrbis cccccliij. & ab exturbatis regibus cccix.[m] † quo anno inquit Plinius, su- *m Liu. lib. 40.*
peratus est Annibal.[n] Postmodum cùm crearentur Decemuiri, qui Samni- *n Plin. lib. 18. c. 18.*
tem, atque Appulum agrum metirentur: & militibus, qui cum Scipione bel
lum Punicum confecerant, diuiderent: in ijs & P. Aelius creatus est. neque
multò post cum Sexto fratre, & P. Cornelio Lentulo Triumuir dictus, vt co
lonorum numerus Narniensibus impleretur. Eodemque anno Censor cum
P. Cornelio Scipione Africano creatus. Exinde vnus ex decem legatis fuit,
qui in Macedoniam missi sunt, ad tractandas leges pacis cū Philippo Mace
P. Aelius peste interiit. doniæ rege, deuicto à T. Quintio Imperatore Romano: ac demùm Augur
cum esset, pestilentia oppressus periit. In cuius locum ne honos familiam dé
serere videretur, Q. Aelius Pætus ex fratre nepos suffectus est. de quo mox
multa.

h *Ac filius)* Q. Aelium Pætū Tuberonem significat: qui Sexti Alij filius fuit,
Q. Tuberonis horrida continentia. 6 & quem M. Cicero, & nobilem, & honestum, & eruditissimum vocat.[o] † A- *o Ci. pro Murena.*
lìique non pauci scribunt, eum iuris cognitione, non modo maioribus suis
non cessisse: sed doctrina etiam longè præcelluisse. de quo tamen in hæc
verba M. Cicero, Quoniam Stoicorum facta est mentio, Q. Aelius Tubero,
fuit illo tempore, L. Pauli nepos, nullo in oratorum numero, sed vita seue-
rus, & congruens, cum ea disciplina quam colebat, paulo etiam durior, qui
quidem in Triumuiratu iudicauerit contra Africani auunculi sui testimo-
nium. sed vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus. Itaque honoribus

q Cic. de in. rh. r l. j. §. j. ff. de in. ftit. & iur.

partita materia.ᑫ Et in legibus nostris tripartitū ius.ʳ Quoniam igitur Aelius libro suo tria ordinarè tractabat: verba cumprimis legis duodecim tabularū, deinde eorum interpretationem, ac demùm formulas agendi, fuit libellus ille Tripartita inscriptus.

q *Cunabula*)† Metaphoricos hic Cunabulorum verbo, principia & rudimē ta iuris, Pomponius designat, vsitata vt valdè frequenti iuris authoribus trāslatione.ˢ Sic & Vergilius.ᵗ 13 Cunabula.

s l. vnic. ff. de of. prator. §. vl. inst. de libe. §. & quia, inst. de fideicō. here. §. sed ne impri- mis, inst. de leg. t Verg. lib. iij. Aenei.

Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ.

Propriè verò cunabula sunt lecti, in quibus infantes iacere consueuerunt.† Vnde & Cuninam Deam, veteres coluerunt, quod præesset cunis, & infantulis. 14 Cunina Dea.

r *Legis actio*) Hoc est agendi series, & formula: quæ varia erat secundum iudicū propositi naturam, vt recentiores ostendunt ᵘ & nos alibi docuimus.ˣ

u Alciat. l. pecunia. §. actionis. ff. de ver. sign. x §. omniū. §. sic itaq. inst. de actio. y Iuuen. Sat. j.

ſ *Eius esse*) Hinc obserua accidisse quoque olim, quod & hodie nōnunquā euenit: vt doctis authoribus, falsò libri quidam adscribantur.

t *Ad aliquid*)† Id est, aliquatenùs, seu aliqua ex parte, aut si mauis aliqua in re. nam verbo aliquid simpliciter prolato, aliqua pars, seu aliqua res significatur. Iuuenalis.ʸ 15 Aliquid.

Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum,
Si vis esse aliquid, probitas laudatur, & alget.

& M. Cicero, Nihil à me arbitror prætermissum, inquit, sed aliquid ad extremam causæ partem, reseruatum: id autē aliquid est tc vt planè Deiotaro reconciliet oratio mea.ᶻ

z Cic. pro Deiotar.

v *M. Cato*)† M. Porcium, Catonem intelligit, Tusculo oppido oriundum, qui Valerij Flacci verbis, & amicitia pellectus, Romam venit. Talis tanti usque inter Iurisconsultos suæ ætatis habitus, vt eum M. Cicero dicat, in caussis dicendis & iuris scientia, præstitisse: quo inquit nemo apud populum fortior, nemo melior senator, idem facilè optimus Imperator. denique nihil in hac ciuitate temporibus illis sciri, discíue potuerit, quod ille non cùm inuestigarit, tùm etiam conscripserit.ᵃ & alibi de eodem. At quem virum Dij boni? mitto ciuem aut senatorem, aut Imperatorem: oratorem enim hoc loco quærimus. Quis illo grauior in laudando? acerbior in vituperando? in sententiis argutior, in docendo, edisserendóque subtilior.ᵇ Enim itaque meritissimò Plinius, hominem summum in omni vsu dicit.ᶜ & alibi, tribus laudibus cumulat, perfectum & Imperatorem, & senatorem & oratorem, eum nominando.ᵈ Cùm in Sardinia quæsturam administraret, ab Ennio iam senex Græcas latináśque literas didicit.ᵉ Censor creatus, censuram tam integrè gessit, vt ei consularis statua in templo locata fuerit eum inscriptione restitutos ab eo mores: & Censorini sit cognomen adeptus, rna detestari solebat, arcanum aliquod fœminæ credere, naui transire, quo pedibus ire liceret, & diem per incuriam inanem effluere. dicere quoque solitum ferunt, Literarum radices amaras esse, fructus iocundos. Item illud, leges esse ciuitatum neruos. Inimicorum factione, & inuidia, quater & quadragies accusatus, semper absolutus fuit. De cuius frugalitate, & tolerantia mira narrat Plutarchus: qui affatim vitam eius prosequitur.ᶠ 16 Cato Porcius Censorinus.

a Cic. de orat. lib. iij. b Cic. de clar. orat. c Plin. lib. 16. c. 39. d Plin. lib. 7. c. 27. e Valer. max. lib. 8. cap. 7. f Plut. in Catone Censorino.

x *Princeps Porciæ familiæ*) Fuit enim ex Porciorum familia, primus hic Cato Censorinus, qui è Tusculano municipio, (vnde Catonianæ familiæ origo erat) Romam, à Valerio Flacco solicitatus, ad habitandum se transtulit.† nemini verò ignotum principis verbo primum significari. Vt quisque in fuga postremus, inquit M. Cic. ita periculo princeps.ᵍ & alibi. Namque & Herodotum illum qui princeps genus hoc ornauit in causis nihil omninò versarum esse, accepimus.ʰ Inde principem locum, hoc est primū tenere, & iis similia.ⁱ 17 Princeps pro primo.

g Cic. act. 7. in Verrem. h Cic. li. ij. de orat. i Ci. pro domo sua.

y Libri

y *Libri extant)* In quibus annotat, miratúrque M. Cicero, aut si mauis apud eum L. Crassus orator nominatim referri, quid alicui viro vel mulieri de iure respondent: quasi in nominibus non in re consultationis, aut dubitationis causa esset. Quod nostrates interpretes in suis responsis hactenùs religiosè obseruarunt, ac etiam num seruant, vt cõsulti de iure præpositis semper propriis personarum nominibus, quæstionem tractent, & respondeant. [k] Hanc autem Ciceronis querelam, cùm non intelligeret hîc Zasius, ad nescio quam interpretationem diuertit, de iure in vniuersum, non per singulas personas constituendo. [l] nihil prorsus, ad Tullij verba spectantem. Inter porrò Catonis opera, liber vnus de re rustica refertur, & laudatur. Vnde, & ex eius alibi congestis præceptis, colligimus, eum agricultorem eximium fuisse. [m]

k Cic. lib. 1. de orat.

l l. iura ff. de legib. Zas. hîc.

m Plin. lib. 18. cap. 5. & 6.

Cato summus agricultor.

Catonis filii.

z *Plurimi filij eius)* Cato, duos quidem filios habuit, vnum ex priore vxore, qui tam gloriosè sub Aemilio Paulo in bello contra Perseum militauit. alterum ex Salonina, qui materno cognomine, Salonianus est dictus. At ille prætor designatus viuo patre diem suum obiit, egregiis in iure ciuili libris relictis. [n] Vnde M. Cicero, ad Seruium Sulpitium M. Cato, inquit, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit. [o] Eò fit vt hunc locum (qui plurimos Catonis filios extare dicit) nonnulli deprauatum confirment: Censentes *plurimi libri*, non *plurimi filij*, legendum. Quod ex eo quoque verisimile fit. Quod nec ætate Pomponij, ob magnam annorum intercapedinem, filii Catonis, (tametsi plures superuixissent) extare potuerint. Ego verò nihil immutandum temerè censeo, cùm aliòqui præterea legitimus sit Pomponij sensus: qui his verbis, vt mea fert sententia, vult Catonis Censorini de iure ciuili libros aliquot extare. sed plurimos, hoc est multò plures, extare filij eius. namque permultos & eos quidem egregios Cato filius, ex prima vxore, à patre suo institutus (neque enim alium habuit præceptorem) de iuris scientia reliquit. & ita verbum *filij* non est hîc Pluralis numeri, vti vulgò creditur, & quod plerósque omnes fefellit: sed singularis, & genitiui casus.

n Plu. in Catone Censorino. Gell. li. 12. c. 14.

o Cic. li. 4. epist.

a *Ex quibus)* Libris scilicet filii Catonis, vt hîc sit sensus, qui à posterioribus Iureconsultis, de ciuili disciplina, libri conscripti reperiuntur, à libris Catonis iunioris, veluti ex vero puróque fonte deriuasse. Ex quibus Cato patet,

18 nõnullos sibi paucis immutatis arrogauit. † Ad hęc ignorari nolo ex priore, Catonis Censorini filio natum fuisse M. Catonem, qui M. nepos cognominatus est: non ignobilis orator, & qui cum Q. Martio rege consul creatus, cum eidem Africa prouincia sorte obtigisset, in ea vita functus est, relicto filio, qui cùm Aedilis curulis & prætor fuisset, in Galliam Narbonensem profectus, ibi mortem obiit. Ex Saloniano verò posteriore Censorini filio, duo sunt Catones editi: nempè L. Cato, & M. Cato. hîc tribunus plebis fuit &

19 præturam petens mortuus est, superstite ex eo fortissimo illo viro, † qui bello ciuili, Vticæ mortem sibi consciscere maluit quàm in Cęsaris potestatem peruenire. reliquit & is, M. Catonem filium, qui Philippis, cum Bruto occubuit.

Catonis filii & nepotes.

Cato Vticensis.

§. POST HOS FVERVNT.

Post hos fuerunt P. Mutius [a] & Brutus [b] & Manilius, [c] qui fundauerunt [d] ius ciuile. Ex his P. Mutius decem libellos reliquit, Brutus septem, [e] Manilius tres. extant & volumina inscripta, Manilii monumenta. [f] Illi duo [g] consulares [h] fuerunt: Brutus prętorius [d], [i] Pub. Mutius etiam pontifex maximus. [k] ab his profecti sunt Publii. Rutilius Rufus, [l] qui Romę consul, [m] & Asię proconsul [n] fuit: Paulus Vir-

ginius, [o] & Quintus Tubero, [p] ille Stoicus, [q] Panætij auditor:[r] qui & ipſe conſul.[s] etiam Sextus Pompeius[t] Cn. Pompeii [u]patruus.

SVMMÆ.

1	*Mutius, pila, ſcrupis & alea ludebat.*	11	*Homeri patria.*
2	*Brutus Iureconſultus.*	12	*Diſcipulus in preceptorem.*
3	*Filij parentibus ſimiles.*	13	*Pugnandi ars quando tradita.*
4	*Manilius iuris ſciens.*	14	*Virginiorum familia.*
5	*Monumentum, & monumentum.*	15	*Stoici.*
6	*Conſularis.*	16	*Peripatetici.*
7	*Pretorius.*	17	*Academici.*
8	*Pont. max. authoritas.*	18	*Panætius Philoſophus.*
9	*Rutilius exul.*	19	*Podagra curatio.*
10	*Amicis quando ſeruiendum.*	20	*Pompeius magnus.*

a P. *Mutius*) Duos Mutios Scæuolas ambos Iuriſpetitiſſimos fuiſſe cõſtat P.
Mutiũ patrem, & Q. Mutium filium.[a] De Publio Mutio Scæuola, Pomponius hîc agit, eúmque inter clariſſimos Iureconſultos meritò collocat:
quòd legum, & conſuetudinis qua ciues eius vterentur, ad agendum, dicendum, cauendúmque peritus eſſet.[b] Et ſi quæreretur, inquit M. Cicero, quiſnam Iureconſultus verè diceretur. Sextum Aelium, M. Manilium, & P. Mutium nominatẽ.[c] Fuit etiam eximius orator: vtpotè qui valdè prudenter, &
acutè, ac paulò etiam copioſius quã ex æqualibus ſuis multi, diceret, ſeriis negociis fatigatũ animum, iocoſis miniſteriis recreare ſolebat. †ſed præſertim 1
ludo pilæ, & ſcruporum, quos nunc Scacos vocamus. quin & alea optimè, ſtudioſeque luſiſſe dicitur: cùm benè, ac diu iura ciuium, & cęremonias Deorũ
ordinaſſet.[d] Fuit & alius Scæuola Iuriſpetitus, quo vno præcipuè M. Antoniũ
Philoſophum Capitolinus ſcribit, vſum fuiſſe.[e]
b *Brutus*) †Hic eſt ille Brutus, cuius mentionem honorificam, paſſim M. 2
Cicero facit.[f] At quis ille fuerit, quídque geſſerit, nec ex Cicerone, nec ex aliis planè sciri poteſt: niſi quòd filium reliquit, M. Brutum, à patris virtute, plus quàm degenerantem, quippè qui decocto turpiter patrimonio, accuſatoriam artem ſit profeſſus. inde illi ioci, vel potiùs contumeliarum aculei, quibus L. Craſſus, in quodam iudicio, eum acriter diuexauit. Cùm enim ille dixiſſet, ſe ſine cauſa ſudare: minimè mirùm ait Craſſus, modò enim exiſti de balneis. Nam fortè Brutus paterna balnea nuper vendiderat. Rurſus in alio iudicio, tres patris Bruti, de ciuili iure libellos, tribus legendos dederat, in libro primo ita fortè ſcriptum erat, fortè euenit, vt ego & M. filius in Priuernati eſſemus. tum Craſſus, arrige aures Brute, namque teſtificatur pater, ſe tibi Priuernatem fundum reliquiſſe. Ex libro deinde ſecundo, lector hæc verba recitauit. In Albano eramus ego & M. filius. Hîc Craſſus, vbi ſunt ij fundi Brute, quos tibi pater publicis commentariis, conſignatos reliquit. Quod niſi puberem, inquit, te iam haberet, quartum librum compoſuiſſet.[g] †Verùm nec is ſolus fuit, qui paterna degenerauit natura, maiorúm- 3
que facultatibus excuſſus eſt.[h] Quanquam vt corporis, ita animi ſimilitudo quędam à parentibus in liberos transfundi ſoleat, & nonnunquam, vt Quintilianus ait, ad honeſtè, turpitérue viuendum, inde cauſæ fluant,[i] Equidem Cicero filius, maximum futuræ virtutis ſpecimen, adhuc adoleſcens oſtendebat, quem Brutus ſub quo militabat, cumprimis admirabatur, velut generoſum iuuenem, eruditum, & reipublicæ amantiſſimum[k] qui poſt patris necem collega Auguſti Cæſaris in conſulatu fuit:[l] anno conditæ vrbis 721. cæterùm mox à parente atque à ſeipſo ita degenerauit, vt ebrietas memoriam omnem ſubduxerit. quem ferunt binos vini congios vno potu haurire ſolitum.[m]

a Ci. li. ij. de le.
b Cic. li. j. de orat.
c Ci. li. ij. de le.
d Quin. lib. 11. c. y. Val. max. lib. 8. c. 8. Cic. lib. j. de orato.
e Iul. Capit. in M. Philoſoph.
f Ci. li. ij. de or.
g Ci. li. ij. de orator.
h Val. max. li. iij. cap. 5.
i Quint. lib. 5.
k Ci. Phili. 10
l Plut. in Cice.
m Pli. li. 14. c. 21.

P. Mutii Ludus Scaci.
Brutus pater & filius.
Scommata Craſſi in Brutũ.
Filius degenerãs.

c *Mani-*

Manilius 4 c *Manilius*)† Hunc M.Manilium,vt Sextum Aelium,& P. Mutium,M.Cicero inter eos retulit,qui verè Iurisconsulti, nominari possunt,[a] qui consul creatus cũ L. Martio Censorino anno 605.ab vrbe,& à regibus profligatis 361. ad euertendam Carthaginem, cum collega suo missus, per vim cum exercitu,primus omnium Carthaginem intrauit. Quò fit, vt non satis coniectura assequi possim,an is idem sit, quem Plinius, diligentissimum togatorum & senatorem maximis nobilem doctrinis appellat. Cùm eum Phœnicis auis naturam descripsisse citet, P. Licinio, & M. Cornelio,[o]aut (nam in iis nominibus mendum esse puto) P.Licinio Crasso,& Cn. Cornelio Lentulo Coss.qui fuit annus quinquagesimus secundus post Manilij nostri consulatum,nempè 657.vrbis.[p] Equidem M. Manlij M. Cicero in hæc verba meminit. Nos etiam vidimus M. Manlium transuerso ambulantem foro,quod erat insigne,eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus, consilij sui copiam.[q] Sed alius hîc fortassis est Manlius,à Manilio nostro.Leges Manilius edidit de rebus venalibus. Quarum M. Cicero, & M.Varro meminerunt.[r]

d *Fundauerunt ius ciuile*) Hoc est firmauerunt,& veluti fundamento quodam stabilierunt.Sanè iis P.Mutio,Bruto,& Manilio succedens Q.Mutius Scęuola Publij filius,ius ab eis fundatum,nullo tamen ordine traditum,in certa genera digessit.Qua ratione paulò post dicet Pompeius ius ciuile, Q.Mutium primùm constituisse.[f]

e *Brutus septem*) Crassus tamen apud M.Ciceronem testatur, tres duntaxat libros à Bruto relictos. Tum inquit,ex libro tertio, in quo finem scribendi fecit,tot enim vt audiui Scæuolam dicere,sunt veri Bruti libri.[t] Quibus verbis satis coniicimus plures tribus sub Bruti nomine circũgestos libros (vt interim,nihil temerè Pomponius noster scripsisse arguatur) cæterùm eius tres tantummodò veros fuisse.

Monimẽtũ & monumentũ 5 f *Monimenta*) Scripta,libri.† Etenim cùm plena sint monimenta Græcorũ, inquit M.Cicero,quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint[u] & alibi. Ex annalium monimentis testes excitamus eos,quorum omnis vita cõsumpta est,in laboribus gloriosis.[x] Alio item in loco. Hæc de sapientissimis viris monimenta nobis literæ prodiderunt. Generaliter monimentum dicitur opus,quod memoriæ causa posteritati relictum est,à monendo, quod nos mentémque nostram alicuius præteritæ rei moneat. vt sepulchra, statuæ, throphea,libri,historię & cætera id genus.[y] vnde Horatius, tertiùm Odarum librum consummans, dánsque per æternitatem carminis authori laudem ait,[z]

Exegi monumentum, ære perennius,

Et Vergilius,de Aenea in Turnum, mortem suppliciter deprecantem accenso.[a]

Ille oculis postquàm sæui monimenta doloris,
Exuuiásque hausit: furiis accensus, & ira,
Terribilis.

Prætereà M.Cicero,istæ omnes verborum acerbitates non ex memoria vestra,patrumq; vestrorum,sed ex Annalium monumentis, ac regum cõmẽtariis,conquisiuit.[b] Denique alibi dixit, Amplissimis monimentis consecrare memoriam nominis sui.[c]

g *Illi duo*) Manilius videlicet,& Brutus, vt prænomen *Illi*, suam seruans naturam, ad remotiores referatur, ac ita velit Pomponius, ambos consulatum gessisse.nec de Manilio ambigendum est,vt potè qui in consulatu suo præclara ediderit facinora,in euertenda præsertim Charthagine,& Pisonem tribunum plebis legem de pecuniis repetundis,Martio Censorino (quẽ imprudenter nímis Zasius,Catonẽ esse putat) & Manilio Coss.primùm tulisse, M. Cicero scribit.[d] De Bruto verò nusquam legi eum consulem fuisse. quin &

[n] Ci.li.j.de orat.
[o] Pli.li.10.c.ij
[p] Pli.li.30.c.j.
[q] Ci.li. 3.de orat.
[r] Cic.li.j. de orat. Var. de re rust.
[f] §. post . hos. Quintus. inf. hac l.
[t] Ci.li.ij.de or.
[u] Ci.li. 9.epis.
[x] Cic.lib.ij. de finib. Item Ci. pro Plan.
[y] l.monumẽtũ. ff.de religios.
[z] Hor.li.3.car.
[a] Verg.lib.12. Aene.in fin.
[b] Ci.pro Rabi.
[c] Cic. lib.ij.ad Q.fratr.
[d] Cic. de clar. orat.

Pomponius noster mox confirmare videtur, cum non excessisse præturæ honorem. Quocirca putaui semper hunc locum corruptum, & non *illi duo*, legendum, sed *ex his duo*, vt ita significet Pomponius, cum Manilio P. Mutiũ, qui præterea Pontifex maximus fuit, consularem extitisse. hunc enim sedecim annis post consulatum Manilij, & ipsum quoque consulem: cum L. Calphurnio Pisone creatum, ex annalibus comperio conditæ vrbis anno 621. & ab exactis regibus 377. His consentit Pomponius Lætus hunc locum sic describens Ex his inquit, Mutius consularis fuit, Brutus prætorius, Manilius consularis, & pontifex maximus.[e]

e Pomp. Lætus de magist. Ro. de iurisperitis tractan.

Cõsularis.

h *Consularis*) † Consularis dicitur, qui consul aliquando fuit.[f] Vt igitur intelligeretis, inquit M. Cicero, qualem me esse consularem profiterentur, obiicit mihi consulatum meum.[g] & ad eum Cassius, Quòd maximus consularis, maximum consulem, teipse vicisti, & lætamur, & mirari satis nõ possumus.[h] Consulares etiam fœminas dicimus consularium vxores.[i] Interdum tamen cõsularis vsurpatur pro eo, qui consulatu dignus est. Complures, inquit Cicero, in perturbatione reipublicæ, consules dicti: quorum nemo consularis habitus, nisi qui animo extiterit consularis.[k] 6

f l. iij. §. vl. ff. de recept. arbi. l. j. ff. de senat l. j. C. de consul. li. 12.
g Cic. 7. Phil.
h Ci. li. 12. epist.
i d. l. j. vbi dixi. ff de senato. l2. Ci. ad Plãcum.

Prætorius.

i *Prætorius*) † Quemadmodum consularis dicitur, qui consulatũ gessit, neq; tamen ampliùs est consul: ita prætorius, qui aliquando prætor fuit, at præturа iam perfunctus est.[l] Et quoniam sicut consularis dignitatis, ita prætoriæ titulum, honorariè princeps quandóque concedebat.[m] Prætorius à Plinio dictus est, qui principis beneficio in horum numero assumptus erat. Pater Minutius Macrinus equestris ordinis princeps, quia nihil altius voluit, allectus à diuo Vespasiano, inter prętorios.[n] 7

l l. j. C. de dign. lib. 12. §. & vt obiter. j. hac l.
m l. vlt. §. viros C. vbi senator. dixi l. j. ff. de senator.
n Plu. li. j. epist.

Pontif. max authoritas.

k *Etiam pontifex Max.*) Præter consulatum P. Mutius Scæuola, põtificatum maximum gessit: in quo memorabile illud ab eo factum narratur. cùm Licinia Virgo Væstalis aram ædiculam, & puluinar, sub saxo sacro dedicasset, re per Sextum Iulium Prætorem ad collegium pontificum delata P. Mutium Scæuolam tum ponti. max. pro collegio respondisse ferunt, quod in loco publico Licinia iniussu populi dedicasset, non videri sacrum. Cuius authoritas tantum valuit, vt statim senatus mandauerit Prætori vrbano diligenter curaret, ne id sacrum esset: & si quę essent incisæ, aut inscriptę literæ, tollerẽtur. [o] † Omnem verò sacrorum potestatem, publicarúmq; cęremoniarum curam apud Pont. max. fuisse satis constat. Sed de Pontificibus, Pontificumq; collegio superiùs multa diximus.[p] 8

o Plu. in Numa. Alex Neapo. latè li. iij. Genia. die. c. 8.
p §. deinde ex his, ĩ hac l.

Rutilius Ruffus.

l *Ruffus*) † Huius Rutilij Ruffi, Vlpianus quoq; meminit.[q] Fuit autẽ vir optimus, & suæ ętatis clarissimus Iureconsultus, à P. Mutio Scæuola (quem adolescens diligenter sectabatur) iuris scientiam & morum integritatẽ edoctus: 9 de quo præclarum illud probitatis dictũ & exẽplũ fertur. † Cùm enim ei amicus qui iniusta quędã rogauerat, nec impetrauerat, indignatus dixisset, Quid 10 ergo mihi amicitia tua opus est: si quod rogo non facis? Rutilius respondit, Imo quid mihi tua si propter te iniusti aliquid facturus sum?[r] Non dissimile Periclis responsum effertur, qui ab amico rogatus, vt sua causa falsum peieraret, respondit, Se amicorum commodis consulturum, sed vsque ad aras.[f] E- quidem amicis commodare nos oportet, sed ita vt à recto nunquam deflectamus. quod eleganter & doctè Plutarchus,[t] Gelliúsque[u] disputant. Sed ad Rutilium, qui quamuis optimus ipse fuerit, & veræ innocentię exemplum: quo nemo, vt M. Cicero scribit, neq. integrior esset in ciuitate, neq. sanctior:[x] à M. Scauro repetundarum postulatus, cùm inuisus esset equestri ordini, & publicanis, à quorum iniuriis Asiam defenderat: damnatus est tandem & in exilium actus. Equitum sententiis, qui tum Gracchanis legibus iudicia obtinentes, in optimum quemque virum maximè sæuiebant.[y] prętertim si publicani, qui ordinis erant equestris, in delatum reum molirentur. Itaque Rutilius, iudicium pertæsus, ingratam ciuitatem deseruit, nihil molestè ferens, vt dicere solebat, quam quòd iniquè iudicatus esset.[z] Ei Asiam, vt exuli

q l. iij. §. ligna. ff. de pen. lega.
r Val. Maxi. li. 6. c. iiij
f Plu. in peric.
t Plut. in libello qui inscribitur vsq. ad arã sũ amicus.
u Gel. li. j. c. 3.
x Cic. lib. j. de orat.
y Liui. lib. 70.
z Seneca libr. iiij. epist.

Amicorũ cõmodis quando seruiẽdũ.

Iniquum de Rutilio iudicium.

exuli petenti, omnes eius prouinciæ ciuitates, legatos ei obuiam miserunt, orantes pro se quæq; vt tanti hospitio, atq; exilio viri illustrarentur.† Smyrnam (vnde & Homerum ortum fuisse pleriq; putant) ipse elegit. vbi literarum studijs vacans, consenuit. vltróq; ciuitate donatus, ciuis Romanus esse desiit:[a] neq; cũ ab exilio per Syllam reuocaretur, redire voluit: dicens, malo vt patria mei exilij erubescar, quàm reditu mœreat.[b] Ab amico præterea cõsolatus, quòd breui reuersurus esset. Quid tibi, inquit, malè feci, vt peiorem mihi reditum quàm exitum optares?[c] Cum autem rex Ponti Mithridates aliquando iussisset omnes in Asia Romanos (quos ab allis toga discernebat) necari, Rutilium inter multos vestem mutasse, eóque modo mortem effugisse, M. Cicero testis est.[d] Hũc quoq. inter oratores M. Cicero testatur, non infimum locum tenuisse. quamuis triste quoddam & seuerum dicendi genus habuerit, cuius ideo orationes, ieiunas, & horridas, fuisse aiunt: eò tamen gratiores, quòd magnum munus de iure respondendi, Rutilius sustineret.† Multa præclara, inquit idem author, de iure doctus vir, & Græcis literis eruditus, Panætij auditor propè perfectus in Stoicis.[e] Tantam autem Panætio præceptori suo reuerentiam, & authoritatem tribuisse ferunt, vt dicere soleret. Quemadmodum nemo pictor inuentus esset qui eam Veneris partem absoluerer quam Appelles reliquisset inchoatam: sic quæ Panætius intermisisset, propter eorum quæ iam fecisset præstantiam, neminem prosecuturum.

11 Homeri patria.

12 Panætii laus.

m *Romæ consul*) P. Rutilius Ruffus, consul fuit cum C. Manilio Maximo, anno conditæ vrbis Dcxlix. & ab exterminatis regibus ccccv. à quo tum consule, †lex pugnandi, & tractandorum armorum meditatio militibus tradita est, nulliũsque ante se Imperatoris exemplum sequutus, accersitis ex ludo C. Aurelii Scauri, insignioribus gladiatoribus, artem vitandi, inferendíq. ictus, legionibus tradendam curauit.[f]

13 Pugnãdi ars quando tradita.

n *Asiæ proconsul*) Liuius tamen, quantum ex ipsius epitomis colligere licet, non scribit Rutilium Proconsulem fuisse: sed C. Marij proconsulis legatum. P. Rutilius, inquit, vir summæ innocentię, qui legatus C. Marij proconsulis, à publicanorum iniuriis Asiam defenderat: inuisus equestri ordini, penes quẽ iudicia erant, repetundarum damnatus, in exilium missus est.[g] Sed cùm in Rutilij nomen inciderimus, ingratus meritò viderer, si Bernardinum Rutiliũ, & diligentem & disertum ætatis nostræ Iurisconsultum, silentio prorsus præterirem, qui cùm veterum Iurisconsultorum vitas accuratè conscripserit, nostrum hac in parte laborem, eũ plurimũ iuuisse nunquã dissimulabo.

Rutilius an procõsul.

Bernardinus Rutilius.

14 o *Paulus Virginius*) †Ego quis hic sit Virginius non sat compertum habeo, quanquàm non ignoro duas fuisse Romæ Virginiorum familias. Alteram plebeiam, quam pro parricidio L. Virginius filię interfector, in omne æuum illustrauit, vt suo loco dictum est.[h] Alteram Patriciam antiquissimã, ex qua Opiter Virginius Tricostus cum Sp. Cassio Vicelino, aut vt alij Annales habent, cum C. Posthumio Aruno consulatum gessir, anno vrbis cclij. & à pulsis regibus viij. Sed ex vtra prognatus fuerit hic noster Virginius, mihi quidẽ adhuc incertum est. Virginium porrò Ruffum oratorem egregium, & quem claritudo nominis extulerat, à Nerone interfectum, Tacitus memorat.[i] Sed de hoc qui longo post nostri seculum interuallo vixit, Pomponius intelligi non potest.

Virginiorum familiaRomę duplex.

p *Q. Tubero*) Q. Aelium Pætum Tuberonem significat, L. Pauli nepotem, vt Ciceronis verba demonstrant. Et quoniam, inquit, Stoicorum est facta mentio, Q. Aelius Tubero fuit illo tempore, L. Pauli nepos, nullo in oratorum numero: sed vita seuerus, & congruens cum ea disciplina, quam colebat, paulò etiam durior, qui quidem in Triumuiratu iudicauerit contra P. Africani auunculi sui testimonium vacationem Augures quominus iudiciis operam darent non habere.[k] Sed vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus. itaque honoribus maiorum respondere non potuit. De hoc satis multa

a Val. li. 9. c. 4.
b Seneca li. 6. de beneficiis.
c Cic. pro Rab. Posthu.
d Cic. li. 3. de orat.
e Cic. de Cla. orat.
f Vale. Max. lib. 2. c. 3. Cice. de cla. orato.
g Liui. lib. 70.
h §. & eũ placuisset. 3. hac l.
i Cor. Tacit. li. 5.
k Cic. in Bru.

r Liuius li.36. *s Polybius li.3.* *t Appianus in Lybico.* *u Plin. li. 15.c.18.*

Liuius,[r] Polybius,[s] & Appianus[t] venustissimè describunt. Sanè verò, eò potentiæ successu temporis Carthago ciuitas venit, vt tota cultiore Africa potiretur: & omnem oram, vsque ad columnas Herculis teneret (quæ longitudo est, lx. millium stadiorum) ac annis centū & viginti, Romanis æmula fuerit.[u] Cæterùm variante fortuna adeo defecit, vt ea diruta, circuniacens regio facta fuerit, & Masinissæ, qui ob virtutem, & amicitiam Romanis charissimus fuit, commissa à populo Romano. Euersa autem fuit, anno DCC. postquā condita est, & tertio Punico bello, tanta clade, vt eam Scipio, ad ouium stabula deputârit.[x] †Scipionem verò prodit historia, cùm Carthaginem ad extremum venisse excidium intueretur, illachrymasse, satísque intelligentem necessum esse vrbes, regnáque omnia, non secus ac hominis fortunam, variari atque interire, memoria repetitis Troianorum Assyriorum, Medorum Persarum, & Macedonum excidijs, Homericum illud protulisse. 19 *Scipionis flet.*

x Appian. li.3. de bello. ciuil. Polyb. li. xij.

Iámque dies aderit, quo concidat Ilion ingens:
Et Priamus, Priamíque ruat plebs armipotentis.

Cúmque Polybius studiorum Scipionis comes, ac præceptor, ab illo sciscitaretur, quid sibi vellet carmen huiusmodi, Romam respondisse: pro qua penstatis humanis casibus, dubitaret: & maximè animo angeretur.[y]

y Appian. in Lybic.

l *Missus legatus*) Q. Fabius, cum quatuor prouectæ ætatis collegis, natu tamē ipse grandior, in Africam missus est, percunctandos Carthaginienses, nūm publico consilio Saguntum Hannibal oppugnasset, & si faterentur, in pœnā rupti fœderis Hannibal daretur, aut eis publicè indiceretur bellum. Quod cùm denunciasset in senatu Carthaginiensi, & tergiuersantes Pœnos, aliásq; ex alijs causis nectentes, animaduerteret, dixisse fertur: suo se sinu bellū, vel pacem, vtrum illi eligant, adferre. Cúmque Chartaginienses ferociter respōdissent, daret vtrum vellet? Fabius sinu in media curia effuso, & excusso rogę gremio, se dare bellum dixit,[z] Gellius tamen, historiam aliter recensens, Fabium Imperatorem Romanum scribit, populi Romani nomine, ad Carthaginienses hastam, & caduceum, signa belli, & pacis misisse, data opinione, vtrum eligerent, eíque de scripto quoque à Carthaginiensibus responsum neutrum sese eligere, sed Fabio electionem relatam, quod ille optasset, sibi pro electo futurum.[a] M. autem Varro, cui noster Pomponius magis consentit, neque hastam, neque caduceum, sed duas tesserulas, hoc est paruas tabellas, in quarum altera hastæ, in altera caducei simulachrum incisum erat, Carthaginiensibus misisas refert. vsque adeo hac in parte parum conueniunt historici. *Fabius bellum Carthaginiensibus indicit.*

z Liuius li.21. Polyb. li. iij. *a Aul. Gel. li. 10.c.28.*

m *Tessera*) †Tessera militare signum est, quod dux exercitus suis militibus dat ad hostes & exploratores dignoscendos, id Vegetius vocale dicit,[b] quod pro arbitrio eius, qui præest exercitui voce, verbóq; detur. Galli *mot du guet*, appellant. Polypius tamen tabellam fuisse docet, quam Tribuni militares sub noctem ab imperatore accipiebant: ij autem celerrimè, ad Centuriones eā perferebant, & Centuriones, Decurionibus, & ij tandem ad singulos decuriæ suæ milites, à quibus rursus conuerso ordine, redibat ad Imperatorem,[c] à quo Liuij verba non abhorrent. Vigilijs deinde dispositis, inquit, cæteris omnibus tesseram dari iubet. vbi secundæ vigiliç buccina datum signum esset armati cum silentio ad se venirent.[d] & alibi, Tessera per castra ab Liuio consule data, vt Tribunum, tribunus: Centurio: Centurionem: Eques, equitem: Pedes, peditem, acciperet.[e] Cæterùm Vergilius, Tesseræ verbo, symbolū quidem bellicū significari sentit, at illud quod exeuntibus ad pugnam datur, ne qua inter milites oriatur confusio, quale fuit in exercitu Marij, Lar Deus, in Syllç, Apollo Delphycus, in Cæsaris, Venus genitrix, in Pompeij[f] Magni, Hercules inuictus. narraturus enim quomodò referatis à Iunone belli portis, populus omnes, in arma ruerit, sic ait.[g] 20 *Tessera pro belli symbolo.*

b Vegetius lib. iij. de re milita. *c Polyb. li. ij.* *d Liuius li.7.* *e Liuius li.27.* *f Alexā. Neapol. li. iiij. c. ij.* *g Vergilius li. 7. Aeneid.*

Huc omnis aratri

Cessit

Cessit amor. recoquunt patrios fornacibus enses.
Classica iámque sonant, it bello tessera signum.

Istiusmodi porrò tesserarum inuentorem fuisse in bello Troiano Palamedem, Plinius testatur. Ordinem exercitus, inquit, signi dationem, tesseras, vigilias Palamedes inuenit Troiano bello.[h] Pomponius verò noster, qui cum M. Varrone, sicuti diximus, in hac historia concordat: Tesseræ nomine, lignum complaniatum notare videtur, in quo, simulachra illa belli, & pacis incisa erant. Fuit item Tessera† quondam signum hospitale: quo ostenso hospites agnoscebantur. dabāt namque veteres hospitibus suis signum aliquod, vt ad hospitia reuersi pernoscerentur: ac tanquam veteres amici, & hospites vel eorum posteri, ad quos ius hoc necessitudinis transibat, exciperentur. Plautus.[i]

Tesseræ inuētor.

21 Hospitale signū.

h Plin. lib. 7. c 56.

i Plau. in pænul.

Ag. Ego sum ipsus quem tu quæris. Pœ. hē quid ego audio?
Ag. Antidamæ gnatum me esse. Pœn. si ita est, iam tesseram.
Confer, si vis hospitalem.

22 Vnde prouerbiali parœmia† Confringere tesseram dicitur, qui sibi reditum in consuetum aliquem locū sua culpa, aut imprudentia sibi præcludit, quod Melænis lena, Alcesimarcho adolescenti, aliam ducenti vxorem, subirata apud Plautum ostendit.[k]

Tesserā cōfringere.

k Plau. in Cistellaria.

Abi quærere, vbi tuo iuriiurando satis sit subsidij.
Hic apud nos, iam Alcesimarche, confregisti tesseram.

23 Est† & prætereà Tessera frumentaria: cuius nostrates Iurisconsulti, non vno in loco meminerunt.[l] quo verbo notantur signa illa, quibus exhibitis tenuiores homines principis beneficio annonam elargientis, certam panis, farinæ, aut frumenti mensuram accipiebant. Ac ne plebs, inquit Tranquillus de Augusto, frumentationum causa frequentiùs à negociis auocaretur, ter in anno, quaternorum mensium tesseras dare destinauit.[m] & Satyricus.[n]

Frumētaria tessera.

l l. sed et si. §. j. ff. de iudic. l. mortuo §. j ff. de leg. ij.

m Sue. in Aug.

n Iuuen. sat. 7.

Summula ne pereat, qua vilis tessera venit.
Frumenti.

Et Persius Flaccus.[o]

o Pers. Saty. 5.

Libertate opus est, non hac qua, vt quisque Velina
Publius emeruit, scabrosum tesserula far
Possidet.

Hodie plerísque in locis ab iis qui pauperum curam habent, eiusmodi signa, vel plumbea, vel ærea, inopibus erogari solent: quo iis exhibitis destinatam frumenti portionem accipiant.

24 n *Vna pacis*) In qua sculptum erat† Caduceum, pacis symbolum. Caducei autem nomine sceptrum, aut virga Mercurij significatur: qua bellum dirimitur, sic dictū, vt plerique putant, quòd discordias, & bella, cadere faciat. Id Aegyptij, in specie draconum maris & fœminæ coniunctorum figurauerūt.[p] vnde de Mercurio Martialis.[q]

Caduceū

p Macr. lib. j.

q Martial. li. 7.

Cyllenes cælique decus, facunde minister,
Aurea cui toto, virga dracone viret.

Itaque legati petentes pacem, Caduceatores appellati: per quos bella finiebantur, sicuti per Fœciales indicebantur.

Caduceator.

o *Altera belli*) In qua simulachrum hastæ, incisum erat. Est enim hasta, sicuti Festus Pompeius ait, signum belli præcipuum. nam & Carthaginienses, inquit, cùm bellum vellent, Romanis hastam miserunt. & Romani, cùm fortes viros præsigni aliquo munere ornare cupiebant, eos hasta sæpè honestabāt. Neque prætereà ignotum quoties aliquis simul & minaretur bellum & ad

pacem concordiámue inuitaret vetere diuerbio solitū dici† *Hasta caduceum.* 25 Hasta caduceum, prouerbium.
legatum, inquit Polybius ad Byzanrios, Aridicen misere, & cum eo Polemo clen, cum tribus triremibus: volentes id quod est in prouerbio, Hastam simul & caduceum Byzantiis mittere.[r] Cætera, quæ ad hastam pertinent à nobis superiùs tractata sunt.[f]

r Polyb. li. iiij.
f §. deinde cum esset. ī. hac l.

§. POST HOS FVIT T.

Post hos fuit T. Coruncanus.[a] qui, vt dixi,[b] primus profiteri cœpit cuius tamen scriptum nullum extat:[c] licet responsa complura, & memorabilia[d] eius fuerint. Deinde Sextus Aelius,[e] & frater eius[f] Publius Aelius,[g] ac filius,[h] & L. Attilius,[i] maximam scientiam in profitendo habuerunt, & duo Aelij,[k] etiam Consules fuerunt. Acilius[l] autem primus à populo sapiens[m] appellatus est. Sextum Aelium etiam Ennius[n] laudauit.[o] & extat illius liber, qui inscribitur Tripartita,[p] qui veluti cunabula[q] iuris continet. Tripartita autem dicitur, quoniam lege xij tabularū præposita iungitur interpretatio. deinde subtexitur legis actio.[r] Eiusdem esse tres alij libri referuntur: quos tamen quidam negāt eius esse.[f] Hos sectatus est ad aliquid[t] Marcus Cato,[u] princeps Porciæ familiæ.[x] cuius & libri extant.[y] sed plurimi filij eius, ex quibus[z] cæteri oriuntur.

SVMMÆ.

1 *Socrates nihil scripsit.*
2 *Sextus Aelius Catus.*
3 *Aeliorum familia.*
4 *Baldus & Angelus fratres.*
5 *Annibal quo anno deuictus.*
6 *Tuberonis laus.*
7 *Acilius primus sapiens vocatus.*
8 *Ennij vita, & mores.*
9 *Aurum ex stercore colligere.*
10 *Laudari à laudato.*
11 *Laudicæni.*
12 *Tripartitum.*
13 *Cunabala.*
14 *Cunina Dea.*
15 *Aliquid, ad aliquid.*
16 *Catonis Censorini historia.*
17 *Princeps pro primo.*
18 *Catonis filij & nepotes.*
19 *Cato Vticensis.*

a T *Coruncanus*) Sic legendum, non extensè Tiberius Coruncanus eo loco admonui, quo de familia Coruncanorum, plura diximus.[a]

a §. iuris ciuilis. ī. hac l.

b *Vt dixi*) Paulo ante prodidit Pomponius, ex omnibus qui scientiam iuris nacti sunt, neminem ante Coruncanum, publicè professum.[b]

b d. §. iuris ciuilis.

c *Nullum extat*) Vel hominum incuria, perierant scripta istius Coruncani vt iam Pomponij ætate nullum extaret: vel fortè voluit Coruncanus imitari Socratem† illum Atheniensem omnium sapientissimum Apollinis 1
oraculo iudicatum.[c] qui de moralis philosophię pręceptis (quamuis ipse primus Ethicen, id est moralem philosophiam inuenerit) nihil scripti posteris reliquit, cuius pariter periissent subtiles honestæque disserrationes, nisi eas diligenter collectas, Plato discipulus in monimenta sua transtulisset.

c Plin. li. 7. c. 31 & li. 34. c. 6.

d *Memorabilia*) Horum responsorum authoritatem, quasi suo seculo extantium Seneca citat. Itémque M. Cicero, illud, qui tantundem caperet, quātum omnes hęredes, sacris alligari. Placuit P. Scæuolæ, inquit, & Coruncano Pontificibus maximis, itémque cęteris, eos qui tantundem caperent, quantum omnes hæredes sacris alligari.[d]

d Cice. li. ij. de legib.

e *Sextus Aelius*) † De hoc Aelio Sexto sic M. Cicero, numeróque eodem 2 Sextus Aelius.
fuit Sextus Aelius, iuris quidem ciuilis omnium peritissimus, sed etiam ad dicendum paratus.[e] Sextum autem Aelium Pætum, ambo & Pompo. & Cicero, in-

e Cice. de clar. oratorib.

ro,intelligunt,qui & ob summum perspicáxquè eius in iure ciuili ingeniũ, Catus cognominatus est. Sin autem quæreretur, inquit M. Cicero, quisnam verè Iurisconsultus nominaretur? eum dicerem, qui legum, & consuetudinis eius,qua priuati in ciuitate vterentur,& ad respondendum, & ad agendum,& ad cauendum peritus esset. ex eóque genere Sextum Aelium, M. Manilium,P.Mutium,nominarem.[f] Fuit autem hic Sextus Aelius, cum M. Claudio Marcello primùm Aedilis Curulis creatus, anno vrbis conditæ cccccxlij. sequenti deinde anno Triumuiratum,cum P.fratre,& P. Cornelio Lentulo gessit. Postea consulatum,cũ T. Quintio Flaminio,anno cccccl vj. & ab exactis regibus cccxij. ac demùm quatuor post annis, cum C. Cornelio Cethego, Censor factus est,tumque Senatum in spectaculis à populo separauit: cùm ante promiscuè spectaret. Tanto autem ingenij acumine claruit,vt à summo poeta Ennio, hoc carmine celebraretur.[g]

f Cic. li.j. de orator.

g Cic. li. j. Tuscula. & j. de orator.

Catus.

Egregiè cordatus homo catus Aelius Sextus.

Non quia sapiens vt vulgò ferũt,sed quia perspicax & acutus. Catum enim, Sabinum est vocabulum, quo acutum,inquit Varro,significatur,& cata dicta accipienda sunt,acutè dicta.[h] Hic filiam Pauli Aemilij tunc principis ciuitatis,vxorem duxit. pauper tamen fuit. quem cùm Aetolorum legati cõsulem prandentem in fictilibus vidissent,missa ab iis vasa argentea, non recepisse, neque argenti quicquam habuisse,ad supremum vitæ diem, præter duo po-

h dixi. §. augescente. su. hac l.

Sext. Aelius pauper.

3 cula,quæ L.Paulus socer ei donauerat,prodit historia.[i]† Sed & tota Aeliorum familia,vt Romæ clarissima fuit,ita pauperrima. adeò vsque vt sexdecĩ Aelij,eodem tempore,domunculam vnam habitarent,& vnum duntaxat haberent fundum in agro Veiente,minùs multò cultores vt ille ait, desiderans,quam dominos habebat.[k]

Aeliorũ familia.

i Pli. li. 33. c. 11.

k Val. Max. li. iiij. c. iiij.

Baldus & Angelus fratres.

4 f *Et frater eius*) †Hunc locum Baldus & Angelus Perusini fratres pro se annotarunt: qui sufflante,vt aiunt diuina potentia, tres fratres erant Iurisconsulti,& doctores,Baldus,Petrus,& Angelus,vtriusque iuris,cùm ciuilis, tùm Pontificij professores.[l]

l Bal. & Angel. hic.

g *P. Aelius*) Hic Aelius,nobilis quoque Iurisconsultus fuit: & in reipublicę administratione omnibus fermè honoribus fœliciter perfunctus. nam primum Aedilis, deinde prætor vrbanus, & paulopost, magister equitum, dictus à Cn.Seruilio Gemino dictatore, comitiorum habendorum gratia, in quibus ipse cum Cn.Cornelio Lentulo,consul designatus est,anno conditæ

Annibal quo annò deuictus.

5 vrbis cccccliij. & ab exturbatis regibus cccix.[m] †quo anno inquit Plinius, superatus est Annibal.[n] Postmodum cùm crearentur Decemuiri, qui Samnitem,atque Appulum agrum metirentur: & militibus, qui cum Scipione bellum Punicum confecerant, diuiderent: in ijs & P. Aelius creatus est. neque multò post cum Sexto fratre,& P.Cornelio Lentulo Triumuir dictus,vt colonorum numerus Narniensibus impleretur. Eodemque anno Censor cum P.Cornelio Scipione Africano creatus Exinde vnus ex decem legatis fuit, qui in Macedoniam missi sunt, ad tractandas leges pacis cũ Philippo Macedoniæ rege, deuicto à T. Quintio Imperatore Romano : ac demùm Augur cum esset,pestilentia oppressus periit. In cuius locum ne honos familiam deserere videretur, Q. Aelius Pætus ex fratre nepos suffectus est. de quo mox multa.

m Liu. lib. 40.

n Plin. lib. 18. c. 18.

P. Aelius peste interiit.

h *Ac filius*) Q. Aelium Pætũ Tuberonem significat: qui Sexti Alij filius fuit,

Q. Tuberonis horrida continentia.

6 & quem M. Cicero,& nobilem,& honestum,& eruditissimum vocat.[o]† Alíique non pauci scribunt, eum iuris cognitione, non modo maioribus suis non cessisse: sed doctrina etiam longè præcelluisse. de quo tamen in hæc verba M.Cicero, Quoniam Stoicorum facta est mentio, Q.Aelius Tubero, fuit illo tempore, L.Pauli nepos, nullo in oratorum numero, sed vita seuerus,& congruens cum ea disciplina quam colebat, paulo etiam durior, qui quidem in Triumuiratu iudicauerit contra Africani auunculi sui testimonium. sed vt vita,sic oratione durus,incultus, horridus. Itaque honoribus

o Ci. pro Murena.

p Cice. de clar. orator. maiorum respondere non potuit.[p] Fuit autem constans ciuis, & fortis. Gracho cumprimis molestus, quod indicant Gracchi in eum, & eius in Gracchũ orationes. De hoc etiam fertur, in funere Africani patrui populum Romanum ad epulum inuitasse pellibus hædinis, & testis Samiis, mensis paratis, tanquam Diogenes Cynicus esset mortuus, & non diuini Africani mors honestaretur. quam Stoicam sapientiam, populus indignè ferens, cum alioqui virum integertimum, & optimum ciuem, comitiis prætoriis candidatum, repulsa notauit. nam vt Romani priuatim luxuriam semper oderunt, & continentiam valdè probârunt: ita publici splendoris, maximam perpetuò curam habuere.
q Vale. Max. lib. 7. c. 5. [q] neque porrò desunt, qui hæc verba, *Ac filius*, subditiria existiment: & quamuis ita legamus, ad Q. Aelium Tuberonem, ea minimè posse referri, siquidem, vt cumque fuerit hic Q. Aelius, homo nobilis, & in Stoica disciplina, ciuilíque doctrina benè doctus: non tamen planè compertum habeant, an illius Cati Aelij Sexti filius fuerit. Sed certè hi nodum in Scirpo perquirunt. cùm enim Historici conueniant, Sextum Aelium Catum vxorem duxisse Aemiliam filiam L. Pauli, qui Persarum regem deuicit.[r] & P. Africanum per adoptionem Pauli filium: húncque Q. Aelium Pauli nepotem dicant:[s] & eius patruum Africanum:[t] cur de hac re tam anxiè dubitari debeat, non planè video.

r Plin. li. 33. c. 11
s Cice. de clar. orator.

t Cic. pro Murena. i *L. Acilius*) Sic reponere placuit, cùm vulgò, mendoséque antea legeretur, Pub, Attilius. Idipsum autẽ cõmõstrant, nõ vno in loco, M. Ciceronis verba.
u Ci. in Lælio. L. Acilius, inquit apud patres nostros sapiens appellatus.[u] & alibi. Mulieres genas ne radunto: néue lessum funeris ergo habento. hoc veteres interpretes, Sextus Aelius, & L. Acilius non satis intelligere se dixerũt: sed suspicari, vestimenti aliquod genus funebris. L. Aelius lessum, quasi lugubrem eiulationem, vt vox ipsa significat. & reliqua.[x]

x Cic. lib. ij. de legib. k *Duo Aelij*) Hoc ad Sextum & Publium fratres necessariò referedũ nonnulli putant. propterea q nusquam legerint, Q. Aelium Sexti filium consulẽ fuisse. Sed certè fallũtur hi grauiter, meminisséq. eos oportuit, anni DLXXXVIJ. à condita vrbe, quo Q. Aelium Pętum Catum, Annales referunt consulatum cum M. Iunio Pæno, administrasse. Flamen Martialis, inquit Liuius, inauguratus est eo anno L. Posthumius Albinus, Q. Aelio & M. Iunio Coss & paulò infra, Coss. prouincias sortiti sunt. M. Iunio Pisæ obuenerunt, Q. Aelio Gallia.[y]

y Liuius li. 55.

l *Acilius*) Hoc quoque loco, pro *Attilius*, reposui ego *Acilius*. nã L. Aciliũ, à priscis Romanorum sapientem appellatum, quia prudens esse in iure ciuili putabatur. M. Cicero scribit.[z]

z Cic. in Lælio seu de amicitia

m *Primus à populo sapiens*) † Pugnare videtur hic locus, cum superiore. quo 7 *Acilius primus sapiens.*
Pomponius Semptonium maximæ eruditionis virum, à populo Romano primum omnium Sophum, id est sapientem nuncupatum ait.[a] nisi diceres aliam esse vim nominis in Sopho, & aliam in sapiente, vt ibi differui.

a §. fuit post eos. sup. hac l. vbi dixi.

n *Ennius*) † Q. Ennius, poeta comicus, anno conditæ vrbis CCCCCXIIIJ. Q. Va- 8 *Ennii historia.*
lerio Flacco & C. Manlio Lucrino Coss. Rudiis (oppidum est Calabriæ non non procul à Brundusio) nascitur. neque enim Eusebio, eum Tarenti natum affirmanti,[b] cęteri consentiunt. confirmantes, eum ex Rudiis oppido natum, ideóque de Ennio loquens Sillius.[c]

b Eusebius. in chronolog.
c Sill. Italic. lib. 12.

Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ.
Nunc Rudiæ, solo memorabile nomen alumno.

d Cic. pro Archia poeta.
e Pompo. lib. ij. de situ orbis.

Et M. Cicero, Ennium hominem Rudium vocat.[d] Pomponius item Mela. Post Barium inquit, Egnatia & Ennio ciue, nobiles Rudiæ, & in Calabria Brundusium.[e] Cùm autem Cato Quæstor Sardiniam obtineret, Ennium Romam transtulit. vbi domum Ennius sibi tandem comparauit, in monte Auentino. tenuíque adeò vita & parcis sumptibus vixisse fertur: vt vnius tantùm ancillæ vteretur ministerio, quod ego non tã inopia, quàm frugalitate,

& tem-

& temperantia factum augurarer: nisi perhiberet quoque historia, eum ex nimio vini vsu articularem morbum contraxisse, quod & Serenus poeta lepidè prodidit.

Ennius ipse pater, dum pocula signat iniqua:
Hoc vitio tales fertur meruisse dolores,

Hunc, Titus Lucretius scribit, primum fuisse, qui sibi coronam ex Helicone musarum monte decerpsit.[f] f Lucret. lib. j.

Ennius vt noster cecinit, qui primus amœnam
Detulit ex Helicone perenni flore coronam.

Nanque hexametrum carmen, apud Latinos, primus edidit. Scipióni Africano, M. Fuluio Catoni (quem iam senem in Græcis literis erudiit) alijsq. principibus viris, perfamiliaris fuit. arte rudis erat, & vt tum fuerunt secula, sermone latino duriusculus, & incultus. cæterùm ingenio & eruditione maximus.† Cuius carmina, cùm Vergilius versaret, se aurum ex Ennij stercore, colligere dicebat. Quia verò tribus loqueretur linguis, tria se habere corda ideò iactitabat. Scripsit plurima, inter quæ bellum Punicum, & annales Romanorum. Eum item scripsisse epigrammata, argumento est illud quod Marcus Cicero pertingens, eidem tribuit de Africano loquenti.[g]

Aurũ ex stercore 9 colligere

g Cice. li. j. de legib.

Hic est ille situs, cui nemo ciuis, nec hostis,
Quiuit pro factis reddere operæ pretium.

Item illud, in quo Africanus ipse loquens, inducitur.

Ab sole exoriente, suprà Mæotis paludes
Nemo est, qui factis me exuperare queat.

Denique illud ex eodem, vt docti viri confirmant.

Si fas cædendo cælestia scandere cuiquam est,
Mi soli, cæli maxima porta patet.

Scribebat duodecimum Annalem, cum septimum & sexagesimum annum agens diem suum obiit.[h] sepultúsque est in Africani sepulchro,[i] via Appia, intra primum ab vrbe milliarium: monumentóque statua superimposita, & in eius basi subiectum hoc carmen.

h Gell. lib. 7. c. 21.
i Liuius li. 38.

Aspicite ò ciueis, Senis Ennij imaginis vrnam:
Hic vostrum scripsit maxima facta patrum.
Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu,
Faxit: cur volito docta per ora virum?

Hoc autem sepulchri elogium ab ipsomet Ennio conditum, Marcus Cicero testatur.[k] Annum verò mortis, diémque incompertum, cæteri se habere dicunt. Ego verò facta annorum supputatione, cùm natus perhibeatur, anno conditæ vrbis 514. adiectis sexaginta septem annis, quibus eum vixisse historici tradunt: ferè cõstare dico, Ennium è viuis sublatum, circiter annum 581. à condita vrbe.

k Ci. li. j. Tusc.

Laudicæni. 10 o *Laudauit)* † Quoniam à doctis & probis viris laudari honoris summi locò semper habitum est: inter præcipuas Sexti Aelii laudes, Pomponius noster refert, quòd ab Ennio poeta verè laudatus sit: non etiam ambitiosè, & per assentationem. quo tamen modo plerique hodie laudari se falsò cupiunt, &

11 gloriantur. iis Plinius junior, † Laudicæni nomen è Latinis impositũ scribit:[l] quod ob cœnam laudarentur, malléntque facundi, & diserti dici, quàm esse.[m] quanquàm & id non incommodè ad Laudatores ipsos referri potest: qui spe cœnæ prouocati laudarent. Qua de re pulchrè M. Cicero, Nolo, inquit, esse laudator, ne videar adulator.[n]

l Plin. li. ij. epi.
m Cic. li. iiij. ad Herenni.
n Ci. post reditum.

Tripartitum. 12 p *Tripartita)* Quod in tres partes sectum est, & diuisum, id tripartitum dicitur. Inde tripartita oratio,[o] tripartita causa,[o] tripartita bonorum ratio,[p] tri-

o Cic. acti. 5. in Verrem.
p Ci. li. j. Aca.

partita materia.[q] Et in legibus nostris tripartitũ ins.[r] Quoniam igitur Aelius libro suo tria ordinatè tractabat: verba cumprimis legis duodecim tabularũ, deinde eorum interpretationem, ac demùm formulas agendi, fuit libellus ille Tripartita inscriptus.

q Cic. de inuẽ. r l. j. §. j ff. de iust. & iur.

q *Cunabula*) † Metaphoricos hîc Cunabulorum verbo, principia & rudimẽ 13 Cunabula.
ta iuris, Pomponius designat, vsitata vt valdè frequenti iuris authoribus trãslatione.[s] Sic & Vergilius.[t]

Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ.

Propriè verò cunabula sunt lecti, in quibus infantes iacere consueuerunt. † 14 Cunina Dea.
Vnde & Cuninam Deam, veteres coluerunt, quod præesset cunis, & infantulis.

s l. vnic. ff. de of. prætor. §. vl. inst. de libe. §. & quia. inst. de fideicõ. here. §. sed ne impri-mis. inst. de leg. t Verg. lib. iij. Aenei.

r *Legis actio*) Hoc est agendi series, & formula: quæ varia erat secundum iudiciũ propositi naturam, vt recentiores ostendunt[u] & nos alibi docuimus.[x]

u Alcia. l. pecunia. §. actionis. ff. de ver. sign. x §. omniũ. §. sic itaq. inst. de actio.

s *Eius esse*) Hinc obserua accidisse quoque olim, quod & hodie nõnunquã euenit: vt doctis authoribus, falsò libri quidam adscribantur.

t *Ad aliquid*) † Id est, aliquatenùs, seu aliqua ex parte, aut si mauis aliqua in 15 Aliquid.
re. nam verbo aliquid simpliciter prolato, aliqua pars, seu aliqua res significatur. Iuuenalis.[y]

y Iuuen. Sat. j.

Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum,
Si vis esse aliquid, probitas laudatur, & alget.

& M. Cicero, Nihil à me arbitror prætermissum, inquit, sed aliquid ad extremam causæ partem, reseruatum: id autẽ aliquid est te vt planè Deiotaro reconciliet oratio mea.[z]

z Cic. pro Deiotar.

v *M. Cato*) † M. Porcium, Catonem intelligit, Tusculo oppido oriundum, 16 Cato Porcius Censorinus.
qui Valerij Flacci verbis, & amicitia pellectus, Romam venit. Talis tantúsque inter Iurisconsultos suæ ætatis habitus, vt eum M. Cicero dicat, in caussis dicendis & iuris scientia, præstitisse: quo inquit nemo apud populum fortior, nemo melior senator, idem facilè optimus Imperator. denique nihil in hac ciuitate temporibus illis sciri, discíue potuerit, quod ille non cùm inuestigarit, tùm etiam conscripserit.[a] & alibi de eodem. At quem virum Dij boni? mitto ciuem aut senatorem, aut Imperatorem: oratorem enim hoc loco quærimus. Quis illo grauior in laudando? acerbior in vituperando: in sententiis argutior, in docendo, edisserendóque subtilior.[b] Eum itaque meritissimò Plinius, hominem summum in omni vsu dicit.[c] & alibi, tribus laudibus cumulat, perfectum & Imperatorem, & senatorem & oratorem, eum nominando.[d] Cùm in Sardinia quæsturam administraret, ab Ennio iam senex Græcas latinásque literas didicit.[e] Censor creatus, censuram tam integrè gessit, vt ei consularis statua in templo locata fuerit cum inscriptione restitutos ab eo mores: & Censorini sit cognomen adeptus, tria detestari solebat, arcanum aliquod fœminæ credere, naui transire, quo pedibus ire liceret, & diem per incuriam inanem effluere. dicere quoque solitum ferunt, Literarum radices amaras esse, fructus iocundos. Item illud, leges esse ciuitatum neruos. Inimicorum factione, & inuidia, quater & quadragies accusatus, semper absolutus fuit. De cuius frugalitate, & tolerantia mira narrat Plutarchus: qui affatim vitam eius prosequitur.[f]

a Cic. de orat. lib. iij. b Cic. de clar. orat. c Plin. lib. 16. c. 39. d Plin. lib. 7. c. 27. e Valer. max. lib. 8. cap. 7. f Plut. in Catone Censorino.

x *Princeps Porciæ familiæ*) Fuit enim ex Purciorum familia, primus hic Cato Censorinus, qui è Tusculano municipio, (vnde Catonianæ familiæ origo erat) Romam, à Valerio Flacco solicitatus, ad habitandum se transtulit. † nemi 17 Princeps pro primo.
ni verò ignotum principis verbo primum significari. Vt quisque in fuga postremus, inquit M. Cic. ita periculo princeps.[g] & alibi. Namque & Herodotum illum qui princeps genus hoc ornauit in causis nihil omninò versatum esse, accepimus.[h] Inde principem locum, hoc est primũ tenere, & his similia.[i]

g Ci. acti. 7. in Verrem. h Ci. li. ij. de orat. i Ci. pro domo sua.

y *Libri*

y *Libri extant*) In quibus annotat, miratúrque M. Cicero, aut si mauis apud eum L. Crassus orator nominatim referri, quid alicui viro vel mulieri de iure responderit: quasi in nominibus non in re consultationis, aut dubitationis causa esset. Quod nostrates interpretes in suis responsis hactenùs religiosè obseruarunt, ac etiam num seruant, vt cõsulti de iure præpositis semper propriis personarum nominibus, quæstionem tractent, & respondeant. [k] Hanc autem Ciceronis querelam, cùm non intelligeret hîc Zasius, ad nescio quam interpretationem diuertit, de iure in vniuersum, non per singulas personas constituendo. [l] nihil prorsus, ad Tullij verba spectantem. Inter porrò Catonis opera, liber vnus de re rustica refertur, & laudatur. Vnde, & ex eius alibi congestis præceptis, colligimus, eum agricultorem eximium fuisse. [m]

k Cic. lib. 1. de orat.

l l. iura ff. de leg. b. Zas. hic.

m Plin. lib. 18. cap. 5. & 6.

Cato summus agricultor.

Catonis filii.

z *Plurimi filij eius*) Cato, duos quidem filios habuit, vnum ex priore vxore, qui tam gloriosè sub Aemilio Paulo in bello contra Perseum militauit. alterum ex Salonina, qui materno cognomine, Salonianus est dictus. At ille prætor designatus viuo patre diem suum obiit, egregiis in iure ciuili libris relictis. [n] Vnde M. Cicero, ad Seruium Sulpitium M. Cato, inquit, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit. [o] Eò fit vt hunc locum (qui plurimos Catonis filios extare dicit) nonnulli depravatum confirment: & Censentes, *plurimi libri*, non *plurimi filij*, legendum. Quod ex eo quoque verisimile fit. Quod nec ętate Pomponij, ob magnam annorum intercapedinem, filii Catonis, (tametsi plures superuixissent) extare potuerint. Ego verò nihil immutandum temerè censeo, cùm aliquis præterea legitimus sit Pomponij sensus: qui his verbis, vt mea fert sententia, vult Catonis Censorini de iure ciuili libros aliquot extare. sed plurimos, hoc est multò plures, extare filij eius. namque permultos & eos quidem egregios Cato filius, ex prima vxore, à patre suo institutus (neque enim alium habuit præceptorem) de iuris scientia reliquit. & ita verbum *filij* non est hîc Pluralis numeri, vti vulgò creditur, & quod plerósque omnes fefellit: sed singularis, & genitiui casus.

n Plu. in Catone Censorino. Gell. li. 13. c. 19.

o Cic. li. 4. epist.

a *Ex quibus*) Libris scilicet filii Catonis, vt hîc sit sensus, qui à posterioribus Iureconsultis, de ciuili disciplina, libri conscripti repetiuntur, à libris Catonis iunioris, veluti ex vero putóque fonte deriuasse. Ex quibus Cato pater,

18 nõnullos sibi paucis immutatis arrogauit. † Ad hęc ignorari nolo ex priore, Catonis Censorini filio natum fuisse M. Catonem, qui M. nepos cognominatus est: non ignobilis orator, & qui cum Q. Martio rege consul creatus, cum eidem Africa prouincia sorte obtigisset, in ea vita functus est, relicto filio, qui cùm Aedilis curulis & prætor fuisset, in Galliam Narbonensem profectus, ibi mortem obiit. Ex Saloniano verò posteriore Censorini filio, duo sunt Catones editi: nempè L. Cato, & M. Cato. hîc tribunus plebis fuit &

Catonis filii & nepotes.

19 præturam petens mortuus est, superstite ex eo fortissimo illo viro, † qui bello ciuili, Vticæ mortem sibi consciscere maluit quàm in Cęsaris potestatem peruenire. reliquit & is, M. Catonem filium, qui Philippis, cum Bruto occubuit.

Cato Vticensis.

§. POST HOS FVERVNT.

Post hos fuerunt P. Mutius [a] & Brutus [b] & Manilius, [c] qui fundauerunt [d] ius ciuile. Ex his P. Mutius decem libellos reliquit, Brutus septem, [e] Manilius tres. extant & volumina inscripta, Manilii monumenta. [f] Illi duo [g] consulares [h] fuerunt: Brutus prętorius [d], [i] Pub. Mutius etiam pontifex maximus. [k] ab his profecti sunt Publii. Rutilius Rufus, [l] qui Romę consul, [m] & Asię proconsul [n] fuit: Paulus Vir-

ginius, [o] & Quintus Tubero, [p] ille Stoicus, [q] Panætij auditor: [r] qui & ipſe conſul. [s] etiam Sextus Pompeius [t] Cn. Pompeii [u] patruus.

SVMMÆ.

1	*Mutius, pila, ſcrupis & alea ludebat.*	11	*Homeri patria.*
2	*Brutus Iureconſultus.*	12	*Diſcipulus in preceptorem.*
3	*Filij parentibus ſimiles.*	13	*Pugnandi ars quando tradita.*
4	*Manlius iuris ſciens.*	14	*Virginiorum familia.*
5	*Monimentum, & monumentum.*	15	*Stoici.*
6	*Conſularis.*	16	*Peripatetici.*
7	*Pratorius.*	17	*Academici.*
8	*Pont. max. authoritas.*	18	*Panatius Philoſophus.*
9	*Rutilius exul.*	19	*Podagra curatio.*
10	*Amicis quando ſeruiendum.*	20	*Pompeius magnus.*

a P. *Mutius*) Duos Mutios Scæuolas ambos Iuriſperitiſſimos fuiſſe cõſtat P. Mutiũ patrem, & Q. Mutium filium. [a] De Publio Murio Scæuola, Pomponius hîc agit, eúmque inter clariſſimos Iureconſultos meritò collocat: quòd legum, & conſuetudinis qua ciues eius vterentur, ad agendum, dicendum, cauendúmque peritus eſſet. [b] Et ſi quæreretur, inquit M. Cicero, quiſnam Iureconſultus verè diceretur. Sextum Aelium, M. Manilium, & P. Mutium nominarẽ. [c] Fuit etiam eximius orator: vtpotè qui valdè prudenter, & acutè, ac paulò etiam copioſius quã ex æqualibus ſuis multi, diceret, ſeriis negociis fatigarũ animum, iocoſis miniſteriis recreare ſolebat. †ſed præſertim 1
ludo pilæ, & ſcruporum, quos nunc Scacos vocamus. quin & alea optimè, ſtudioſéque luſiſſe dicitur: cùm benè, ac diu iura ciuium, & cęremonias Deorũ ordinaſſet. [d] Fuit & alius Scæuola Iuriſperitus, quo vno præcipuè M. Antoniũ Philoſophum Capitolinus ſcribit, vſum fuiſſe. [e]

a Ci. li. ij. de le. *b Cic. li. j. de orat.* *c Ci. li. ij. de le.* *d Quin. lib. 11. c. y. Val. max. lib. 8. c. 8. Cic. lib. j. de orato.* *e Iul. Capit. in M. Philoſoph.* *f Ci. li. ij. de or.*

P. Mutii Ludus Scaci.

b *Brutus*) †Hic eſt ille Brutus, cuius mentionem honorificam, paſſim M. 2
Cicero facit. [f] At quis ille fuerit, quídque geſſerit, nec ex Cicerone, nec ex aliis planè ſciri poteſt: niſi quòd filium reliquit, M. Brutum, à patris virtute, plus quàm degenerantem, quippè qui decocto turpiter patrimonio, accuſatoriam artem ſit profeſſus. inde illi ioci, vel potiùs contumeliarum aculei, quibus L. Craſſus, in quodam iudicio, eum acriter diuexauit. Cùm enim ille dixiſſet, ſe ſine cauſa ſudare: minimè mirùm ait Craſſus, modò enim exiſti de balneis. Nam fortè Brutus paterna balnea nuper vendiderat. Rurſus in alio iudicio, tres patris Bruti, de ciuili iure libellos, tribus legendos dederat, in libro primo ita fortè ſcriptum erat, fortè euenit, vt ego & M. filius in Priuernati eſſemus. tum Craſſus, arrige aures Brute, namque teſtificatur pater, ſe tibi Priuernatem fundum reliquiſſe. Ex libro deinde ſecundo, lector hæc verba recitauit. In Albano eramus ego & M. filius. Hîc Craſſus, vbi ſunt ij fundi Brute, quos tibi pater publicis commentariis, conſignatos reliquit. Quod niſi puberem, inquit, te iam haberet, quartum librum compoſuiſſet. [g] †Verùm nec is ſolus fuit, qui paterna degenerauit natura, maiorúmque facultatibus excuſſus eſt. [h] Quanquam vt corporis, ita animi ſimilitudo 3
quędam à parentibus in liberos transfundi ſoleat, & nonnunquam, vt Quintilianus ait, ad honeſtè, turpitéruè viuendum, inde cauſæ fluant, [i] Equidem Cicero filius, maximum futuræ virtutis ſpecimen, adhuc adoleſcens oſtendebat, quem Brutus ſub quo militabat, cumprimis admirabatur, velut generoſum iuuenem, eruditum, & reipublicæ amantiſſimum [k] qui poſt patris necem collega Auguſti Cæſaris in conſulatu fuit: [l] anno conditæ vrbis 721. cæterùm mox à parente atque à ſeipſo ita degenerauit, vt ebrietas memoriam omnem ſubduxerit. quem ferunt binos vini congios vno potu haurire ſolitum. [m]

Brutus pater & filius.

Scommata Craſſi in Brutũ.

Filius degenerãs.

g Ci. li. ij. de orator. *h Val. max. li. iij. cap. 5.* *i Quint. lib. 5.* *k Ci. Phili. 10* *l Plut. in Cice.* *m Pli. li. 14. c. 21.*

c *Mani-*

Manilius 4 c *Manilius*)†Hunc M.Manilium,vt Sextum Aelium,& P. Mutium,M.Cicero inter eos retulit,qui verè Iurisconsulti, nominari possunt, [n] qui consul creatus cū L. Martio Censorino anno 605.ab vrbe,& à regibus profligatis 361. ad euertendam Carthaginem, cum collega suo missus, per vim cum exercitu,primus omnium Carthaginem intrauit. Quò fit, vt non satis coniectura assequi possim,an is idem sit, quem Plinius, diligentissimum togatorum & senatorem maximis nobilem doctrinis appellat. Cùm enim Phœnicis auis naturam descripsisse citet, P. Licinio, & M. Cornelio,[o]aut (nam in iis nominibus mendum esse puto) P.Licinio Crasso,& Cn. Cornelio Lentulo Coss.qui fuit annus quinquagesimus secundus post Manilij nostri consulatum,nempè 657.vrbis. [p] Equidem M. Manlij M. Cicero in hæc verba meminit. Nos etiam vidimus M. Manlium transuerso ambulantem foro,quod erat insigne,eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus, consilij sui copiam.[q]Sed alius hîc fortassis est Manlius,à Manilio nostro.Leges Manilius edidit de rebus vænalibus. Quarum M. Cicero, & M.Varro meminerunt.[r]

n Ci.li.j.de oratore. *o Pli.li.10.c.ij* *p Pli.li.30.c.j.* *q Ci.li. 3.de orat.* *r Cic.li.j. de orat.Var. de re rust.*

d *Fundaueruntius ciuile*)Hoc est firmauerunt,& veluti fundamento quodam stabilierunt.Sanè iis P.Mutio,Bruto,& Manilio succedens Q.Mutius Scæuola Publij filius,ius ab eis fundatum,nullo tamen ordine traditum,in certa genera digessit.Qua ratione paulò post dicet Pompeius ius ciuile, Q.Mutium primùm constituisse. [f]

f §. post hos. Quintus. vrs. hac l.

e *Brutus septem*)Crassus tamen apud M.Ciceronem testatur, tres duntaxat libros à Bruto relictos. Tum inquit,ex libro tertio, in quo finem scribendi fecit,tot enim vt audiui Scæuolam dicere,sunt veri Bruti libri.[t] Quibus verbis satis coniicimus plures tribus sub Bruti nomine circūgestos libros (vt interim nihil temerè Pomponius noster scripsisse arguatur) cæterùm eius tres tantummodò veros fuisse.

t Ci.li.ij.de or.

Monimē tū & monumentū 5 f *Monimenta*) Scripta, libri.†Etenim cùm plena sint monimenta Græcorū, inquit M.Cicero,quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint[u] & alibi. Ex annalium monimentis testes excitamus eos,quorum omnis vita cōsumpta est,in laboribus gloriosis.[x]Alio item in loco. Hæc de sapientissimis viris monimenta nobis literæ prodiderunt. Generaliter monimentum dicitur opus,quod memoriæ causa posteritati relictum est,à monendo, quod nos mentémque nostram alicuius præteritæ rei moneat. vt sepulchra, statuæ, throphea,libri,historię & cætera id genus.[y] vnde Horatius, tertiùm Odarum librum consummans, dánsque per æternitatem carminis authori laudem ait,[z]

u Ci.li. 9. epist. *x Cic.lib.ij. de finib.Item Ci. pro Plan.* *y l.monimētū. ff.de religios.* *z Hor.li.3.car.*

Exegi monumentum,ære perennius,

Et Vergilius,de Aenea in Turnum , mortem suppliciter deprecantem accenso.[a]

a Verg.lib.12. Aene.in fin.

Ille oculis postquàm sæui monimenta doloris,
Exuuiásque hausit:furiis accensus,& ira,
Terribilis.

Præterea M.Cicero,istæ omnes verborum acerbitates non ex memoria vestra,patrumq; vestrorum,sed ex Annalium monumentis, ac regum commētariis,conquisiuit.[b]Denique alibi dixit,Amplissimis monimentis consecrare memoriam nominis sui.[c]

b Ci.pro Rabi. *c Cic. lib.ij.ad Q.fratr.*

g *Illi duo*)Manilius videlicet, & Brutus, vt prænomen *Illi*,suam seruans naturam, ad remotiores referatur, ac ita velit Pomponius,ambos consulatum gessisse.nec de Manilio ambigendum est,vt potè qui in consulatu suo præclara ediderit facinora,in euertenda præsertim Charthagine, & Pisonem tribunum plebis legem de pecuniis repetundis,Martio Censorino (quē imprudenter nimis Zasius,Catonē esse putat) & Manilio Coss.primùm tulisse, M. Cicero scribit. [d] De Bruto verò nusquam legi eum consulem fuisse. quin &

d Cic. de clar. orat.

Pomponius noster mox confirmare videtur, eum non excessisse præturæ honorem. Quocirca putaui semper hunc locum corruptum, & non *illi duo*, legendum, sed *ex his duo*, vt ita significet Pomponius, cum Manilio P. Mutiū, qui præterea Pontifex maximus fuit, consularem extitisse. hunc enim sedecim annis post consulatum Manilij, & ipsum quoque consulem: cum L. Calphurnio Pisone creatum, ex annalibus comperio conditæ vrbis anno 621. & ab exactis regibus 377. His consentit Pomponius Lætus hunc locum sic describens Ex his inquit, Mutius consularis fuit, Brutus prætorius, Manilius consularis, & pontifex maximus.[e]

6 h *Consularis*) † Consularis dicitur, qui consul aliquando fuit.[f] Vt igitur intelligeretis, inquit M. Cicero, qualem me esse consularem profiterentur, obiicit mihi consulatum meum.[g] & ad eum Cassius, Quòd maximus consularis, maximum consulem, teipse vicisti, & lætamur, & mirari satis nō possumus.[h] Consulares etiam fœminas dicimus consularium vxores.[i] Interdum tamen cōsularis vsurpatur pro eo, qui consulatu dignus est. Complures, inquit Cicero, in perturbatione reipublicæ, consules dicti: quorum nemo consularis habitus, nisi qui animo extiterit consularis.[k]

Cōsularis.

7 i *Prætorius*) † Quemadmodum consularis dicitur, qui consulatū gessit, neq; tamen amplius est consul: ita prætorius, qui aliquando prætor fuit, at præturа iam perfunctus est.[l] Et quoniam sicut consularis dignitatis, ita prætoriæ titulum, honorariè princeps quandóque concedebat.[m] Prætorius à Plinio dictus est, qui principis beneficio in horum numero assumptus erat. Pater Minutius Macrinus equestris ordinis princeps, quia nihil altius voluit, allectus à diuo Vespasiano, inter prętorios.[n]

Prætorii.

k *Etiam pontifex Max.*) Præter consulatum P. Mutius Scæuola, pōtificatum maximum gessit: in quo memorabile illud ab eo factum narratur. cùm Licinia Virgo Væstalis aram ædiculam, & puluinar, sub saxo sacro dedicasset, re per Sextum Iulium Prætorem ad collegium pontificum delata P. Mutium Scæuolam tum ponti. max. pro collegio respondisse ferunt, quod in loco publico Licinia iniussu populi dedicasset, non videri sacrum. Cuius authoritas tantum valuit, vt statim senatus mandauerit Prætori vrbano diligenter curaret, ne id sacrum esset: & si quę essent incisæ, aut inscriptę literæ, tollerētur.

Pontif. max authoritas.

8 [o] † Omnem verò sacrorum potestatem, publicarúmq. cęremoniarum curam apud Pont. max. fuisse satis constat. Sed de Pontificibus, Pontificumq; collegio superiùs multa diximus.[p]

9 l *Ruffus*) † Huius Rutilij Ruffi, Vlpianus quoq. meminit.[q] Fuit autē vir optimus, & suæ ętatis clarissimus Iureconsultus, à P. Mutio Scæuola (quem adolescens diligenter sectabatur) iuris sci entiam & morum integritatē edoctus:

10 de quo præclatum illud probitatis dictū & exēplū fertur. † Cùm enim ei amicus qui iniusta quędā rogauerat, nec impetrauerat, indignatus dixisset, Quid ergo mihi amicitia tua opus est: si quod rogo non facis? Rutilius respondit, Imo quid mihi tua si propter te iniusti aliquid facturus sum?[r] Non dissimile Periclis responsum effertur, qui ab amico rogatus, vt sua causa falsum peieraret, respondit, Se amicorum commodis consulturum, sed vsque ad aras.[s] Equidem amicis commodare nos oportet, sed ita vt à recto nunquam deflectamus. quod elegantet & doctè Plutarchus,[t] Gelliúsque[u] disputant. Sed ad Rutilium, qui quamuis optimus ipse fuerit, & veræ innocentię exemplum: quo nemo, vt M. Cicero scribit, neq. integrior esset in ciuitate, neq. sanctior:[x] à M. Scauto repetundarum postulatus, cùm inuisus esset equestri ordini, & publicanis, à quorum iniuriis Asiam defenderat: damnatus est tandem & in exilium actus. Equitum sententiis, qui tum Gracchanis legibus iudicia obtinentes, in optimum quemque virum maximè sæuiebanr.[y] pręsertim si publicani, qui ordinis erant equestris, in delatum reum molirentur. Itaque Rutilius, iudicium pertæsus, ingratam ciuitatem deseruit, nihil molestè ferens, vt dicere solebat, quam quòd iniquè iudicatus esset.[z] Et Asiam, vt

Rutilius Ruffus.

Amicorū cōmodis quando seruiēdū.

Iniquum de Rutilio iudicium.

e Pomp. Latus de magist. Ro. de iurisperitis tractan.
f l. iij. §. vl. ff. de recept. arbi. l. j. ff. de senat l. j. C. de consul. li. 12.
g Cic. 7. Phil.
h Ci. li. 12. epis.
i d. l. j. vbi dixi. ff de senato.
l Ci. ad Plācum.
l l. j. C. de dign. lib. 12. §. & vt obser. j. hac l.
m l. vlt. §. viros C. vbi senator. dixi l. j. ff. de senatori.
n Plu. li. j. epist.
o Plu. in Numa. Alex Neapo. latè li. iij. Genia. die. c. 8.
p §. deinde ex his. à hac l.
q l. iij. §. ligna. ff. de pen. lega.
r Val. Maxi. li. 6. c. iiij.
s Plu. in peric.
t Plut. in libello qui inscribitur vsq. ad arā sū amicus.
u Gel. li. j. c. 3.
x Cic. lib. j. de orat.
y Liui. lib. 70.
z Seneca libr. iij. epist.

exuli petenti, omnes eius prouinciæ ciuitates, *legatos ei obuiam miserunt,*
Homeri patria. 11 orantes pro se quæq;, vt tanti hospitio, atq; exilio viri illustrarentur.† Smyrnam (vnde & Homerum ortum fuisse pleriq; putant) ipse elegit. vbi literarum studijs vacans, consenuit. vltròq; ciuitate donatus, ciuis Romanus esse desiit:ᵃ neq; cũ ab exilio per Syllam reuocaretur, redire voluit: dicens, malo vt patria mei exilij erubescat, quàm reditu mœreat.ᵇ Ab amico præterea cõsolatus, quòd breui reuersurus esset. Quid tibi, inquit, malè feci, vt peiorem mihi reditum quàm exitum optares?ᶜ Cum autem rex Ponti Mithridates aliquando iussisset omnes in Asia Romanos (quos ab alijs toga discernebat) necari, Rutilium inter multos vestem mutasse, eóque modo mortem effugisse, M. Cicero testis est.ᵈ Hũc quoq. inter oratores M. Cicero testatur, non infimum locum tenuisse. quamuis triste quoddam & seuerum dicendi genus habuerit, cuius ideo orationes, ieiunas, & horridas, fuisse aiunt: eò tamen gratiores, quòd magnum munus de iure respondendi, Rutilius sustineret.†

a Val. li. ij. c. 4. b Seneca li. 6. de beneficiis. c Cic. pro Rab. Posthu. d Ci. li. j. de orat.

Panætii laus. 12 Multa præclara, inquit idem author, de iure doctus vir, & Græcis literis eruditus, Panætij auditor propè perfectus in Stoicis.ᵉ Tantam autem Panætio præceptori suo reuerentiam, & authoritatem tribuisse ferunt, vt dicere soleret. Quemadmodum nemo pictor inuentus esset qui eam Veneris partem absolueret quam Appelles reliquisset inchoatam: sic quæ Panætius intermisisset, propter eorum quæ iam fecisset præstantiam, neminem prosecuturum.

e Cic. de Cla. orat.

m *Romæ consul*) P. Rutilius Ruffus, consul fuit cum C. Manilio Maximo, anno conditæ vrbis DCXLIX. & ab exterminatis regibus CCCCV. à quo tum con-
Pugnãdi ars quando tradita. 13 sule, †lex pugnandi, & tractandorum armorum meditatio militibus tradita est, nullíusque ante se Imperatoris exemplum sequutus, accersitis ex ludo C. Aurelii Scauri, insignioribus gladiatoribus, artem vitandi, inferendiq. ictus, legionibus tradendam curauit.ᶠ

f Vale. Max. lib. ij. c. j. Cice. de cla. orato.

Rutilius an procõsul. n *Asiæ proconsul*) Liuius tamen, quantum ex ipsius epitomis colligere licet, non scribit Rutilium Proconsulem fuisse: sed C. Marij proconsulis legatum. P. Rutilius, inquit, vir summæ innocentię, qui legatus C. Marij proconsulis, à publicanorum iniurijs Asiam defenderat: inuisus equestri ordini, penes quẽ iudicia erant, repetundarum damnatus, in exilium missus est.ᵍ

g Liui. lib. 70.

Bernardinus Rutilius. Sed cùm in Rutilij nomen inciderimus, ingratus meritò videret, si Bernardinum Rutiliũ, & diligentem & disertum ætatis nostræ Iurisconsultum, silentio prorsus præterirem, qui cùm veterum Iurisconsultorum vitas accuratè conscripserit, nostrum hac in parte laborem, eũ plurimũ iuuisse nunquã dissimulabo.

Virginiorum familia Romę duplex. 14 o *Paulus Virginius*) †Ego quis hic sit Virginius non sat compertum habeo, quanquàm non ignoro duas fuisse Romæ Virginiorum familias. Alteram plebeiam, quam pro particidio L. Virginius filię interfector, in omne æuum illustrauit, vt suo loco dictum est.ʰ Alteram Patriciam antiquissimã, ex qua Opiter Virginius Tricostus cum Sp. Cassio Vicelino, aut vt alij Annales habent, cum C. Posthumio Aruno consulatum gessit, anno vrbis CCLIJ. & à pulsis regibus viij. Sed ex vtra prognatus fuerit hic noster Virginius, mihi quidẽ adhuc incertum est. Virginium porrò Ruffum oratorem egregium, & quem claritudo nominis extulerat, à Nerone interfectum, Tacitus memorat.ⁱ Sed de hoc qui longo post nostri seculum interuallo vixit, Pomponius intelligi non potest.

h §. & cũ placuisset. 2. hac l. i Cor. Taci. li. 5.

p *Q. Tubero*) Q. Aelium Pætum Tuberonem significat, L. Pauli nepotem, vt Ciceronis verba demonstrant. Et quoniam, inquit, Stoicorum est facta mentio, Q. Aelius Tubero fuit illo tempore, L. Pauli nepos, nullo in oratorum numero: sed vita seuerus, & congruens cum ea disciplina, quam colebat, paulò etiam durior, qui quidem in Triumuiratu iudicauerit contra P. Africani auunculi sui testimonium vacationem Augures quominus iudiciis operam darent non habere.ᵏ Sed vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus. itaque honoribus maiorum respondere non potuit. De hoc satis multa

k Cic. in Bru.

ſcripſimus ſuprà, quæ hîc repetenda non arbitror.[l]

q *Ille ſtoicus*) †Quintum Tuberonem Pomponius per emphaſim quandam 15
Stoicum appellat, quòd ſtoicam diſciplinam (quam M. Cicero neque moderatam neque mitem eſſe ait[m]) tam arctè religioſéque ſeruaret, vt ſeuerus nimis, durus, auſter, & penè inciuilis haberetur. Deiectus item ob eam rem prætura.[n] Stoici porrò philoſophi (de quibus alibi quoque dicemus ([o] appellati ſunt Athenis à porticu, quæ Græcè στοὰ dicitur, in qua Zeno, huius ſectæ princeps & author, diſcipulos docere, eóque conuenire, ac diſſerere ſectatores eius ſolebant, aut quoniam, qui eandem porticum antè incolebant, ſtoici vocabantur. vt Eratoſthenes ſcribit.[p] Fuerunt & alterius ſectę, qui Pe-
ripatetici † dicebantur: à περιπατεῖν, hoc eſt deambulo: quia inambu- 16
lantes in Lyceo (ſchola erat Ariſtotelica Athenis) diſputabant. Horum princeps, dux & auſpex Ariſtoteles fuit.[q] †
Academici verò dicti ſunt Platonis 17
ſectatores & diſcipuli, à loco illo nemoroſo, ab Athenis mille paſſibus diſtante, qui ab Academo constructus, inde nomen aſſumpſit.[r] Horatius.[ſ]

Adiecere bonæ, paulo plus artis Athenæ,
Scilicet vt poſſem, curuo dignoſcere rectum:
Atque inter Syluas Academi quærere verum.

Illîc Plato natus eſt, eóq. ob ſummam viri doctrinam, & morum integritatẽ magna diſcipulorum turba, Platone philoſophante confluebat. Illi autem inquit, M. Cicero, qui Platonis inſtituto in Academia, quod eſt alterũ gymnaſium, cœtus erant, & ſermones habere ſoliti ex loci vocabulo, nomen habuerunt.[t] Quot autem fuerint olim philoſophorum ſectæ, atq. inſtituta Laertius diligenter commemorat.[u]

r *Panætij auditor*) †Fuit Q. Tubero, diſcipulus Panætii philoſophi Rhodij 18
Stoicorum grauiſſimi: ad eumq́ue Panætius præceptor quædam ſcripſit: ſed præſertim de dolore perpetiendo libellum, & epiſtolas, quibus maximè Tuberonem admonebat, vt Crantoris veteris academici libellum de luctu ad verbum ediſceret. Huic etiam Panætio, Scipio Africanus minor, C. Lælius, P. Rutilius (de quo nunc dictum eſt) & alij præſtantiſſimi viri operam dederunt. De officiis, luculenter ſcripſit (Vnde M. Cicero ſuos officiorum libros mutuatus fuiſſe videtur) & paulo poſt Athenis occubuit.

ſ *Et ipſe conſul*) Q. Tubero ſcilicet quem ego conſulem fuiſſe comperio cum M. Iunio Pœno,[x] anno ab vrbe Dlxxxvij. & à regibus eiectis cccxliij. Licet Zaſius nuſquam apud authores, præterquam apud Pomponium noſtrum de huius conſulatu quicquam reperiri contendat. Fuit & alius Q. Aelius Tubero, qui cum Paulo Fabio Maximo, vt & Plinius teſtatur, conſulatum geſſit,[y] anno constructæ vrbis Dccxliij.

t *Sextus Pompeius*) Hic eſt ille Sextus Pompeius, quẽ M. Cicero pręſtantiſſimo claruiſſe ingenio dicit. Idq́ue ad ſummam iuris ciuilis, perfectámque Geometriæ, ac rerum Stoicarum ſcientiam contuliſſe.[z] fratrem habuit Cn. Pompeium Strabonem, magni illius Põpeij patrem. De Sexto Pompeio viri Prætorij patre, Hiſpaniæ citerioris principe, verba facit Plinius referens,
eum cum horreis ſuis ventilandis præſideret, dolore † podagrę miſerè diue- 19
xatum, ſeſe ſuper genua in triticum demerſiſſe, leuatúmque ſiccatis pedib. mirabili modo hoc poſtea remedio vſum.[a] Sed de illo Pomponiũ hîc loqui aſſeuerare non auſim.

v *Cn. Pompeij*) Sunt qui Cn. Pompeium Strabonem (cuius iam meminimus) hic intelligant, qui à Numantinis victus, tam fœdam cum illis pacem
fecit. Ego †verò magnum illum Cn. Pompeium intelligo, qui in Africam à 20
L. Sylla miſſus cum Iarbam regem cepiſſet, de eóq. ante legitimam ætatem triumphaſſet, magnus ab exercitu Syllæ ſalutatus eſt, quique Sertorium in Hiſpania profligauit: bellum Piraticum tribus menſibus confecit, de Mitridate

l §. poſt hos fuit T. ſup. hac l.
m Ci. pro Mur.
n Val. li. 7. c. 5
o l. ij. ff. de legi.
p Eratoſthenes li. 8. de antiq. come.
q Ci. li. j. Tuſc.
r Ci. li. j. Aca. & li. 5. de fini.
ſ Hora. li. ij. epiſt. epiſto. ij.
t Ci. li. j. acad.
u Diog. Laer. li. j. de vitis philoſo.
x Plin. li. 33. c. 11.
y Plin. lib. 8. c. 16.
z Ci. in Bruto.
a Plin. lib. 22. c. 25.

Tuberonis ſeueritas.
Stoici.
Peripatetici.
Lycæum
Academici.
Philoſophorum ſectæ.
Panætius philoſophus.
Tuberonis cõſulatus.
Podagræ mira curatio.
Põpeius magnus.

date triumphauit. Iberos, Albanos, Iudæos debellauit. Qui denique (vt nunquam sibi perpetuò fortuna constat) à C. Cęsare superatus est, & in Aegyptû fugatus: vbi regis proditione, ab eius præfecto Achilla obtrûcatus fuit, Quæ omnia, apud Plutarchum Pompeij vitam, bellissimè describentem extensius legere est.[b] *b Plutar. in Pōpeio.*

§. FVIT ET EODEM TEMPORE.

Fuit & eodem tempore Cælius Antipater: [a] qui historias conscripsit: [b] sed plus eloquentiæ quàm scientiæ operam dedit. Etiam Licinius Crassus, [c] frater Publij Mutij: [d] qui Mutianus dictus [e] est, hunc [f] Cicero [g] ait Iurisconsultorum disertissimum.[h]

SVMMÆ.

1 *Antipater.*
2 *Febris anniuersaria.*
3 *Licinius Crassus.*
4 *Diues quis.*
5 *Subditi qualis obedientia.*
6 *Crassi mors accersita.*
7 *Ciceronis vita.*
8 *Heluus.*
9 *Pater Patriæ.*
10 *Terentia Ciceronis vxor.*
11 *Budæi animaduersio.*

Antipater. 1 a *ANtipater)*† L. Cælius Antipater, inquit M. Cicero, vt temporibus illis luculentus iuris valdè peritus fuit: multorum etiam, vt L. Crassi magister.[a] *a Ci. in Bruto.*

b *Conscripsit)* Stylo quidem rudi, agresti, & vt M. Cicero dixit, sine nitore ac palæstra.[b] Quem tamen Adrianus Imperator vetusti generis dicendi studio sus Crispo Salustio præferebat.[c] Equidem Antonius apud Ciceronem testatur, Cælium Antipatrem virum optimum, historiæ maiorem sonum vocis addidisse. Nam ante eum non fuerant exornationes, veteribus satis visum, si rem gestam simpliciter narrarent.[d] Fuit & Antipater quidam Sidonius poeta: qui versus ex tempore expedirè faciebat.† Et de quo Maximus refert, die suo natali, quotannis ægrotasse, eóque morbi circuitu ad vltimam ętatem cû peruenisset, illum perijsse.[e] *b Cice. li. ij. de Orat.* *c Sparti. in Adri.* *d Cice. li. ij. de Ora.*

Febris anniuersaria. 2

Licinius Crassus. Maxima in vno homine bona. 3 c *Licinius Crassus)*† Sic nos ex Cicerone hûc locum restituimus.[f] cû antea, Lucius Crassus, mendosè legeretur. Agit quippe Pomponius hîc, de P. Licinio Crasso Mutiano (nam quadrinomius fuit) quem varijs, & præcipuis bonis ornatû fuisse traditur, sed quinq; pręsertim, q. ditissim[e], quòd eloquêtissimus quòd nobilissimus. quòd Iuriscôsultissimus, & quòd Pôtifex Max.[g] De quo sic Liuius. Bello quoq; bonus habitus, ad cætera, quibus nemo ea tēpestate instructior ciuis habebatur, côgestis omnibus humanis à natura fortunáq; bonis, nobilis idem ac diues erat, forma viribúsque corporis excellebat, facundissimus habebatur, seu causa oranda, seu in senatu & ad populum suadēdi locus esset, Iuris Pontificij peritissimus, super hæc bellicæ quoque laudis consulatus compotem fecerat.[h] Is autem cûm naturalem ortum è Crassorû familia duxisset: per adoptionem transijt in familiam Mutiorum, vnde Mutianus dictus. Omnes verò Crassos, Liciniorum quoque nomine vocatos satis constat, atque illud ex opulentia diuitum agnomen eis accessisse, ingentes enim semper opes possedit ea familia.† Primúmque M. Crasso additum est diuitis cognomentum, à quo Diues esse negabatur, qui legionem annuo redditu tueri non posset, Tanta autem fuit M. Crassi opulentia, vt quemadmodum apud Græcos, Crœsi Lydorum regis, ita apud Romanos cumularissimæ Crassi opes in prouerbium abierunt. *Crasso ditior*. Porrò sunt qui putant hunc P. Licinium Crassum, quo de hîc agimus, eum fuisse, qui egregius orator habitus est, & ex P. Scæuola fratre, domi iuris scientiam cognouit. Quique Quæstor primùm creatus est: deinde Aedilis factus: ac demum cum *e Val. Max. li. j c. 8.* *f Cice. de clar. Ora. & li. j. de orato.* *g Gell. li. j. c. 13.* *h Liuius li. 40 in prin.*

Mutij nomen.

Diues quis. 4

Crasso ditior prouerbium.

L. Valerio Flacco consulatũ gessit, anno conditæ vrbis Dcxxiij & exactorũ regum cclxxix. & ita anno tantùm intermedio, post P. aut vt alij legũt, C. Mutium Sceuolam, dein consul iterùm creatus anno vrbis Dclvij cum

Plin. li. 30. c. j Cn. Cornelio Lentulo Clodiano.[i] Sed cùm de illo P. Licinio Crasso tractemus hoc loco, qui tot naturæ fortunæque bonis exornatus fuit eum ex Annalibus anteriorem fuisse constat, consulatúmque administrasse cum P. Cor-

k Liuius li. 38 & 40. in prin. nelio Scipione, anno quartodecimo Punici belli, & ab vrbe Dxlix.[k] De quo memorabile illud fertur cùm prouinciam Asiam obtineret, & ad oppugnandam Leucas ciuitatem firma ac procera trabe ei opus esset, qua arietem faceret, & quateret eius oppidi muros: † ad magistrum architectonicum Atheniensium scripsisse, vt ex duobus malis, quos Athenis vidisset, maiorem quã celerrimè mitteret. magister verò intelligens, in quam rem malum desideraret, minorem velut magis idoneum, & commodiorem struendo arieti, ac portatu faciliorem misit. Sed Crassus nihil aliter subdito faciundum esse ratus, quàm ei à superiore præceptum est, etiam si eo facto, videri possit res vtiliùs cessura, obsequiúmque debitum non consilium præstandum vocari magistrum ἀρχιτέκτονα iussit. spretísque rationibus quas proferebat, vestimenta detrahi imperauit, ac virgis multũ cecidir.[l] Equidem Modestinus noster, eum qui in bello rem à duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit, capite puniendum scribit, licet res bene cesserit.[m] Deuicit quoque hic Licinius Crassus Q. Fuluium Flaccum & T. Manlium Torquatum senes honoratos, & duobus consulatibus insignes, in petitione pontificatus maximi. ante quem inquit Liuius, intra centum annos & viginti, nemo præter P. Cornelium Calussam pontifex maximus creatus fuerat, qui sella curuli non sedisset.[n] De quo præterea idem author refert fuisse eum censorem creatum cum ante nec consul nec prætor fuisset, anno vrbis Dxlv. Q. Fabio max. Verrucoso, & Q. Fuluio Flacco Coss.[o] Sed nec illud prætereũdum de P. Licinio Crasso, quòd cũ ferretur ad populum quis ad debellandum Aristonicum regis Humenis filium (qui Asiam ab Attalo rege populo Romano relictam occupauerat) mitteretur Flacco collegæ, eidémque Flamini Martiali, & eãdem prouinciam cupidè ambienti mulctam indixit, si à sacris discessisset. Ipséque tum pontifex maximus cum imperio & instructissimo exercitu contra Aristonicum missus est, quod nunquam antea factum erat: vt pontifex maximus videlicet extra Italiam proficisceretur: sed nec ei fœliciter cessit. Nam ab hostibus prælio victus est: & inter Eleam & Smyrnam à militibus Aristonici interceptus, ne in hostium manus viuus perueniret, hoc modo rationem mortis accersiuit. † Nam virga, qua ad regẽdum equum vtebatur, Barbarum quendam occæcauit. Ille dolore accensus, Crassum obtruncat, & caput occisi Aristonico offert. Corpus Smirnæ sepultum.[p] Sed non multò post Perpenna Crassi successor, capto Aristonico, & Romæ in carcere strangulato, tantam iniuriam vltus est.[q] anno Dcxxiiij. conditæ vrbis. Cæterum collatis annalibus, alius fuit hîc Licinius Crassus: nempé is cuius primùm meminimus. qui cum L. Valerio Flacco consul fuit, anno ab vrbe Dcxxiij.

l Gel. li. j. c. 13.
m l. 3. §. in bello. ff. de re milit.
n Liuius li. 25.
o Liuius li. 27.
p Liuius li. 59. Iustinus li. 36.
q Val. Maxi. li. iij. c. iij. Liu. & Iusti. vbi suprà.

5 *Subditus religiosè mandatũ superioris seruet*

6 *Crassi mors.*

d *Publij Mutij*) De quo supra plena manu diximus.[r]

r §. post hos fuerunt. in hac l.

e *Mutianus dictus*) Clarissima Crassorum familia, quæ etiam Liciniorum nomen sibi vendicauit, P. Crassus natus est, qui deinde vt iam dixi, adoptione in Mutiorum familiam translatus fuit, vnde P. Licinius Crassus Mutianus dici cœpit.

f *Hunc*) P. Crassum scilicet, nam de hoc agit Pomponius: tametsi Budæus noster arguta magis, quam vera interpretatione, id ipsum ad Q. Mutium, P. Mutij filium referat.

g *Cicero*) † Postulat hic locus, vt de M. Tullio Cicerone, quædam inter Iureconsultos dicamus. nã & ipsum iuris, legúmque peritissimum fuisse, cum ex vniuersis eius lucubrationibus: tum vel maximè ex libris illis de legibus, 7

7 *Ciceronis vita.*

&c eo

& eo libello,qui inscribitur de iure ciuili in artem redigendo,[f] intelligere licet.Eius stirpem ab Actio Tullio Volscorum rege duxisse originem, cæterum progressu temporis euiluisse,Plutarchus scribit: [t] aut vt alij malunt, à Tullo Hostilio,tertio Romanorum rege:nanque Cicero ipse Seruium Tullium gentilem suum nuncupat.Fuit enim,inquit,de Pherecide Syro loquẽs, meo regnante gentili.[u] sed vtrumque facile est refellere,ex ipsius Ciceronis verbis,qui deridens humiliores homines,sese in aliẽnum eiusdem nominis genus infundentes,ait.Vt si ego,me à M.Tullio esse dicerem : qui patricius cum Seruio Sulpitio consul anno x.post exactos reges fuit.[x] neque de maioribus eius vsquam legimus,eos in republica honores assecutos. Et fuit praeter in taberna fullonaria educatus, matrem tamen diuitem & splendidam

Heluij. 8 fuisse aiunt.ab † Heluiisque (populus est Galliæ Narbonensis, qui nunc Albigensis vocatur)traxisse originem Tulliorum autem familiam constat à legumine cognomentum accepisse, vt Fabiorum,Pisonum,Lentulorum:[y] vel à verruca,vt nonnullis magis placet,quæ in ore vt cicercula extitit. Itaque natus est M.Cicero tertio nonas Ianuarias, anno ab vrbe Dcxlix. Q. Seruilio Cæpione & C. Attilio Serrano Coss.[z] Præceptores habuit in dicendo, Apollonium Molonem,in Dialectica Diodorum stoicum, in philosophia Philonem Academicum,& in iure ciuili Scæuolam.[a] Primam causam publicam egit pro Sexto Roscio Amerino parricidij postulato, natus annos tres & viginti,vt Cornelius nepos tradit,qui Ciceronis amicus fuit & perfamiliaris,aut vt alij malunt xxvj,vel si Pædiano & Gellio credimus xxvij.[b] Quę causa tantùm habuit commendationis,inquit de se ipse Cicero, vt non vlla esset,quæ non nostro digna patrocinio videretur,[c] & alibi:Maximè & gloria capitur,ait defensionibus,& gratia pariter,eòque maior, si quando accidit,vt ei subueniatur,qui potentis alicuius opibus circumueniri, vrgerique videatur:vt nos sæpè aliàs,& adolescentes contra L.Syllæ dominantis opes, pro Sexto Roscio Amerino fecimus.[d] Acta verò hac causa metuens Syllam, quem offenderat:simulata valetudine in Græciam & in Asiam abijt: vbi se præceptoribus dicendi roformandum,ac veluti recoquendum dedit.[e] Tunc autem ferunt Posidonium cùm eum Athenis declamantem audisset, protinus exclamasse:ad Latinos per Ciceronem,dicendi gloriam,quæ sola Græcis relicta erat,transferri.Ciceroni reuerso,Quæstura Siciliensis demandata est.Præturam dein gessit,in qua collegam habuit Gallum Aquilium [f] ac demùm consul creatus,coniurationem Catilinæ repressit. Lentulum Cethegum & reliquos nefariæ conspirationis socios,in carcere necari iussit. Vnde & in exiliũ postea actus factione P.Clodij Tribuni plebis,qui legẽ tulerat,vt qua & igni interdiceretur ei,qui indemnatum ciuem Romanum interemisset:decimo tamen exilij sui mense,aut vt Appiano placet,xvj.[g] post expulsionem à populo,& vniuersali omnium consensu,suadentibus pręsertim Pompeio,& Lentulo consule,ac T.Annio Milone Tribuno plebis reuocatus, Cicero redijt,cui tanta singulorum lætitia occursum est,vt quasi auulsa suis sedibus Roma omnis ætas,omnísque ordo obuiam ei processerit:ac ideo se ipse dixerit Romam Italiæ humeris reportasse.Domus eius quàm infestè, & ignominiosè à Clodio diruta fuerat,tã speciosè decreto senat' est restituta. In Augurum dein collegiũ cooptatus fuit in Crassi locũ,qui in Parthis perierat,ac postea Proconsul in Ciliciam profectus,Ariobarzanem regem,po

9 puli Romani amicum seruauit. † Hic omnium primus à Catone Vticensi parens patriæ appellatus ob conseruatã in Catilinaria coniuratione patriã.[h] Vnde Satyricus.[i]

Sed Roma parentem
Roma patrem patriæ,Ciceronem libera dixit.

Et Plinius,Salue primus inquit,omnium parens patriæ appellate, primus in toga triumphum,linguæque lauream merite,& facundiæ literarum latina-

Margin notes (left): Heluij. — Ciceronis præceptores — Prima causa à Cicerone dicta. — Cicero Quæstor Prætor, Consul. — Ciceronis exilium. — Cicero Augur. Cicero parẽs patriæ.

Margin notes (right): f Gell.li.j.c.22. — t Plut in Ci. — u Ci.li.j.Tusc. — x Cic.de clar. Ora. — y Alex.Neap.li.j.c.8. — z Gell.li.15.c.28. — a Cic.lib j. de nat. Deo & de clar.orat. — b Gell.li.15.c.28 — c Cic.de clar. Ora. — d Ci.li.ij. offic. — e Quint. li. 12. c.6. — f Ci.li.ij.offic. & in Topi. — g Appia.lib.ij. bell.ciui. — h Appia.lib.ij. bell.ciuil. — i Iuuena.Satyr.8.

k Plin. li. 7. c. 30. rum parens.[k] Quod tamen postea cognomentum, ad Imperatores adulatione magis quàm merito delatum fuit. Imperatoris quoque nomen retulit, l Alex. Neapo. li. j c. ij. quòd Parthos ad Amanum profligasset.[l] Terentiam † vxorem Cicero primum habuit: 10 Terētia Ciceronis vxor. quam ab exilio reuersus, quòd molesta nimis esset, & turbulenta repudiauit: ac virginem duxit Mirantibúsque amicis, quòd ætatis teneræ puellam senex duxisset, eum respondisse ferunt, *Cras mulier erit*. Exorto ciuili bello, cum ad Pompeij partes declinare videretur, literis hortatus est eum Cæsar, vt neutri parti ceu vir bonus, & quietus, adhæreret. Cæsare verò rerum potito ad studia & ocium sese cōtulit. Et illo in curia multis vulneribus trucidato, cùm Octauius, Antonius, & Lepidus Triumuiri, rēpublicam administrarent, Antonij opera, qui cum Cicerone grauissimas exercebat inimicitias, iussus est interfici à Popilio Lena: quē tamen ipse M. Cicero capitis reū defenderat. Iugulatur itaque apud villam suam Formianam, anno ætatis suæ m Liui' li. 120 lxiij. eiúsque caput cum manu dextra in Rostris positū est.[m] M. Ciceronem filium reliquit: qui in adolescentia præclarum virtutis & doctrinæ specimen ostendebat. At postea dissolutior factus, omnem ei memoriam subduxit ebrietas: degenerauítque ita à se ipso, vt nihil ex paterno ingenio conseruarit, Tulliolam item filiam quam habuit propter suauitatem vel animi, vel ingenij, & morum ipsius tantoperè amauit, vt & animulam & corculum & animæ suæ dimidium sæpenumerò appellârit, & eam illi Salustius, velut matris pellicem obijceret. Ea Dolabellę primum nupsit, ac demum Pisoni Crassipedi, sub quo pariens perijt, cuius intellecta morte, Cicero à dolore oppressus est, excidítque tum illi sapientia, maximóque mœrore confusus, Cicero dolori succūbit. ad Seruium Sulpitium scribens, opprimor inquit, & vix resisto dolori. Cumq́ue vulgaribus præceptis non consolaretur, libellum consolationis de obitu filiæ nominatim edidit, in quo nosmet ipsos, ait, quantum potuimus n Ci. li. j. Tusc. consolati sumus.[n]

h *Disertißimum*) Verba M. Ciceronis quod ad hanc rem pertinet, sic habēt. Noli inquam Brute existimare his duobus (loquitur autem de Crasso, & Scęuola) quicquam fuisse in nostra ciuitate præstantiùs. nam consultorum alterum disertissimum: disertorum alterum consultissimum fuisse. Sic in reliquis rebus, ita dissimiles erant, inter sese statuere, vt tamen non posses, vtrius te malles similiorem. Crassus erat elegantium parcissimus, Scæuola parcorum elegantissimus. Crassus in summa comitate habebat etiam seueritatis satis. o Ci. de cla. ora Scæuolæ multa in seueritate, non deerat tamen comitas.[o] † Cicero igitur, 11 Budæi animaduersio. inquit magnus ille Budæus, non Publium Mutium, Iurisconsultorum disertissimum, dixit (quod & nos admittimus) non item Crassum, qui eodem Cicerone authore disertorum consultissimus fuit, non disertissimus consultorum, ergo necesse est Q. Mutium Publij Mutij filium intelligi, cuius sequenti litera mentio fit: & ita Pomponium hic (subijcit Budæus) hallucinatum. Quod ego non facilè dederim: sed magis puto mendum hîc librariorum subesse: qui vocum, & sermonis affinitate decepti, hæc verba, *Iurisconsultorum disertißimum* pro *Disertorum consultißimum*, nobis obtruserunt, quippè multo verisimilius est librarios quàm Pomponium hallucinatos, quamuis probè potuerit Pomponius hunc Crassum Iurisconsultorum disertissimum dicere: cū à Sempronio Asellione, & alijs Romanæ historiæ scriptoribus, inter quinq; p Liuius in princ. lib. 40. Gel. li. j. c. 13. rerum bonarum maxima, quæ paulo ante memoraui, duo illa fuerint, quod Iurisconsultissimus, & eloquentissimus esset.[p]

§. POST HOS QVINTVS.

Post hos Quintus Mutius [a] Publij filius,[b] Pontifex maximus,[c] ius ciuile primus constituit: [d] generatim [e] in libros decem & octo redigendo. Mutij auditores complures fuerunt: pręcipuæ authoritatis Gallus Aquilius,[f] Balbus Lucilius,[g] Sextus Papirius,[h] T. Iuuen-

T.Iuuentius.[i] ex quibus Gallum maximæ authoritatis apud populum fuisse Seruius dicit. Omnes enim hi à Seruio Sulpitio[k] nominantur: alioquin per se[l] eorum scripta non talia extant, vt ea omnes appetant. Denique nec versantur omninò scripta eorum inter manus hominum, sed Seruius libros suos compleuit, ex cuius scriptura,[m] ipsorum quoque memoria habetur.[n]

SVMMÆ.

1	*Scæuola miræ probitatis.*	11	*Iurare morbum.*
2	*Bonæfidei iudicium.*	12	*Regnum iudiciale.*
3	*Testimonium vnius.*	13	*Aquilij cur sic dicti.*
4	*Scæuola mors.*	14	*Balbus.*
5	*Scæuolæ duo.*	15	*Sextus Papirius.*
6	*Mutia festa.*	16	*Iuuentius.*
7	*Pontifex bonus qui.*	17	*Heautontimorumenon.*
8	*Constituere.*	18	*Scriptura, Scripturarius.*
9	*Generatim.*	19	*Discipuli officium.*
10	*Galli Aquilij laus.*		

Scæuolæ probitas.
1 a Q*Vintus Mutius*) Q.Mutius † Scæuola Publij Mutij (de quo suprà) filius,[a] vir fuit summæ virtutis, & eximiæ probitatis, iuris ciuilis peritissimus, ingeniôque præstantissimus: vsque adeo seuerus tamen, vt à iure æquóque, & bono nullius causa dimoueri vnquam potuerit. Inter oratores tenuit etiam non infimum locum, vt eum non immeritò, collega eius L. Crassus, Iurisconsultorum eloquentissimum, & eloquentium iuris peritissimum, dixerit.[b] Neque enim peracutus duntaxat fuit ad excogitandum quod in iure æquóque ac bono verum esset, aut non esset, verum etiam verbis ad rem summa cum breuitate explicandam mirabiliter accommodatis vtebatur. Inter memorabilia summæ probitatis, & moderationis exempla in

a Cice. li. ij. de legi.
b Cic. in Bruto.

Bonæfidei iudicium.
2 hoc Q. Scæuolam præteriri nolumus, quòd † cum fundum emptum sibi venditor indicasset, pluris fundum æstimans, quàm emptus esset, addidisset centum milia: tantam namque vim inesse dicebat arbitriis in quibus ageretur ex fide bona, vt nec transuersum quidem vnguem à viri

Testimonium vnius.
3 boni officio discedendum putaret. † Testis præterea productus, cum contra reum delatum respondisset, discedens adiecit, ita sibi credi oportere, si & alij confirmassent. quoniam vnius testimonio non esset credendum. Hunc se M. Cicero præceptorem post Scæuolæ Auguris mortem habuisse fatetur,[c] ab eóque multa didicisse, quorum præcipuè meminit, cùm de iis agit, qui defuncti sacris alligantur.[d] Eundémque Syllæ partes sequu-

Scæuolæ mors.
4 tum constat. Cúmque Mariani vrbem inuasissent, † à minore Mario in senatu occisum Appianus testatur.[e] Alij verò eum ad aram Vestæ confugisse tradunt, ibíque Vestales aras amplexantem, aut vt Liuius mauult, in vestibulo ædis Vestæ, Marij filij iussu trucidatum, corpúsque (sic enim Marius instituerat vt inimicorum suorum corpora humarentur) inde in Tyberim proiectum.

c Cice. li. de amicitia in prin.
d Cice. li. ij. de legi.
e Appianus li. j. belli ciuil.

Scæuolæ duo.
5 b *Publij filius*) Fuerunt † duo Scæuolæ, Publius Mutius pater, & Q. Mutius Publij filius. Pontifices ambo inquit M. Cicero, & iidem iuris peritissimi.[f] Q. Mutium Scæuolam pontificem maximum, Publij Mutij filium fuisse, M. Cicero, in hæc verba scriptum reliquit. Quorum verò Patres, aut maiores, aliqua gloria præstiterunt: eorum plerique in hoc genere laudis student excellere. Vt Q. Mutius Publij filius, in iure ciuili.[g]

f Cice. lib. ij. de leg.
g Cic. li. j. offic.

Q. Muti⁹ Scæuola.
c *Pontifex maximus*) Fuit Q. Mutius Scæuola, primùm Aedilis Curulis in quo magistratu pugnam plurium simul leonum, quod antea factum non erat, in spectaculis edidit.[h] Deinde gessit consulatum cum P. Licinio Crasso anno vrbis Dclix. & regum exactorum ccccxv. ideo L. Crassus, apud Ciceronem

h Plin. lib. 8. ca. 16.

æqualem, & collegam ſuum vocat, mitis laudibus efferens.[i] Demum Aſiæ proconſulatum obtinuit, quem tam ſanctè prudentérque adminiſtrauit, vt
dies feſtus a Græcis conſtitutus ſit, † quem Mutia dixerunt[k] (vt à Syracuſis 6 *Mutia feſta.*
Marcelleorum, qui Marcelli gratia colebatur) & Senatus deinceps ſoleret ituris in eam prouinciam magiſtratibus pro exemplo, atque forma officij, Scæuolam decreto ſuo præponere.[l] Tandem Pontifex maximus creatus eſt:
de quo magiſtratu dicere ei mos erat, † Pontificem neminem bonum eſſe, 7 *Pōtifex bonus quis.*
niſi qui ius ciuile probè nouiſſet.[m] Et conſultus aliquando, quid agi feriarum tēpore liceret? ſapienter reſpondit, quòd prætermiſſum noceret, ſubiiciens ab eo religionem minimè pollui, qui ædes à ruina vendicat.

d *Primus conſtituit*) Quod conuulſum erat, confuſum, & diſſipatum, in ordinem redigendo: vt mox declarat. Nam ante Q Scæuolam plerique ius ciuile tradiderunt: ſed præſertim P. Mutius pater eius Brutus, & Manilius: quos
paulo ante Pomponius noſter Ius ciuile fundaſſe dixit.[n] Quo intelligimus, † 8 *Conſtituere.*
Conſtituere verbum grauiorem quandam rei iam inductæ tractationem ſignificare.[o] Placuit Cecinnæ inquit M. Cicero, de amicorum ſententia conſtituere, quo die, in rem præſentem veniretur.[p] Quod ſcitu nec iniucundum, nec infructuoſum alibi oſtendi.[q]

e *Generatim*) Hoc eſt per certa, & ordine diſtributa genera. Orator, inquit 9 *Generatim.*
M. Cicero, percurret omnes locos, vtetur aptis generatim.[r] Et alibi, Nulli fuerunt, qui illa artificioſè digeſta generatī componerent.[ſ] Alio item in loco, Igitur ait, exponam generatim argumenta eorum: quoniam etiam ipſi illa ſolent non confuſè loqui.[t] Vergilius quoque.[u]

Quare agite & proprios generatim diſcite cultus Agricolæ.

Quod itaque cōfuſè, præpoſterè, nullàque docēdi ratione adhibita ab anterioribus in iure ciuili traditū erat, Q. Mutius Scæuola arte tractare cœpit, totū ius in certa genera digerēdo, quę profectò neceſſium eſt iis eſſe propoſita, qui in Iuriſprudentia noſtra fœliciter verſari volūt. In hoc autē peccaſſe videtur Scæuola, quòd diſtributis generibus, partes generum & ſpecies, non expreſſit. quod ad artis perfectionem deſideratur, id verò diligenter poſtea præſtitit Seruius Sulpitius, quē ideo nō Scęuolę modò, ſed omnibus etiā qui ex omni ætate ſcientiā iuris ſunt profeſſi, M. Cicero meritiſſimò anteponit.[x] *Iuris ciuilis ars.*

f *Gallus Aquilius*) † Hic Gallus Aquilius, eques romanus, ius ciuile, vt ait 10 *Gallus Aquili*.*
Pomponius, à Q Mutio Scæuola didicit, in quo ſtudij genere magnoperè excelluit, cum quo probitatem ita coniunxerat vt natura, non diſciplina, conſultus eſſe videretur.[y] tam peritus autem & prudens, vt ex iure ciuili, nō ſcientiā modo, ſed etiā innatā ei bonitatem appareret. neque enim iuris ciuilis rationem vnquā ab æquitate ſeiunxit: vt meritò maximi fieret à populo Romano in litibus iudicandis: in quo numero, veluti princeps, cæteris eminebat.[z] Vnde nolebat ambire conſulatum: quod conſul factus, iudicare non potuiſſet. Ideóque M. Cicero ad Atticum ſcribens, Aquilium dicit, non fu-
turum inter competitores conſulatus.[a] † Nam præterquàm quod morbum 11 *Iuratus morbū.*
iurauit, hoc eſt valetudine & morbo iuratus ſe excuſauit. † regnum illud ſuū 12 *Regnum iudiciale.*
iudiciale oppoſuit: regnum iudiciale appellans, quòd in iudiciis ita emineret Aquilius, vt in eo regnare videretur. Eius pleraque extant in pandectis reſponſa: quibus tantummodò, Politianus noſtra dixit irrigari digeſta. Omniū celeberrimum illud eſt, quod Serbidius Scæuola deſcripſit. quo formulam de poſthumis alienis inſtituendis induxit.[b] primus præterea iudicium illud de dolo malo protulit. E verriculum, inquit M. Cicero, omnium maliciarum.[c] Fuit autem collega Ciceronis in prætura. Cúmque Cicero de repetundis pecuniis quæreret, ille de ambitu quæſtionem exercuit.[d] Vixerúntque ſimul ambo familiariter.[e] Habuit Romæ domum Aquilius in colle viminali magnificam, & omnium conſenſu, vt Plinius ait, ea ætate pulcherrimam,

i Ci. l. j. de ora.
k Valer. max. l. 8. c. 16. Alex. Neap. lib. iiij. c. 20.
l Aſcon. Pedi. ad l. iij. in Verrem.
m Cic. lib. j. de leg.
n §. poſt hos fuerunt. ſ. h. ti. l.
o l. iij. C. de cōſtit. tuto.
p Ci. pro Cecin.
q l. j. §. in operis. ff. de no. ope. nun.
r Cice. in orato.
ſ Cice. lib. j. de ora.
t Cice. lib. iiij. Acad.
u Vergi. lib. ij. Georgicor.
x Cice. de cla. orat. & Philip. 9.
y Ci. pro Cecin. & in Bruto.
z Valer. maxi. lib. 8. c. 9.
a Ci. li. j. epiſto. ad Atticum.
b l. Gallus. ff. de libe. & poſth.
c Cice. lib. j. de nat. Deo. & li. iij. officio.
d Ci. pro Cluē.
e Cice. in Top. & lib. iij. offi.

rimam.[f] In iure ciuili Seruium Sulpitium instruxit: à quo valdè fuit illustra- *f Pli.li.17.c.j.*
Aquilij à colore nigro, sic dicti. 13 tus.† De cognomento verò Aquilij satis constat à colore subnigro, Aquilios Romæ appellatos: vt à colore ruffo, Burrhos & Ruffos: & à naso Nasones, à fronte Frontones, à capite Capitones, & à labiorum magnitudine Labeones.[g] *g Alex.Neap. lib.j.c.9.*

Lucilius Baldus. 14 g *Balbus Lucilius*) † Fuit quoque Lucilius Balbus Iureconsultus impensè doctus, & Aquilij Ciceronísque coætaneus, ac Seruij Sulpitij præceptor: ad agendum tamen & respondendum tradiusculus, de quo, & Gallo Aquilio, sic M.Cicero. Cúmque discendi causa duobus peritissimis operã dedisset (Seruium Sulpitium significat) L.Lucilio Balbo, C.Aquilio Gallo. Galli, hominis acuti & exercitati, promptam & paratam in agendo, & respondendo celeritatem, subtilitate diligentiáque superauit. Balbi docti & eruditi hominis, in vtraque re consideratam tarditatem, vicit expediendis conficiendísque rebus. sic & habet, quod vterque eorum habuit, & expleuit, quod vtrique eorum defuit.[h] Hunc etiam Lucilium Balbum, alibi scribit M.Cicero, Stoicæ disciplinæ tam diligentem nauasse operam, vt cum excellentibus in eo genere Græcis, æquaretur.[i] Meminit item quondam in loco P. Octauij Balbi quo neminem ingenio prudẽtiorem, iure peritiorem, fide, religione, officio diligentiorem, aut sanctiorem commemorari posse dicit.[k] Verum hunc alium esse à nostro, nominum varietas demonstrat: nisi quadrinomium existimes & P. Octauium Lucilium Balbum appellatum. *h Ci.in Bruto.* *i Cice.lib.ij. de nat.Deo.* *k Ci.pro Cluẽ.*

Sextus Papirius. 15 h *Sextus Papirius*) † Hic quoque Sextus Papirius fuit Q. Mutij Scæuolæ põtif. maximi auditor, quem Seruius Sulpitius suis scriptis etiam illustrauit, vt ait hîc Pomponius. nam apud alium de hoc Sexto Papirio, nihil memini me legisse Sanè de L. Papirio Fregellano, M. Cicero alibi verba facit. disertissimum eum habitum ex Latio, apud maiores confirmans, eiúsque orationem pro Fregellanis colonísque Latinis habitam, in senatu extare dicit.[l] Sed cùm is Tiberij Gracchi seculo, vt idem author monet, fere vixerit: neque temporis neque nominis ratio patitur, vt eundem nostrum esse putemus. *l.Cice.de clar. ora.*

Iuuentius. 16 i *T.Iuuentius.* † Sic emendaui. cùm ante *Caius Iuuentius*, deprauatè legeretur, idque M.Ciceronis authoritate. Erat in priuatis causis ait, Q. Lucretius Vispillo, & acutus, & Iurisperitus, prudens etiam T. Annius Velina, & in eius generis causis orator sanè tolerabilis, in eodem genere causarum, multum erat T. Iuuentius nimis ille quidem lentus in dicendo, & penè frigidus: sed & callidus, & in capiendo aduersario versutus. Et prætereà nec indoctus, & magna cum iuris ciuilis intelligentia. Cuius auditor P. Orbius, meus ferè æqualis, in dicendo non nimis exercitatus, in iure autem ciuili non inferior, quam magister fuit.[m] Sanè verò Plinius cuiusdam M. Iuuentij Taluæ meminit: quem refert, cùm consul sacrificaret, repentè animam efflasse.[n] Sed Heluam, nõ Taluam, M. illum Iuuentium, dictum ex historicis compertum habeo. qui cõsulatum gessit cum T. Sempronio Graccho, anno ab vrbe Dxcj. *m Ci.in Bruto.* *n Plin.lib.7.c. 53.*

Heautõtimorumenon. 17 quo acta fuit † Heautontimotumenon Terentij.

Iz *Seruio Sulpitio*) De quo mox plura dicturi sumus.[o] *o §.sequenti.*

l *Per se*) Nisi enim Seruius, eorum nomina in libris suis recensuisset, illorum perijsset prorsus memoria: siquidem nullos ipsi libros conscripserint, quos posteritas appetere, aut recipere voluerit.

Scripturæ fruct⁹. 18 m *Scriptura*) † Equidem fructus hîc est scripturæ maximus, vt res omnes præteritas, quamlibet antiquas, velut sub oculos nostros ponat. earundémq; in omne æuum conseruet memoriam.[p] Vnde & olim si Nonio credimus, habebat vnaquæque ciuitas delectos homines, qui res omnes gestas scripturis, & commentarijs complecterentur; Scripturarios appellatos. *p l.Iubemus.§. sed ne aliqua. C. de testa. c. j. de renuntia. in 6.*

Scripturarij. Discipuli gratitudo. 19 n *Habetur*) Obserua candide lector, quàm † gratum se præbuerit Seruius Sulpitius, erga præceptores suos, quorum scripta rudia & imperfecta, cùm parum versarentur in manibus posterorum, imò nec appeterentur: ipse magna cura, ingentíque labore perpoliuit, concinnauit, & compleuit.

§. SERVIVS.

Seruius autem Sulpitius,[a] cùm in causis orandis primum locum, aut certè[b] post M. Tullum[c] obtineret:[d] traditur ad consulendum Q. Mutium de re amici sui peruenisse. cúmque eum de iure respondentem parum intellexisset,[e] & iterùm Quintum interrogasset, & à Q. responsum esset: nec tamen percepisset, ita obiurgatum à Q. Mutio, namque eum dixisse, turpe esse patricio, & nobili viro causas oranti, ius in quo versaretur ignorare.[f] ea velut contumelia Seruius tactus,[g] operam dedit iuri[h] ciuili, & plurimum eos,[i] de quibus locuti sumus, audiuit, instructus[k] à Balbo Lucilio, instructus autem maximè, à Gallo Aquilio, cùm fuit Cercinnæ.[l] Itaque libri eius complures extant Cercinnæ confecti: hic cùm in legatione periisset,[m] statuam[n] ei populus Romanus pro Rostris[o] posuit, & hodie* extat[p] pro rostris Augusti,[q] huius volumina cōpluria extant. reliquit autem propè centū & octuaginta libros.[r] *Hostiæ.

SVMMÆ.

1 *Seruius Sulpitius.*
2 *Ars iuris.*
3 *Pompeius consul.*
4 *Certè.*
5 *Ciceronis laus.*
6 *Iuris cognitio facilis.*
7 *Commentarij portentosi.*
8 *Tactus.*
9 *Discipulus magistro præstantior.*
10 *Ius desiderat præceptorem.*
11 *Cercinna insula.*
12 *Cecinna oppidum.*
13 *Seruij Sulpitij mors.*
14 *Statua erecta legatis.*
15 *Rostra.*
16 *Funebris laudatio.*
17 *Rostra noua & vetera.*
18 *Subrostrarij.*
19 *Ostia ciuitas.*
20 *Rostra Augusti.*

a SVlpitius) † P. Seruius Sulpitius Rufus Lemonia (tot ei enim cognomina contigerunt) homo fuit fide, iustitia, pudore, temperantia, grauitate, virtutibus denique omnibus excellens. de quo vix dici potest quantum & ad dicendum & ad omnes bonarum artium disciplinas, curæ adhibuerit. Cū ab ineunte ætate, quo eloquentiæ, philosophiæque commodius operam daret, Rhodum cum M. Cicerone profectus est.[a] Inde vt rediit, tentare maluit primùm in iure ciuili locum obtinere, quàm in eloquentia secundum, idque tandem incredibili labore adeptus est. Ab eo præsertim tempore, quo Q. Mutius, eum non sat responsum de iure intelligentem, tam grauiter obiurgauit. Operam autem iuri dedit sub Gallo Aquilio, Lucilio Balbo, & Sexto Papirio, clarissimis Iureconsultis.[b] quorum opera præstantíque suo ingenio & diligentia tandem assecutus est, vt non eiusdem modò ætatis, sed eos etiam omnes, qui antea fuissent iuris professores, longè superârit. dum præsertim ius ipsum, ab anterioribus confusè, & inordinatè traditum, arte † docuit, & tractauit, id ipsum in certa genera distribuendo, deinde generū partes definiendo, distinguendo, & per causas ac effectus interpretando, cum M. Tullio Cicerone, semper coniunctissimè vixit. quòd & eius ad Ciceronem, & Ciceronis ad eum indicant epistolæ.[c] Tulit tamē molestè, quod Murenam à se reum factum, M. Cicero defenderet. Quæsturam, & Præturam cum Murena gessit. in vtraque prior designatus. Turbata republica, neque Coss. creatis, Inter rex authore Senatu renunciatus est. † Tumque constituendæ ciuitatis, sedandíque tumultus gratia, curauit, vt Cn. Pompeius magnus, consul solus crearetur,[d] anno vrbis conditæ Dccij. & ab explosis regibus, cccclviij. (qui tamen Metellum Scipionem socerum, in quinque menses,

Margin notes (left): a Cice. de cla. orat. — b §. præcedenti. — c Cic. li. iiij. & 13. epist. — d Plin. li. 15. c. j. Plut. in Pompeio.

Margin notes (right): 1 Seruius Sulpitius. — 2 Ars iuris. — 3 Pōpeius consul solus.

ſes, collegam delegit) & ſequenti conſul ipſe dictus cum M. Claudio Marcello: neque toto conſulatu, prædicere deſtitit, quàm peſtiferum eſſet Reipublicę & perniciofum futurum inter Pompeium & Cæſarẽ bellum.[e] Quod cum ingraueſcere animaduertiſſet, in Græciam ſe contulit, vbi & ſcholas habuit more Græcorum, de Pontificio iure, qua ex parte, ciuili coniungeretur diſputans. quo tanti mali ſolatia, ab ſtudiis interim peteret. Poſtquam verò Cæſar profligato Pompeio rerum eſt potitus: non modò reſtitutus ab eo Sulpitius fuit, ſed Græciæ quoque præfectus eſt, quam prouinciam, magna prudentia, ſingularíque moderatione adminiſtrauit. Poſthumiam habuit vxorem: quam à C. Cæſare corruptam conſtans rumor erat. Filium quoque Seruium, ſtudiis deditiſſimum, moribúſque ac virtute inſignem habuit. de quo ſic ad eum M. Cicero: Seruius quidẽ tuus in omnibus ingenuis artibus, imprimíſque in hac, in qua ego me acquieſcere ſcripſi, ita verſatur vt excellat: à me verò ſic diligitur, vt tibi vni concedam prætereà nemini, mihíque ab eo gratia refertur, in quo ille exiſtimat, quòd facilè appareat, quod me colat, & obſeruet, tibi quoque in eo ſe facere gratiſſimũ.[f] Habuit item, filiã Sulpitius. quæ patre mortuo Q. Tuberoni Iuriſconſulto nupſit: diem ſuum obiit, in legatione miſſus à Senatu, ad M. Antonium, vti mox enarrabimus.

e Sue. in Cæſare.

Seruius filius.

f Ci. li. iiij. epiſt.

Certè.

4 b *Certè*)† ſaltem.[g] Quo enim vno vincebamur, inquit M. Cicer. de eloquẽtia verba faciens, à victa Græcia id aut ereptum illis eſt, aut certè, nobis cõmunicatum.[h] & alibi. Homines optare mortẽ incipiant, aut certè timere deſiſtant.[i] Rurſus alio in loco. Victi ſumus igitur, aut ſi vinci dignitas non poteſt, certè fracti, & abiecti.[k] Denique ad Tranquillum Plinius, Rogas vt dilationem petam, & pauculos dies, certè proximum excuſem: difficilè eſt, ſed experiar.[l]

g l. nam vt ait. ff. de legib.
h Ci. in Bruto.
i Cic. lib. j. Tuſcula.
k Cic. pro M. Marcello.
l Plin. li. j. epiſto.

Ciceronis laus.

5 c *M. Tullium*)† Nam huic eloquentiæ, Rhetoricæ'que gloria omnium qui ſunt, quí que fuerunt iudicio, nunc vſque ſeruatur. vnde Plinius, cui non fuit ſatis, Ciceronem appellare, lucem doctrinarum alteram:[m] ſic eum prætereà honorificentiſſimis verbis ſalutat. Salue primus omnium parens patriæ appellate: primus in toga triumphum, linguæ'que lauream merite, & facundię, Latiarúmque literarum parens: atque vt Dictator Cæſar, hoſtis quondam tuus, de te ſcripſit, omnium triumphorum lauream adepte maiorem, quanto plus eſt, ingenij Romani terminos, in tãtum promouiſſe, quàm imperij.[n] Ciceronem, apud Latinos eloquentiæ principatum obtinuiſſe, Quintilianus oſtendit, eum tanquam optimum oratorem miris laudibus celebrans.[o] Sed de Cicerone nos affatim ſupra diximus.[p]

m Plin. lib. 17. c. 5.
n Plin. lib. 7. c. 30.
o Quintilia. li. j.

d *Obtineret*) Seruius Sulpitius, cũ M. Cicerone, vti iam dixi, Rhodum profectus eſt. quo philoſophiæ, eloquentiæ'que, ſub Apollonio oratore, & Poſſidonio philoſopho operam daret. vbi tantùm profecit, vt cùm inde rediiſſet, in eloquentia, & patronorum numero principi cuius prǽterquam vni Ciceroni par eſſe poſſet. Cæterùm cupiens in alia arte primas, quàm in eloquentia ſecundas obtinere partes: iam ſtrenuam iuri ciuili dedit operam, vt breui in iuris ſcientia palmam aliis ereptam ipſe glorioſè retulerit.[q]

p §. fuit & eodem tempore. ſup. hac. l.
q Cice. de clar. orator.

e *Parum intellexiſſet*) Conuertant hûc oculos, qui ſimul atque latinè loqui nouerunt, ſe triduo Iuriſconſultos profiteri audent. Seruius namque Sulpitius, omnium diſciplinarum cognitione inſtructus, neminíque in eloquentia, præter Ciceronem ſecundus, Q. Mutium tamen de iure reſpondentem non intellexit. Equidem vtrunque diligenter coniungẽdum eſt, iis, qui non

Iuris cognitio an facilis.

6 infeliciter in ciuili noſtra diſciplina cupiunt promoueri.† Alibi verò M. Cicero, legalem theſaurum extenuans, negat Iuriſconſultum ſapientem cenſeri poſſe, quòd Iuriſprudentia, neque extra Romam vſquam, neque Romæ rebus prolatis quicquam valet. non item peritum quod in eo quod ſciunt omnes nullo modo poſſint inter ſe diſcrepare. difficilis autem res inquit, ideo non putatur, quod & perpaucis, & minimè obſcuris literis, continetur. Itaque ſi mihi homini vehementer occupato ſtomachum moueritis, triduo

me Iurisconsultum esse profitebor.[r] Sed certò mihi videtur, eo in loco, cau-
[r Cic. pro Murena.]
sæ inseruite Cicero, quāuis nec ipse putem, Ius nostrum adeò difficile, quàm
ab stolidis, & ineptis quibusdam nunc sit hominibus. † Nam si qua est in 7
[Cōmentarij portentosi.]
iure ciuili obscuritas, eam portentosi Interpretum commentarij nobis inie-
cerunt, quos si semel eradicari contingat, ad lucis conspectum, nullo labore
erigemur, qui tandiu in tenebris iacuimus, vt non absimili ratione magis in-
crepandus fortasse fuerit Q. Mutius Scæuola, qui rogatus confusè nimis re-
sponderet, quàm Sulpitius plenum cal ginis responsum haud quaquam in-
telligens. necdum enim arte cœperat ius ciuile tractari. tametsi Q. Mutius,
iecisse quædam fundamenta visus esset. Non paucos noui ego doctos quidē
eos, & disertos, ac iuris discendi cupidos, qui cùm viderent nostri seculi do-
cētes, vanissimis nescio quibus argutiis instructos, sophisticísque cauillis as-
suetos, non in legibus interpretandis occupari, sed de rebus friuolis, nihil
commune cum puro sermone legum habentibus, disputare, multa salute iu-
risprudentiæ dicta abire, eámque odisse potiùs, quàm deligere coacti sint.
f *Ignorare*) Sic & alibi M. Cicero, Quid turpius inquit, quàm legitimarum
controuersiarum patrocinia suscipere, cùm sit legum & iuris ciuilis ignarus.[s]
[s Cic. in orator.]
Et alio in loco. Vt enim si grammaticum se professus quispiam barbarè lo-
quatur, aut si absurdè canat is, qui se velit haberi musicum, hoc turpior sit,
quod in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiam: sic philosophus, in ratio-
ne vitæ peccans, hoc turpior est, quod in officio, cuius magister esse vult, la-
bitur, artémque vitæ professus, delinquit in vita.[t]
[t Cic. lib. ij. Tusculan.]
g *Tactus*) † Excitatus, commotus. Sic autem placet hunc locum restituere, 8
[Tactus]
cùm antea *tractus* legeretur. Cætera in magnis rebus, inquit ad Atticum M.
Cicero, minæ Clodij contentiouésque, quæ mihi proponuntur, modicè me
tangūt,[u] Hinc autē obserua cādidos animos à recta via, fortè fortuna aberrā-
[u Cicer. lib. ij. epistola. ad Atticum.]
tes, honestis admonitionibus ad virtutis imitationē reuocari: sic enim Ser-
uius syncera Q. Mutij reprehensione tactus, ad iuris scientiā traductus est.
h *Operam iuri dedit*) Et talem, támque strenuam, vt lōgè omnium non eius-
[Sulpitij laus.]
dem modò ætatis, quemadmodum M. Cicero scribit, sed eorum etiam, qui
fuissent in iure ciuili, optimo iure princeps haberetur.[x] Et paulopost. Sic
[x Ci. in Bruto.]
enim Brute existimo, iuris ciuilis magnum vsum, & apud Scæuolam, & apud
multos fuisse artem, in hoc vno, quod nunquam effecisset ipsius iuris scien-
tia, nisi eam prætereà didicisset artem, quæ doceret, rem vnā vniuersam tri-
buere in partes: latentem explicare definiendo: obscuram explanare inter-
pretando: ambiguam primum videre, deinde distinguere, postremò habere
regulam, qua vera & falsa iudicarētur: & quæ quibus propositis essent, quæ-
que non essent consequentia. hic enim attulit hanc artem omnium artium
maximā quasi lucē ad ea quæ confusè ab aliis, aut respondebantur, aut age-
bantur. Addit postmodū idem author. Nec verò silebitur admirabilis quędā,
& incredibilis, & penè diuina eius in legibus interpretandis æquitate, expli-
candis scientia, omnes, qui ex omni ætate, hac in ciuitate intelligentiam iu-
ris habuerunt, si vnum in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non sunt
comparandi. neque enim ille magis consultus iuris, quàm iustitiæ fuit.[y]
[y Ci. vbi supra.]
i *Eos*) Nempè Gallum Aquilium, Lucilium Balbum, & Sextum Papirium.
k *Instructus*) Balbo & Aquilio potissimùm Seruius Sulpitius operam dedit,
& vtrumque tandem superauit. nā & quod vterque habuit, ipse quoque na-
ctus est: & quod vtrique defuit, vt ex M. Cicerone supra docuimus, supple-
uit ipse. quod & aliâs non infrequenter euenire, † vt discipulus videlicet prę- 9
[Discipulus magistro præstantior.]
stantior sit, & eum eruditione vincat à quo artem didicerit M. Cicero, ad
Varronem scribens testatur,[z] & nos quotidianis experimentis edocemur. † 10
[z Cicer. lib. 9. epistol.]
[Ius ciuile sine præceptore.]
Hinc autem & ex plerísque huius legis locis obseruare licet neminem posse
quamlibet disertum, eloquentem, aliarúmque disciplinarum peritum, iuris
scientiam, nullo magistro percipere. Quod & luculenter, M. Cicero ad Tre-
batium, indicat. Sin tibi quædam inquit, obscuriora videntur (de cōscriptis
à se

à se Topicis Aristotelicis loquitur) cogitare debes nullam artem sine literis, sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse. non longè abieris, núm ius ciuile vestrum, ex libris cognosci potest? qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen, luménque desiderant.[a] Falluntur ergo hodie permul- multi, qui per se omnia se consequi posse putant, atque adeo gloriantur. qui sanè melius multò sibi consulerent, si Sulpitium nostrum imitarentur, quo suæ ætatis nemo pręter vnum Ciceroné eloquentior, nemo dialecticus acutior, nemo philosophus sapiétior. daturus tamẽ operã iuri ciuili ab Aquilio Balbo & Sexto Papirio, doctissimis eius seculi Iurisconsultis erudiri voluit.

a Cicer. lib. 7

Cercinna insula.

11 l *Cercinnæ*) † Cercinna, sicuti Plinius[b] & Strabo docent, insula est circa Africam cum vrbe eiusdem nominis. longa xxv. M. passuum, lata dimidium eius vbi plurimum, ac in extremo, non plus v. M. passuum.[c] portum illîc Diodorus scribit, non solùm mercatoribus vtilem esse: sed longis nauibus accõmodatum.[d] In hac insula Marium delituisse Plutarchus author est.[e] Sed nec Aquilium, nec Sulpitium illîc habitasse, præterquàm apud Pomponium nostrum vsquam legi. neque sanè verisimile fit Gallum Aquilium (à quo Sulpitium Cercinnæ instructum Pomponius refert) tam procul Roma abfuisse, vt Cercinnam insulam incoleret. qui in litibus Romæ iudicandis perpetuò totus esse cupiebat: atque ita vt consulatum sperneret.[f] Quocirca suspicatus sum aliquando *Cecinnæ* hîc, non etiam *Cercinnæ* legendum.

b Plin. l. 5. c. 6.
c Strabo li. ij. & 17. in prin.
d Diodor. li. 6. c. iij.
e Plut. in Mario.
f Cice. lib. j. ad Atticum.

Cecinna oppidũ, & fluuius.

12 † Est autem Cecinna oppidum in Hetruria, & agro volaterranno, non procul à Pisis à Cecĩna fluuio, qui muros alluit, sic appellatũ.[g] In quod fortasse otium quærens Aquilius tum secesserat, cùm Sulpitium instruxit. Qua in re liberum lectori iudicium relinquimus.

g Plinius li. iij. & 5. Pompo. Mela. lib. ij. Raph. Volaterra. lib. 5. Geographia.

Sulpitij mors.

m *Legatione perisset*) Confosso in senatu C. Cæsare, cũ M. Antonius Triumuir Mutinam vrbem, & D. Brutum obsideret, senatus Seruium Sulpitium, cum L. Philippo & L. Pisone consularibus, ad M. Antonium mittit legatum, vt tãti viri præsentia & oratione nefarius ille ciuis ab instituto reuocaretur.

13 cuius legationis curam Sulpitius, mala licet valetudine affectus, suscepit. † cæterùm inualescente morbo, ac munere necdum confecto, priusquàm videlicet Antonio, mandata senatus exponeret, mortem obiit. magno vt M. Cicero scribit, Reipublicæ detrimento.[h]

h Ci. li. 12. epistol.

Legatis occisis honor habitus.

14 n *Statuam*) † Hoc in more prisci Romanorum habuerunt, vt legatis in legatione occisis statuas honoris causa pro rostris ponerent. quod Liuius factum memorat de C. Fulcinio, C. Iulio Tullo, Sp. Nautio, & L. Roscio, legatis à Fidenatibus, omni gentium iure violatǫ necatis.[i] Hoc inquit Plinius, à Romano populo tribui solebat iniuria cæsis, sicut & P. Iunio, & T. Coruncano, qui ab Teuca Illyriorũ regina interfecti erant.[k] Cùm itaque Seruius Sulpitius, quo narrauimus modo, in legatione decessisset, de decernenda ei statua in senatu actum fuit. quod plerique, & imprimis P. Seruillius, faciundum negabant, censentes legem de iis duntaxat loqui, qui in legatione interempti fuissent: vnde minimè ad eos pertinere, qui non ferro, sed morbo occubuissent, quibus M. Cicero fortiter contradixit, docens maiores ea lege sensisse, vt idem honos ęquè omnibus haberetur. qui propter legationem publicam decederent tanquàm legatio ipsa causa mortis fuerit. Itaque pedestrem statuam ex ęre faciundã, & in rostris de more collocandam, funúsque, & sepulchrum amplissimum publico sumptu condendum, grauissima oratione contendit, & impetrauit.[l]

i Liuius lib. iiij.
k Plin. lib. 34. c. 6.
l Ci. Philipp. 9.
m §. exactis deinde. suprà hac l.

Rostra.

15 o *Pro rostris*) † id est ante rostra: quemadmodum superius exposui.[m] Fuerunt autem Rostra in foro Romano ante curiam Hostiliam ex nauibus Antiatum præfixa: ex quibus inquit Liuius, suggestum in foro extructum adornari placuit. Rostráque, id templum appellatũ[n] Et Plinius scribit, Rostra nauiũ tribunali præfixa, fori decus fuisse. veluti impositã ipsi populo Romano coronam.[o] Illîc magistratus ius dicebant.[p] Leges ferebantur,[q] & concionaturi eo conscendebãt, vnde ad populũ orationes haberẽt,[r] ad cohonestandũ

n Liuius lib. 8.
o Plin. lib. 16. c. iiij.
p Cicero in Vatinium.
q Cic. pro Rabirio.
r Ci. in Pisonẽ.

plerunque funus eorum, qui præclaram reipublicæ, vel domi, vel militiæ, nauarant operam ex veteri illa lege, vt augurot ego, *Honoratorum virorum laudes in concione memoranto: eásque ad cantus, & tibicinem prosequuntor.* f Quæ mihi † 16 duxisse videtur initiũ à Valerio Publicola, qui Collatino suffectus primum cõsulatum cum L. Iunio Bruto administrauit, anno vrbis CCXLV. is enim Bruti collegæ defuncti corpus, lectulo decenter ornatum, in foro proponens, aduocato pro rostris populo, funebri oratione laudauit.[t] Equidem C. Cæsar, dum Quæstor esset Iuliam amitam, vxorémque Corneliam defunctas oratione pro rostris de more laudauit.[u] Et Tiberium Tacitus scribit non prohibuisse, quominus Iunię C. Cassij vxoris & M. Bruti sororis laudatione pro rostris cæterísque solemnibus funus cohonestaretur.[x] Plinius item secundus, ad Voconium de funere Virginij Rufi scribens, huius viri exequiæ, inquit, magnum ornamentum principi, magnum seculo, magnum etiam foro, & rostris attulerunt. laudatus est à Consule Cornelio Tacito.[y] † Bina verò 17 rostra fuisse, noua, & vetera, sunt qui ex Tranquillo putent, dum Augustũ ait bifariam laudatũ, pro æde diui Iulij à Tiberio, & pro rostris veteribus à Druso Tiberij filio.[z] neque enim veteribus addidisset, nisi tũc quoque noua fuissent. Ego verò vetera semper rostra mansisse puto. neque alia fuisse, sed ea tantũ loco mota, ob incensam P. Clodij funere Hostiliam curiam, quod perspicuè Pædiani verba demõstrant. Is enim Milonis orationem exponens, T. Munatius Pãcus inquit, & Q. Pompeius Rufus tribuni plebis, cõcionati sunt, plebémque in Milonem accẽderũt, quòd propter Clodij corpus curia incẽsa esset: nec prius destiterunt, quàm flamma eius incendij fugati sunt è concione. Erant enim tunc rostra, non eo loco quo nunc sunt, sed ad comitium propè iuncta curię.[a] vbi scilicet olim victis Antiatibus, ex captiuatũ nauium rostris, supra diximus primum constructa.[b] Ad quem locũ erectæ clarissimis viris statuæ, collocabantur.[c] Et iuxta rostra tres fuisse Sybillæ statuas, vnam quã Sextus Pacunius Taurus ædilis plebis restituit, duas quas M. Messala, itẽ Camilli vnã, & inter antiquissimas Tullij Cęlij, L. Roscij, Sp. Nautij, C. Fulcinij à Fidenatibus in legatione interfectorũ singulas Plinius memorat.[d] Appianus quoque scribit, Syllæ imaginem, ex auro equestrem ante rostra locatam fuisse, inscriptámque, *Cornelio Syllæ Imperatori fortunato.*[e] Itaque vt ad Sulpitium nostrum reuertamur. Seruio Sulpitio, qui in legatione perierat, statuam pro rostris positam Pomponius refert. † Subrostrariorum porrò M. 18 Cicero, aut certè M. Cælius ad Ciceronem scribẽs, alicubi meminit eo verbo significans, eos qui sub rostris sedebant, nouarum rerum captatores.[f]

p *Hodie extat*) Hunc quoque locum emendaui, cum ante in omnibus exemplaribus, *Hostiæ* legeretur. Vult quippè significare Pomponius sua adhuc ætate statuam Seruij pro Rostris Augusti extitisse. adde quod nusquam legimus Augustum Hostiæ rostra habuisse. † porrò quod ad Ostiæ ciuitatem 19 attinet, magni eam apud Veteres Romanorum momenti fuisse, Procopius scribit,[g] quam prolato vsque ad mare, Romano imperio, in ora Tyberis, in ipsóque maris fluminísque confinio ab Anco Martio rege conditam Liuius docet.[h] Vnde quod in Ostiis Tyberinis (quibus in mare mediterraneum, Oceanus influit) extructa, sitáque fuerit, nomen mihi videtur accepisse. ac proinde sine aspiratione h, & enuncianda & pingenda. Ab ea Ostiensem viam & portam (quæ nunc sancti Pauli dicitur) Romæ appellatas scimus, quod Ostiam versus ducant.

q *Pro rostris Augusti*) † Distorsit animũ meum diu, multúmque salebrosus 20 hic locus cui tandẽ me lucis nõnihil attulisse confido. Sciendum itaque cum duce Sexto Clodio scriba Publij Clodij à Milone interẽpti corpus in curiã illatũ, struictis pyris cremaretur, ipsam quoque curiã plurésque finitimas circũ domus, eo igne conflagrasse. vnde Rostra, quæ propè iũcta erãt, in aliũ locũ translata sunt: eo nimirũ (quantũ ego coniectura assequor) vbi postmodũ Augustus forũ cum æde Martis vltoris extruxit. quãobrẽ forum tẽplúmque illud,

---

Marginal notes (left):

f Cice. lib. ij. de legib.
t Plutar. in Publicola.
u Suet. in Cæsare.
x Cornel. Tacit. lib. iij.
y Plinius lib. ij. epistola.
z Suet. in Augusto.
a Ascon. Pædia. in oratio. pro Milone.
b Liuius lib. 8.
c Pli. li. 16. c. iiij.
c Cice. pro Deiotaro.
d Pli. li. 34. c. 6.
e Appian. lib. j. bell. ciuil.
f Cic. lib. 8. epistola.
g Procop. lib. j. de bello Gotho.
h Liuius lib. j.

Marginal notes (right):

16 Funebres laudationes.
17 Rostra vetera & noua.
Statuæ pro rostris ponebãtur.
18 Subrostrarij.
19 Ostię ciuitas.
Ostiensis via & porta.
20 Rostra Augusti.

illud, Rostra Augusti appellatum: quo itidem statuas in veteribus Rostris collocatas fuisse quoque translatas, verisimile est.

r *Libros*) In quibus duos, ad Brutum perbreues, ad edictum inscriptos, quã iuris partem, ille primus scriptò attigerat.[i] Nam mos quoq. fuit veterib. libros amicitiæ, & honoris gratia alteri nuucupare. *i §. ex his audi torib. j. hac l.*

§. AB HOC PLVRIMI.

Ab hoc[a] plurimi processerunt: [b] fere tamen [c] hi conscripserunt libros Alphenus Varus, [d] Caius[e] Aulus Offilius, [f] Titus Cæsius, [g] Aufidius Tuca, [h] Aufidius Namusa, [i] Flauius Priscus, [k] Caius Atteius Pacuuius, [l] Labeo Antistius, [m] Labeonis Antistij pater, Cn. Cinna, [n] Publius Cæcilius. [o] Ex his enim decem, [p] octo libros conscripserunt. quorum omnes, qui fuerunt libri, [q] digesti [r] fuerunt ab Aufidio Namusa, in centum quadraginta libros.

SVMMÆ.

1	*Præceptoris laus ex discipulo.*	11	*Aufidius.*
2	*Alfenus Varus.*	12	*Pacuuius poeta.*
3	*Purum, putum.*	13	*Labeonis animus.*
4	*Putare, putum.*	14	*Labeones cur sic dicti.*
5	*Drusus.*	15	*Cinna insidiator Octauij.*
6	*Offilius.*	16	*Cinna seditiosus.*
7	*Cæsius & Cælius.*	17	*Cælius & vnde dictus.*
8	*Pater inter filios necatus.*	18	*Cæcilia serpens.*
9	*Tucca.*	19	*Digestorum libri.*
10	*Vergilij Aeneidos.*	20	*Pandecta.*

Præceptor ex discipulo cómédatur.

1 a AB hoc) Seruio Sulpitio videlicet, hoc est ex Seruij Sulpitij doctrina. † sanè commendat plurimum præceptorem auditorum præstantia, & eruditio.

b *Processerunt*) Sic malo, quàm *profecerunt*, legere. ex Seruij nanq. Sulpitij doctrina, velut ex equo Troiano plurimi summi viri prodierunt: quorum hîc bonam partem aggerit, & recenset Pomponius.

c *Ferè tamen*) Ferè dicit, quia non omnes decẽ quos memorat libros cõscripserunt, sed octo tantùm ex eis, vt Pomponius subiicit.

Alphenus Iurisconsultus.

2 d *Alphenus Varus*) † P. Alphenus Varus Sulpitii discipulus, Iuriscõsultus fuit, sua ætate celebris, rerúmque antiquarum, sicuti Gellius ait, non incuriosus.[a] Cræmonæ natus, sutrinam diu exercuit: tándem tamen, vt Horatius festiuè testatur, relicta sutrina, clausáque taberna Romam profectus est.[b] *a Gel. li. 6. c. 5.* *b Hor. li. j. sermo. Satyr. iij.*

Ut Alphenus Vafer omni
Abiecto instrumento artis, clausáque taberna
Sutor erat sapiens operis.

Vbi à Seruio Sulpitio instructus, tanta iuris ciuilis cognitione claruit, vt cùm P. Vinitio, ad consulatum sit euectus. anno conditæ vrbis, 754. & à pulsis regibus 510. post Christum verò natum tertio Plures collectaneorum, Digestorúmque libros reliquit: è quibus xxxiiij. Gellius citat.[c] vbi ab Al- *c Gel. li. 6. c. 5.*

Purum putum.

3 pheno, † argumentum purum putum, definitum refert, quod valdè purum est. sicut nouum nouitium, & proprium propitium, dicimus. Quod ipsum tamen non probat Gellius. Putum argentum dictum existimans, quasi expu

Putum putum.

4 tatum, & omnibus vitiis ex eo detractis, emaculatum. † Putare nãque veteres dixerunt, inutilia & superflua resecare, & excidere quo etiam nonmodò vites & arbores putari dicuntur. Quæ Festi quoque interpretatio est. Putum,

inquit,antiqui pro puto dicebant.vnde Putum aurum,putatum dici solet,id est expurgatum.Cum autem Alphenus noster vita excessisset, publico funere elatus fuit.Sub Alexandro quoque Seuero floruit alius Alphenus Varus, & ipse vir doctissimus,Iurisconsultusque celebris: quem longo post nostrũ interuallo extitisse certum est.[d]

d Lampridius in Alexandro.

e *Caius*)† C.Drusum abs Cicerone inter Iurisconsultos relatum, [e] sunt qui à Pomponio hîc significati putant:quod mihi nullatenùs verisimile fit. cùm is de quo Pomponius hîc agit, Seruij Sulpitij auditor fuerit. ille verò Drusus Ciceronianus,Sulpitio multò antiquior.Cuiusdam tamen Drusi M. Cicero meminit,quem eodem ferè tempore floruisse argumento est, quòd ipse Cicero eum æqualem suum dicat. Cur, inquit, sodalis meus interfectus domi suæ Drusus,&c.[f] Sed nec inde liquet,an is Iurisconsultus fuerit, & Caij habuerit prænomen. Alii aliter atque aliter. Ego hunc locum suspectum semper habui.tum quod solum istius Iureconsulti prænomen, contra veterum morem,annotatum videam,tum etiam,quòd paulo infrà subijciat Pomponius,se decem auditores Sulpitij commemorasse. & hoc Caio concluso,vndecim reperiantur. Putauerim igitur, hoc vnum esse ex prænominibus Offilij, de quo mox dicturi sumus. vt olim abs Pomponio, ita scriptum fuerit *C.A.Offilius*.quamuis etsi extensa prænomina legamus,vt infra *Caius, Atteius Pacuuius*, non valdè repugnem, vt ita scriptum dicamus, *Caius Aulus Offilius*. 5 Drusus.

e Cic.lib. 4.de finib. & de clar.orator.

f Cic.lib.iij. de nat.Deo.

f *Offilius.*)† C, Aulus Offilius,equestris ordinis fuit, & Seruij Sulpitij auditor.qui viuente adhuc præceptore suo Sulpitio,de iure respondit,[g] Octauio Augusto,qui tum imperabat,familiarissimus, & summus M. Cicer. amicus. Equidem Trebatio(quem tamen virum in iure ciuili singularis doctrinæ & memoriç fuisse Cice.scribit[h]) noster Pomponius Offilium anteponit, abs quo Q.Tuberonem ius ciuile didicisse constat.[i] permultos actionum libros reliquit:quos passim Vlp.citat.[k] 6 Offilius.

g §.sequenti.

h Ci.lib.7.epistola.

i §.fuit eodē tēpore.j. hac l. & l.ij.§.penori. cum seq.ff. de pen.leg.

g *Titus Cæsius*)† De hoc Tito Cæsio,nihil quod meminerim adhuc comperi.sanè ad P.Cæsium,tanquam ad Iurisconsultum,& patronum, M. Cicero scribit,cæterum ad eum,ceu natu maiorem,quippè rogat eum, pro paterna amicitia,vt P.Messienum familiarem suũ in fidem recipiat. eiúsque rem ac famam tueatur[l]. sed de illo,neque prænominis diuersitas(hic enim Titus ille Publius vocatur)neque temporis ratio patitur, vt hunc locum accipiamus. Meminit item Maximus cuiusdam Titi Cælij,Terracinæ loco nati. † qui in cubiculo quiescens,filiis altero cubantibus lecto peremptus est. Flij autem hoc vno nomine absoluti,quòd cõstitissent eos aperto ostio dormiuisse. quoniam non pateretur rerum natura,vt occiso patre,supra vulnera & cruorem eius quiescere potuerint.[m] 7 Cæsius. 8 Filij de parente occiso absoluti.

l Ci.li. 13.epist.

m Val.Max. lib.8.c.j.

h *Aufidius Tuca*) † Nec de hoc Aufidio Tuca vsquam me legisse quicquam occurrit. C.Seruilium Tucam cum L.Cæcilio Metello consulem fuisse anno vrbis eccclxix. in Annalibus legi: sed de eo contextum nostrum accipi non posse,& disparitas nominis,& temporum calculus coarguunt. Equidem Ploccium Tucam, virum doctissimum,& enixum Vergilij Maronis amicum fuisse scio, eundémque cum Lucio Varo hæredem ex parte à Vergilio scriptum ambósque post Vergilij mortem † Aeneidos carmina (quæ ille moriens cremari præceperat)emendate ab Augusto ea lege iussos,vt nihil adderent.[n] Sed an hic Tuca,ad Pomponij verba pertinere possit, tu arbiter esto. 9 Tuca. 10 Vergilii Aeneidos.

n Seruius. in prin. Aeneid.

i *Aufidius Namusa*) Quamuis Aufidij Namusæ in iure nostro passim laudetur authoritas.[o] † Quis tamen hîc Aufidius Namusa,aut(vt alij legũt) Mamusa,fuerit,necdum cõpertum habeo. De T. Aufidio verba facit M.Cic. quem boni viri & innocẽtis titulo honestat:adiicitq́. ad summam eius senectutem vixisse,licet non admodum dicendi peritum.[p] 11 Aufidius

o l. ij.§ apud Namusã.ff.de aqu.plu. arcē.

p Cic.de clar. orat.

k *Flauius Priscus*) De hoc etiam fateor me nihil certi aliud quicquam habere, quàm

quàm quod hîc à Pomponio inter auditores Sulpitij refertur.neq.enim huc pertinere pôt Furius Medullinus Priscus,quem multò ante seculum Sulpitij vixisse ex annalibus liquet,consul nanq. creatus est cum Posthumio Albo Regillensi anno ab vrbe 290.

Pacuuius poeta.

12 l *Caius Atteius Pacuuius*)Hic† nihilo quàm Flauius Priscus, mihi notior est, De M.Pacuuio poeta antiquo & insigni Q. Ennij nepote, eius doctrinam, sententiarumque grauitatem magno in honore veteribus fuisse constat.quẽ etiã, in arte pingendi excelluisse Plinius testis est.ᵍHic Brundusij natus, Tarentum tandem se contulit, vbi nonagenarius in fata concessit relicto de se epitaphio,verecundissimo,& purissimo dignóq.inquit Gellius, eius elegantissima grauitate: in hæc verba.

q Pli.li.35.c.4

Adolescens tametsi properas,hoc te saxum rogat,
Ut se aspicias:deinde quod scriptum est,legas.
Hic sunt poetæ Pacuuij Marci sita.
Ossa.hoc volebam,nescius ne esses. Uale.

Sed hîc nihil cum iuris prudentia nostra habuit commune.

Labeo pater.

13 m *Labeo Antistius*)†Agit hîc primum Pomponius,si vera est litera,de Antistio Labeone patre,quem M.Cic. Labeonem vocat. ʳIs autem fuit sapientiæ nomine illustris.ˢqui Cæsare relicto,cum quo longa fretus amicitia, in Gallos militauerat.Pompeium secutus est.& obtruncato Cæsare Brutum.ᵗquin & eum inter occisores Cæsaris plerique memorant.ᵘTanti vir animi fuit, vt cum M.Brutum in Pharsalica acie deuictum,& mortuum cognouisset, ne in Octauij,& Antonij,victorum hostium potestatem veniret,locum in tabernaculo ad corporis sui mensuram effoderit, & post datas epistolas coniugi, filiis,ac familiaribus,perferendas porrecto vni ex seruis suis anteà gladio iugulum vt se necaret,constanter obtulerit. sic illi tabernaculum sepulchrum præstans.ˣHuius filius fuit,ille alter Antistius Labeo,morum, ac ciuilis iuris apprimè doctus,quem cùm Pomponius hîc non nisi per transennam attingat,qood is ex Seruij Sulpitij discipulis.non fuerit : nec ego tractabo, commodiorem locum expectans.

r Cic. ij. Phil.
s Appiã. li.iij. bell. ciui.
t Plu.in Põpe.
u Appi.li.iij. ad fi.

Labeonis inuictus animus.

x Appi.vbi s.

Labeones cur sic dicti.

14 ʸ†Labeonum porrò nomen,hæc familia sibi asciuit,à labiorum magnitudine,qui enim magna & prominentia labia habẽt, labeones,& labrones latinè dicuntor,fuitq hic priscis Romanorum mos: vt vel ex corporis vitio, vel ex re rustica, vel ex aduentitia aliqua causa, cognomentum sumerent. quod innumeris exemplis doctissimus Alexander exequitur.ᶻ

y §.post hũc maximè.j.hac l.
z Ale.Neapo. lib.j.c.9.

Cinna tu rsc6sul-tus.

15 n *Cinna*)†Ego *Cn.Cinna* lego, neque enim verisimile fit, hunc Iurisperitum à Pomponio sine prænomine memoratum,& ex Cinnis,qui plures fuerũt, solus Cn.Cinna,qui & Magnus cognominatus est: huic contextui quadrare mihi videtur.Hic autem ille fuit rerum nouarum adfectator ex coniuratis in Cæsarem vnus,qui primus,inquit Appianus,cùm prætor esset, & Cęsari cognatione deuinctus, Cęsarem, tyrannum cœpit acclamare: & qui eum occidissent,tyranni non principis interfectores esse,& vt benefactores maiorúmque suorum virtutem imitatos honoribus afficiendos esse.ᵃquem tamen postmodum ex hoste,Cæsar Octau.amicum fecit,& vsque ad consulatum euexit.Dictus nanque consul est Octauio imperante,anno post Christum natum 6.& vrbis conditæ 758.cum L.Valerio Messala. Sed cum adhuc non cessaret in Octauium insidias moliri : percitus ira Cæsar, noua in eum supplicii exempla cogitabat.Verum vxoris Liuiæ verbis lenitus, illo in cubiculum vocato ingratitudinem exprobans vitam, inquit Octauius,quam tibi prius hosti dederam:nunc insidiatori iterum do. contendamus, vtrum ego melius vitam tibi rursus dederim,an tu debeas.ᵇ

a Appia.lib.ij. belli ciuil.

Octauij clemẽtia.

Cinna ciuis sediti osus

16 †Hunc Cinnam,arbitror illius Cinnæ filium esse,qui Syllæ & Marii seculo,tam seditiosus, & perniciosus ciuis extitit.Qui cum flagitiosissimus esset, rempublicam summa crudeli tate vastauit.Qui in consulatu perniciosissimas leges,à Cn. Octauio collega

b Plut.& Sue. in Augusto.

terre prohibitus, profugit ex vrbe: accersitísque cum Mario setuis, & exulibus ex Africa, bellum Romæ intulit. dein ipso & Mario in vrbem receptis, eam velut captam ambo cædibus & rapinis vastarunt. Cn. Octauio consule, cæterísque aduersæ partis obtruncatis. Quater consul fuit. At posteriore consulatu, cùm bellum contra Syllam pararet, Anconæ ob nimiam crudelitatem lapidibus occisus est.[c] Huius filiam Corneliam, Iulius Cæsar vxorem duxit.[d]

c Appia. lib. j. bell. ciuil. Plut. in Mario.
d Suet. in Cæsare.

o *Publius Cæcilius*) †Sic cum veteribus codicibus legere malo: quàm *Publicius Gellius*, vt recentiores habent. Nam de Publicio Gellio, eiúsue familia nihil qualibet anxia diligentia, comperire potui. Sunt & qui hunc locum ad Cæcilium illum pertinere velint, qui Cæsari, aliis suis pilæ collusoribus, centena sestertia, Cinnæ autem soli quinquaginta, numeranti tam acutè respondit. Quid ego vna manu ludo & non duabus, vt nequeam tantundem capere? verum non videtur mihi de hoc sensisse Pomponius: cum non P. sed L. Cæcilius collusor ille dictus fuerit: vt Macrobius indicat.[e] nec vlla iuris cognitione claruerit, sed Grammatices extiterit professor. Primus quippè Romæ dicitur ludum aperuisse, Vergiliúmque & alios poetas nouos, prælegere cœpisse. Tu videto, si P. aut vt alii legunt Q. Cæcilius Creticus, qui sub Octauii dominatu, cum A. Licinio Nerua consul fuit: anno vrbis 759. & Christi nati 8. hîc intelligi potest. Sanè verò alium Cæcilium, qui Sextus quoque Gallus dictus est, in disciplina iuris atque legibus populi Romani noscendis, interpretandísque scientia, vsu, authoritatéque illustri fuisse, Gellius grauis author testatur:[f] cum eóque familiariter vixisse passim memorat. sed quoniam Gellius, Cæciliúsque Traiani tempore floruerunt: non potest Sextus ille Cæcilius, huic loco aptari. †Portò Cæcilios ab authore gentis Cæculo Vulcani filio, qui Præneste, Latii oppidum condidit, denominatos esse docti viri confirmant.[g] Sed cum à corporum vitiis, veteres Romanos nomina sibi plerunque indidisse suprà docuerimus: illorum magis probo sentẽtiam, qui Cæcilios dictos à cęcutientibus oculis putant. nam & serpens sine oculis Cæcilia nominatur.

17 Cæcilius Iurisconsultus.
18 Cæcilii vnde dicti.
Cæcilia serpens.

e Macro. li. sj. Saturnal.
f Gel. li. 20. c. j.
g Ale. Neapo. lib. j. c. 9.

p *Decem*) Iureconsultis, quos recensuimus.

q *Qui fuerunt libri*) Exundare mihi videntur hæc verba: & toties illa librorũ repetita mentio, à decoro Pomponianę lectionis aliena est.[h]

r *Digesti*) Ordinati, dispositi, distributi. Idem enim est latinis digerere, quod ordinare, & suo loco cõponere. Demetrius, inquit M. Cicero, rempublicam Athenis optimè digessit.[i] & alibi. Si quis ius omne ciuile in genera degerat, quæ perpauca sunt.[k] Vergilius quoque.[l]

Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum: atque antro seclusa relinquit.

Neque hinc obscurum est intelligere, cur Pandectis nostris, Digestorum nomen datum fuerit: quoniam scilicet legum opera à veteribus diuulsa, sparsa & confusè dissipata, in vnum illîc certo ordine collecta sint, & suis locis digesta, ac distributa.[m] †Pandectarum verò nomen eis quoque impositũ est, quòd vniuersum ius capiant & complectantur.[n] à πᾶν omne, & δέχομαι, capio. Sic enim, Tullius Tyro M. Ciceronis libertus, inter plures libros, vnum composuit, de variis, atque promiscuis quæstionibus quem Græco titulo πανδέκτας, inquit Aul. Gellius, inscripsit, tanquam omne rerum atque doctrinarum genus continentem.[o]

Digero.
19 Digestorum libri
20 Pãdectę.

h §. illud & in auth. de appel. & intra. col. 4.
i Cic. pro Rab. posthum.
k Ci. li. j. de or.
l Vergil. li. iij. Aeneid.
m l. ij. §. sed cũ omnia. C. de vete. iu. §. igitur post. in proœm. institut.
n d. §. sed cum omnia.
o Gel. li. 13. c. 9.

§. EX HIS AVDITORIBVS.

Ex his auditoribus, plurimùm authoritatis habuit Alphenus Varus,[a] & Aulus Offilius,[b] ex quibus Varus consul fuit.[c] Offilius in equestri ordine[d] perseuerauit. Is fuit Cæsari familiarissi-

liarissimus : & libros de iure ciuili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit. Nam & de legibus vicesimæ, & de iurisdictione primus conscripsit. Idem edictum prætoris, primùm diligenter composuit. [f] Nam ante eum Seruius, duos libros ad Brutum,[g] quam breuissimos ad edictum subscriptos,[h] reliquit.

SVMMÆ.

1 *Alphenus quando consul.*
2 *Ordo triplex Romæ.*
3 *Equester ordo.*
4 *Anuli aurei insigne.*
5 *Ius aureorum anulorum.*
6 *Equestris ordinis facultates.*
7 *Sestertium.*
8 *Theatralis lex.*
9 *Senatorum in theatro locus.*
10 *Orchestra.*
11 *Vicesima hereditatis.*
12 *Vicesimarum aurum.*
13 *Componere.*
14 *Edictorum primus collector.*
15 *Subscribere & subscriptores.*
16 *Dica.*

a *Alphenus Varus*) Quem suprà diximus[a] relicta sutrina, quam Cremonę diu exercuerat, Romam profectum, & Seruio Sulpitio præceptore vsum ad tantum scientiæ cumulum peruenisse, vt consulatum gereret, mortuusque, publico funere efferretur. *a §. ab hoc plurimi. 3. hac l.*

b *Aulus Offilius*) De hoc etiam suprà dictum est, ac paulo post copiosius attingemus.

Alphenus quando consul.
1 c *Consul fuit*) † P. Alphenus Varus consul Romę creatus est, cum P. Vinitio anno extructæ vrbis 754. & ab exterminatis regibus 510. à Christo verò nato iij.

Equester ordo.
2 d *Equestri ordine*) Duo fuerunt † ab initio Romæ duntaxat ordines : senato-
3 rius, & plebeius: quibus postmodum Equester † ordo adiectus est. [b] stabiliuit que M. Cicero nomen equestre in consulatu. De quo tempore, inquit Plinius, hoc tertium corpus, in republica factũ est, cœpitq. adiici senatui, populóque Romano, equester ordo. [c] Vnde Ouid. [d]

Plebs pia, cúmque pia lætatur plebe senatus,
Paruáque cuius eram pars ego nuper, eques.

Ad quos ordines Vlpianus fortè respexit, dum publicè interesse ait, partus non subiici, vt ordinum dignitas, familiarumque salua sit. [e] Vt autem latus

Anulorũ aureorũ Insigne.
4 clauus peculiare fuit Senatorij ordinis insigne : † ita equestris ordo anulum aureum pro insigni, habere cœpit, quo à plebe distingueretur. anno vrbis 775. sub Tiberij principatu. & anno à Christo nato 24. & ita tunica, Senatum ab equestri ordine anulus, equestrem à plebeio, distinxit. [f] Longo certè tempore, nec senatores quidem Romanos, ius habuisse aureum anulum gestandi, manifestum vel ex eo est, quod iis tantum qui legari ad exteras gentes ituri erant, anuli publicè donabantur : neque triumphantes, alium quàm ferreum anulum haberent. [g] At succedente ætate virtutis, dignitatis & ingenuitatis, factum est insigne. nam & equitibus id symbolum datum constitutúmque, inquit Plinius, ne cui ius id esset, nisi cui ingenuo ipsi patri auóque paterno, sestertia cccc. census fuisset, & lege Iulia theatrali, in

b Ale. Neapo. pulchrè. li. 4. c. 29. dixi §. deinde cum esset. sup. hac l.
c Pli. li. 33. c. ij.
d Oui. li. 4. Tristium elegia ij.
e l. j. §. sed & si seruus. ff. de vent. inspic.
f Pli. li. 33. c. ij.
g Pli. eo. li. c. j.

Ius aureorum anulorum.
5 14. ordinibus sedendi. [h] Demùm ingenuitatis præsigne factum est. † vnde qui ius anulorum impetrauerat, in ordinem transibat ingenuorum. [i] Quod

Equestris ordinis census.
6 ius facilitate imperatorũ mox cœpit libertis promiscuè cõcedi. † Porrò census equestris ordinis vt citatus Plinij locus indicat, cccc. sestertiorum fuit.

Sestertiũ
7 hoc est nostra moneta, decem millium aureorum coronatorum. † Nam cum sestertium neutri generis, 25. coronatis æstimetur : centum sestertia bis mille & quingentos aureos faciunt: quæ quater multiplicata decem aureorum millia complectuntur. Itaque qui quadringenta sestertia, vel quadringenta millia numûm (nam idem est) in facultatibus habebat, equestri

h Plin. d. c. j.
i l. j. & tot. tit. ff. & C. de iur. aure. anulo.

k Ci.j Philip. ordine dignus erat.[k] Quòd si vnum sestertium, vel mille numûm (quippè tãtũdem esse diximus) de quadringentis defuisset, manebat quisque Plebeius, quamuis alioqui stirpe clara editus, ingenio, moribúsq. valeret, quod lyricus poeta eleganter exccutus est.[l]

l Hora.li.j.epi. epistol.j.

O ciues, ciues, quærenda pecunia primùm est:
Virtus post numos. Hac Ianus summus ab imo
Perdocet: hæc recinunt iuuenes dictata, senésque.
Si quadringentis sex, septem millia desunt,
Est animus tibi, sunt mores, & lingua, fidésque,
Plebs eris.

Plinius quoque ad Romanum, firmum. Esse autem tibi, ait, centum millium censum, satis indicat, quod apud nos decurio es. Igitur vt te non decurione solùm, verumetiam equite Romano perfruamur: offero tibi, ad implendas equestres facultates ccc. millia numûm.[m] Virtuti, tamen & literis quandoque concessum, vt qui non tam amplis facultatibus essent, singulari principis beneficio in equestrem ordinem allegerentur: vt de Sabino paulo infra subsentit Pomponius.[n] lege quoq. Iulia† theatrali ius nacti sunt equites, in quatuordecim ordinibus sedendi, & spectandi.[o] quippè tulit legem Roscius Otho tribunus plebis, vt equitibus Romanis in theatro quatuordecim proximi gradus assignarentur.[p] quemadmodum non vno in loco Satyricus indicat.[q] 8 Theatralis lex.

m Pli.li.j.epist. n §. & vt obiter .vbi dico.j. hac l. o Pli.li.33.c.y. p Liuius li.99. q Iuuen.sat.3.

Sic libitum vano, qui nos distinxit Othoni.

Et alibi vtrunque complexus, nimirùm facultates, & ius spectandi, in 14. ordinibus.[r]

r Iuue.sat.14.

Effice summam.
Bis septem ordinibus, quam lex dignatur Othonis.

Martialis quoque in fictum equitem scribens.[s]

s Mart.li.5.epigr.

Ingenium, studiúmque tibi, moresque genúsque
Sunt equitis (fateor) cætera plebis habes.
Bis septem tibi iam non sunt subsellia tanti.
Vt sedeas viso pallidus Oceano.

Diu certè multúmque postquam spectaculis Romani vti cœperunt, patribus, equitibus, ac plebeiis fuère confusa promiscuè loca, vnde spectarent. Nam ea primùm distinxerunt, Sextus Aelius Pætus, & C. Cornelius Cethegus, Aediles curules anno vrbis 560.[t] † Lexque lata, vt proximus subselliorum locus, senatui daretur: qui in ima parte theatri erat, vbi qui aderant, omnium agentium gestus, nullo labore poterant spectare, ὀρχοῦμαι, quod est salto, & tripudio, † Orchestra dictus quòd in eo scilicet saltari, chorúsque induci soleret.[u] At cum ea lege non esset equitibus prospectum, qui nullo seruato gradu, in colluuione plebis spectabant: Roscia lege, cuius iam meminimus, data eis facultas fuit, in quatuordecim ordinibus, & subsellis proximioribus spectandi.[x] vbi promiscuè senatores, & equites sedebant.[y] 9 10 Senatorũ in theatro locus Orchestra.

t Liuius li.34. u Vitruu.lib.5. de architect. x Pli.li.34.c.ij y Ale.Neapo. lib.5.c.16.

e *Vicesima*) † Vicesimam dicimus, sicut decimam: cùm scilicet, de vicesimo numero, vnum aufertur, siue tributi siue pœnæ nomine. quippè solebant principes pro occurrente necessitate, decimam, vicesimam, aut quadragesimam ex selectis rebus tributi, vectigaliumve nomine exigere. Veluti cùm Liuius vicesimæ legis, à C. Martio consule perlatæ, meminit, de vicesima eorum qui manumitterentur: per quam, cùm non paruum vectigal, inopi ærario adderetur: eidem legi patres authores fuerunt.[z] & Caium pro litibus vbicunque conceptis, quadragesimam summæ, de qua litigaretur exegisse, 11 Vicesima

z Liuius li.7.

exegisse, Tranquillus scribit.[a] Augustus verò Cæsar, cùm propter impendia bellorum, multis egeret pecuniis, vicesimam hæreditatum, & legatorum, quæ testamento aliquibus, præter maxima cognatione astrictos & pauperes relinquuntur, constituit: tanquam hoc vectigal, inquit Dion, in Cæsaris commentariis scriptum inuenisset.[b] itaque non poterant hæredes hæreditatem adire, nisi priùs vicesimam hæreditatis persoluissent: tributum, inquit Plinius, tolerabile, & facilè hæredibus duntaxat extraneis, domesticis graue. Itaque illis irrogatum est, his remissum. videlicet quòd manifestum erat, quanto cum dolore laturi, seu potiùs non laturi homines essent, destringi aliquid & abradi bonis, quæ sanguine, gentilitate, sacrorum denique societate meruissent. quæ nunquam vt aliena, & speranda: sed vt sua sempérque possessa, ac deinceps proximo cuique transmittenda, cepissent.[c] Deinde scribit hanc mansuetudinem Romanis ciuibus seruatam. Peregrini enim & externi, tametsi principis liberalitate Romanam ciuitatem nacti essent, vicesimam soluere cogebantur: quam legis iniutiam Nerua primus emendauit, liberans filios in paternis bonis vicesimæ necessitate. Subinde Traianus eadem immunitate parentes & fratres in liberorum fratrúmque bonis donauit.[d] Gratianus verò in vniuersum vicesimam ipsam sustulit: vt meritò dicat Iustinianus, vicesimam hæreditatis de republica recessisse.[e] Huius quoque vicesimæ hęreditatem Capitolinus meminit.[f] de qua intelligendum hunc locum annotamus, vt scilicet Aulus Offilius libros de legibus vicesimæ hæreditatis reliquerit. Ex istiusmodi porrò vicesimis exactum vecti-
12 gal † vicesimarium ideò aurum dicebatur, quod in æde Saturni ad vltimos casus, & extrema populi Romani fortuna seruari solitum, suprà docuimus.[g]

13 f *Composuit*) Hinc patet, † Componere, propriè esse, quod ab aliis breuiter, obscurè, & confusè traditum est, in certam ordinis rationē formámq; redigere[h] Nam prætores ipsi sunt, qui edicta promulgant: de quibus edictis iam ad Brutum Seruius duos breues libros scripserat: & tamen Pomponius hîc
14 Offilium narrat primum prætoris edictum composuisse. † Qua in re illud quoq. notatu dignum est, non fuisse Saluium Iulianum qui primus dispersa prætorum edicta collegit, ac certo ordine composuit: cùm enim Seruius Sulpitius duos ad edictum libros reliquisset: Aulus deinde Offilius edictū prętoris composuit: ita tamen vt aliquid etiam desideraretur. Quocirca Iulianus paulò diligentiùs negotium aggressus, pauculis tum detractis, tum additis elaborauit, vt prętorum edicta, quoad eius fieri posset, non inter se modò, verumetiam cum veteribus legibus conuenirent.[i]

g *Ad Brutum*) Solebant quoque veteres honoris & amicitiæ gratia, aliis monumenta sua nuncupare. Nam Seruius libros ad edictum Bruto dicauit.

15 h *Subscriptos*) Id est hoc titulo inscriptos. nouo certè loquendi modo. cùm † subscribere propriè idem sit, quod subnotare & subsignare. Cùm Augustus Pinarium equitem, inquit Trāquillus, subscribere quędam animaduertisset.[k] & ad Atticum M. Cicero, literas tibi à L. Domitio ad xiij. calen. Martij allatas esse, earúmque exemplum subscripsetas.[l] Iurisconsulti nostri frequenter vsurpant, pro consentire, & approbare.[m] more principum, qui subscribere solent quæ rata habent.[n] vnde in iudiciis, qui accusatoribus adstipulantur, & fauent, professi se illis adiumento futuros, ad reum peragendum, subscriptores latinis dicuntur.[o] qui ad vitandam præuaricationem, ne quam accusator fortè corruptus, fraudem faceret, dari solebant. qui propterea in accusatione secundarium munus exequi dicebantur, non solùm accusatoris iuuandi gratia, sed etiam ne corrumperetur accusa-
16 tor.[p] † Et cùm Dica, idem sit Græcis, quod latinis querela, & accusatio: subscribere dicam, apud Plautum dicitur, qui accusationem intendit.[q]

Marginal notes: Vicesima hæreditatis. — Vicesimariū aurū. — Cōponere. — Edicta quis primus collegerit. — Librorū dicatio vetus. — Subscribere. — Subscriptores. — Dica.

a Suet. in Cali.
b Dion. li. 53. de bello Romano.
c Plin. in panegyr. Traia.
d Pli. vbi sup.
e l. vl. C. de edict. diu. Adri. tol.
f Iul. Capit. in Antoni. Philosoph.
g §. deinde cùm ærariū. h. hac l.
h hac l. in fin. princ. & §. deinde ex his.
i l. iij. in fi. ff. de cōiung. cum. emand. lib.
k Suet. in August.
l Cic. li. 8. epis. ad Atticum.
m l. non aliter. ff. de adoptio.
n l. j. C. quomo. & quand. iud.
o Asco. Padia. in j. Verrina.
p Cic. pro Fonteio. pro Murena. pro L. Fla. pro domo sua et actio. j. in Verrem.
q Plaut. in Pœnul.

Cras ſubſcribam homini Dicam.

Et Iuriſconſulti noſtri in negotio accuſationis ſubſcribere dicunt, pro eo quod eſt, delationem criminis ſuo periculo confirmare, & approbare.[r]

r l.vl.ff.de praua.delict.l.ııj. verſ.ſtē ſubſcribere,& l.ſi cui crimē.ff.de accuſa.

§. FVIT EODEM TEMPORE.

Fuit eodem tempore, & Trebatius,[a] qui idem Cornelij Maximi[b] auditor fuit. Aulus Caſſellius,[c] & Quintus Mutius,[d] Voluſii* auditor, qui[e] deinde in illius[f] honorem, Publium Mutium nepotem eius,[g] teſtamento reliquit hæredem.[h] Fuit autem Quæſtorius,[i] nec vltra voluit procedere, cùm Auguſtus illi etiam conſulatum offerret.[k] Ex his Trebatius peritior[l] Caſſellio: Caſſellius Trebatio eloquentior, fuiſſe dicitur. Offilius[m] vtroque doctior. Caſſellij ſcripta non extant: niſi vnus liber Benedictorum. Trebatij complures, ſed minùs frequentantur.[n]

* Q. Mutii Voluſii.

SVMMÆ.

1 *Trebatius Iuriſconſultus.*	8 *Prædiatores.*
2 *Topica Ciceronis.*	9 *Voluſius.*
3 *Furtum ante aditam hereditatem.*	10 *Voluſij plures.*
4 *Caſſellius Iuriſperitus.*	11 *Vitæ fœlicitas*
5 *Nux pinea an pomum.*	12 *Diſcipuli gratitudo.*
6 *Orbitas, & ſenectus.*	13 *Quæſtorius.*
7 *Canis fidelitas.*	14 *Trebatij opiniones non probata.*

Trebatius.

a T*Rebatius*) C. Trebatius Teſta † ſingulari fuit in iure ciuili doctrina & me 1
a Suet.in Caſare. moria multæq. probitatis.[a] amiciſſimus Ciceroni, in cuius fidē ſe Tre-
batius, vt ipſe M. Cicero teſtatur, ex adoleſcentia contulit. Vnde & abs Ci-
cerone, Cæſari Gallias tunc cum imperio obtinenti, literis ſtudioſiſſimè cō-
mēdatus. Hunc mi Cæſar, inquit ad Cæſarem M. Cicero, ſic velim omni tua
comitate cōplectare, vt omnia quæ per me poſſis adduci, vt in meos cōferre
velis, in vnum hunc conferas. de quo homine hoc ſpondeo, probiorē homi-
nē, meliorē virum, prudentiorem eſſe neminem. accedit etiam, quòd familiā
b Cic.li.7.epiſ. ducit in iure ciuili, ſingulari memoria, ſumma ſcientia.[b] neque vana fuit Tre
batio commendatitia illa epiſtola, qua tribuni militū ſtipendia, dempto etiā
militandi labore conſecutus eſt: in enixâmque Cæſaris amicitiam & familia
ritatem peruenit. Trebatius autē in ciuili bello nec immemor nec ingratus
Cæſaris partes iugiter ſequutus eſt. vt non poſſim, non valdè mirari, doctri-
c Zaſius hîc. næ vulgaris viros ſcribere, eum ad Pompeium defeciſſe.[c] Occupata verò per
tyrannidem republica, cùm Cęſari ſenatus occurreret, Cæſarem pro æde ve
neris genitricis ſedentem Trebatius admonuit, vt Patribus conſcriptis aſſur
geret, quod Cæſar moleſtiſſimè ferēs, facie turbata, & ſubirato, toruóq. vultu
d Sue.in Caſa. Trebatiū reſpexit.[d] † Eodem Trebatio ſuaſore M. Cicero Ariſtotelis topica 2
in latinum vertit, aſſutis etiam ex iure ciuili exemplis, quę Trebatius ei ſub-
miniſtrauerat. Obtruncato Cæſare apud Octauium Auguſtum, magno in
e §.j.inſt.de codici.ijs. honore fuit, quod & Iuſtinianus indicat.[e] Natura iocoſus erat: vt oſtēdūt Ci
ceronis ad eum epiſtolæ, quibus nihil feſtiuius.[f] Satyram ei Lyricus dicauit,
f Ci.li.7.epiſt. in qua eum doctrinæ nomine commendat.[g] nimiæ tamen cuiuſdam con-
g Hor.li.ij.ſermo.ſatyr.j. fidentiæ & pertinaciæ, M. Cicero alibi arguere videtur, quod à nemine
creditum aſſeueraſſet. † hęredem de furto ante aditam hæreditatem fa- 3
cto, rectè agere poſſe. quamuis enim Trebatij hac in re ſententiam probet
Cicero: Sextum tamen Aelium, M. Manilium, & M. Brutum, grauiſſimos Iu
h Cic.li.7. epi. riſconſultos, diuerſum ſenſiſſe oſtendit.[h] pręter libros de iure ciuili, nouem
edidit

Topica Ciceronis.

Furtum ante aditā hęred.

edidit de religionibus, quem præterea plerique, inter poetas referunt, eum heroico versu plurimùm valuisse prædicantes.[i] *i Ale. Neapo.*

b *Cornelij Maximi)* P. Cornelium Maximum Trebatius præceptorem habuit. de quo Cornelio nihil apud authores comperi: nisi quod M. Cicero ad Trebatium scribens illius meminisse videtur. Querar inquit cum Vacerra, & Manilio, nam Cornelio nihil audeo dicere. cuius tu periculo stultus es, quando te ab eo sapere didicisse profiteris.[k] *libr. 6. c. 23.* *k Cic. li. 7. epist.*

Cassellius. 4 c *Auli Cassellius)* Aulus† Cassellius, aut vt alij legunt, Cescelius, Iurisconsultus fuit, & doctus, & eloquens, quod & Flaccus significat.[l] *l Hora. in arte poetica.*

Nescit quantum Cassellius Aulus.

Eum etiam vt venustum Fabius laudat. Consulenti namque mercatori ac dicenti, nauem cum socio diuidere volo, perdes ait Cassellius, ex ambiguitate iocatus, quòd sectæ nauis nullus sit vsus.[m] Cùm pręterea gladiatorium munus ederet, Aedilésque veriti ne Vatinius lapidaretur, edixissent, ne quis *m Quint. li. 7. orat. institutio.*

Nux pinea, an pomum. 5 in arenã, nisi pomum mitteret, roganti cuidã iis diebus Cassellium,† an nux pinea pomum esset, falsè festiuitérque respondisse fertur. Si in Vatinium missurus es, pomũ est.[n] Neque verò vrbanitatis tantùm, sed etiam miræ libertatis habitus est, vsque adeo, vt beneficio nullo permoueri, nullius gratia, aut authoritate deliniri potuerit, vt pro Lepidi, Antonij & Octauij Triumuirorum placitis formulas ederet. omnes eorum conatus, à legum ordine alienos constãter prædicans. Cúmque de actis Cęsaris liber ùs loqueretur, & ne *n Macrob. li. 2. Saturnal.*

Orbitas, & senectus. 6 id faceret, amici monerent, magnam licentiam† à senectute & orbitate, duabus rebus, quæ hominibus amarissimæ videntur, sibi præberi respondit.[o] Ius ciuile didicit à Q. Mutio Volusio, aut vt Plinij litera habet, Volcatio, nobili Iuris perito. Apud nos, inquit Plinius, Volcatium nobilem Iurisconsultum, qui Cesellium ius ciuile docuit. Asturcone è suburba- *o Vale. Max. lib. 6. c. 2.* *p Plin. li. 8. c. 40*

Canis fidelitas. 7 no redeuntẽ, cum aduesperauisset, canis† à grassatore defendit.[p] Fuit & alius tẽpore Q. Scæuolæ Auguris, Cassellius, & ita paulò antiquior nostro, cuius M. Cice. meminit dicẽs, Q Scæuolã. cùm de prædiatorio iure consuleretur, consultores suos, ad Furium, & Cassellių prædiatores, nõnunquã reiecisse.[q] *q Cic. pro Cor. Balbo.*

Prædiatores. prędiatoriũ ius. 8 †Ius prædiatorium appellans, quòd ad prædia pertinet, & Prædiatores eius iuris prædialis peritos. vnum & apud Pomponium nostrum leges prædiorum.[r] *r l. vtimur. ff. de sepul. viol.*

Q. Mutius Volusius 9 d *Q. Mutius Volusius)* †Diu in ea fui hæresi, neque de ea adhuc dimoueri possum. hic *Q. Mutij Volusij*, contra omnium licet exemplarium fidem legendum, vt ita velit Pomponius Q. Mutium Volusium, Auli Cassellij præceptorem fuisse. neque enim de alijs Iurisconsultis agit hîc Pomponius, quàm de Trebatio & Cassellio. Rursus P. Mutium Volusij nepotem in honorem Q. Mutij præceptoris, hæredem à Cassellio scriptum fuisse, Iurisconsultus subijcit. Qua tamen re suum cuique iudicium esse volo. Quis

Volusius Mætianus. 10 autem fuerit ille Q. Mutius, non sat compertum habeo. † Volusium Mætianum Iurisconsultum præter veterem & bene fundatam peritiam anxiè diligentem, Adriani, & Antonini seculo floruisse scio.[f] sed is ob magnum *f l. diui fratres ff. de in. patro.*

Vitæ felix longinquitas. 11 temporis interuallum, & nominum dissimilitudinem ad hunc locum pertinere nequit, vt nec L. Volusius Saturninus, quem ad eam† vitæ longinquitatem Plinius peruenisse scribit, vt omnium quos in consulatu sententiam rogauerat, superstes fuerit.[t] quippè floruit sub Nerone tanta virtute, vt ei tres & nonaginta anni, spacium viuendi præcipuæque opes bonis artibus inoffensa Neronis, aliorúmque tyrannorum inquit Tacitus, malicia fuerit.[u] *t Plin. li. 7. c. 48.* *u Corn. Tacit. lib. 14.*

e *Qui)* Aulus Cassellius.

f *In illius)* Q. Mutij Volusij pręceptoris.

Discipuli gratitudo. 12 g *Eius)* Q. Mutij.

h *Reliquit hæredem)* † Mira discipuli gratitudo, qui cùm Q. Mutio præceptori tum fortè mortuo dignam gratiam referre non posset: eius posteros,

honesta mercede remunerare voluit. P. Mutium illius nepotem, hæredem faciendo. Egregia certè fuit Attilij Reguli, in Nicostratum præceptorē volūtas: cui quòd se meliorem, & doctiorem reddidisset, in suæ domus cœnaculo habitare, eóque vti permisit.[x] sed maior profectò fuit, & laudabilior Casselij, nec sanè vulgaris esse debet amor, quem inter præceptorem & discipulum, literæ conciliant. verùm de officio discipuli erga magistrum loco commodiore non multò post dicam.[y]

x l. Attilius. ff. de donatio.

y §. & vt obiter in fi. hac l. infra.

i *Quæstorius*) † Vt consularem & Prætoriū virum dicimus, qui vel cōsul vel Prætor aliquando fuit.[z] ita Quæstorium, qui Quæsturam gessit. C. Sicinius, inquit M. Cicero, Quæstorius mortuus est.[a] 13 **Quæstorius.**

z l. j. C. de dignita. li. 12. l. j. ff. de senato.

a Cic. in Brut.

k *Offerret*) O insignem hominis virtutem, & constantiam, nullis obliterandam seculis: quæ fastuosos magistratuum titulos vltro etiam delatos, & oblatos, contempsit, respuit, & recusauit? Sic Labeo Antistius noluit consulatum, quem eidem Augustus quoq; Cęsar obtulerat, sed alia fortassis ratione ductus, vt suo loco attingam.[b]

b §. post hunc maxime. infra hac l. vbi dico.

l *Trebatius peritior*) Vnde cùm M. Cicero, Trebatium Cæsari commēdaret, eum in iure ciuili, singularis memoriæ, & summæ scientiæ virum nuncupat:[c] & Lyricus, eum doctum appellat.[d]

c Cic. lib. 7. epistola.

d Horat. li. ij. sermo satyr. j.

m *Offilius*) De quo larga manu suo loco dictum extitit.[e]

e §. ab hoc plurimi. ĩ. hac l.

n *Minus frequentantur*) † Non satis probasse videntur posteri Trebatij doctrinam. nam nec eius scripta frequentata fuêre, nec illius sententiæ valdè receptæ, vt ex multis pandectarum locis colligere est, quibus Trebatij pronunciata passim conuelluntur. 14 **Trebatii opiniones parū receptæ.**

§. POST HOS QVOQVE.

Post hos quoque Tubero [a] fuit, qui Offilio operam dedit. Fuit autem patricius, [b] & transiit à causis agendis, ad ius ciuile.[c] maximè postquam Quintum Ligarium [d] accusauit, nec obtinuit,[e] apud Caium Cæsarem.[f] Is est Quintus Legarius qui cùm Africæ[g] oram[h] teneret,[i] infirmum Tuberonem,[k] applicare non permisit,[l] nec aquam haurire. quo nomine eum accusauit, & Cicero defendit:[m] extátque eius oratio sanè pulcherrima,[n] quæ inscribitur pro Quinto Ligario. & Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici, & priuati: & complures vtriusque operis libros, reliquit. Sermone tamen antiquo [o] vsus,[p] adfectauit[q] scribere. & ideo parum libri eius grati habentur.[r]

SVMMÆ.

1 *Tubero iuris peritus.*	11 *Oram soluere.*
2 *Patricius quis.*	12 *Lorum.*
3 *Alciati vita, & mors.*	13 *Ciceroniana eloquentiæ vis.*
4 *Minutius præses Tolosanus.*	14 *Antiquarij.*
5 *Ligarij accusatio.*	15 *Cacozelia, & num. 17.*
6 *Africa regio.*	16 *Adrianus vetustatis cultor.*
7 *Libya.*	17 *Affectare.*
8 *Afer.*	18 *Acyrologia.*
9 *Africa aliquid noui.*	19 *Commentatores, ius inquinarunt.*
10 *Ora.*	20 *Verbis præsentibus loquendum.*

a §. post hos T. & §. post hos fuerũt. su. hac l.

a TVbero) † Q. Aelius Tubero L. Pauli nepos, de quo suprà, non vno in loco dictum est,[a] fratrem habuit L. Tuberonem, qui exorto inter Pompeium & Cæsarem bello à senatu Pompeianas partes fauente, in Africam 1 **Tubero.**

cam Pompeio missus est. cuius L. Tuberonis, Q. Aelius Tubero de quo dicere paramus, filius fuit.

Patricius 2 b *Patricius*) † Patricij propriè dicebantur, ij nobiles Romani, qui à senatoribus, principio per Romulum creatis oriundi sunt. Centum senatores inquit Liuius, Romulus creat: qui Patres ab honore, Patricij quoque eorum progenies appellati sunt.[b] vnde nec credendum omnes senatores Patricios fuisse, quod Tacitus de Claudio principe loquens, his verbis ostendit. Iisdem diebus in numerum Patriciorum asciuit Cæsar, vetustissimum quenque ex senatu, aut quibus clari parentes fuerant.[c] & Tranquillus, Gens Octauia inquit, à Tarquinio Prisco rege, inter minores gentes allecta in senatum, mox à S. Tullo, in Patricias transducta, procedente tempore ad plebem se contulit ac rursus magna vi per diuum Iulium in Patriciatum rediit.[d]

b Liuius lib. j.

c Cornel. Tacitus lib. 11.

d Suet. in Cæsare.

Alciati mors. 3 c *Adius ciuile*) † Sic magnus ille Alciatus, qui nuper incredibili studiosorum iuris iactura periit. iij. Idus Iāuarias, anno ab incarnatione, M.D.xlix. aut à natiuitate, M. D. L. ætatis suæ lvij. quique orādis primùm causis, Mediolani operam dabat. verùm quòd se ei muneri minus accommodatum putaret: vel quòd maiorem reipublicæ fructum publica iuris interpretatione se laturum speraret, vel quòd Iurisperito, rem indignam sit arbitratus, forensis nescio cuiusdam mercedulæ spe, omnia circumuolitare fora: & anserum more ob strepere, ac vociferari, ad ius ciuile docendum transiit. authore præsertim, & præclaro suasore amplissimo doctissimóque viro, † Iacobo Minutio, tum senatore Mediolanensi, & postea præside Tolosano clarissimo. cui vni Andræas Alciatus, tanti beneficij haud quaquam immemor, vt & mihi Papiæ quandoque dixit, omnem suam fortunam referebat acceptam.

Iac. Minutius præses Tolosanus. 4

Q. Ligarius. 5 d *Quintum Ligarium*) † Ante exortum ciuile bellum inter Pompeium & Cæsarem, Q. Ligarius cum C. Considio Consule legatus in Africam profectus à Considio inde abeunte ob insignem eius virtutem illi prouinciæ vel inuitus illi præficitur. Suborto deinde bello ciuili P. Accius Varus missus est cum imperio, vt Ligario succederet, post cuius aduentum Ligarius aliquandiu in prouincia mansit. Interea Senatus Pompeio fauens L. Tuberonem ad eam prouinciam obtinendam misit: sed eum cum nauibus Vticam venientem, Accius Varus portu atque oppido prohibuit. nec passus est Varus (sic enim loquitur Cæsar[e]) vt filium valetudine affectum Tubero in terram exponeret. vnde in Thessaliam ad Pompeium venit. & in Pharsalico bello cū filio contra Cæsarem pugnauit. Pompeio verò deuicto, cùm Cæsar rerum potitus esset, Tuberoni aliisq. multis pepercit, at Q. Ligarius, Cæsarem metuens, in exilio mansit. quapropter eum Q. Tubero L. filius, ille inquam adolescens qui ægrotans cum patre portum appellere à Varo vetitus est contumeliæ memor, apud Cæsarem in foro pro tribunali sedentem accusauit. eum autem luculentissima oratione, defendit M. Cicero vt Pomponius subiicit.

e Cæsar li. j. de bello ciuili.

e *Nec obtinuit*) Absolutus quippè fuit Ligarius vti mox enarraturus sum.

f *Caium Cæsarem*) De cuius vita, moribus, & morte multa superiùs dicta sunt.[f]

f §. deinde Cor. Sylla. su. hac l.

Africa. 6 g *Africa*) † Terrarum vniuersus orbis tribus maximè partibus distinguitur, Asia, Africa, & Europa. Africa Herculeo mari, & Nilo cæteris disterminatur. Aegyptóque finitur à Græcis inquit Plinius Lybia † appellata.[g] quam primum Salustius scribit, Getulos incoluisse.[h] homines asperos, & incultos quibus caro ferina cibus erat, atque humi pabulum, veluti pecotibus. quíque neque moribus, neque lege, aut imperio cuiusquam regēbantur. Vagi palantes, quo nox coegerat, sedes habebant. Hanc regionem sunt qui cognominatam putēt ab vno filiorum Herculis Lybici, cui nomen

Lybia. 7

g Plin. li. 5. c. j.

h Salust. in Iugurtha.

i Ioseph.li.j. antiquit.Iuda. erat† Afer.alij ab Afro,vno ex posteris Abrahæ,[i] qui aduersus Lybiam exercitum duxit,& ibi deuictis hostibus consedit. Quantum incolitur eximiè fertilis est: verum quòd pleraque eius inculta,& aquæ penuria deserta sint,multo ac malefico genere animalium infestatur. [k] in qua præterea arenæ vento concitæ,non minus fæuiunt,quàm in mari procellę. Et quoniam mira est illic aeris imbribus carentis siccitas ad fluuios,qui pauci sunt, diuersa ferarum genera simul conueniunt, promiscuáque libidine inuicem vtentes, varias monstrorum formas procreant.[l] vnde natum adagium illud Plinius ait.† *Semper Africa,noui aliquid adfert.* [m] Homines tamen in Africa saluberrimo sunt corpore:adeo vt nec morbo facilè superentur:soláque vi senectutis plerunque intereant. 8 Afer. 9 Africa affert aliquid noui.

k Pompo.Mela lib.iij. l Arist.lib.ij. de gener. animal. c.5. m Pli.li.8.c.16

h *Oram*) † Regionis Africæ extremitatem. Oræ nanque nomine, cuiusque rei extremitas significatur.sed præsertim regionum terrarúmq. fines,ac litora demonstrantur. Hæc non erant,inquit M. Cicero,eius qui innumerabiles mundos,infinitásque regiones,quarum nulla esset ora,nulla extremitas, peragrasset.[n] & Vergilius.[o] 10 Ora.

n Cic. lib.ij. de finib. o Ver.j. Anei.

Arma virúmque cano Troiæ qui primus ab oris,
Italiam fato profugus, Lauináque venit
Littora:

Hinc† soluere oram pro eo vsurpatum, quòd est enauigare, & nauium retinacula abeundi causa soluere. Permittamus,inquit Fabius,vela ventis, & oram soluentibus benè precemur. [p] & alibi, Nauim perspexi, quanti veheret interrogaui,de precio conueni, conscendi, sublatæ sunt anchorę, soluimus oram,profecti sumus.[q] Neque verò placet, quòd iis similibúsque locis nonnulli putant oram pro fune nautico,qui soluitur à nauigaturis accipi. siquidem nullus idoneus author oram in hoc significatu ponat. Quod enim Liuius scribit,in ipsis trepidatum est nauibus,dum ne hostes cum suis simul irrumperent,trahunt scalas orásque,& anchoras ne in moliendo mora esset præcidunt.[r] Si sic legatur,inexcusabile mendum habet. cùm non oras illic, sed lora, sit legendum.† quo verbo ligamenta nauium significabantur.nec ignotum lori nomine ligamen quodcunque persæpè demonstrari. Postea,inquit Appion apud Gellium,[s] videbamus Androdum & leonem loro tenui reuinctũ vrbe tota circum tabernas ire donari ære Androdum,& reliqua.[t] Erat autem vt ad textum redeamus,in ora Africę Ligarius,nempè Vticę,cùm Tuberonem portu,atque oppido prohibuit. 11 Oram soluere. 12 Lorum.

p Quint.lib.j. q Quint.li.4. r Liui.lib. 28. s Gel.li.5.c.14.

i *Teneret*) Discedens enim ex Africa Considius,vt prouincialium petitioni moram gereret quibus ligarius mirè gratus erat: Ligarium inuitum, & munus fortiter recusantem præfecit.

k *Infirmum Tuberonem*) Veritas historiæ habet,L. Tuberonem à senatu missum,non fuisse infirmum,sed eius filium.[t]

t Cæsar li.j. de bello ciuil.

l *Non permisit*) Totam hanc tamen culpam Cęsar in Actium Varum, qui Africæ tum præerat cum imperio,semper reieci ſſe videtur. Actius Varus ait, qui Africam sua sponte vacuam occupauerat: venientem Vticam cum nauibus Tuberonem portu atque oppido,prohibet.neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur:sed sublatis anchoris excedere eo loco,cogit.[u]

u Cæsar vbi s.

m *Cicero defendit*) † Tanta eloquentiæ vi,tantáque gratia,& orationis varietate,vt Cęsar qui iam damnare Ligarium proposuerat:condemnatorióſque in manu tenebat libellos:audito Cicerone in accusatorem conuerso, & Pharsalicam pugnam in hæc verba commemoráte: *Quid tuus ille Tubero distri ctus gladius in acie pharsalica agebat? cuius latus ille mucro petebat?quis erat sensus armorum?quæ tua mens?oculi?manus?ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?* & reliqua mutaro vultu velut amẽs,& extra se positus exiluerit: ac libellos damnationis abiecerit:tandémq. vi orationis coactus reũ cõtra propositũ absoluerit.[x] 13 Ciceronianæ orationis vis.

x Plut. in Ci.

n *Pulcher*

n *Pulcherrima*) De qua sic ad Atticum.M.Cicer.Ligarianam præclarè vendidisti,id est commendasti, posthac quicquid scripsero,tibi præconium deferam.[y] & alia paulò post epistola,Ligarianam vt video præclarè authoritas tua commendauit. scripsit enim ad me Balbus,ac Oppius, mirificè spe probare ob eámque causam ad Cæsarem meam se oratiunculam misisse. Fabius admirari non cessat vim eius orationis,[z]

y Ci.lib.12.epistol.ad Atticū.
z Quint. li.iij.

o *Sermone antiquo*) Hoc est obsoleto,prisco,& diu iam abolito vetustate.quê qui consectantur studiosè sermonem, quasi inde eruditionis famam aucupantes,† Antiquarij dicuntur. quanquam nonnullis visum est, eos propriè

Antiquarius. 14

Antiquarios appellari,qui à memoria sunt principibus,quicquid vetustis gestum est temporibus in promptu,& ad manum habentes. [a] sed prior acceptio receptior est.Iuuenalis.[b]

a Cal.Rhodigi. li.13.c.31.
b Iuuenal. satyr.6.

Ignatósque mihi tenet, antiquaria versus.
Nec curanda viris opica castigat amicæ
Verba solæcismum liceat fecisse marito.

Cacozelos, inquit Tranquillus de Augusto loquens, & Antiquarios vt diuerso genere vitiosos,pari studio spreuit.[c] Fastidiri certè solent, vt & hîc de Tuberone sentit Pomponius,qui doctrinæ famam affectantes, vt quædam soli scire videantur,verbis ab vsu remotis, & penè exauthoratis vtuntur:

c Sueto.in Augu.st.

Cacozelia. 15

quos Cacozelos mutuato à Græcis nomine Latini dicunt. † quippè Cacozeliam,Græci vocant,anxiam orationis affectationem, vitium vt Fabius ait; in eloquentia pessimum.[d] Verbis itaque antiquis, exoletis, & vt Gellius loquitur, exculcatis minimè vtendum: [e] quamuis & nonnunquàm adferant orationi maiestatem.Nam & authoritatem antiquitatis habent. Eo quia intermissa sunt,gratiam,inquit Fabius, similem nouitati parant: sed opus est modo.[f] Tiberium ab Augusto sæpè reprehensum Tranquillus scribit, quòd

d Quint.lib.8.
e Gell.li.11.c.7.
f Quint.lib.j.

Adrian' cultor vetustatis. 16

exoletas interdū, & reconditas voces aucuparetur.[g] E diuerso, Spartianus † Adrianum imperatorem refert, tam superstitiosum vetustatis cultorem fuisse, vt Catonem Ciceroni: Ennium Vergilio: & Salustio Cæcilium anteponeret.[h]

g Suet.in Augu.st.
h Spartia. in Adriano.

p *Vsus*) Budæus noster,*Versus*, legendum autumat.quemadmodum etiam libri quidam habent.referens hunc sermonem ad leges xij, tabularum quæ versibus compositę erant.earum quippè versus nonnulli,propter verborum antiquitatem obscuri erant.Sed mihi hęc lectio familiaribus Pomponij verbis,& facilitati sermonis parum respondere videtur. ac proinde nihil ex vetere litera censuerim immutandum.

q *Affectauit*) Vt ostenderet Pomponius Tuberonem plus æquò sermonis

Affectare. 17

antiqui studiosum,non satis habuit dicere scripsit, sed affectauit scribere. † Affectare enim,est ambitiosè,& anxie ad aliquid aspirare. veluti cum sollicitè,& curiosè nimis obsoleta & antiquata verba perquirimus.Quod Gręci κακόζηλον hoc est affectationem appellant, reprehendendum sanè vitium, vt Fabius admonet.[i] sed,quod tamen perniciosius adhuc existimo verborum neglectum, sermonem incultum,& indecenter elatum fœdā impropriámque locutionem,quam ideo Græci † ἀκυρολογίαν vocant sic dicta, quasi ἄκυρος, hoc est improprius sermo. † quo cùm scateant, & exundent plerique omnes interpretum commentarij: nihil nisi barbariem redolentes, totum ferè ius nostrum istiusmodi næniis commentatores deturbârunt, fœdârunt, & conspurcârunt.

Cacozelon.
Acyrologia. 18
Commentatorum fœditas. 19

i Quint.lib.8.

r *Habentur*) Amari certè possunt qui tam anxiè ad veterem, & multis annis iam desitum sermonem se componunt. vndè Cæsar dicere solebat inauditum atque insolens verbum tanquam scopulum fugiendum. † viuamus ergo, dicebat Phauorinus apud Gellium,moribus præteritis,loquamur verbis præsentibus.[k]

Verbis præsentibus vtendum. 20

k Gel. lib.j.ca.10

§. POST HVNC MAXIMAE.

Post hunc maximæ authoritatis fuerunt Atteius Capito,[a] qui Offilium sequutus est: & Antistius Labeo,[b] qui omnes hos[c] audiuit. Institutus est autem à Trebatio.[d] Ex his Atteius consul fuit:[e] Labeo noluit,[f] cùm offerretur ei ab Augusto consulatus, quo suffectus fieret,[g] & honorem susciperet. sed plurimùm studiis[h] operam dedit. & totum annum ita diuiserat,[i] vt Romæ sex menses[k] cum studiosis esset, & sex mensibus secederet,[l] & conscribendis libris[m] operam daret. Itaque reliquit quadraginta volumina, ex quibus plurima inter manus versantur. Hi duo,[n] primùm veluti diuersas sectas[o] fecerunt. Nam Atteius Capito, in his quæ ei tradita fuerant, perseuerabat:[p] Labeo ingenij qualitate,[q] & fiducia doctrinæ fretus, quòd præ cæteris sapientiæ[r] operam dederat: plurima innouare instituit.[f] & ita Atteio Capitoni, Massurius Sabinus,[t] successit: Labeoni Nerua[u]: qui adhuc eas dissensiones[x] auxerunt.[y] Nerua familiarissimus Cæsari[z] fuit. Massurius Sabinus in equestri ordine[a] fuit: & publicè[b] primus respōdit.[c] posteaquàm hoc beneficium cepit,[d] à Tiberio Cæsare.[e]

SVMMÆ.

1 *Capitones cur sic dicti.*
2 *Atteius Capito.*
3 *Dij annulis insculpti.*
4 *Labeonis libertas.*
5 *Tribunorum plebis potestas.*
6 *Domitius Labeo.*
7 *Capitonis consulatus acceleratus.*
8 *Suffectus quis propriè.*
9 *Consules in theatro solemne.*
10 *Labor nimius animum hebetat.*
11 *Festi dies cur instituti.*
12 *Amasis Rex Aegyptiorum.*
13 *Semestres in Gallia Senatores.*
14 *Secessus, secedere.*
15 *Soror cur sic dicta.*
16 *Homines prochues ad dissidia.*
17 *Secta, & secta in iure.*
18 *Hæresis dictio.*
19 *Præceptoribus quatenus hærendum.*
20 *Veritas sequenda.*
21 *Qualitas ingenij.*
22 *Sapientia.*
23 *Massurius Sabinus. Sabini inopia.*
24 *Sabini plures.*
25 *Nerua Iurisconsultus.*
26 *Mors Neruæ voluntaria.*
27 *Nerua Imperator.*
28 *Publicè.*
29 *Tiberij vita, & mors.*
30 *Caprea insula.*
31 *Iesu Christi passio.*
32 *Pilatus.*

a *a Cice. lib. j. de n. d. Deo.* *b Gel. lib. 10. c. 20.* *c Cor. Tac. lib. iij. in fi.* *d Taci. lib. iij.* *e Macrob. lib. 7. Saturna.* *f Corne. Tacit. vbi s.*

A*tteius Capito*) Romæ † fuerunt, vt M. Cicero scribit, Frōtones & Capi- 1 *Capitones cur sic dicti.*
tones, illi à lata fronte: hi à magno capite sic appellati.[a] Ex horum fa-
milia prodiit † C. Atteius Capito, publici priuatíque iuris peritissimus, qui 2 *Atteius Capito.*
principem in ciuitate locum, studiis ciuilibus adsecutus est.[b] obsequentior tamen in principes, quàm par esset. quorum gratiam, & fauorem quotidianis blandiciis, & adulationibus captabat: adeò vt sub Octauij imperio consulatum sit adeptus, anno vrbis 764. collegam habens, Germanicum Cæsarem: quem ei Tacitus ab Augusto acceleratum tradit, vt Labeonem Antistium eadem iuris doctrina præcellentem dignatione eius magistratus anteiret.[c] Hic Capito, inquit idem author infamia fuit insignior: quod humani diuiníque iuris sciens egregium publicum, & bonas domi artes dehonestauisset.[d] † nefas esse sanciuit, Deorum formas annulis insculpi.[e] mor- 3 *Dij non insculpẽdi annulis.*
tuus est vt ex Tacito Cornelio colligimus circa annum vrbis conditæ, 774. & à Christo nato 23. D. Haterio Agrippa, & C. Sulp. Galba Cos.[f]

b *Anti-*

4 b *Antistius Labeo*) Hic M. Antistius† Labeo filius est illius Antistij Labeo-
nis, cuius suprà meminimus[g] ciuilibus studiis, parente multò celebrior, à
Trebatio potissimùm institutus, quem legum, atque morum populi Roma-
ni, iurisque ciuilis apprimè doctum fuisse, Gellius testatur.[h] cæterùm magna
& dicendi, & agendi libertate agitatum, vsque adeò vt in Octauium Cæsa-
rem impauidus inueheretur. Nec ex iis quæ ab illo tunc principe gereban-
tur, ratum quicquam habere volet, nisi quod iustum sanctúmque, ex Roma-
nis præsertim antiquitatibus cognouisset. vnde & ab iis, qui Octauio grati-
ficari cupiebant, vecors dictus est, inter quos, Horatius satyrica petulantia,
eum insanum in Octauij gratiam vocauit.[i]

Si quis eum seruum patinam qui tollere iussus,
Semesos pisces, tepidúmque ligurierit ius.
In cruce fustigat, Labeone insanior, inter
Sanos dicatur.

Quo tamen nomine non reprehendi, aut contumeliis affici, sed laudari po-
tiùs Labeonem oportuit: vt & Tacitus fecit. De Capitone enim, & Labeone
coætaneis, & in iure ciuili principem locum tenentibus, in hæc verba gra-
uiter iudicat. Illa ætas, inquit, duo pacis decora simul tulit. sed Labeo, incor-
rupta libertate, & ob id fama celebratior. Capitonis obsequium, dominanti-
bus magis probabatur. illi quod præturam intra stetit commendatio, ex in-
iuria huic, quod consulatum adeptus est, odium ex inuidia oriebatur.[k] Ma-
gnum animosæ libertatis de Labeone exemplum illud est, quòd cùm Augu-
stus super electione triumuiri, senatus legendi causa, patres conuocasset, La-
beo Marcum Lepidum, Cæsaris inimicum, tunc exulantem elegit. interro-
gatúsque ab Augusto, nûm alij digniores legi possent? constanter respondit,
Suum cuique esse iudicium.[l] Cùm item tribuni plebis ad eum misissent, vt in ius
5 veniret. Ius † tribunis non esse respondit se, aut alium quenquam, in ius vo-
candi quòd more maiorum præhensionem haberent, vocationem non ha-
berēt. Posse igitur eos venire, ac prehendi se iubere: sed vocandi absentem,
6 ius non habere.[m] † Floruit posteriore seculo, & Adriani tempore alius La-
beo, Domitius nuncupatus: quem grauiter obiurgatum à Celso legimus,[n] &
à quo non etiam ab Antistio Labeone, sunt qui putant ea omnia profecta
esse, quæ Tribonianus Labeonis nomine Pandectis inseruit.[o] quibus ego
minimè assentiendum puto, magis per contrarium existimans, simplici La-
beonis verbo, Antistium nostrum significari: quem 40. volumina reliquisse,
Pomponius hîc testatur: sed præsertim cum adiungitur illi, vel Offilius, vel
Trebatius, quorum ipse auditor fuit.[p]
c *Omnes hoc*) Nempè Alphenum, Offilium, Trebatium, Cassellium, & Tu-
beronem.
d *A Trebatio*) Et si nobis plures contingant præceptores, vnum tamen pe-
culiarem semper habemus: cui præ cæteris damus operam, vt & Labeo no-
ster Trebatio Testæ, à quo potissimum in iure ciuili voluit institui.
e *Atteius consul fuit*) Octauio imperante, Atteius Capito consulatum ade-
7 ptus est, anno à cōdita vrbe, 764. ab electis regib. 521. & à Christi natiuitate,
14. habuítque collegam Germanic. Cæsarem, aut vt alij volūt, L. Munatium
Plancum, quem magistratum dicit Tacitus, Augustum Capitoni accelerasse,
se, vt Labeonem, eadem iuris disciplina Romę florentem, & Cæsari inuisum
maiestate tantæ dignitatis anteuerterit.[q]
f *Noluit*) Sic Aulus Cassellius vltra Quæsturæ splendorem progredi noluit:
cùm Augustus illi etiam consulatum offerret.[r]
g *Suffectus fieret*) Veram huius loci sententiam, hucúsque nemo subodo-
rari potuit. vnde tamen Germana ratio depromitur, qua maximè ductus La-
beo oblatum ab Augusto consulatum abiecit, & recusauit, quòd videlicet,
censeret se non legitimum consulem fore: nec suffragiis populi Rom. ordi-

Tribunorum authoritas.
Domitius Labeo.
Præceptor peculiaris.
Cōsulatus cur Capitoni acceleratus.

g §. ab hoc plurimi supra hac leg.
h Gell. lib. 13. c. 12.
i Horat. lib. 1. Serm. satyr. iij.
k Corn. Taci. li. 3. in fi.
l Suet. in Augu.
m Gell. lib. 13. c. 10.
n l. Domitius. ff. de testamen.
o l. quibus. §. pe. & §. fi. ff. de condit. & demon. l. ij. cum suis §§. ff. de aqu. plu. l. j. §. prætereà. ff. de aqua quoti. & æstiua.
p vt hoc §.
q Corn. Tacit. lib. iij. in fi.
r §. fuit eodem tēpore. 3. hac l.

§. POST HVNC MAXIMAE.

Post hunc maximæ authoritatis fuerunt Atteius Capiio,[a] qui Offilium sequutus est: & Antistius Labeo,[b] qui omnes hos[c] audiuii. Instiiutus est autem à Trebatio.[d] Ex his Atteius consul fuit:[e] Labeo noluit,[f] cùm offerretur ei ab Augusto consulatus, quo suffectus fieret,[g] & honorem susciperet. sed plurimùm studiis[h] operam dedit. & totum annum ita diuiserat,[i] vt Romæ sex menses[k] cum studiosis esset, & sex mensibus secederet,[l] & conscribendis libris[m] operam daret. Iiaque reliquit quadraginta volumina, ex quibus plurima inter manus versantur. Hi duo,[n] primùm veluti diuersas sectas[o] fecerunt. Nam Atteius Capiio, in his quæ ei tradita fuerant, perseuerabat:[p] Labeo ingenij qualitate,[q] & fiducia doctrinæ fretus, quòd præ cæteris sapientiæ[r] operam dederat: plurima innouare instituit.[f] & ita Atteio Capitoni, Massurius Sabinus,[s] successit: Labeoni Nerua[u]: qui adhuc eas dissensiones[x] auxerunt.[y] Nerua familiarissimus Cæsari[z] fuit. Massurius Sabinus in equestri ordine[a] fuit: & publicè[b] primus respõdit.[c] posteaquàm hoc beneficium cepit,[d] à Tiberio Cæsare.[e]

SVMMÆ.

1 *Capitones cur sic dicti.*
2 *Atteius Capito.*
3 *Dij annulis insculpti.*
4 *Labeonis libertas.*
5 *Tribunorum plebis potestas.*
6 *Domitius Labeo.*
7 *Capitonis consulatus acceleratus.*
8 *Suffectus quis propriè.*
9 *Consulis in theatro solemne.*
10 *Labor nimius animum hebetat.*
11 *Festi dies cur instituti.*
12 *Amasis Rex Aegyptiorum.*
13 *Semestres in Gallia Senatores.*
14 *Secessus, secedere.*
15 *Soror cur sic dicta.*
16 *Homines procliues ad dissidia.*
17 *Secta, & secta in iure.*
18 *Hæresis dictio.*
19 *Præceptoribus quatenus hærendum.*
20 *Veritas sequenda.*
21 *Qualitas ingenij.*
22 *Sapientia.*
23 *Massurius Sabinus, Sabini inopia.*
24 *Sabini plures.*
25 *Nerua Iurisconsultus.*
26 *Mors Neruæ voluntaria.*
27 *Nerua Imperator.*
28 *Publicè.*
29 *Tiberij vita, & mors.*
30 *Caprea insula.*
31 *Iesu Christi passio.*
32 *Pilatus.*

2 ATteius Capito) Romæ † fuerunt, vt M. Cicero scribit, Frõtones & Capitones, illi à lata fronte: hi à magno capite sic appellati.[a] Ex horum familia prodiit † C. Atteius Capito, publici priuatíque iuris peritissimus, qui principem in ciuitate locum, studiis ciuilibus adsecutus est.[b] obsequentior tamen in principes, quàm par esset. quorum gratiam, & fauorem quotidianis blandiciis, & adulationibus captabat: adeò vt sub Octauij imperio consulatum sit adeptus, anno vrbis 764. collegam habens, Germanicum Cæsarem: quem ei Tacitus ab Augusto acceleratum tradit, vt Labeonem Antistium eadem iuris doctrina præcellentem dignatione eius magistratus anteiret.[c] Hic Capito, inquit idem author infamia fuit insignior: quod humani diuiníque iuris sciens egregium publicum, & bonas domi artes dehonestauisset.[d] † nefas esse sanciuit, Deorum formas annulis insculpi.[e] mortuus est vt ex Tacito Cornelio colligimus circa annum vrbis conditæ, 774. & à Christo nato 23. D. Haterio Agrippa, & C. Sulp. Galba Cos.[f]

a Cice. lib. j. de nat. Deo.
b Gel. lib. 10. c. 20.
c Cor. Tac. lib. iij. in fi.
d Taci. lib. iij.
e Macrob. lib. 7. Saturna.
f Corne. Tacit. vbi s.

1 Capitones cur sic dicti.
2 Atteius Capito.
vi.
3 Dij non insculpendi annulis.

b *Anti-*

4 b *Antistius Labeo*) Hic M. Antistius † Labeo filius est illius Antistij Labeonis, cuius suprà meminimus[g] ciuilibus studiis, parente multò celebrior, à Trebatio potissimùm institutus, quem legum, atque morum populi Romani, iurísque ciuilis apprimè doctum fuisse, Gellius testatur.[h] cæterùm magna & dicendi, & agendi libertate agitatum, vsque adeò vt in Octauium Cæsarem impauidus inueheretur. Nec ex iis quæ ab illo tunc principe gerebantur, tatum quicquam habere volet, nisi quod iustum sanctúmque, ex Romanis præsertim antiquitatibus cognouisset. vnde & ab iis, qui Octauio gratificari cupiebant, vecors dictus est, inter quos, Horatius satyrica petulantia, eum insanum in Octauij gratiam vocauit.[i]

g §. ab hoc plurimi supra hac leg.
h Gell. lib. 13. c. 9.
i Horat. lib. 1. Serm. satyr. 3.

Si quis eum seruum patinam qui tollere iussus,
Semesos pisces, tepidúmque ligurierit ius.
In cruce sustigat, Labeone insanior, inter
Sanos dicatur.

Quo tamen nomine non reprehendi, aut contumeliis affici, sed laudari potiùs Labeonem oportuit: vt & Tacitus fecit. De Capitone enim, & Labeone coætaneis, & in iure ciuili principem locum tenentibus, in hæc verba grauiter iudicat. Illa ætas, inquit, duo pacis decora simul tulit. sed Labeo, incorrupta libertate, & ob id fama celebratior. Capitonis obsequium, dominantibus magis probabatur. illi quod præturam intra stetit commendatio, ex iniuria huic, quod consulatum adeptus est, odium ex inuidia, oriebatur.[k] Magnum animosæ libertatis de Labeone exemplum illud est, quòd cùm Augustus super electione triumuiri, senatus legendi causa, patres conuocasset, Labeo Marcum Lepidum, Cæsaris inimicum, tunc exulantem elegit. interrogatúsque ab Augusto, nûm alij digniores legi possent? constanter respondit, *Suum cuique esse iudicium.*[l] Cùm item tribuni plebis ad eum misissent, vt in ius

k Corn. Taci. lib. 3. in fi.
l Suet. in Augu.

Tribunorum authoritas.

5 veniret. Ius † tribunis non esse respondit se, aut alium quenquam, in ius vocandi quòd more maiorum præhensionem haberent, vocationem non haberēt. Posse igitur eos venite, ac prehendi se iubere: sed vocandi absentem,

Domitius Labeo.

6 ius non habere.[m] † Floruit posteriore seculo, & Adriani tempore alius Labeo, Domitius nuncupatus: quem grauiter obiurgatum à Celso legimus.[n] & à quo non etiam ab Antistio Labeone, sunt qui putant ea omnia profecta esse, quæ Tribonianus Labeonis nomine Pandectis inseruit.[o] quibus ego minimè assentiendum puto, magis per contrarium existimans, simplici Labeonis verbo, Antistium nostrum significari: quem 40. volumina reliquisse, Pomponius hîc testatur: sed præsertim cum adiungitur illi, vel Offilius, vel Trebatius, quorum ipse auditor fuit.[p]

m Gell. lib. 13. c. 10.
n l. Domitius. ff. de testamen.
o l. quibus. §. pe. & §. fi. ff. de condit. & demon. l. 7. cum suis §§. ff. de aqu. plu. l. 1. §. praetereà. ff. de aqua quoti. & æstiua.
p vt hoc §.

c *Omnes hoc*) Nempè Alphenum, Offilium, Trebatium, Cassellium, & Tuberonem.

Præceptor peculiaris.

d *A Trebatio*) Et si nobis plures contingant præceptores, vnum tamen peculiarem semper habemus: cui præ cæteris damus operam, vt & Labeo noster Trebatio Testæ, à quo potissimum in iure ciuili voluit institui.

Côsulatus cur Capitoni accelleratus.

7 e *Atteius consul fuit*) Octauio imperante, Atteius Capito consulatum adeptus est, anno à côdita vrbe, 764. ab eiectis regib. 521. & à Christi natiuitate, 14. habuítque collegam Germanic. Cæsarem, aut vt alij volūt, L. Munatium Plancum, quem magistratum dicit Tacitus, Augustum Capitoni accelerasse, vt Labeonem, eadem iuris disciplina Romę florentem, & Cæsari inuisum maiestate tantæ dignitatis anteuerterit.[q]

f *Noluit*) Sic Aulus Cassellius vltra Quæsturæ splendorem progredi noluit: cùm Augustus illi etiam consulatum offerret.[r]

q Corn. Tacit. lib. 3. in fi.
r §. fuit eodem tēpore. 3. hac l.

g *Suffectus fieret*) Veram huius loci sententiam, hucúsque nemo subodorari potuit. vnde tamen Germana ratio depromitur, qua maximè ductus Labeo oblatum ab Augusto consulatum abiecit, & recusauit, quòd videlicet, censeret se non legitimum consulem fore: nec suffragiis populi Rom. ordi-

narium creatum: vt potè qui à Cæsare in demortui consulis locum ad certum aliquod, & perbreue fortasse tempus, subrogaretur. † Suffecti nanque propriè dicuntur qui in locum defuncti, damnati, aut aliter ablegati magistratus substituuntur, & in reliquum administrationis tempus subrogantur. Nam ne sufficiatur consul, inquit M. Cicero, non timent. & eodem loco paulò post. Vnus erit in sufficiendo collega occupatus.[f] Vatinius item, qui in locum Appij Imperatoris Dalmatiæ substitutus erat, ad Ciceronem scribês, Si me hercule, inquit, Appium haberem, in cuius locum suffectus sum: tamen hoc sustinere non possem.[t] sed apertiora sunt adhuc verba Liuij, Spartiani & Lampridij. C. Iulius censor, inquit Liuius, decessit in eius locum M. Cornelius suffectus.[u] & alibi. Minutium Cos. cum vulnere graui, relatum in castra mortuum, quidam authores sunt. & M. Fuluium in locum eius consulem suffectum.[x] rursus alio in loco. L. Manlius Torquatus pôtifex, eo anno mortuus, in locum eius suffectus, C. Sulpitius Galba.[y] Spartianus item. Nam vt consul ait, qui sex meridianis horis côsulatum suffectum tenuit, à M. Tullio tali aspersus est ioco. Consulem habuimus tam seuerum, támque censorium, vt in eius magistratu nemo pranderit, nemo cœnauerit. Ita Marius Septimius, vna die factus est Imperator, alia die visus est imperare, tertia interemptus est.[z] Denique Lampridius. Consules quoscunque, ait, vel ordinarios vel suffectos creauit ex senatus sententia.[a] Eos autem, qui in demortui, aut reiecti consulis locum sic extra ordinem sufficiebantur, nô fuisse veros & legitimos consules, Tranquilli verba perspicuum faciunt. Quinto Maximo suffecto, inquit, trimestrique consule, theatrum introeunte, cùm lictor animaduerti ex more iussisset, ab vniuersis conclamatum est, non esse consulem eum.[b] † Mos siquidem erat, introeunte in theatrum consule populares à lictore qui præibat admoneri, vt animaduerterent: veniétique consuli cederent. & assurgentes, eum plausibiliter exciperent. Cùm autem Q. Maximus in locum defuncti consulis ad reliquum anni tempus, quod triû mensium erat, à Cæsare subrogatus, theatrum ingrederetur præeunte lictore, & populum admonente, clamauerunt vniuersi, non eum esse consulem, quòd more maiorum populi suffragiis creatus non esset, sed à Cæsare suffectus. Qua ratione Pomponius ait, vt opinor ego oblatum ab Augusto consulatum, quo suffectus fieret Labeonem recusasse.

Marginalia (left): f Cic. pro Murena. — t Cic. li. 5. epist. — u Liuius lib. 5. — x Liuius lib. 5. — y Liuius li. 30. — z Spart. in 30. tyran. — a Lampridius in Alexandro Seuero. — b Suet. in Cæsare.

Marginalia (right): 8 Suffectus quis dicatur. — 9 Côsulis theatrû ingredientis solenne.

h *Studiis*) Non ciuilibus modo, quæ tamen principali cura complexus est: sed aliis quoque optimis disciplinis: præsertímque Latinarum vocum originem, rationem, & proprietatem, diligêtissimè perscrutatus est Labeo. eáque præcipuè scientia, ad dissoluendos iuris nodos, vtebatur.[c]

i *Diuiserat*) Perbellam temporis distributionem faciebat Labeo: qui sex mensibus cum studiosis conuersabatur, vt & ipse frueretur aliqua requie: & partem interim suorum laborum studiosi sibi vendicarent. reliquum verò anni, conscribendis libris, insumebat. † Continuò pertinacique nimirùm labore, & vires corporis obteri, & animi acumen hebetari, nô ignarus. acriorésque multò & meliores, quemadmodum Seneca dicebat, animi requieti surgunt.[d] † Vnde & ab Iurisconsultis dies festos institutos dicit: vt ad hilaritatem homines, publicè veluti cogerentur, Etenim vt prouerbialis ille versus, præclarè cecinit.

Nec durare potest, qui semper tenditur arcus.

Et quemadmodum fertiles agros exhaurit, non intermissa fœcunditas: ita corpus, & animum, assiduus, immodicúsque labor, frangit. Quod ipsum poeta, lepidissimo carmine admonet.[e]

Quæ nunquam vacuo, solita est cessare nouali,
Fructibus assiduis, lassa senescit humus.
Occidet ad circi, si quis certamina semper,
Non intermissis cursibus, ibit equus.

Marginalia (left): c Gell. lib. 13. c. 10. — d Seneca li. de Tranquillitate vitæ. — e Ouidius.

Marginalia (right): Labeo quibus studiis operam daret. — 10 Labor nimius vires prosternit. — 11 Festi dies cur instituti.

Firma sit illa licet, soluetur in æquore nauis:
Quæ nunquam liquidis, sicca carebit aquis.

Amasis Aegyptiorum Rex.

12 Itaque † Amasis Rex Ægyptiorum, cùm ab amicis argueretur, quòd contra regiam dignitatem inter compotores iocaretur, morionem, & scurrā agēs: sic respondisse fertur. Arcus, non nisi cùm res exigit, intendi: ne si semper sint intenti, contingat eos rumpi. Ita & hominis institutum si assiduo laborare studio, nec ad iocos sibi quicquam indulgere velit, forè vt sensim vel mēte, vel membris captus euadat. quod ego intelligens ait, vtrique rei tempus impertio.[f] Huc pertinet illud Ouidianum, sub Phædræ persona, ad Hyppolitum scribentis.[g]

Quod caret alterna requie, durabile non est.
Hæc reparat vires, fessáque membra leuat.

f Herodotus li. ij. qui Euterpe inscribitur.
g Ouid. in epi. Heroidum. epist. iiij.

Semestres in Gallia senatores.

13 lz *Sex menses*) † Hinc non inconcinna ratio colligi potest, cur Henricus Rex noster fortissimus, & sapientissimus Parisienses senatores, nuper instituerit esse semestres. hoc est ex iis, alios sex mensibus vacare litibus iudicandis, interim dum alij quiescunt. quo scilicet eorum commodis, studiis & valetudini, consuleret. ídque ab ipso principe responsum ferunt. neque verò tam nouum illud videri debet, quàm nonnulli existimant. siquidem Augustus Cæsar, itidem consilia sibi instituerit semestria, ex senatoribus sorte delectis, quibuscum priùs consultaret, quæ ad senatum eum referre oportebat.[h] & indicat Plinius ad Sossium scribens, tribunatus quondam fuisse semestres. Hunc inquit (de Caluisio nepote agens) Rogo semestri tribunatu, splendidiorem, & sibi & auunculo suo facias.[i]

h Suet. in Aug.
i Plin. li. iiij. epist.

Secedere.

14 l *Secederet*) † Seorsum iret, seque velut ab hominum conspectu separaret. Quare secedant improbi, inquit M. Cicero, secernant se à bonis.[k] Ouidius.[l]

Sed modo quos habui vacuos secedere in hortos,
Nunc hominum visu, rursus & vrbe frui.

lz Cice. in Catilin.
l Ouid. lib. iij. Trist. eleg. 8.

Secessus.

Et Plinius. Decem, inquit, & septem millibus passuum ab vrbe secessit.[m] Inde Secessus, pro loco secretiore, & ab hominum conuentu segregato. Tranquillus. Capri earum secessui quatriduum Augustus impendit.[n] & Plinius de Voconio. Ille meus in vrbe, ille in secessu contubernalis.[o] & alio in loco, ad Gallum scribens. Cùm ei villæ suæ Laurentinæ amœnitatem magna arte descripsisset, iustíne de causis ait, Eam tibi videor incolere, inhabitare, diligere secessum, quem tu nimis vrbanus es, nisi concupiscis:[p] atque hinc lucem accipiunt Papiniani verba docentis, arbitrio qui in secessibus agere solebat, parendum esse: si eo loco quo sit circa vrbem, litigatores adesse iusserit: illícque possint facilè conuenire.[q]

m Pli. li. ij. epist.
n Tranquil. in August.
o Pli. li. ij. epist.
p Plin. eod. li. ij.
q l. si cum dies. §. pe. ff. de arb.

Labeonis libri.

m *Libri*) Labeonis plerósque libros Gellius memorat, & imprimis commentaria in leges xij. tabul.[r] Deinde eos qui posteriores inscribuntur, quorum librorum tres continui 38. 39. & 40. pleni sunt rerum ad illustrādam linguam latinam conducentium. Citat item libros quos ad prætoris edictum

r Gell. li. j. c. 12.

Soror, cur sic dicta.

15 Labeo scripsit. & ex iis, sororis allusionem. † Soror, dicebat Labeo, appellata est, quod quasi seorsum nascitur, separatúrque ab ea domo, in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur.[s]

s Gell. lib. 13. c. 10.

n *Hi duo*) Atteius Capito videlicet, & Antistius Labeo quorum vitæ ratio dispar erat, & ingenium. Hîc enim minimè ambitiosus, ingenuo animi candore & incorrupta quadam libertate veritatem asserēbat, nulli parcens. Ille verò, honorum & gloriæ cupiditate flagrans, assentator eximius principibus obsequebatur, eorum sententias iure aut iniuria confirmans.[t] Non mirum igitur, si cum diuersa essent amborum studia, moresque admodum dis-

t Corn. Tac. li. iij. in fi.

Homines facilè dissentiunt.

16 similes, diuersas quoque hi duo sectas fecerint. Quādoquidem † natura producat homines facillimos ad dissentiendum.[u]

u l. itē si vnus. § pe. ff. de arbit.

Secta.

17 o *Diuersas sectas*) † Secta quemadmodū veteres philosophi apud Laertium

diffinierunt, certa quædam disciplinæ via dicitur, quam plerique imitandã lib proponunt, pertinaciterque tuẽdam suscipiunt. [x] à sectando sic appellata, quòd pluresejus opinionis authorem studiosè primùm sectati sint. Brutus, inquit M. Cicero, ex vetere academia philosophorum sectam sequutus est. [y] & alibi, Omnem naturam artificiosi esse dicit quòd habeat quasi viam quãdam, sectam, quam sequatur. [z] Græci † hæresim vocant, ab αἱρέομαι, quod est opto, vel eligo. Vnde M. Cicero de secta Stoicorum agens, Catonem scribit in ea esse hæresi, quę nullum sequatur florem orationis. [a] quod tamen nomen apud Christianos probrosum & infame factum, insinuare vulgò solet, tenacem quandam opinionem de aliquo dogmate receptis ecclesiæ traditionibus repugnantem. Fecerunt itaque Antistius Labeo & Atteius Capito diuersas sectas, & veluti factiones quasdam cuiusmodi controuersiarum, multa etiam nũm extant in iure nostro vestigia, veluti, An sine numis consistat venditio. [b] An vxor furtum committat. [c] Dominium rei ex aliena materia confectæ, ad quem pertineat. [d] An rerum partes vel æstimatio, parte legata debeatur. [e] An post instituti mortem, adscripta codicillis legata, substitutus cogatur præstare. [f] & alia innumera, quæ hîc percensere non attinet, ex suis locis petenda. [g] 18 Hæresis.

Labeonis & Capitonis controuersiæ.

p *Perseuerabat*) Parum fortè, ad personarum, rerum & temporis circunstantias respiciens. † Enimuerò in præceptorum doctrinis constanter persequendum, nisi quatenus veritas exacto iudicio perquisita obumbratur: tunc enim cum Horatio, vnusquisque debet esse, [h] 19 Præceptores quatenus sectandi.

Nullius addictus iurare in verba magistri.

Etenim † vt vulgò fertur, amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas, quæ nullo errore corrumpi, nullius authoritate euerti, aut calliditate vitiari debet. [i] vnde risu, ludóque digni semper mihi visi sunt leguleij nescio qui Accursij, Bartolíque traditionibus adeò pertinaciter hærentes, vt nec quidem veritatem inter tenebras micantem & refulgentẽ cõspicere dignentur. Equidem Accursio, Bartolo, aliísque id genus multę lectionis viris, plurimum semper tribuendum censuimus: sed ita, vt homines quoque eos agnoscamus, qui labi, erraréque potuerint. Neque verò desunt clarissimorũ Iurisconsultorum exempla, qui veritatem amicis & præceptoribus præposuerint. Celsus filius naturali æquitate motus patris sui Celsi sententiam improbat. [k] Neruam Iurisconsultum, qui per fenestram monstrauerat seruos detentos ob pensionem manumitti posse, derisum fuisse Iulius Paul. refert. [l] Q. Mutium inter genera possessionũ referentẽ, quòd iussus magistratus custodiæ causa, vel dãni infecti nomine tenemus, Iulius Paulus ineptissimum dixit. [m] Idẽ Iuuẽtius Celsus Domitium Labeonẽ stultũ ridiculúmque appellat, quòd dubitaret, an iure testis adhiberetur, qui testamẽti tabulas scripsisset. [n] Q. Mutius Seruiũ Sulpitiũ grauiter obiurgauit, quòd ius in quo versaretur, ignoraret. [o] Excusare quidẽ, aut tẽperare præduras magistrorũ nostrorũ opiniones, quoad fieri poterit Vlpiani, & Cassij exemplo debemus. [p] sed ita vt errori nunquam subscribamus: aut veritatis, æquitatísque viã deseramus. 20 Veritas præ cæteris sequenda.

q *Qualitate*) Vi, acumine, & subtilitate. † Qualitatem ergo ingenij ponit hîc Pomponius, pro viuida, & acuta animi natura. nouo quidem loquendi modo, sed qui tamen, inde deductus contendi potest, quòd Philosophi qualitatem id esse dicant, quo cuiusque rei natura cognoscitur, & quales sint homines declaratur. [q] Perperam itaque, & nulla necessitate nonnulli existimant, hunc locum corruptum. [r] 21 Qualitas.

r *Sapientiæ*) † Quę diuinarum est & humanarũ rerum causarúmque quibus hæ continentur, scientia. [s] cui profectò, si in hoc iure nostro cupimus fœliciter versari, operam dare nos oportet. neque enim aliud quicquam est iuris- 22 Sapientia.

x Dieg. Laert. lib. j. de vita philosopherum. y Cic. de clar. orat. z Cic. lib. ij. de nat. Deorum. a Cic. in paradoxis. b §. item pretium. de empt. & vend. in Instit. c l. j. ff. rer. amot. d l. adeò. §. cũ quis. ff. de acq. rer. do. §. cum ex aliena. Instit. de rer. di. uis. e l. nõ amplius. §. vlti. ff. de leg. j. f l. quidam referunt. de uer. eedicul. g l. cũ qui certarum. l. ita stipulatus. §. sed si ita. ff. de ver. obli. leg. illud quoque. ff. de pet. hered. ex facto. ff. de hered. instit. l. pupillus. ff. de acquir. rer. dom. l. si duo. §. vlti. ff. de solu. l. ij. C. de postu. §. is qui. Instit. de manda. h Hora. epist. j. l. j. i l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsid. vbi dixi. l. assumptio. ff. ad municip. Cicero pro M. Cal. k l. iij. §. si quis quasi. ff. de cõ. dic. cauf. dat. l l. pe. ff. in quibus. ca. pig. tacit. contra. m l. iij. §. vlti. ff. de acqui. possess.

n l. Domitius. ff. de testa. o §. Seruius. ã. hac l. p l. si cum exceptione. §. sed & si quis. ff. quod me. cau. l. dicere. §. vlti. ff. de arbit. q Cic. lib. j. acad. r Budæus hic. s Cic. lib. ij. offic.

pruden-

prudentia, quàm diuinarum,humanarúmque rerum notitia.[t] vnde viderint *t l. iustitia. in*
bonarum omnium artium expertes, qua fronte Iurisconsultos se profiteri *fi. vbi dixi. ff.*
non erubescant. *de iusti. & iur.*

ſ *Innouare instituit*) Non tam ad veteres traditiones, quàm ad veritatem ip-
sam respiciens: ad quam omnia exigens, pleraque innouabat.

Masſuri Sabinus 23 t *Maſſurius Sabinus*) † Maſſurius Sabinus, vir plebeius procedente tempore
equestris ordinis factus, Capitonis sectam excepit: in iis quæ à veteribus tra-
dita erant, constanter perseuerans, quem non incelebrem ætatis suæ Iuris-
consultum fuisse Persianum carmen in libertini persona indicat.[n] *n Persi. satyr. 5.*

Vindicta, postquam meus à prætore recessi,
Cur mihi non liceat, iussit quodcunque voluntas,
Excepto si quid, Masuri, rubrica vetauit.

Neque verò me clam est, quosdam, vltimum hunc versum ex antiquissimis
codicibus, ita legendum admonuisse.

Excepto, quod Mansuri, rubrica notauit.

Veto enim, inquiunt, non facit præteritum vetaui: quæ lectio, si vera est, fa-
cilè reuinceremur Mansurium illum Persianum, ad Maſſurium nostrum non
valdè pertinere, vt vt sit, negare certè non possumus, quin Maſſurius iste Sa-
binus multæ fuerit apud Romanos opinionis. Nam & eius authoritate Gel-
lius, Macrobiúsque probatissimi authores, plerunque nituntur. Inops tamen *x §. sequen.*
Sabini inopia. vsque adeo fuit, vt eum ab auditoribus suis ali, sustentaríque oportuerit.[x]
Sabini plures. 24 Fuerunt & alij, longo † post interuallo Sabini, iidémque Iurisconsulti. Nam
ad Sabinum suum Plinius secundus scribens eum religiosissimè solitum dicit
custodire, defunctorum voluntatem, quam bonis hæredibus intellexisse, pro
iure est.[y] Fuit & Sabinus quidam vir consularis, & insignis Heliogabali tem- *y Plin. lib. iiij.*
pore, ad quem Vlpianus vnum & quinquaginta libros scripsit, & qui iussus *epist.*
occidi ab Heliogabalo, Fabium Sabinum alium reliquit, Alexandro seuero
charissimum quique Cato sui temporis dictus est.[z] *z Lamprid. in Heliogabalo, & in Seuero.*

Nerua Iurisconsultus. 25 u *Labeoni Nerua*) † M. Cocceius Nerua, Iurisconsultus senatorij ordinis
probitate conspicuus omnis diuini, humaníque iuris sciens in ciuilem disci-
plinam Labeoni successit Tiberióque Cęsari familiaritate singulari iunctus,
consulatum adeptus est: non quidem ordinarium, quantum ex Annalibus
coniicere possumus: sed suffectitium, in locum demortui alicuius consulis.
nusquam enim quod sciam, consulatus eius, historici meminerunt. Ti-
berio in Campaniam secedenti assiduus comes fuit.[a] ibíque cum eo octo *a Corn. Tacit. lib. iiij.*
propemodum annos iugiter commoratus, cùm videret Cæsarem in om-
ne genus voluptatis, & crudelitatis erupisse, grauissimáque reipublicæ im-
Mors voluntaria Neruæ. 26 pendere mala, † moriendi per inediam consilium cœpit. Quod cùm resciuis-
set Tiberius, admonere hominem adsidere ei, causam voluntariæ mortis re
quirere non cessabat. Illud postremò, quemadmodum Tacitus scribit, adii-
ciens, graue esse conscientiæ suæ, si proximus amicorum Cæsaris nullis mo-
riendi rationibus vitam fugeret. Sed eum sermonem Nerua aduersatus, tan-
tam cibi abstinentiam adiunxit, vt animam tandem exhalaret.[b] Filium reli- *b Corn. Tacit. li. 5.*
quit, iuris peritia quoque clarum: qui annum agens 17. publicè sicuti testatur *c l. j. §. initium.*
Nerua Imperator. 27 Vlpianus, de iure respondit.[c] ex quo sunt qui putent natum † Cocceium *ff. de postul.*
Neruam Imperatorem, qui post Domitiani cædem, tanta regnauit integri-
tate, vt dicere soleret, se nihil tale fecisse quominus deposito imperio secu- *d Diõ in Nerua. dixi. §. deinde Cornelius Sylla. ĩ. hac l.*
rius priuatam vitam ageret.[d]

x *Eas dissensiones*) Capitonis & Labeonis: quos suprà diximus duas veluti se-
ctas constituisse.

y *Auxerunt*) Dum studet vnusquisque, vel præceptoris sui, vel suam tuta-
ri omnimodò sententiam.

z *Cæsari*) Neruam, assiduum fuisse, & familiarissimum Tiberio Cæsari, pau-
lòante ostendimus.

a *Equestri ordine*) De triplici Romanorũ ordine nimirùm senatorio, Equestri,& Plebeio satis multa superiùs dicta sunt.[e]

b *Publicè*) † Id est publica authoritate.[f] Quid enim tibi naue opus fuit, inquit M.Cicero ad Verrem,qui si quo publicè proficiscereris, & præsidij,& vecturæ causa sumptu publicò,nauigia præberentur.priuatim autẽ nec proficisci quoquam potes, &c.[g] & alibi, Bona eius,ait,publicè censuit possidenda.[h] inde sumptus publicè datos Plinius appellat,qui principis, aut reipublicæ decreto ex ærario subministrantur.[i] eodémque sensu, M. Cicero cibaria anseribus Romæ quondam locata dixit.[k] Equidem publicè hoc est publica principis auctoritate primus fuit Massurius Sabinus, qui post impetratum hoc à Tiberio Cæsare beneficium de iure respondit.[l] Publicè verò plerunque dicitur fieri,quod vulgò & palam fit,vt ad omnium notitiã perueniat.[m] 28 Publicè.

c *Primus respondit*) Ante Sabinum permulti de iure priuatim responderunt: consultoribus scilicet. publicè verò, hoc est publica principis authoritate, primum fuisse Massurium Sabinũ, qui de iure responderit, hinc edocemur.

d *Cepit*) Id est accepit.Cùm enim ab Augusto,nõn etiam à Tiberio tale respondẽdi beneficium incœperit: nulla ratione potest verbum cepit hoc loco,pro incœpit exponi.

e *Tiberio Cæsare*) Qui idipsum beneficij loco cõcesserat,vt latius mox attingemus.[n] † Fuit autem Claudius Tiberius, qui Augusto fœlicissimo, & optimo principi omnium ipse nequissimus successit. Liuiæ tamen vxoris Augusti, & matris Tiberij,magis quàm ipsius Augusti iudicio, qui Tiberij mores & ingenium nunquam probauit.Principatum ab initio Tiberius vtcunque commodè gessit Liuiæ matris vt creditur reuerentia, potiùs quàm suopte ingenio,vt exitus declarauit.† Cùm Capreas secessisset (insula est Neapoli proxima & coturnicum multitudine insignis.[o]) Reipublicæ curam negligere,& vitia malè diu dissimulata detegere cœpit tæmulentię adeo deditus, vt pro Claudius Tiberius Nero, vulgò diceretur Caldius Biberius Mero. Ebrietati summam adiecit luxuriam,auaritiam,& crudelitatem. quibus vitiis turpiter indulgens nefariè imperauit.Quę omnia Ausonij tetrasticon luculenter enarrat.[p] 29 Tiberius Cæsar. 30 Capreæ insula.

Prænomen Tiberi nactus Nero, prima iuuenta.
Tempora, laudato gessit in imperio.
Frustra dehinc solo Caprearum clausus in antro:
Quæ prodit vitiis credit operta locis.

Tandem verò C.Caligulæ nepotis sui insidiis vicesimo tertio imperij anno, & suæ ætatis octauo ac septuagesimo † cùm quinque ante annis ad viij. calend.Aprilis Christus optimus Max.dominus Deus, & seruator noster iniquissima Iudæorum,sed tamen vniuerso orbi salutari coniuratione cruci affixus esset.[q] aut si Tertulliano credimus octo circiter annis C. Rubellio Gemino,& C.Fusio Gemino Coss.qui fuit annus cõditę vrbis Romę,Dcclxxxj. sed certè magis placet superior computatio, vt Iesus Christus, videlicet ad passionem venerit,anno Tiberij xviij. tum ex prophetiis, quæ eius aduentum prænunciârunt. tum quod in Phegonis, & aliorum Ethnicorum commentariis scriptum reperiatur (Eusebio authore) ingentem eo tempore factam solis defectionem:ita vt dies hora sexta in tenebrosam noctem versus sit.Bithinia terrę motu concussa.& in vrbe Nicena,ædes plurimę subuersæ.[r] quæ vniuersa iis mitè congruunt, quæ in passione Iesu Christi redemptoris nostri accidisse manifestum est,& vnicuique Christiano planè persuasum.† Ad quæ nec illud prætereundum venit cum Tiberio principi per Pontium Pilatum de Christi diuinitate relatum esset,Cęsarem ipsum hoc ad senatum detulisse,cum prærogatiua vt Tertullianus ait,sui suffragij, at à senatu eam tem minius probatam,[s] Reliqua Tiberij gesta apud Tranquillum leges.[t] 31 Iesus Christus quando cruci affixus. 32 Pilatus.

e §. ex his auctoribus. sup. hac l.
f l. Imperator. ff. de fideicom. libertat.
g Cicer. act. in Verrem.5.
h Cic.11. Phil.
i Plin. de viris illustr.
k Cic.pro Rosc. Amer.
l vt hic & §. seq.
m l.j.§.sed scimus.C. de lat. lib.toll.l.ij.C.de iis qui per me. iud.non app.
n §.sequenti.
o Plin.lib.19.c.6.
p Ausonius in 12. Cæsaribus.
q Joseph.li. 18. antiquit.iuda. c.6.
r Euseb. Cæsarien. lib.5. de histo.ecclesiast.
s Tertullianus in apologetico contra gentes. Crinit.lib.13.c. ij.
t Suet. in Tiberio.

§. ET VT OBITER.

Et vt obiter[a] sciamus, ante tempora Augusti[b] publicè[c] respondendi ius, non à principibus dabatur: sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant.[d] neque responsa vtique signata dabant.[e] sed plerumque iudicibus ipsis scribebant,[f] aut testabantur,[g] qui illos consuluerant. Primus diuus Augustus vt maior iuris authoritas haberetur, constituit, vt ex authoritate eius[h] responderent.[i] & ex illo tempore, peti hoc[k] pro beneficio[l] cœpit. & ideo[m] optimus[n] princeps Adrianus,[o] cùm ab eo viri* periti[p] peterent, vt sibi liceret respondere, respondit eis: hoc non peti,[q] sed præstari[r] solere. & ideo delectari se, si qui fiduciam sui haberet, populo ad respondendum se præpararet. Ergo Sabino[s] concessum est à Tiberio Cæsare, vt populo responderet: cùm in equestrem ordinem, iam grandis natu, & ferè annorum quinquaginta receptus esset.[t] huic nec amplæ facultates[u] fuerunt, sed plurimum à suis auditoribus[x] sustentatus est.[y]

* Prætorij.

SVMMÆ.

1 *Obiter.*
2 *Augustus parens patriæ.*
3 *Responsa Doctorũ quãdo signari cœpta.*
4 *Annuli signatorij.*
5 *Annulorum apud Romanos vsus.*
6 *Sponsæ annulus sine gemma dabatur.*
7 *Annulus in manu sinistra.*
8 *Testari.*
9 *Doctura origo.*
10 *Bacca laurea.*
11 *Lyta, Prolyta.*
12 *Licentia gradus.*
13 *Magisterium.*
14 *Antecessor.*
15 *Doctura insignia.*
16 *Corona multiplices.*
17 *Ius ciuile Caligula delere voluit.*
18 *Traiani probitas.*
19 *Adriani vita.*
20 *Pompeij tumulus.*
21 *Basa.*
22 *Iuditia maiorem doctrinam exigũt quàm schola.*
23 *Diuitia quibus contingant.*
24 *Plautus inopia.*
25 *Ioannes Andreas pedagogus.*
26 *Preceptori quantum debeatur.*
27 *Origenis in senectute paupertas.*

Obiter. 1 a OBiter) † Id est simul & vnà incidenter, præter propositum, & quasi in transitu occurrens. Iuuen.[a] — a Iuue. saty. iij.

Diues, & ingenti curret super ora Liburno.
Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus.

Et alibi[b]. — b Iuue. saty. 6.

Verberat, atque obiter faciem linit, audit amicas,
Aut latum picta vestis considerat aurum.

Plinius item de Iaspidum generibus agens, Libet obiter, inquit, vanitatem magicam hic quoque coarguere, quoniam hanc concionantibus vtilem esse prodiderunt.[c] idem in prologo sui libri. Ego planè meis adiici posse multa confiteor, nec iis solis sed omnibus quæ edidi, vt obiter caueam istos Homeromastigas.[d] — c Pli. li. 37. c. 9. — d Plinius in procem. natur. historia.

Augusti nomen. August' parens patriæ. 2 b *Augusti*) Octauium Cæsarem intellige, à quo cæteri Imperatores, postmodum Augusti dicti sunt quique Romanum imperium fœlicissimè rexit: & vrbem Romam sanctissimis legibus, ac institutis sic excoluit, vt parens patriæ sit apellatus. sed de eo superius plura.[e] — e §. deinde Cornelius. sup. hac l.

c *Publicè*) Id est publica principis authoritate. vt nõ multò ante exposuim'.[f] — f §. præcedent.

d *Respondebant*) Priuata authoritate priuatóque eorum arbitrio quem de
iure respondendi morem veteribus fuisse argumento est. quod de Crasso,
scribit M. Cicero, eum nempè quotidie solitum obambulare transuerso fo-
ro. quòd erat insigne inquit eum qui id faceret, omnibus liberaliter facere
sui consilij copiam de quacunque re quis interrogare vellet.[g]

e *Signata dabant*) † Ab eo verò tempore quo vt maior esset Iurisprudentiæ 3
authoritas, Augustus constituit Iurisconsultos ex principis authoritate re-
spondere: responsa signari cœperunt. hoc est propria manu subscribi, pro-
priúmque characteris insigne adhibita cera chartæ imprimi. Quod & hodie
vsus seruat. solent nanque iuris candidati, cũ Docturæ gradu, vt vocant, insi-
gniuntur, annulo donari, quòd eo munere signandorũ responsorũ ius acqui-
rant. † Equidẽ sigilla istiusmodi olim quoque annulis imprimebantur. Quod 4
si eiusmodi cera inquit M. Cicero, centum sigilla hoc annulo impressero, ec-
quæ in agnoscẽdo poterit esse distinctio.[h] dicebantúrque annuli signatorij,
in quibus solebant clarissimi viri capitis effigiem, aut præclarũ aliquod à se
gestum facinus, quo non eorum interiret memoria, insculpere.[i] E manu Sci-
pionis ignobilis filij Africani propinquos annulũ detraxisse legimus, in quo
caput Africani sculptũ erat.[k] & inter signa mortis Adriani imperatoris hoc
vnum memorat Spartianus, quòd annulus, in quo imago ipsius insculpta e-
rat, sponte de digito delapsus est.[l] Lucium denique Syllã totam sibi laudem
capti Iugurthæ vendicantem annulo signatorio quo vtebatur, rem vniuer-
sam sculpsisse Maximus scribit.[m] His autẽ annulis literas obsignari solitas Li-
uius ostẽdit. referens, quòd cùm annulo Marcelli consulis simul cũ corpore
Annibal potitus esset, metuẽs Crispinus collega superstes, ne eius signi erro-
re fraudem aliquã Annibal strueret, celeres nũcios finitimis ciuitatibus mi-
sit. Occisum collegã esse annulóque eius Pœnum potitum, ne quibus literis
crederẽt Marcelli nomine signatis, & cõpositis denunciãs[mm]. † Varium por- 5
rò fuisse apud Romanos Annulorum vsum Plinius eleganter ostendit.[n] nan-
que legati ad exteras gentes aureis tantũ vtebantur. adeo, vt multo tempo-
re, nec ipse quidem senatus aureos habuerit: neque triumphantibus in digi-
to, nisi ferreus annulus erat. Sed & qui legationis causa aureis annulis publi-
cè donatus erat, iis tãtum in publico vtebatur, & intra domum ferreis. Quo
argumento, inquit Plinius, † nunc sponsæ, ferreus annulus mittitur isque sine 6
gemma, velut symbolum perpetuæ castitatis & fidei. nam circulus, neque
principium neque finem habens æternitatem, & quod sine gemma sit puri-
tatem, & emaculatam ab omni cupiditate voluntatem notat. Verum succe-
dente tẽpore promiscuorũ fuisse annulorũ vsum, vel ex eo facilè est intelli-
gere, quòd in Cannensi pugna tantũ Annibal aureorum annulorũ aceruum
ex deuictis Romanis confecerit, vt tres eum modios Chartaginem misisse,
perhibeat historia.[o] † Ad hæc minimè prætereundum, in veterum more po- 7
situm fuisse annulum in digito sinistræ manus, qui minimo proximus est ge-
stare, quod ab eo neruus quidem tenuissimus ad cor perueniat, & ita cor ip-
sum annulo tanquam corona circundari censeatur.[p]

f *Scribebant*) Quid sibi de proposito, aut controuerso negocio, videretur.

g *Testabantur*) Suo testimonio cõprobabant eos qui se consuluerãt bonam
fouere causam. † Neque verò ignoro testari verbum apud Latinos authores 8
pro eo frequentiùs vsurpari, quod est in testimoniũ adducere, & alterius im-
plorato testimonio nonnihil adfirmare. inde enim testari Deos & numina
dicimus: cũ Dij in testes aduocãtur.[q] Testamur itẽ hoc est in testimoniũ ad-
ducimus homines quibus plurimũ fidei adhibemus, rẽ totã eorũ iudicio per-
mittentes.[r] Cæterùm Iurisconsultis nostris testari persæpè dicuntur, qui sen-
tentiam suam exprimunt.[s] vnde & testimonium, & testamentũ. Nam & te-
stis de veritate rei gestæ deponens, & qui testamentum facit suam exponit
sententiã.[t] Sed quid si hũc locum ex priore acceptione interpretemur? nimi-
rùm Pomponium velle eos qui fiduciam studiorum suorũ quondã haberẽt,
vel

g Ci. in oratore.
h Cice. lib. iiij. Acade.
i l. ad testium. §. signum. ff. de testa.
k Val. Max. lib. iij. c. 5.
l Spartianus in Adriano.
m Valer. Maxim. li. 8. c. 15.
mm Liuius li. 27.
n Pli. li. 33. c. j.
o Liuius li. 23.
p Gel. lib. 10. c. 10.
q Cic. pro Sylla Verg. lib. ij. Aeneid. Teret. in Hecyra.
r Ci. pro Flacco & pro Cornel. Balbo.
s vt hic.
t l. j. ff. de fid. instr. l. j. ff. de testa.

Responsa Iurisconsultorum quando signari cœperũt. Docturæ origo.
Annulis sigilla imprimebantur.
Annuli signatorij.
Annulorũ apud Romanos vsus.
Sponsæ annulus sine gemma.
Annulus in manu sinistra gestandus.
Testari.
Testimonium. Testamentũ.

vel iudicibus in cõſultorum gratiã ſcribere ſolitos, vel cõſultores eos teſtari,
hoc eſt in teſtimoniũ iuſticiæ ſui negocij aduocare, & adducere. Tu lector
iudicato: neque enim res tanri momẽti eſt, vt grauiorẽ diſſertationẽ exigat.
h *Ex authoritate eius*) Noluit Auguſtus vnicuique temerè patere facultatem
reſpondendi de iure: ſed ita demum ſi à principe probatus hoc ei publicè — *u l. Magiſtros.*
Doctutæ origo. 9 cõceſſum ſit.[u] atque hinc mihi videtur.† Doctorum creandorum originem — *C. de profeſ. & *
emerſiſſe, cùm enim non niſi probatis à principe docendi, interpretandi, re- — *med. lib. 10.*
ſpondendíque de iure daretur authoritas.[x] & non poſſet princeps ſingulis — *x §. reſpõſa. In-*
ciuitatibus inteteſſe. Hanc probandi Iuriſperitos poteſtatẽ ampliſſimo De- — *ſtit. de iur. na-*
curionũ ordini commiſit: vt quorũ, aut proffeſſorũ eius ciuitatis non minus — *tur.*
ſeptem decreto idoneus quis iudicatus eſſet, hoc haberet prærogatiuæ, & — *y l. ij. ff. de de-*
Doctorũ creatio quando cœperit. authoritatis:[y] Videtúrque hæc Doctorũ iuris promotio cœpiſſe primum ſub — *cret. ab ord. l.*
Lotario Auguſto Saxone, in vſu eſſe: qui primus conſtituit leges Romanas — *ij. l. magiſtros l.*
in ſcholis publicè doceri. Enimuerò hodie ſolemnitas adaucta eſt, quippè — *penul. C. de*
tribus coronis Athletarum exemplo gradatim oportet, quem vt Docturæ — *profeſſor. li. 10.*
Bacca laurea. Bacca laureat⁹. Bacca. 10 magiſterium cõſequatur coronari.[z] Bacca † laurea cumprimis, vnde & Bac- — *z l. vni. C. de*
calaureatus nomen Noſtrates ſumpſerunt. etenim in ſacro certamine, qui — *athle. lib. 10.*
præclatè decertare cœperat, primum laurea bacca donabatur, velut primo-
genio fructu laborum ſuorum. Baccæ nanque verbo tenuiores fructus ſigni-
ficantur, qui in arboribus diſperſius, & rariùs naſcuntur. vt fructus laurio- — *a Plin. lib. 15. c.*
leæ, myrti, lentiſci & aliorum id genus.[a] Ergo ſeret arbores, inquit M. Cice- — *24.*
ro diligens agricola quarũ aſpiciet baccam ipſe nunquam.[b] & alibi. Neque — *b Ci. li. j. Tuſc.*
eſt vllũ, quod non ita vigeat interiore quodam motu, & ſuis quoque ſemini-
bus incluſis, vt aut flores, aut fruges fundat, aut baccas.[c] Inter quas, & Acinos — *c Ci. li. 5. Tuſc.*
hoc intereſſe Valla docet, quòd Acini, minutiores ſint denſiúſque naſcãtur:
veluti grana vuæ hederæ, & mali punici. Baccæ verò maiores ſint, rariúſque
Lytæ prolytæ. 11 emergant: vt fructus lauri, oliuæ, corni, loti, & ſimiles.[d] † Hic autẽ Baccæ lau- — *d Lau. Val. li.*
reæ gradus, quia ſtudioſis quarto anno (quo iam legum ſoluere nodos inci- — *iiij. eleg. c. 28.*
Licentię gradus. 12 piunt) conferri ſolebat: Lytas, hoc eſt ſolutores, dixit Iuſtinianus.[e] Ornãtur† — *e §. & poſt eũ.*
altero deinde iuris Athletę gradu quem Licentiam ideo vocant, quòd tunc, — *in proœ. Dige-*
velut ſolidiore doctrina imbuti facultatem, authoritatem, & licentiam ſu- — *ſtor.*
ſcipiant docendi ius, publicè interprerandi, ac Docturæ inſignia ſuſcipien-
di. quo de iure conſulenti populo ei tandem reſpondere liceat. ſúntque ve-
luti deſignati quondam magiſtratus ad reſpondendum, Iuſtinianus Prolytas — *f d. §. & poſt*
Docturæ gradus. 13 vocat,[f] † Poſtremus eſt Docturæ & magiſterij gradus: quo coronari dunta- — *eum.*
xat debent conſummatæ iuriſprudentiæ viri. Ne conſulturus eos de iure po-
pulus, aut publicè docentes auditurus iuris ſtudioſus fallatur, & vana ſpe
Antecesſores. 14 deludatur. Hos quos ſcholaſticis eos docendo præeſſent† Anteceſſores do-
cti viri putant à Iuſtiniano appellatos.[g] quo nomine ſeculo Iuſtiniani ſi- — *g Iuſtin. in epi-*
gnificabantur iuris profeſſores, qui certis locis publica principis authorita- — *ſtol. principij*
te ius docérent: de iuréque conſulentibus reſponderent.[h] in quorum aca- — *Digeſtorũ vbi*
Doctorũ inſignia. Liber. Annulus aureus. 15 demiis hodie ſolent eſſe quatuor potiſſimum inſignia. † Liber imprimis — *Accurſ. & §. j.*
clauſus, deinde & apertus: quo moniti ſint, ſempérque monendi ſacratiſſi- — *h Alciat. li. iiij.*
ma iuris miſteria ita omnibus reſeranda eſſe, vt ad improbitatem & nequi- — *diſpũctio. c. 11.*
tiam occludatur feneſtra. Alterum eſt inſigne Annulus aureus: quo veluti — *& li. 8. Parerg. c. 10.*
ſymbolo admoneantur ſe nihil ex lympidiſſimis Iuriſprudentiæ fontibus
hauſiſſe, quod non purum fuerit, nitidum, & mundum. ac proinde eos tan-
quam aurum in fornace probatũ putos, integros, & incorruptos eſſe opor-
Pileus. tere. Tertium eſt tegmen capitis, alij Pileum, alij Birrhum vocant: quo emi-
nentis virtutis ſigno, & veluti triumphali corona decorati inter reliquos ap-
Coronæ triũphales. 16 parerent, qui præſtantiſſima exantlatorũ in iure laborũ præmia retuliſſent.†
Quemadmodum olim Imperatoribus coronæ triũphales, primum ex lauro,
poſtea ex auro fieri cœptæ, ob honorem triumphi decernebantur.[i] vt ex — *i Gell. li. 5. c. 6.*
omnibus ſibi à ſenatu populóque Romano decretis honoribus, non aliud
receperit, aut vſurpauerit libentius Cęſar Dictator, quàm ius laureæ coronæ

perpetuò gestandæ.[k] Postremum insigne est pacis & amoris osculum, quo probè notcant quibus hæc ornamenta conferuntur, iuris ciuilis scopum esse ciuium salutem, pacem, concordiam & tranquillitatem tueri. dicente vetustissima lege. *Salus populi, Suprema lex esto.*[l] ac proinde iuris magistrum, quē nos Doctorem vocamus: rixas, iurgia, contentiones, & omnem litium materiam abominari debere: propriumque Iurisconsulti munus & officium esse, priuatorum iras & controuersias sedare, ac componere. Neque verò me clàm est, horum insignium rationem ab aliis aliter explicari: [m] sed suum, vt Augusto Antistitus respondit, cuique est iudicium. — Osculū.

k Suet. in Cæsare. l Cice. lib. iij. de legib. m Alciat. li. 8. Pareg. c. 10.

i *Responderent*) Hoc non sic accipiendum est, quasi prudentum responsis tantam dederit authoritatem quantam Principū constitutionibus. sed quòd nemini licere voluit de iure consulentibus respondere, nisi quibus ipse permisisset, quo maior certiórque haberetur iuris authoritas: dum non nisi optimi, ac doctissimi quique, & qui à principe selecti, probatíque essent, de iure respondebant.† Verumenimuerò an hoc velamento C. Cæsar Caligula, vt principio optimus Imperaror, ita pessimus omnium postea factus, se contexerit, cùm omnē iurisprudentię vsum aboliturus iactauit sæpè effecturū se ne quid consulti respondere de iure possent præter eocum, hoc est, quę illi collibuissent.[n] Alij tamen apud Tranquillum *præter æquum* legunt, vt sit sensus, Caligulā iactasse se effecturū ne Iurisc͠osulti deinceps ex præscripto legū responsa darent: sed ex bono & æquo, quòd rectā naturæ rationē ducē habet nullōq; potest legis præscripto cōprehendi. [o] Probatior tamē illorum sententia videtur, qui *eccū*, id est, ecce illū, legūt. de se nanque Caligula intelligebat, à quo iuris resp͠osa petēda essent. & vnà ad ambiguitatem verbi alludere voluit, quasi nihil præter æquum voluerit à Iurisconsultis responderi.

Authoritas quę responsis prudētum. 17 Caligula ius ciuile abolere tentauit. Suetonij locus.

n Suet. in Caligula. o l. de accessionibus. ff. de diuer. & temporal. præscrip. di xi. l. j. ff. de iust. & iu.

k *Hoc*) Facultas nimirùm resp͠odēdi de iure publica principis authoritate.

l *Pro beneficio*) Hoc est præmio exantlatorum in iure laborum. nam hæc verba ad quæstum referre indignum est, quòd sanctissima iuris scientia non sit numario precio deformanda.[p]

p l. j. §. proinde. ff. de var. cogn.

m *Et ideo*) Non video quo pacto hæ dictiones collectiuę & rationales quadrare possint: cùm sequens Adriani sententia contra Augusti institutum iuris professores in antiquam libertatem reponere videatur: qua licebat vnicuique fiduciam studiorum suorum habenti consulentibus de iure respōdere. ideóque dictionibus his, *& ideo*, ex punctis, legendum censerem, at verò *non idem*, aut quid simile. Nam præterquàm quòd Adriani sententia præcedentibus apertè repugnat: quibus dictum est ab Augusti tempore cœptum hoc peti pro beneficio. & hîc Adrianus rescripserit, *hoc non peti* &c. Iudicium nostrum confirmat, vitiosa alioqui eorundem verborum *& ideo* repetitio, in verbis sequentibus, *& ideo delectari*, &c. In quo autem aduersetur Augusto Adrianus ex iis quæ sequuntur fiet perspicuum.

n *Optimus*) † Qui primus Cæsarum hunc optimi titulum meruit, fuit Vlpius Traianus. Tum in honorem eius, inquit, Diō, multa Senatus decreuit. atque illud imprimis, vt *Optimus* appellaretur.[q] Quanta autem in eo reluxerit integritas declarāt acclamationes Principibus exhiberi solitæ. cùm Augusti fœlicitatem, & Traiani bonitatem illis adprecarentur. — 18 Optimus imperator.

q Diō in Traiano.

o *Adrianus*) † Hic Aelius Adrianus factione Plotinæ, vxoris Traiani Imperator creatus est, vir magno ingenio, Græcè Latinéq; impēsè doctus quàuis Gręcis studiis magis inclinatus: adeo vt à plerísque Gręculus diceretur. Poëta etiam non inelegans habitus est. Námque Floro poetæ ad se scribenti. — 19 Adrianus Cæsar.

Ego nolo Cæsar esse:
Ambulare per Britannos:
Scythicas pati pruinas.

Rescripsit.

Ego nolo Florus esse:

Ambu-

Ambulare per tabernas:
Latitare per popinas:
Culices pati rotundos.

20 Cùm item perlustraret regionem vbi Cn. † Pompeium sepultum inuenit, innouato tanti viri sepulchro, & exhibitis ei parentalibus hoc carmen adiecit.

Ossa viri magni tenui quam clausa sepulchro,

Et moribundum eum qui sequuntur versus fecisse enunciasséque prodidit historia.

Animula, vagula, blandula,
Hospes comésque corporis:
Quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigidula, nidula:
Nec vt soles, dabis iocos.

Nullius denique disciplinæ expers fuit, militaris præsertim peritissimus, vsque adeò vt iactare solitus esset, se nihil eorum ignorare, quæ aut in pace, aut in bello, siue ad regem, siue ad priuatum, pertinerent, tam acri vinóque ingenio eum fuisse ferunt, vt vno tempore scriberet, dictaret, audiret, & amicis fabularetur. Peregrinationis adeò studiosus, vt omnes fermè prouincias, & orbis partes pedibus, & nudo capite, Massinissę exemplo, in summis plerunque imbribus ac frigoribus peragrarit, nulli iniustè pecunias abstulit: multis multa publicè, priuatímque elargiens. Viros doctos, & pecunia, & honoribus honestauit: quamuis eorum irrisor & æmulus nonnunquam fuerit. Humanè certè & moderatè imperasse videtur: ac proinde à Pomponio hoc loco Optimus appellatus. licet propter optimorum quorundam cædes quos principio imperij, & antequàm decederet, interfici curauerat, calumniæ multum & infamiæ contraxerit. Filios non habens, Antoninum consortem imperij fecit. Cúmque Baias valetudinis causa peteret, Romæ ad imperandum reliquit. de Adriano, tale extat apud Ausonium Tetrasticon.[r] r Auson. in xij. Cæsaribus.

Aelius hinc subiit, mediis præsignis in actis:
Principia, & finem, fama notat grauior.
Orbus & hic, sociátque virum, documenta daturum,
Adsciti quantum præmineant genitis,

Miserabili tamen fato tandem consumptus est. & morte sæpius frustra inuocata (quod Seuerianus, priusquàm iugularetur, ei imprecatus erat) seipsum

Baiæ. 21 occidere frequenter attentauit. sed à domesticis prohibitus est. † Tandem Baias (maritima ciuitas est campaniæ, amœnitate insignis) petiit. vbi cùm nihil proficeret, accersito Antonino, (quem Romæ moderandi imperij causa reliquerat) in conspectu eius, cùm nullum percussorem reperiret, illud moriturus dicens *Turba medicorum interfecit regem*, infœlici calamitosóque fato absumptus periit, anno ætatis 62. cum annis 21. imperasset, & dies vndecim.[f] f Dio. & Spartia. in Adriano, vnde ferè hæc omnia.

p *Periti*) Ita reposui, cùm antè *Pretorij*, legeretur. neque ad vulgaris literæ defensionem quicquam video dici posse, præterquàm à prætoriis viris poriusquam ab aliis factam istiusmodi petitionem, quòd hi iam se iuri reddēdo præ cęteris exercuissent, sed profectò non abhorret à diuinatione hæc interpretatio.

q *Non peti*) Hunc locum, non intelligentes Accursiani contendunt hinc probari facultatem respondendi de iure, honestè quidem accipi: sed turpiter peti, quemadmodum de honorario & mercede professorum iuris VI-

pianus scribit.[t] Sed si hoc verum esset, magnam profectò turpitudinis & infamiæ notam inureremus veteribus Iurisconsultis, qui ab Augusto vsque ad Adriani tempora floruerunt, quos omnes pro maximo beneficio hanc de iure respondendi facultatem à principe petiisse Pomponius paulòante docuit. T. Genuino huius loci sensu, ex sequentibus perspecto Iurisconsultum intelliges aliò spectare.

t l. j. §. proinde. ff. de bar. cognitio.

r *Præstari solere*) Is nimirùm, qui præsigne aliquod industriæ suæ specimen edidisset, quo se id munus implere, præstareque posse polliceretur, vt horum verborum legitimus sit sensus, facultatem publicè de iure respondendi, pro petentis arbitrio minimè concedendam (alioqui plerumque fieret, vt indocti homines principi egregiè imponentes, per importunitatem, eo beneficio fruerentur) sed iis tantù deferendam, qui iuris ciuilis scientia præstarent. Proinde si quis ea fiducia fretus esset, in medium prodiret, eruditionis suæ facturus periculum, vt ita dignum separet populo, ad respondendum. Hoc autem ab Adriano constitutum argumento est, quòd omnes professores, inquit Spartianus, honorauerit, & diuites fecerit: licet eos sẽper quæstionibus agitauerit.[u] Idem tamen author est, Adrianum nullos adhibuisse in consilium iudiciorum suorum, nisi delectos & probatos à senatu: † maiorem nimirùm in iudicando fidem, & doctrinam, quàm in respondendo requirẽs. licet enim vel amicitia, vel gratia non peruertatur eorum iudicium, qui de iure respondent: vix tamen certa potest esse illorum sententia, qui nec audito aduersario, nec intellecta negocii qualitate, & circunstantia, respondent.[x] 22 Iudicia maiorem quàm scholæ doctrinã exigunt.

u Spartianus in Adriano.

x Spartianus vbi sup.

s *Ergo Sabino*) Digressione diligenter tractata redit Pomponius ad præcipuum thema de beneficio respondendi de iure per Tiberium Cęsarẽ Massurio Sabino concesso.

t *Receptus est*) Massurius Sabinus, vir plebeius fuit, receptus tamen ob eximiam eius virtutem, & doctrinam in equestri ordine, singulari principis, vt verisimile est, beneficio. nam cùm illi tenues essent facultates, summo iure non poterat adscribi eque stri ordini ex lege Othonis, quæ vetabat, Equitem Romanum fieri qui quadringenta sestertia in facultatibus non haberet. hoc est nostræ monetæ, decem aureorum millia. quòd à nobis supra latiùs expositum est.[y]

y § ex his audi toribus. 3. hac l.

v *Ampla facultates*) † Plutum diuitiarum Deum non abs re veteres cæcum finxerunt, & claudum, ne probos & doctos, quibuscum communicaret, videre pertingereque posset. Equidem hominibus eruditis, & virtute aliqua præcellentibus peculiare dicit Hieronymus, vt nisi vetustę sint à maioribus diuitię, egestate premantur:[z] quia videlicet nolunt nisi honestè parare diuitias, exemplóque sunt Aristides Atheniensis cognomento iustus, Epaminundas Thebanus, & ex Romanis Valerius Publicola, Menenius Agrippa, Fabricij, Curtij, *Aelij, & alij multi nobilissimi viri, è quibus Plautus segregã dus non est. † Qui senex, in magna annonæ caritate operam suam prę inopia, pistori locare coactus est. apud quem tres comœdias scripsit. Contrà verò solent affluere diuitiis imperiti, & improbi. Quoniam (inquit Philosophus, eius rei rationem tractans) mali homines per fas & nefas, iure, iniuriáque opes congerunt.[a] Vnde & illa vulgata sententia mihi videtur, inquit ad Hebediam Hieronymus, verissima: *Diues aut iniquus, aut iniqui hæres.* & Plato diuites valdè, simulq. probos impossibile esse arbitratur, propterea; nec fœlices.[b] Et tamen hodie, magno reipublicæ malo, pluris multò fiunt opes, quàm virtus, vt meritò cum Horatio dicere possimus, *Virtus post nummos.*[c] & aliud Ouidianum adiicere.[d]

23 Plutus Deus.

Docti ferè sẽper inopes.

*Curij.

24 Plauti poetę paupertas.

Diues iniquus.

z Hiero. in Ecclesiastico.

a Aristote. in problematis.

b Plat. lib. 5. de leg.

c Hor. li. j. epis. j. epistol.

d Oui. li. j. Fasto.

In pretio, pretium nunc est: dat census honores:
Census amicitias: pauper vbique iacet.

Ergo facultates Massurio Sabino viro, & virtutis & doctrinæ singularis, vsq; adeò

Ioannes Andreas.

25 adcò tenues fuerũt, vt cũ à suis auditotibus ali, sustentaríq. oportuerit.† Nec dissimile de Ioanne Andrea magno illo Pontificij iuris corypheo, fertur, tantæ videlicet paupertatis fuisse, vt primò famulitium Bononiæ gesserit, deinde pędagogium, Mainardi Vbaldini filium, nomine Sarpectam instiruendo.[e]

e Volate.in Anthropologia.

Præceptores & alendi & honorandi.

26 x *Auditoribus suis*) Laudanda†in discipulis pietas & gratitudo: qui vitæ honestioris altotem ipsum mutua vice educarent. Sic Attilius Regulus Nicostratum præceptorem, quòd ab eo doctior, meliórque tedditus esset: in cœnaculo domus suæ, habitare permisit.[f] Et Cassellius cùm præceptoti Mutio morte prærepto gratiam referre nequiret, eius nepotem Publium hęredem fecit.[g] ausimq. affirmare obligari lege discipulum alimenta præstare inopi præceptori, tanquam patenti.[h] præceptorem, inquit Fabius, credere debẽt discipuli, parentem esse nõ quidem corporum, sed mentium,[i] idque in more maiorum fuisse, Satyricus ostendit, inquiens.[k]

Qui præceptorem sancti voluere parentis
Esse loco.

f l. Attil. ff. de dona.
g §. fuit eodẽ tẽpore. i. hac l.
h l. j. C. de excus. artif. li. 10
Accur. l. liberte. ff. de obse.
i Quint. lib. ij.
k Iuue. sat. 8.

Quinimò Aristoteles, se tanto plus debere præceptoribus, quàm parẽtibus; dicebat: quanro benè viuete præclarius est, quàm viuere. Enimuerò Plato parentibus, diis & præceptoribus vix pro merito, vetus illud ἀντιπελαργεῖν, obseruari posse, scribir.[l] Et Seneca censuit præceptores Deorum riru colendos. Socrati autem, cùm multa offerrent discipuli, pro suis quisque facultatibus, Aechines pauper auditot seipsum donabat.† Contrà verò malè audit

l Plat. li. 6. de legi.

Aechines.

Origenes

27 apud posteros Ambrosius Diaconus: qui cum diuitiis abundaret, Origenis præceptoris sui senis, & pauperis moriens non sit recordatus. Negligendi quippè non sunt, inquir M. Cicero, sed quodammodò colendi.[m] M. Antonium Philosophum Imperatorem honoris tantùm magistris suis detulisse memoria proditum est, vt imagines eorum aureas in larario haberet: ac eorum sepulchra hostiis & Floribus additis, semper ornaret.[n] Achilles quoque præceptores esse miro honore colendos ostendit, qui cum in Pelio Thessaliæ monte sub Chironis centauri disciplina educaretur, à quo & herbarum vsum, & citharæ artem didicit: eum summo sempet habuit in honore.

m Ci. in Lælio.

Achilles.

n Iul. Capito: in M. Philoso:

y *Sustentatus est*) Non permittunt leges quemquam in paupertate viuere: aut in anxietate mori.[o] Ideóque cùm hic Sabinus non haberet, vnde se, familiámque suam educaret, ab auditoribus suis alitus & sustentatus est.

o §. vlt. in auth. de her. & Fal. col. j.

§. HVIC SVCCESSIT.

Huic[a] sucessit Caius Cassius Longinus,[b] natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpitij: & ideo proauum suum Seruium Sulpitium appellauit.[c] Is & consul fuit cum Quartino[d] temporibus Tiberij.[e] & plurimum in ciuitate authoritatis habuit: donec Cæsar[f] eum ciuitate expelleret. expulsus ab eo in Sardiniam reuocatus à Vespasiano,[g] diem suum obiit. Neruæ successit Proculus.[h] Fuit eo tempore, & Nerua filius.[i] fuit & alius Longinus,[k] ex equestri quidem ordine: qui posteà ad præturam vsque peruenit. Sed Proculi authoritas maior fuit. Nam & ipse plurimum potuit, appellatíque sunt partim Cassiani, partim Proculiani. quæ origo à Capitone, & Labeone[l] cœperat.

SVMMÆ.

1	*Cassius Longinus Iurisconsultus.*	8	*Vespasianus.*
2	*Duci partium.*	9	*Deorum honos principibus.*
3	*Christi mors & passio.*	10	*Proculus Iurisconsultus.*
4	*Neronis vita, & cædes.*	11	*Proculi, cur sic dicti.*
5	*Caligula, & Nero faces orbis.*	12	*Longinus.*
6	*Petri & Pauli martyrium.*	13	*Caligula sororem stuprat.*
7	*Antichristus*		

a HVic) Massurio Sabino, cui primùm à Cæsare datum, vt de iure publica principis authoritate responderet.

b . *C. Cassius Longinus*) Sunt† qui pro Caius, malint Lucius legere , *L. Cassius* 1 *Cassius Lóginus*
a Cor. Taci. li. 12. *Longinus*. Taciti tamen lectio C. habet. [a] vtcunque sit, satis constat Cassium
nostrum celeberrimi nominis Iurisconsultum ex nobili & vetusta Cassiano
rum familia, eadémque patricia produisse: ac sub Tiberio Cæsare, honore
maximo habitum, vsque adeo vt consulatum sit adeptus cum M. Vinitio
Quartino, anno vrbis conditæ 782. & à pulsis regibus 538. à Christo verò
nato 32. deindéque Claudio imperante Syriæ præfecturam, & extremo Cali
gulæ principatu proconsulatum Asiæ. Fuit autem non modò legum peritia
clarus, sed etiam disciplinæ militaris peritissimus : vt Tacitus in hæc verba
indicat. Post hæc C. Cassio, ait, qui Syriæ præerat, deducere iuuenem ad Eu-
phratis ripam iubet. Ea tempestate Cassius cæteros præminebat peritia le-
gum. nam militares, artes per otium ignotę, industriósque ac ignauos pax in
ęquo tenet. Attamen quãtum sine bello dabatur, reuocare priscũ morem, e-
xercere legiones, cura prouisu agere, perinde ac si hostis ingrueret. ita dig-
num maioribus suis & familia Cassia ratus, per illas quoque gentes celebra-
b Taci. vbi supra. ta. [b] Procedente demùm tempore cùm senesceret, oculos amisit: quem nihi-
lominus vt cæteros probos viros Nero Imperans exosum habere cœpit: ac
primùm, cum Poppeæ, Neronis vxori mortuæ, funus fieret, Cassium, officio
exequiarum prohibuit. deinde illi obiecit, quòd inter maiorum imagines
effigiem C. Cassij interfectoris C. Cæsaris sic inscriptam, *Duci partium*. coluis 2 *Duci partium*
c Suet. in Nerone, Corn. Taci. lib. 16. set. [c] quare missa ad senatum oratione, eum à republica remouendum disse-
ruit. vnde Senatusconsulto Cassius damnatus est in exilium, deportatúsque
in insulam Sardiniam, nullo crimine, nisi quod & morum grauitate, & doctri
d Cor. Taci. & Suet. vbi sup. næ pręstantia, & opibus vetustis præcelleret. [d] Satyricus verò, Longinum
e Iuue. sat. 10. & Senecam à Nerone interfectos censet, quòd eorum opibus Nero in-
hiaret. [e]

Temporibus diris igitur, iussúque Neronis,
Longinum, & magnos Senecæ præ diuitiis hortos,
Clausit.

Veritas tamen historiæ habet, Cassium in exilium duntaxat damnatum. nam
reuocatus postmodum à Vespasiano imperante vitam in patria honestè fi-
f vt hîc. Suet. Taci. vbi sup. niuit. [f] Hunc Cassiũ magistri sui Sabini sententias fortiter defendisse, ac sępe
numerò benè excusasse, Iulius Paulus testis est. [g] Neque verò is fuit, cui Dru
g l. dicere. §. j. ff. de rece. arbi. sillam sororem Caligula in vxorẽ dedit, & deinde abduxit, vt eam incesta-
h Suet. in Caligula. ret. [h] vt mox docebo. Permultos autem Cassios & Longinos præter nostrũ
fuisse, ex veterum monimentis satis supérque constat. de quibus hîc dicere
non valdè attinet.

c *Appellauit*) Gloriari quidẽ poterat eo nomine meritò Cassius, quòd è duo
bus clarissimis Iurisconsultis, nempè Tuberone & Sulpitio produisset, & sa-
nè iocunda est recordatio, eorum à quibus descendimus, si præclarũ aliquid
gesserint, quod posteritatem illustret.

d *Cum Quartino*) , C. Cassius Longinus collegam habuit in consulatu *Iesu Christi mors & passio.*
M. Vinitium Quartinũ, anno vrbis 782. †cùm anno præcedente Iesus Chri- 3
stus

ſtus, Dei filius, dominus Deus, & ſaluator noſter, ac redemptor cruci affixus eſſet.

e *Temporibus Tiberij*) Anno ſextodecimo principatus Tiberij, vt annales indicant.

f *Cæſar*) Domitium Neronem intellige: cuius, non etiam Tiberij iuſſu decretum eſt, vt antè narraui, Caſſio Longino exilium in Sardiniam. † Fuit au-

Neronis vita & interitus.

4 tem hic Nero qui omni turpitudine & ſæuitia fœdauit imperij Romani ma-

Caligula fax orbis

5 ieſtatem, vt ab hiſtoricis fax altera totius orbis (nam † Caligula primus, fax humani generis eſt appellatus) & hoſtis generis humani meritò dicatur, [i] quippè libidinis adeò fuit effrænis & immoderatæ, vt matris Agrippinæ concubitum appetierit, & Sporum, Doriphorúmque libertos pro vxore habuerit. tantæ verò crudelitatis, vt pręter incendium, & Octauiæ vxoris cædem,

i Plin. li. 7. ca. 8. Suet. in Nero.

Petri & Pauli apoſtolorũ mors.

6 primus Chriſtianum ſanguinem, † Petro & Paulo interemptis effuderit. Primis tamen quinque imperij ſui annis, tanta liberalitate, clementia, & comitate, regnauit, vt Traianus poſtea dicere ſoleret, procul diſtare cunctos principes, quamlibet bonos, à primo principatus Neronis quinquennio: grauiora nanque vectigalia, vel prorſus ſuſtulit, vel magna ex parte detruncauit. ius dicens, nihil temerè fecit, in omnes ſe benignum, ac clementem præbuit: adeo vt à Burrho cohortium præfecto, & in duos latrones animaduerſuro rogatus vt libello ſupplicij ſubſcriberet inuitus accipiens chartam, voce generoſa, ac optimo principe digna, exclamauerit. *Quam vellem nescire literas*, Paulatim tamen petulantia, libidinem, luxuriam, auaritiam, & crudelitatem aperuit, ac detexit. Crepuſculo pileatus per popinas incedens obuios ſine delectu dictis, factíſue dehoneſtans: non ſcortis modo ſe immergens, ſed pueris abutens, & commeſſationibus ita inſeruiens, vt è medio die ad mediam noctem epulas plerunque produceret, & vt ſummatim dicam, per cuncta ſe turpia fœdans & polluens nihil flagitij relinqueret. in quoſcunque bonos deſæuiit: ſed præſertim in ſenatores: quẽ ordinem ſe ſublaturum è republica iactabat. Agrippinam matrem inceſtauit, vrbem incendit, cauſatus ædificiorum deformitatem, ac vicorum flexuras, durauitque incendium ſex diebus, & noctibus ſeptem. randem deficiente Galba hoſtis à ſenatu iudicatus, in ſuburbanum Phaontis liberti confugiens ſemet ictu gladij tranſegit. adiuuante trepidam manum Sporo illo quem pro vxore habuiſſe ſuprà diximus. Periit autem ætatis ſuę anno 32. & imperij 14. die quo Octauiam coniugem, quondam interfecerat, de quo ſceleſtiſſimo omnium tyranno tale cecinit Auſo. noſter tetraſtic. [k]

Neronis luxuries.

Neronis mors.

k Auſoni. de xy. Cæſaribus.

Aeneadum generis, qui ſextus & vltimus heros
Polluit, & clauſit Iulia ſacra Nero.
Nomina quot pietas, tot habet quoque crimina vitæ;
Diſce ex tranquillo, quæ meminiſſe piget.

A quo omnium quos terra tulit crudeliſſimo, tyranni omnes flagitioſè imperantes ſolent Nerones appellari, cùm tamen ſuaue & honeſtum per ſe ſit alioqui, Neronis nomen, quod à Sabinis profectum idem quod virtus & fortitudo, ſignificat. ac proinde, qui ex Claudiis, (quos à Sabinis deſcendiſſe manifeſtum eſt) eximia fortitudine præſtabat, Nero dicebatur.[l] Ad hæc minimè pętereundũ quod Auguſtinus de Nerone ſcribit, pleríſq. perſuaſum, Neronem necdũ mortuum: ſed viuum occultari, in eo ipſius ætatis vigore, quo fuit, cùm crederetur extinctus: donec ſuo tempore reueletur & reſtitua

Nero. i. fortis.

l Gel. li. 13. c. 21

7 tur in regnum, † quem ideò futurum Antichriſtum ſuſpicantur. Alij verò putarunt mortuum quidem Neronem (Nam vernis, æſtiuíſque floribus tumulum eius longo tempore adornatum fuiſſe ſcribunt) cæterùm reſurrecturũ, & Antichriſtum futurum. [m]

Antichriſtus.

m Augu. li. 20 de ciuitate Dei.

8 g *Veſpaſiano*) Flauius † Veſpaſianus Sabini filius ex antiqua & nobili Flauiorum familia ſingulari ſtudio, ac prouidentia decem annis imperauit: vſque

Veſpaſia nus imperator.

ad vitæ finem benignus, clemens, & modestus. Neque contumeliarum (quas plerunque mordaciter in se iactari sciebat) neque inimicitiarum memor: vsque adeo vt Vitellij hostis sui filiam locupletissimè dotatam, nobilissimo viro coniungendam curauerit, & Licinium Mutianum (quo adiutore imperium nactus erat) meritorum fiducia insolescentem, seque socium imperij, magis quàm ministrum agentem, adhibitis familiaribus satis habuerit admonere, *Mutiane, nosti me virum esse*. quo verbo Mutiani insolētiam repressit. nullius vnquam cæde lætatus est. quinimò & iustis sæpenumerò suppliciis ingemuit, & illachrymauit sola pecuniæ cupiditate à plerisque notatus. fuit quoque facetissimus, seriis, ioca, quibus delectabatur admiscens, adeò vt in periculo ac metu mortis extremo, iocularibus dictis non abstinuerit. cùm enim vrgentem valetudinem persentiret, *Credo me*, inquit, *mox futurum Deum*. ita mortem sibi ioco præsagiens. † quādo Deorum honor non ante principi deferatur, quàm inter homines esse desierit. Ingrauescente verò adhuc morbo 9 Deorum honos.
magis, cùm appropinquaret mors alleuari inter assidentium manus voluit, & assurgens *Imperatorem* ait *stantem mori oportet*. De hoc tale extat apud Ausonium tetrasticon.[n]

n Auson. de xij. Cæsaribus.

Quærendi attentus, moderato commodus vsu
Auget, nec reprimit Vespasianus opes.
Olim qui dubiam, priuato in tempore famam,
Par alij princeps, transtulit in melius.

Mortuus itaque est inter subleuantium manus, anno ætatis sexagesimo nono, & imperij decimo, cui successit, Titus filius, amor, ac deliciæ generis humani, patre id semper certò denuntiante, qui post assiduas in se coniurationes affirmare ausus sit, inquit Tranquillus, aut filios sibi successuros, aut neminem.[o]

o Suet. in Vespasia.

h *Proculus*) Vt Cassius Sabini scholam, & disciplinam exceperat: ita † Proculus in tractando iure Neruæ successit: quem non leuem iuris authorem 10 Proculus Iurisconsultus.
Diui fratres vocant.[p] Sed quis hic fuerit, cùm plures extiterint Proculi, vix certi quicquam statui potest, nisi eū esse credamus Licinium Proculum, qui Sergio Galba multis vulneribus confosso, Othonis Syluij partes sequutus prætorio præfectus creatus est: ab ipsóque Othone iam rerum potito, peditum, equitúmq. copiis præpositus:[q] nam eum Pomponius noster plurimum potuisse, magnæque fuisse authoritatis dicit: alterius autem Proculi, magnā fuisse authoritatem, non legimus. Floruit tamen temporibus Alexandri Cæsaris, alius quoq. Proculus Iurisconsultus etiam multi nominis. † Inde autem 11 Proculi cur sic dicti.
Proculorū fluxisse nomen constat, quòd patre procul à patria peregrinante, nati essent.[r]

p l. diui. ff. de iure patro.

q Cor. Tac. li. 17.

r Alex. Neapo. lib. j. c. 9.

i *Nerua filius*) Qui septimum decimum circiter annum natus publicè de iure respondit.[s] & ex quo creditur editus ille Cocceius Nerua, qui tanta integritate Romanum imperium administrauit, vt optimè meritus, de omnibus optimè meritis diceretur.[t]

s l. j. §. initiū. ff. de postuland.

t Dion in Nerua. dixi. §. præcedēti & §. deinde Cornelius Sylla.

k *Alius Longinus*) † De quo Longino hîc agat Iurisconsultus nihil me fateor compertum habere. 12 Lōginus
L. Cassij Longini consularis Tacitus[u] & Tranquillus[x] meminerunt: cui C. Caligula Imperator Drusillam sororem in vxorem dedit. sed collocatam mox eripuit. † cum eáque talem stupri consuetudinem fecit, vt eam legitimę vxoris loco palàm haberet. 13 Caligula sororē stuprat.
Ab eo postea Cassius longinus Asiæ proconsul creatus est. quem à fortunis Antiatinis admonitus, vt à Cassio caueret, occidi mandauit. immemor Cassij Chereæ, cohortis Prætoriæ tribuni, à quo nono calendas Februarij annum duntaxat xxviij. agens obtruncatus fuit. Sed cùm ille Longinus consularis fuerit: & hîc agat Pomponius de Longino ex equestri ordine, quíque nec altius vnquam quàm ad Præturæ dignitatem conscendit: manifestum est de eo legis nostrę verba accipi non posse.

u Corn. Tacit. lib. 15.

x Sueto. in Caligula.

l *Labeo-*

l *Labeone*) Qui duo primùm diuersas veluti sectas fecerunt: quemadmodũ suo loco dictum est.

§. CASSIO.

Cassio, Cælius Sabinus[a] successit: qui plurimum Vespasiani temporibus potuit.[b] Proculo Pegasus:[c] qui temporibus Vespasiani Præfectus vrbi[d] fuit. Cælio Sabino, Priscus Iauolenus.[e] Pegaso, Celsus pater.[f] patri Celso, Celsus filius,[g] & Priscus Neratius:[h] qui vtrique[i] Consules fuerunt. Celsus quidem, & iterum.[k] Iauoleno Prisco, *Aburnus Valens,[l] & Tuscianus.[m] item Saluius Iulianus.[n]

*Aburnius.

SVMMÆ.

1	*Sabinus Cælius.*	10	*Neratij petulantia.*
2	*Pileati serui.*	11	*Iterum & iterum consul.*
3	*Pegasus.*	12	*Valens Iurisconsultus.*
4	*Pegasianum S.C.*	13	*Tuscianus.*
5	*Villicus vrbis.*	14	*Iulianus Iurisconsultus.*
6	*Iauolenus vecors habitus.*	15	*Didius Iulianus Cæsar.*
7	*Celsus pater, & filius.*	16	*Edictum perpetuum.*
8	*Filius patrem reprehendit.*	17	*Iuliani senecta.*
9	*Neratij apud Traianum authoritas.*		

Cælius Sabinus. 1 a *CÆlius Sabinus*) An† hic fuerit filius, vel nepos Massurij Sabini de quo suprà diximus, cõpertum non habeo. Illud cõstat Cælium illius Massurij Sabini disciplinã, veluti per manus excepisse. Etenim Capitoni Massurius: Massurio Longinus: & Longino Cælius Sabinus successit. qui quisquis extiterit ille, magnę certè fuit sub Flauij Vespasiani imperio authoritatis. vt adnectit Põponius de seruis fugitiuis, & vænalibus luculenter scripsit.[a] Et inter cætera, quod apud Gelliũ est, †seruos quorũ nomine emptori vẽditor nihil præstaret Pileatos; hoc est pileo imposito venundari solitos.[b] — Pileati serui. 2 — a l. quis sit fugitiuus. ff. de ædil. edi.

b *Potuit*) In causa fuisse cũprimis videtur præcellẽs eius doctrina: deinde Flauius Sabinus pater; quo cũ hic noster Cęlius enixa coniunctus erat amicitia. — b Gel. li. 7. c. 4.

Pegasus. 3 c *Pegasus*) † Hic Pegasus, qui in Proculi disciplinam successit: legum & iuris peritus, atque vt Satyricus ait, interpres optimus sactissimúsque.[c] sub principatu Vespasiani consul fuit, cum Pusione, vt Iustinianus indicat.[d] quãuis id ex Annalibus non satis constet. in quibus nullum deprehendere potui Vespasiano imperante factũ cõsulem qui vel Pegasus diceretur. equidẽ Calphurnium Pisonem cum Rustico Bolano rursus, C. Pisonem Vopiscum cum Seruilio Hasta consules creatos fuisse. Cæterùm Vlpij Traiani tempore vtcunque sit, cõstat † Pegasiani Senatusconsulti (de quo in iure frequens mentio[e]) nomen à Pegaso defluxisse. — c Iuuen. satyr. iiij. — d §. sed quia Inst. de fideicõ. heredit. — Pegasianum S.C. 4 — e l. ij. §. Quintus. C. de vete. iur. enucle. §. sed quia. §. ergo. Inst. de fidei cõ. hered.

d *Præfectus vrbi*) Vespasiano imperante Pegasus vrbi præfectus fuit. quamuis illum Iuuenalis suspirio Satyrico villicum dicat.[f] — f Iuue. saty. 4.

primus clamante Liburno,
Currite iam sedit, rapta properabat abolla
Pegasus attonitæ positus modo Villicus vrbi.
An ne aliud tunc Præfecti? quorum optimus atque
Interpres legum sanctissimus omnia, quanquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Iustitia.

Villicus vrbis. 5 Villicũ † autem vrbis potius quàm Præfectũ dicere maluit, q̃ principum tyrannide atque sæuitia iam eo seculo vrbs Roma ita deformata esset, atque deserta, vt rus potiùs, quàm ciuitas censeretur. Et quanquam incorruptis

Pegasus esset moribus: sçuitiam tamen Cæsaris metuens non omnia sibi putabat agenda, vt iustitia postulabat: sed ad nutum principis pleráque omnia moderanda.

e *Priscus Iauolenus*) †Hic legum peritis annumeratus est. Antoniníque Pij temporibus floruit. cuius consilio Cæsar multa de iure sanciebat. Iulij Pauli fuit præceptor. [g]eum tamen mentis parum sanæ Plinius ad Romanum scribens dicere ausus est, hoc vsus argumento, quod cùm Passenius Paulus splêdidus eques Romanus elegos maiorum, inter quos Propertium refert: recitando cœpisset dicere *Prisce iubes*, Iauolenus nimium inexplorate respondere rit, *Ego verò non iubeo*, cogita inquit Plin. qui risus hominum, qui ioci. est omninò Priscus dubiæ sanitatis, interest tamen officiis, adhibetur consiliis, atq. etiam ius ciuile publicè respondet. quo magis quod tunc fecit & ridiculum & notabile fuit. [h]hæc ille. Eo cum aliis multis Iurisconsultis Antoninum Pium vsum fuisse Capitolinus scribit. [i] 6 Iauolenus.

g l. an manumittere. ff. de manu. vindicta. *h Pli. li. 6. epis.* *i Iul. Capitoli. in Antonino.*

f *Celsus pater*) †Fuit hic Celsus apud Traianum magnæ authoritatis. quem cum Sossio Senesione Palmáque præ cæteris coluit, & summo habuit in honore: adeo, vt eis statuas & imagines erexerit. [k] 7 Celsus pater.

k Dion in Traiano.

g *Celsus filius*) Hic Iuuentius Celsus filius legum & ipse peritia insignis euasit. magnóque in precio apud Traianum & Adrianum fuit. Nam & sub vtroque Consulatum adeptus est. Primum quidem sub Traiano collegam Crispinum habens, anno conditæ vrbis Dccclxv. & Christi nati cxv. deinde sub Aelio Adriano, qui Traiano successit: consul dictus est cum Neratio Marcello, [l] sexdecim post primum consulatum annis, & ita ab vrbe condita Dccclxxxj. à Christo Iesu verò nato, cxxxj. Fuit autem hic Celsus religiosus æquitatis, veritatísque cultor, sectator, & amator: †adeò vt patrem nescio quid alienum ab æquitate naturæ scientem reprehendere non erubuerit. [m] quinimò senatum ipsum contra bonum & æquum (vt illi videbatur) nônihil sancientem multis, & vehementer nonnunquam increpuisse Plinius author est. [n] Abs quo præterea eùm Domitius Labeo percunctaretur, an iure testis in testamento adhiberetur, qui testamenti tabulas scripsisset, grauiter & magna animi libertate in hæc verba obiurgatus est, aut non intelligo quid sit id de quo me consulis, aut valdè stulta est consultatio tua. [o] Celsus filius. 8 Filius patrē reprehendens.

l l. vl. C. de serv. reip. manumit. *m l. 3. §. si quis quasi. ff. de con dic. cau. dat.* *n Pli. li. 3. epist.* *o l. Domitius. ff. de testa.*

h *Priscus Neratius*) † Tanta fuit hic Neratius apud Vlpium Traianum fidei & authoritatis, vt Dion scribat frequentem opinionem fuisse Traianum id habuisse animi, non Adrianum, sed Neratium Priscum successorem relinquere multis amicis in hoc consentientibus: vsque eo vt Prisco Traianus impetans aliquando dixerit. Commendo tibi prouincias, si quid mihi fatale cótingat. [p]Hunc postmodum Adrianus imperans in consilio habuit. Fuerunt & alij Neratij multi: †è quibus vnum L. Neratium Aul. Gellius memorat, hominem insigniter improbum: qui pro oblectamento habebat quibuscunque occurrentibus alapam ingerere numeratis ei mox vigintiquinque assibus ex l. xij. tabul. quo factum, vt ea lege antiquata & relicta Prætores edixerint, se de iniuriis æstimandis deinceps Recuperatores daturos. [q] 9 Neratius 10 Neratii petulātia

p Dion in Traiano. *q Gel. li. 20. c. j.* *r l. si quis seruū. ff. ad l. Corn. de sicar.*

i *Qui vtique*) Celsum filium fuisse consulem paulòante ostendimus. de Neratio Venuleius indicat eum cum Antonino cõsulatum administrasse. [r] Quo verò tempore, non planè constat, nisi eum esse Neratium Marcellum dicamus, quem cum Iuuentio Celso consulē creatum sub Adriano probauimus. [s] quod equidem mihi verisimile fit, & ita trinomium fuisse, appellatúmque Priscum Neratium Marcellum, cuius Plinius secundus, non infrequenter meminit. [t] Neratius quando consul.

s l. vl. C. de ser. reip. manumis. *t Pli. li. ij. & 3. episto.* *u l. ij. §. vl. ff. ad S.C. Tertul. l. j.* *x l. fi. C. vt nemo ad suū patro. lib. 11.* *y Gel. li. 10. c. j.*

k *Et iterum*) Sic veteres loquebantur de secundo consulatu, † iterum: [u] in tertio tertium: & postea quartum, quintum, sextum, & deinceps: vt diserte Gellius explicat [x] P. Africanus inquit M. Cicero, iterum consul. 11 Iterum.

&ali-

& alibi. [y] C Flaminius consul iterum.[x] Neque ignotum hoc aduerbio iterũ, idē quod secũdò significari Bis à me inquit Cicero seruatus est separatim semel iterum cum vniuersis.[z] & alio in loco. Primo quidem decipi incommodum est, iterum stultum, tertiò turpe.[b] Iuuentium porrò Celsum ostendimus suprà semel atque iterum consulem fuisse. Primum sub Traiano cum Crispino collega, rursus cum Neratio Marcello sub Adriano, huiusq. posterioris Diocletianu malicubi meminisse.[c]

y Cic. de Aruſ. reſp.
z Cic. de diuinatio.
a Ci. pro domo ſua.
b Cicer. li. j. de inuentio.

Valens Iuriscon sultus. 12 l *Aburnius Valens*) † Hic Aburnius Valens, aut si mauis Eburnius, seu vt Capitolinus vocat, Saluius, sub Antonino Pio floruisse videtur. cui & ad ius nouũ condendum, & vetus intetpretandũ diligētem operam suam præbuisse Capitolinus testatur.[d] An autem hic sit Fabius Valens ad quem extat Plinii quædam epistola, [e] lectoris esto iudicium.

c l. vl. C. de ser. reip. manumit.
d Iul. Capitol. in Anton. Pio.
e Pli. li. 4. epiſ.

Tuscianus. 13 m *Tuscianus*) † De hoc Tusciano nusquam memini quicquam me legisse.

Iulianus. 14 n *Saluius Iulianus*) † Saluius Iulianus Seuerus (quem Iustinianus summum authorem iuris scientiæ nuncupat[f]) origine Mediolanēsis, nobilissimęq. familię, iuris peritissimus per Adriani, Antonini Pij, ac diuorum fratrum tempora habitus est: apud quos omnes magna in veneratione fuit. nam iis omnib. in cõsiliis assed.t. duos consulatus gessit. primum cum Plautio Syluano condite vr bis anno Dccċxiij. & à Christo nato cxliij. alterum septem post annis cum Torquato Asprenate, vtrumq. Antonino Pio imperante sub quo etiã Præfecturam vrbis meruit: & fœliciter administrauit. Eum diui fratres amicũ suũ,

f l. inter antiquam. C. de vſufruct.

Didius Iulianus. 15 & clarissimum vitũ appellant.[g] † Abs quo progenitum fuisse Didiũ Iulianum Imperatorem qui Aelio Pertinace optimo principe obtruncato Romanorũ Imperiũ vsurpauit satis cõstat. quod Spartianus, & Eutropius testātur. Didio Iuliano, inquit Aelius Spartianus, qui post Pertinacem imperiũ adeptus est, proauus fuit Saluius Iulianus bis cõsul, Præfectus vrbis, & Iurecõsultus, quod magis eum nobilē fecit.[h] Idémque Eutropius, post Pertinacem ait, Didius Iulianus rempublicã inuasit. vir nobilis & Iurisperitissimus: nepos Saluij Iuliani, qui sub Diuo Adriano perpetuum composuit edictũ.[i] Porrò aũt cum edicta Prætorum olim annua Cornelius Ambitiosis Prætoribus omnem male-

g l. diui fratres de iur. patro.
h Spartianus in Didio Iuli.
i Eutro. li. 8. de geſtis Romano.

Edictum perpetuũ. 16 faciendi ansam præcludere cupiens constituisset vt perpetua essent: [k] † Hic noster Saluius Iulianus Adriani Cæsaris tempore, ea omnia, quæ perpetuatione digna animaduertit, in vnum collegit, certáque ordinauit congruorũ titulorũ serie. quem idcirco Iustinianus, grauissimum edicti perpetui conditorē, & ordinatorē vocat.[l] licet autē Seuerus Imperator in inuidiã Didij Iuliani, qui sicuti diximus nepos erat Saluij, illa de edicto perpetuo Saluij Iuliani decreta aboleri iusserit: non tamen obtinuit. † Ad extremam vsq; senectu-

k Aſcõ. Ped. in oratio. pro Cor. de maieſta.
l l. ij. §. ſed quia diuinæ. C. de vet. iur. enucle-and. l. pe. C. de condi. indeb.

Iuliani senecta. 17 tem noster Iulianus peruenit, nimirùm ad Antonini Commodi tempora: tũque iussu Cæsaris inter principes viros cæsus: cuius filium qui exercitib. præerat, ad impudicitiã à Commodo frustra tentatũ, indéq; Cæsarem patri Iuliano insidias tetendisse Lampridius author est.[m] In Saluij Iuliani laudē inscriptum statuæ Grẹco sermone epigramma Andreas Alciatus ipse quoq. & Mediolanensis, & Iurisconsultissimus, sic vertit.[n]

m Lamprid. in Commodo.
n Alc. li. 2. Diſpunctio. c. 27.

Iulianum Beroe leges mirata docentem:

Romáque Diis possunt omnia dixit agi.

Extat eius memorabilis illa vox Græca, sed in hanc sententiam, & si alterũ pedem haberem in tumuló, non pigeret aliquid addiscere.[o] tanta in homine fuit auiditas discendi, vt saturari nunquam potuerit.

o l. apud Iulianum ff. de fidei comm. liberta.

IOANNES CORASIVS TOLOSAE

scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE LEGIBVS SENATVSQVE CONSVLTIS, ET LONGA CONSVETVDINE.

TITVL. III.

SVMMÆ RERVM

1 *Iuris ciuilis partes.*
2 *Legis verbo quid veniat.*
3 *Lex vnde dicta.*
4 *Nomos, Nomotheta.*
5 *Nomophylaces.*
6 *Magistratus sunt legum custodes.*
7 *Lex olim canebatur.*
8 *Lycurgus cur leges non scripserit.*
9 *Memoria scriptura nocet.*
10 *Senatusconsultum.*
11 *Iesus in Petrum affectio.*
12 *Lex, pro capite legis ineptè.*
13 *Consuetudo.*
14 *Aequitas.*

QVONIAM omne ius nostrum, aut ex scripto, aut ex non scripto conflatum est:[a] nec de ciuili iure nisi generatim quædam superioribus titulis dicta sunt: nunc extensiùs paulò tractandas eas iuris partes, hoc titulo resumit legislator. †Qua in re meminisse nos oportet, Iuris ciuilis scripti partes quinque Papinianum constituisse: [b] & 1
inter eas legem referre. † Cæterum legis verbum, tunc 2
contrahitur, vt eam duntaxat iuris partem designet, quam Romanus populus centuriatis comitiis sanciebat. [c] Hîc autem verbo legis quicquid ciuili iure nostro scriptũ, intelligere nos oportet. [d] nã & lex propriè de iure scripto dicitur, q̃ videlicet scrispto sãcit, quod vult aut iubẽdo, aut vetãdo: [e] ac ꝑinde morib. & cõsuetudini, frequẽter opponitur. [f] Quod erroris ansã ꝑbuit Isidoro, ac aliis plerisq;, vt crederent, † legẽ, quia ex scripto publicè legeretur, vt om 3
nibus nota esset, à legendo dictam, cùm tamen à legendo, id est deligendo, Latinis appellata existimari debeat, quod in lege insit delectus rerum agendarum, [g] in ea quippè deligimus, quæcunque putamus esse iusta, sancta, honesta, & iis quibus imperamus vtilia. [h] Itaque, inquit M. Cicero, arbitrantur prudentiam esse legem, cuius ea vis sit, vt rectè facere iubeat, vetet delinquere, eámque rem illi, Græco putant nomine, à suum cuique tribuendo appellatam: ego nostro, à legendo. Nam vt illi æquitatis, sic nos delectus vim in lege ponimus, & proprium tamen vtrumque legis est. [i] & alibi. Ex quo intelligi par est eos, qui perniciosa, & iniusta, populis iussa descripserunt, cùm contra fecerint, quàm polliciti, professique sint: quiduis potius tulisse, quàm leges vt perspicuum esse possit, in ipso nomine legis interpretando inesse vim & sententiam iusti, & iuris legendi, id est deligendi. [k] Sanæ Græci legem † νόμον, à suum cuique tribuendo vocant: & legislatores, Nomothetas: 4
[l] eos autem qui leges custodiunt, Nomophylaces. Plato non temerè legem, nomen menti proximum possidere ait. νόος enim mentem, νόμος verò legẽ significat: omnium enim sermonum, & actionum nostrarum legislatoris scripta, perspicuum examen nobis sunt. [m] † De nomophylacibus, sic M. Cicero 5
scribit: Legum custodiam nullam habemus, itaque hæ leges sunt quas apparitores nostri volunt: à librariis petimus publicis literis consignatam memoriam

a l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. §. constat. inst. de iur. natu.
b l. ius autẽ. ff. de iusti. & iur.
c §. lex inst. de iur. nat. e. lex. cum sequ. j. & ij. distinct.
d l. j. hoc titul.
e C. li. j. de le.
f l. omnes. ff. de iusti. & iur. §. ius autẽ inst. de iur. na.
g Ci. li. j. & ij. de legib.
h c. erit autẽ lex iiij. distinct.
i Cic. li. j. de le.
k Ci. li. ij. de leg.
l l. vj. j. hoc tit.
m Plato lib. 12 de legib.

Iuris ciuilis partes.
Legis verbo quid veniat.
Lex vnde dicta.
Nomos, Nomothetæ.
Nomophylaces

riam publicam nullam habemus. Græci hoc diligentiùs, apud quos Nomo-
philaces creãtur: nec ij solùm literas, sed etiam facta hominum obseruabãt,
ad legésque reuocabant.[n] Columella verò sic ait: Quod etiam in bene mora
tis ciuitatibus, semper est obseruatum, quarum primoribus, atque optima-
tibus non satis visum est bonas leges habere: nisi custodes earum diligen-
Magistratus sunt Nomophylaces
6 tissimos ciueis creassent: quos Græci νομοφύλακας appellant. † Horum erat of-
ficium, eos qui legibus parerent, laudibus prosequi, nec minus honoribus:
eos autẽ qui nõ parerent, pœna mulctare: quod nũc scilicet faciunt magistra
tus, assidua iurisdictione vim legum custodientes.[o] Sed nec illud prætereun-
dum, quod ad notationem Græci nominis spectat: quosdam scripsisse leges
Leges cãtandome memoriæ mãdatæ.
7 νόμους appellatas, quas iidẽ ᾠδὰς nominant. † quia leges, vt commodiùs mãdari
8 memoriæ possent, publicis, & priuatis cantibus vsurparentur. † eáq; ob cau-
Lycurg⁹ cur leges non scripserit.
sam noluisse Lycurgum scribi leges, quas Lacedæmoniis dedisset: vt men-
9 tibus ciuium suorum hærerent tenaciùs. † Nam quę mandamus literis, vt Cę
sar dicebat, scire memoriter negligimus. cùm ea vtpotè scripta, vbi opus
fuerit reperire confidamus. Verumenimuerò dixerit quispiam, si legis verbo
Memoriæ scriptũ nocet. Senatusconsultum
hîc, quodcunque ius scriptum significatur: cur adiecit legislator in hoc ru-
10 bro, senatusconsulti mentionem? † cùm Senatusconsultum iuris scripti sit
species?[p] Respondeo, quia eam legis partem peculiariter tractaturus erat,[q]
quemadmodum Imperator titulum de seruitutibus & aqua inscripsit:[r]
quamuis enim Aquæductus seruitus sit:[s] quia tamen de illa maximè dictu-
rus erat, eam post generale seruitutis nomen expressit. † Nec valdè ab-
Christi in Petrũ affectio.
11 horret peculiaris Christi in Petrum affectio: quæ cum iussisset per ange-
lum pias illas mulieres, quæ ad monumentum venerant abire, & discipu-
lis renuntiare, quod Iesus eos in Galileam præcederet, non satis habuit di-
cere, abite, & dicite discipulis, nisi Petro adiecisset: cui ter abnegatus domi-
nus, mœrorem conduplicarat.[t] † Ex his porrò satis intelligimus legis verbum
Lex pro capite legis ineptè.
12 ineptissimè accommodari minutulis capitibus (quæ hodie solent in cu-
riis, & scholis leges appellari) sed plenis & generalibus de aliqua re san-
ctionibus, vt legi Iuliæ, Corneliæ, Pompeiæ & similibus, quæ nonnun-
quam de diuersis rebus, ac negotiis cauebant. Altera iuris nostri pars ex
non scripto constat.[u] De negociis enim, quibus scripto iure non vtimur, id
Consuetudo.
13 seruandum est, quod diuturnus vsus approbauit, quod ius † Consuetudo dici-
tur.[x] Consuetudo (inquit M. Cicero, aut quisquis alius Rhetoricorũ author)
ius est quod sine lege, atq. si legitimum sit, vsitatum est.[y] & tametsi non sit e-
xemplis iudicandum:[z] Vsus tamen, per plurium actuum conformium fre-
quentiam & temporis diuturnitatem comprobatus, pro lege sequendus est:[a]
Ius enim esse putatur, vt Cicero scribit, quod omnium voluntate sine lege
vetustas confirmauit.[b] Et vsus, inquit Liuius, grauissimus est iuris censor, &
explorator, vt non possit non æquum esse & vtile, quod is probauit, sæpiùs
Aequitas
14 facto periculo.[c] † Aequitatem quoq. M. Cicero iuri non scripto attribuit: quę
perfecta est animi ratio, nullis scriptis comprehensa, pro emergentibus rerũ
circunstantiis iudicans.[d]

n Cic. lib. iij. de legib.
o Columella li. 12. de re rust. c. iij.
p l. ius autẽ. ff. de iust. & iur.
q l. non ambigi tur. §. hoc titu.
r C. de seruit. & aq.
s l. j. ff. de ser. rust.
t Marci. 6. c.
u l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. §. ex nõ scripto. inst. de iur. na.
x l. de quib. cũ seq. §. hoc tit.
y Ci. li. j. Rhet.
z l. nemo. C. de senten.
a d. l. de quib. vbi dicam.
b Ci. li. ij. de inuentio.
c Liuius lib. 2.
d l. de accessio nib. ff. de diue. & tẽpor. præs. dixi l. j. ff. de iust. & iur.

L. I. LEX EST.

Papinianus lib. 1. Definitionum.

LEX est[a] commune[b] præceptum,[c] virorum[d] prudentium[e] consultum:[f] delictorum,[g] quæ sponte,[h] vel ignorantia[i] cõtrahuntur, coercitio:[k] communis reipublicæ sponsio.[l]

SVMMÆ RERVM.

1 *Lex quid.*
2 *Legis causa quatuor.*
3 *Commune pro generali.*
4 *Fœmina quibus arceantur.*
5 *Amazones.*
6 *Mulieres quando suffragium habuerint.*
7 *Theodora coniux Iustiniani.*

a LEx est) Hîc legis verbum, generaliter accipe : vt omne ius scriptum, 1
& singulas eius species conprehendat.ᵃ ad quod diriguntur constitutio
nes hominum, quæ vel improbos supplicio afficiunt, vel bonos defendunt,
& tuentur.ᵇ Quam legem Papinianus hîc rectè atque ordine definiuit, † 2
quatuor causas, artificiosè complectens. Efficientem, Formalem, Ma-
terialem, & Finalem. Efficiens causa legis erat olim populus, ᶜpostea prin-
ceps, vel per se,ᵈ vel per eos quibus id muneris demandabar,ᵉ qui omnes *pru*
dentum virorum, verbo continentur. Forma legis est, vt communis sit, id est
generalis de omnibus non in singulas personas.ᶠ Ideo dicit *Commune præcep-*
tum. Materia, sunt delicta, contractus, & alia facta negociáque ciuium,
quæ Papinianus complectitur illis verbis, *Delictorum* &c. Finis verò
legis est publica ciuium salus, & tranquillitas (námque dicebat vetus
illa lex, *Salus populi, suprema lex esto*) ᵍ & æqualitatis inter omnes con-
seruatio.ʰ ac proinde subnectit Iurisconsultus, *Communis reipublicæ*
sponsio.

b *Commune*) † Hoc est generale ad omnes,ⁱ quando legis officium sit, non in 3
singulas personas statuere, sed generaliter de negociis hominum diffinire.ᵏ
Nec quemquam clam esse puto, commune pro eo poni, quod nõ proprium
alicuius est, sed plurium aut multorum, atq. vt infinitos alios præterea locos,
finitimus huic est, apud M. Ciceronem. Commune autem præceptũ, inquit,
hoc datur ad enumerationem.ˡ

c *Præceptum*) Quo imperantur honesta, & prohibentur contraria, suppliciô
que afficiuntur improbi, & boni præmiis honorantur, & à malorum iniuriis
vindicantur.ᵐ quod M. Cicero passim inculcat.ⁿ vnde legem diffiniens ait,
Lex est recti præceptio, prauíque depulsio.ᵒ

d *Virorum*) † Non ergo mulierum,ᵖ quæ ob iudicij fragilitatem, & incon- 4
stantiam, ac sexus imbecillitatem,ᵠ ab omnibus officiis ciuilibus, & publicis
remotæ sunt. ʳVnde nec iudicare,ˢ nec arbitræ constitui ᵗ valent, multóq. mi-
nus condendis legibus, aut staturis interesse,ᵘ aut consuetudinem inducere,
quæ legis instar habet.ˣ quin imò nec veteres permittebant rem etiam pri-
uatam à mulieribus tractari sine authore : sed eas in manu esse parentum,
fratrum & virorum voluerunt. Vetiti, dicebat M. Portius Cato, ne mox
euaderent superiores, cum pares esse cœpissent.ʸ † Quod verò Amazoni- 5
bus leges suas fuisse nonnulli obiiciunt, non valdè mihi ad rem pertinere
videtur, quando sine viris illæ viuerent. namque obtruncatis maribus quos
genuissent, seruabant fœminas, mammas ei dextras inurentes : ne impedi-
mento essent ad pugnam, aut sagittæ iactum. vnde & nomen acceperunt:
eo quod mammis carerent. ab α, sine, & μαζός, mamma, † Quamuis autem in 6
Græcia, suffragij ius quondam mulieres habuerint: eo tamen non multò post
Atticæ fœminæ priuatæ fuerunt. quod in donando vrbi nomine pro Mi-
nerua contra Neptunum vnius numero, superiores euasissent.ᶻ Itaque
meritò reiecta est Spartanorum consuetudo, in quorum imperio multa à
mulieribus administrabantur.ᵃ Quanquam quid interest, inquit philo-
sophus, vtrum mulieres præsint, an ij qui præsunt, mulieribus pareant?ᵇ
Plato tamen non omninò arcet mulierum genus ab administranda repu-
blica, si quamodo reperiatur idonea, censens, oportere mulieres doctri-
næ, cæterorúmque, quàm maximè cum viris participes fieri : stultissi-
múmque hoc in nostris regionibus esse, vt non iisdem studiis mulieres
ac viri, omni conatu, consensúque, dent operam.ᶜ † Et Iustinianus noster 7
gloriatur se in colenda lege Theodoram vxorem in consilium ad-
hibuisse.

Legis verbum.
Quatuor legis causæ.
Cõmune pro generali.
Mulieres quibus arceantur.
Mulieribus nihil permittẽdum.
Amazones.
Mulieres quãdo ius suffragij habuerit.
Theodora vxor Iustiniani.

a Ci. li. j. de le.
b l. j. ff. de iust. & iur.
c §. lex. inst. de iur. nat.
d l. vlt. C. de legib.
e l. non ambigitur. inf. hoc tit.
f l. iura. hoc tit.
g Cic. lib. iij. de legib.
h Ci. li. j. de or.
i l. ij. §. his legi. ff. de orig. iur.
k d. l. iura. vbi dixi.
l Cic. li. ij. de inuent.
m l. j. §. j. ff. de inst. & iur.
n Ci. li. 3. de le.
o Ci. li. ij. de na. Deo.
p l. cum prætor. ff. de iud. l. maritus. C. de procur.
q c. forus. in fi. de verb. signi.
r l. ij. ff. de reg. iur. l. j. ff. ad Velleia.
s d. l. cũ Prætor.
t l. pe. C. de arbitr.
u vt hac l.
x l. de quib. in. hoc tit.
y Liui. lib. 34.
z August. li. 5. de ciuit. Dei c. 9. dixi lib. j. Miscel. c. 15.
a Arist. lib. ij. Politi. c. 7.
b Arist. vbi s.
c Plat. li. 7. de legib.

hibuisse.[d] cui præterea iusiurandum ab administrationem suscipientibus, ac sibi præstari voluit.[e] Sed de iis alibi commodiùs.[f]

Prudens qui. 8 e *Prudentium*) Prouidentium virorum, multarúmque rerum peritorum.† Prudentes sunt, inquit Plato, qui agenda, dicendáque cognoscunt. Imprudentes qui neutra vident.[g] Et prudentiam M. Cicero definiuit, rerum bonarum, & malarum expetendarum, aut fugiendarum scientiam,[h] quâ nihil homini à Deo optimo Maximo præstantius datum est. vt enim medicina valetudinis: sic viuendi inquit ille, ars est prudentia.[i] Neque verò credendum sapientiam, quæ vt veteres philosophi definierunt, est rerum diuinarum, & humanarum causarúmque quibus hæ res continentur, scientia,[k] eandem cum prudentia esse. illa nanque tota in vsu, & memoria collocata est. vnde Afranius poeta.

Sapiétia.

Usus me genuit, mater peperit Memoria,
Sophiam vocant Graij vos sapientiam.

Hæc verò in circunspectione & prouidentia, quocirca Anaxagoras, Thales, Democritus, & id genus Philosophi sapientes quidem, existimati sunt: non etiam prudentes. Quia neque guari, neque curiosi, propriorum commodorum fuerunt. Certè prudentiam, caput & ducem reliquarum virtutum esse Plato scribit,[l] & alibi, Prudentes, & iustos apud Deum, & homines sanæ mentis, præcipuè honorari, eos definiens esse qui sciunt, quæ erga Deum, & homines agere, dicereque conueniat.[m] Aristoteles alicubi scribit, simul cum prudentia omnes virtutes existere: cuius partes sunt industria, & in consuleudo fœlicitas.[n] Vix enim à consilio prudentia separatur: nisi quod consilium præcedit, prudentia sequitur: consilium statuit, prudentia exequitur.[o]

Consultum. 9 f *Consultum*) † Decretum, & deliberata sententia,[*] atque vtinam inquit M. Cicero, iis omnibus abstergere fletum sententiis nostris, consulitsque possemus.[p] inde Senatusconsulta, pro patrum conscriptorum, ipsiúsque senatus decretis. Non est igitur lex quæcunque imperantis, aut superioris voluntas: sed decretum principis probi, prudentis, & benè consulti.[q]

Lex omnium nulla. 10 g *Delictorum*) † Nullæ igitur leges aureo seculo fuerunt: quo nulla inter homines contentio, atque ita crimen nullum: sed quisque fidem, & rectum sua sponte retinebat. quod & indicat Ouid.[r]

Nondum iustitiam facinus mortale fugarat:
Ultima de superis illa reliquit humum.
Próque metu populum sine vi pudor ipse regebat:
Nullus erat iustis reddere iura labor.

Quin & Homeri tempore legis nomen, Græcis inauditum fuisse, vel ex ipso Homero cognoscimus, qui nulla operis sui parte, vocabuli legis meminit.† Vnde Iosephus ostendit Mosen, Lycurgo, Solone, reliquísque Græciæ legum latoribus antiquiorem.[s] † Porrò autem Delicti verbum hoc loco accipimus pro omni eo, quod non iure fit, & ab æquitate, boníque viri officio est alienum,[t] veluti cum M. Cicero legem definiuisset, esse rationem summam insitam à natura, quæ facienda iubet, & vetat contraria. paulò post adiicit legis eam vim esse, vt rectè facere iubeat, vetet delinquere.[u] vt sic intelligamus in contrahendo quoque & aliis ciuilibus negoriis delinqui,[x] non ab eo tantùm, qui sciens prudens retinet alienum: sed etiam si ignoranter.[y] quia fraus re ipsa interuenit.[z] Enimuerò Augustinus, Delictum à peccato separans, Delictum dicit esse quoquomodò à rectò declinare: Peccatum verò facere malum.[a] vnde sunt qui putant delictum propriè dici, quod ignoranter committitur.[b] illud Dauidis citantes. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.[c]

Moses cæteris legum latoribus antiquior. 11 12 Delinquere, de lictum.

d §. hæc autem omnia. in auth. vt iudi. sine quoq. suffrag. col. ij.
e §. j. in auth. iusiuran. quod præst. coll. j.
f l. j. ff. de senato.
g Plat. in Alcibiade. ij. vel de voto.
h Cicer. lib. ij. offic. & de inuentio.
i Cice. lib. 5. de fini.
k Cice. lib. ij. offic. & iiij. Tusc.
l Plato lib. iij. de legib.
m Plato in Alcibiade. ij. vel de voto.
n Arist. lib. 6. ethi.
o l. v. hoc tit.
p Cic. 14. Philip.
q l. ij. l. & ideò. j. hoc tit. dicâ. l. j. ff. de consti. prin.
r Ouid. li. j. Fastor.
s Iosephus contra Appionem. lib. ij.
t l. j. C. si adu. deli.
u Cic. lib. j. de legib.
x l. cum mancipium. ff. de ædil. edict.
y Accu. aut. quæ in prouincia. C. vbi de cri. ags oport.
z l. si quis cum alter. ff. de verb. obli. l. ij. C. de resci. vẽd.
a Augusti. in quæstionib. Leuitici.
b Glo. c. si peccatum. de pœni. distin. j.
c Psalmo 24.

h *Sponte*) De industria, ex proposito, & deliberata voluntate. † Delinquimus enim vel proposito, vel impetu, vel casu.[d] Proposito delinquit qui de industria, & meditatè alteri nocet.[e] vt cùm Tarquinius Lucretiam stuprauit, & vi oppressit.[f] cuiusmodi homines maximè puniendi sunt: quando voluntas, & nocendi libido in maleficiis præsertim spectetur.[g] Impetu delinquitur, ab eo qui furore accensus & ad instantis vis depulsionem & tutelam sui corporis, alterum offendit:[h] vt cùm desponsam vni ex Curiatiis sororem, sponsi sui mortem flebiliter lugentem, Horatius repentina percitus ira, velut patriæ inimicam, gladio transfixit.[i] Et cùm Clodius Miloni insidiatus ab eo, aut eius seruis, interemptus est.[k] Casu verò delinquit is, qui præter omnem voluntatem alteri infert iniuriam.[l] Quomodò ferunt Telegonum Vlyssis ex Circe filium, & à ministris paternis ædium ingressu prohibitum, patrem occidisse.[m] quod delicti genus, cùm nulla præcesserit maleficiendi voluntas,[n] pœnam non habet.[o] nisi tamen culpa casum præcederet, quod mox enarrabo. 13

Delinquitur multipliciter. Proposito. Impetu. Casu.

i *Ignorantia*) Fortuitò casu. † Nanque ex superioribus constat, ignorantem quandoque delinquere, veluti cùm telo in feram venando immisso, aut pila in tonsoris manus ludendo deiecta hominem interemit, vel aliter, citra nocendi animum, casu alterum lædit.[p] aut per imprudentiam.[q] Cuiusmodi delicta non solent pœnam habere.[r] cùm ex voluntate crimina & delictorum pœnas metiamur.[s] neque debeant imputari fortuiti casus,[t] qui nullo hominis consilio præuideri possunt,[u] nisi tamen culpa casum præcederet.[x] quia daretur opera rei illicitæ,[y] aut se immisceret rei ad se nón pertinenti.[z] vel etiam imperitia quoquomodò posset culpæ assignari.[a] † Sic enim plecti conuenit medicum imperitum, qui noxium pharmacum ægroto per ignorantiã exhibet.[b] & iudicem qui per imperitiam iniquè, & contra ius iudicat.[c] quando nec quidem in bubulco, armenti pascendi, toleretur ignorantia.[d] adeò exosam habuere Iurisconsulti imperitiam artis quam profitemur. Circunspectum tamen hac in re oportet esse iudicantẽ. cùm enim errantes maioris pœnæ excusentur:[e] Leuius certè puniendi sunt, qui per imprudentiam peccauerunt, quàm si scientes prudentésque deliquissent.[f] 14 15

Ignorãs delinquit. Medicus imperitus. Artis imperitia.

k *Coercitio*) Quod Martianus, mox appellabit coercitionem voluntariorum, & inuoluntariorum peccatorum.[g]

l *Sponsio*) Hoc est mutua promissio, & communis omnium ciuium consensus.[h] vt definitio Lycophtonis Sophistæ, apud philosophum explicat.[i] † Lex inquit, conuentum est, ciuibúsque inter ipsos quasi stipulatio, intercedit. & Martianus, legem esse ait, communem ciuitatis sponsionem, seu compositionem.[k] Iulianus quoque nulla alia ex causa nos vinciri legibus dicit, quàm quòd populi iudicio sunt receptæ.[l] † Ergo Sponsionis hoc loco verbum, promissionem & consensum significat. aliquando tamen notat pignus, à duobus aliqua de re certantibus ea lege depositum, vt victori detur.[m] qualis illa fuit Cleopatræ & M. Antonij de consumendis vna cœna, centies HS. electo in eam rem Plancio iudice.[n] & illa Asclepiadis cum fortuna, ne vnquam ipse ægrotaret.[o] Soléntque in dies Romæ præsertim, eiusmodi sponsiones fieri, si Iulius pontifex creetur, si Cæsar hoc anno moriatur, si nauis mercibus onusta salua portum appellat.[p] & aliæ id genus, quæ an viribus consistant, alibi disputaui.[q] 16 17

Stipulatio in lege. Sponsio quid.

d l. respiciendũ. ff. de pœn. e l. j. C. de sicar. c. j. de homi. in 6. f Liui. l. j. in fi. g l. verum. ff. de furt. l. diuus. ff. de sica. h l. vt vim. ff. de iu. & iur. c. vlt. 35. di. i Liuius lib. j. k Ci. pro Milone. l d. l. respiciendum. §. vlt. m Ouid. lib. iij. Fasto. n d. l. verum. o l. qua actione. §. j. l. item Mela. ff. ad l. Aq. c. lator. de homicid. p l. respiciendum. §. vlt. ff. de pœn. c. lator. de homicid. q l. item Mela. ff. ad l. Aqui. r d. c. a lator. d. l. item Mela. s l. verum. ff. de furt. t l. si res. ff. de adm. tuto. l. qua fortuitis. C. de pig. acti. u l. ij. §. si eo tẽp. ff. de adm. re ad ciui. pert. x l. in rebus. ff. commod. l. si seruus. §. si fornacar. ff. ad l. Aqui. y l. lege. §. j. ff. de sica. c. continebatur. de homi. z l. culpa. ff. de reg. iur. c. tua. de hom.

a l. imperitia. ff. de reg. iur. b l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. præsid. c l. ij. ff. quod quisq. iu. d l. si quis. §. Celsus. ff. loca. e l. vltim. ff. de ritu nuptia. f l. qui ædes. ff. de incend. l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœn. g l. j. §. hoc titul. h l. item veniunt. §. pridie. ff. de petit. hæred. i Aristot. li. iij. Politice. c. 6. k l. ij. infra hoc tit. l l. de quibus. hoc titul. m l. iij. ff. de aleato. l. si rem. §. vlt. ff. de præscri. verb. n Plin. lib. 9. c. 35. o Pli. lib. 7. c. 37. p l. in naue. vbi Castren. ff. loca. q In epistol. quæst. cap. 7.

L. II. NAM ET DEMOSTHENES.

Martianus lib. 1. Institutionum.

Nam & Demosthenes[a] orator, sic definit. [b] νόμος, &c. id est, lex est, cui omnes[c] obtemperare conuenit. [d] tum ob alia multa, tum vel maximè, eo quòd omnis lex inuentum, ac munus Deorum[e], est. decretum verò prudentium hominum, coercitio voluntariorum[f] & non voluntariorum peccatorum. Ciuitatis[g] autem compositio* communis. [h] ad cuius præscriptum omnes qui in ea republica sunt,[i] vitam instituere debent. Sed & philosophus summus Stoicæ sapientiæ[k] Chrysippus,[l] sic incipit librum, quem fecit. ὁ νόμος, &c. id est, lex omnium diuinarum, & humanarum rerum regina. [m] Oportet autem eam etiam præsidere & bonis[n] & malis,[o] & principem & ducem esse: & secundum hoc, regulam[p] esse iustorum, & iniustorum,[q] & eorum quæ natura ciuilia sunt,[r] animantium: præceptrix quidem faciendorum: prohibitrix autem non faciundorum.[f]

* aliàs sponsio.

SVMMÆ.

1 *Demosthenes orator.*
2 *Philippica Ciceronis.*
3 *Tutores Demosthenis.*
4 *Vir fugiens iterum præliabitur.*
5 *Lex omnium princeps.*
6 *Princeps quibus legibus solutus.*
7 *Lex Deus est.*
8 *Zamolxis.*
9 *Numa Pompilius.*
10 *Aegeria nympha.*
11 *Minos Cretensis.*
12 *Mahumetes.*
13 *Voluntaria delicta.*
14 *Ciuitas sine legibus.*
15 *Sponsor iuris.*
16 *Forenses an ligentur legibus.*
17 *Philosophia triplex.*
18 *Phisica.*
19 *Dialectica.*
20 *Ethica.*
21 *Academici.*
22 *Peripatetici.*
23 *Stoici, Stoica sapientia.*
24 *Christianorum summum bonum.*
25 *Chrysippus.*
26 *Ceramicus.*
27 *Lex quando posita iusto.*
28 *Aeginetarum mos,*
29 *Lex breuis, & rara esse debet.*
30 *Ciuile quid.*

Demosthenes. 1 [a] DEmosthenes) † Oratorum Græciæ columē, & decus Demosthenes fuit. Lōgéque princeps eorum decem oratorum, quos tulit simul Athenis vna ciuitas, vt non magis Athenas ipsas, Atticas fuisse, M. Cicero, credat ipso Demosthene.[a] Cui propter summam eloquentiæ vim, in omni genere dicendi, tantùm alibi tribuere voluit, † luculentas illas orationes, quas in M. Anthonium Triumuirum habuit, Philippicas, appellârit. (Philippicæ Ciceronis. 2) quo patefaceret se totum ad imitationem Græcorum conferre, imprimísque ipsum Demosthenem æmulari,[b] ad quem dicturum concursus audiendi causa ex tota Græcia fiebat.[c] Delicatus tamen Cicero quandoque dixit, non semper aures suas impleuisse Demosthenē: vsque adeò difficiles inquit aliquando & morosi sumus, vt néc quidem satisfaciat nobis ipse Demosthenes. [d] Patrem habuit Demosthenem, virum imprimis honestum, ac probum, diutémque, à quo Demosthenes filius septennis relictus, † cùm tutores patrimonium opulentum, nempè quindecim talentorum, hoc est ad rationem monetæ Gallicæ, nouem millium coronatorum malè administrarent, magnam in bonis cladem accepit. nec liberalibus disciplinis, vt dignum erat, imbui potuit, accedente potissimum corporis imbecillitate, & tenui valē-

(Tutores Demosthenis. 3 — Demosthenis facultates.)

a Cice. in orat. perf.
b Ci. in Philip.
c Cice. de clar. orat.
d Ci. in orator.

tudine quæ ipsum laboribus onerari non permittebant. Progressu tamen temporis robustior factus, tāto animi ardore eum lucubrasse ferunt, vt duos aut tres menses continuos, domi inclusus sine intermissione studeret, abrasa parte capitis, quò sibi facultatem exeundi praeriperet, quoscunque opifices, nocturnis vigiliis tanta diligentia præueniens, vt dolere se diceret, si quando opificum antelucana vinceretur industria. [e] Cùm autem Calistratum oratorem audisset, causam Oropi magna cum omnium admiratione agentem, cæteris artibus neglectis ad dicendi facultatem, & disciplinam comparandam sese omninò contulit. quam necessitate recuperandi patrimonij aduersus tutores primum exercuit, natura ipse & ingenio tardus, timidúsque: sed labore & exercitatione valens. voce prætereà lingua & spiritu laborabat præsertim ρ litera, sed vocem currendo & scandendo inter pronuntiandum exercuit: hæsitantiam linguæ coniectis in os lapillis, spiritum verò orationes, versúsque continua, densáque spiratione proferendo, ita emendauit, vt vocis suæ suauitatem Sirenum cantilenæ comparare non dubitaret. quam ei vaniloquentiam Aeschines eius æmulus, exprobrauit. [f] sed & tunc leuiculum se ostendit, cum susurro cuiusdam mulierculæ, aquam ferentis, alteríque dicentis, *Hic est Demosthenes*. delectari se dicebat. bello haud quaquā fortis fuit. nanque prælio illo insigni, quo apud Chæroneam, Philippus Alexandri magni pater Athenienses vicit abiectis armis, fuga sibi quæsiuit salutem, ac ideò Rhipsaspis appellatus. Cúmque id ei quod fugerat, probrosè obiiceretur, versu illo prouerbiali & homerico, exprobrantes elusit. (*Vir fugiens iterum pugnabit*) significans nō confestim despondendum animum, si quid infœliciter in bello cedat. quandoquidem possit victus denuò pugnans vincere. & quod hac non successit prosperè via, fœliciùs alia aggredi. Aduersus corruptelas quoque pecuniarum impurus habitus est. nam & qui Harpalum, ex conscientia rei malè administratæ, Alexandri conspectum fugientem, principio vrbe Athenarum propellendum censuerat: ne admissus grauem belli causam excitaret, accepto vasculo, (cuius forma eum delectatum Harpalus animaduerterat) cum viginti talentis clam missis, eo die, quo aduersus Harpalum dicere debebat, collo, lana & vittis obuoluto, in concionem procedens, quasi anginæ morbo impediretur, orare recusauit. sed quidam, in eum facetè cauillatus, non συνάγχην, id est anginam, sed ἀργυράγχην, id est argentanginam Demosthenem pati dicit. significans magis pecunia & argento, quàm aliquo gulæ morbo retardatum ne oraret. Quocirca re pâtefacta & Harpalo expulso, Areopagitarum iudicio talentis quinquaginta condemnatus est, & in carcerem coniectus. vnde clam aufugit. factúsque exul in Agina, & Træzene, moram traxit. Postmodum tamen ab exilio reuocatus, missa in Aginam ab Atheniensi populo naui vna longa, illum adnectura: cui redeunti magistratus & sacerdotes vniuersi ciuésque gregatim obuiam processerunt. Sed non multò post mortem obiit. quam sibi consciuit, veneno sumpto per calamum ori admotum, & mordicus retentum. quasi scribere vellet, ne in Antipatri perueniret potestatem: cui mortuo, tantùm honoris impensum vt Athenienses statuam decreuerint. hoc disticho inscriptam.

Hic si quàm recta, tam forti mente fuisset:
Haud te Mars Macedo, Græcia capta ferat.

Prætereà constituerunt, vt qui natu maximus, ex genere Demosthenì esset publicis stipendiis donaretur. Reliqua poterit ex Plutarcho discere lector. [g]

b *Definit*) In prima oratione contra Aristogitonem Græcè, sed adhuc sensum Demosthenes eam legem esse dicit, cui parere omnes debent: cùm propter multa, tum hac de causa potissimum, quod omnis lex inuentum est, & donum Deorum immortalium, decretum hominum sapientum, regula

Margin notes:
Demosthenis in studiis diligentia.
e Cice. lib. iiij. Tuscu.
f Aeschines in oratione cōtra Ctesiphontem.
4 Vir fugiens.
Demosthenes morbum simulat.
g Plut. in Demosthene.
Legis definitio.

gula delictorum, quæ de industria & fortuito committuntur, ciuitatis commune pactum, cui viuere conuenienter, omnes qui sunt in vrbe, debent[b].

c *Omnes*) Quoscunque homines, regia etiam, aut alia qualibet princi-

Rex legi subest.

5 pis dignitate refulgentes, parere certè legibus oportet.[i] † Principi enim, quemadmodum Plutarchus ait, lex est princeps.[k] & Pindarus, Platóque eam omnium reginam meritò dixerunt mortalium & immortalium.[l] vt sic intelligamus tantam legis apud veteres authoritatem fuisse, vt illi Deos ipsos, nedum reges & principes subiici putauerint. vnde Euripides.[m]

Nos imbecilles forsan, & captæ sumus?
At Dij valentes, léxque Diuis imperans.
Etenim vel ipsos lege censemus Deos
Aequa, atque iniqua, hac finientes viuimus.

b Demosthenes in j. orat. contra Aristogitonem.
i l. digna vox. C. de legib.
k Plut. in Demetr.
l Plato in Gorgia.
m Euripid. in Hecuba.

Et Pausanias rogatus, cur apud Spartanos nullam liceret abrogare legem? sapienter respondit, quia leges oportet hominum dominas esse, non homi-

Princeps quibus legibus solutus sit.

6 nes legum.† Quod si decet omnes homines, ideo legi obedire, quia sit lex inuentum quoddam, & munus Deorum, vt Martianus subiicit: qua fronte obsecro contendere possunt Reges cæteríque Principes se legibus non teneri?[n] Nam quod in ciuili iure legimus Principem legibus solutum esse.[n] de legibus, quarum transgressio, nec pietatem, nec iustitiam, nec honestatem oppugnat, accipi debet. cuiusmodi sunt leges solemnium, & formularum quibus principes obstringi indecens profectò nimis esset.[o] aliis verò legibus eos obtemperare conuenit.[p]

d *Obtemperare conuenit*) Etiam si nonnihil incommodi, lex continere videatur.[q] summam enim legis rationem esse, credere par est, nobis plerunque incognitam, quam non ideo prorsus negligere debemus, nec etiam nimis anxiè perscrutari.[r] sed legem ipsam, tanquam Dei præceptum suspicere, venerari, custodire, & obseruare.[s] Nam & Sotacum illum sapientissimum cre-

Lex Deus est.

7 brò dixisse ferunt, † Lex Deus est, hanc venerare.

e *Munus Deorum*) Graue sanè vinculum ad continendos ciuium animos diuinitùs acceptas leges persuasum habere, vt non abs re, qui leges populis

Zamolxis.

8 primi dederunt alicuius religionis opinionem adiunxerint.† Zamolxis apud Getas leges suas Vastæ Deæ acceptas retulit. vnde & ipse tandem à Ge-

Numa.

9 tis pro numine habitus est.[t] † Numa Pompilius quò leges religionísque

Aegeria nympha.

10 cærimonias grauius Romanis stabiliret, cum † Aegeria nympha, & congressibus, & colloquium se habere simulauit. itaque Ouidius de vtroque.[u]

Aegeria est quæ præbet aquas dea grata Camœnis:
Illa Numæ coniunx, consiliúmque fuit.

n c. cùm inferior. de maior. & obe.
n l. princeps. inf. hoc tit.
o Lex imperfecto. l. omnium. C. de testa.
p l. ij. §. j. ff. de reb. eo. dixi. d. l. princeps.
q l. prospexit. ff. qui et à quibus.
r l. nõ omnium. vbi dixi infra hoc tit.
s Plato, lib. de regno. & in Gorgia.
t Herodot. lib. iiij. qui Melpomene inscribitur.
u Ouid. lib. iij. Fasto.

Minos.

11 Minos,† Iouis & Europæ filius, qui primus Cretensibus leges dedit, illas se

Mahumetis impostura.

12 habere à patre Ioue populo persuasit.† Mahumetes quoque insignis & famosus pseudopropheta, quò mortifera sua dogmata gratius Turcis insinuaret, eorum authorem Deum professus, populum in certum locum dicta die coire iussit, quasi legem diuinitùs missam in signis & prodigiis accepturum. Túncque eo apud populum concionante columba ad hoc ipsum fallaciter edocta super humerum eius aduolans stetit, & in eius aure, pro more grana reposita comedens quasi verba legis ei suggereret simulauit. Taurus quoque in eam rem pariter edoctus, vt de manu eius pabulum acciperet, ad vocem eius coram populo venit, & quasi legis nouę mandata cælitùs missa, quę ipse cornibus eius alligauerat, detulit. Sed ad rem. Lex igitur, vt Demosthenes ait, inuentum est & donum quoddam Dei.[x] cui consentiens M. Cicero, Lex est, inquit, recta & à numine Deorum tracta ratio: imperans honesta, prohibens contraria.[y] & alibi. Lex vera atque princeps apta ad iubendum,

x Demosthenes in oratio. contra Aristogitonem.
y Cicer. j. Philipp.

& vetandum ratio est summi Iouis.[y] & paulò ante eodem loco. Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingenijs excogitatam, nec scitum aliquod esse populorum: sed æternum quoddam, quod vniuersum mundum regeret. Ita principem legem illam, & vltimam esse dicebant, omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei, ex qua lex illa, quam Dij humano generi dederunt rectè est laudata. est enim ratio mensque sapientis ad iubendum, & ad vetandum idonea. Quòd si lex munus Deorum est, simul credamus oportet ea superiorum præcepta dumtaxat legis nomen mereri, quæ iusta, æqua sunt, & honesta.[a] ne iniustitiæ & iniquitatis Deũ authorem faciamus,[b] stultissimúmque existimare omnia iusta, quæ sita sunt in populorum institutis, & legibus.[c]

f *Voluntariorum*) † Voluntaria delicta Martianus noster appellat quæ Papinianus suprà sponte, hoc est de industria, & ex proposito contrahi dixi. Inuoluntaria verò quæ ignorantia, id est fortuitò & casu committũtur.[d] quod & descripta à nobis ex Demosthene definitio euidens facit. 13 Voluntaria delicta.

g *Ciuitatis*) † Quæ sine legibus nequit consistere. mens enim, & animus, & cõsiliũ, & sentẽtia ciuitatis posita est legibus, & vt corpora nostra sine mẽte: sic ciuitas sine suis partibus inquit M. Cicero, & neruis, ac sanguine & membris vti nõ potest. & cum legem dico, ait ille, nihil aliud intelligi volo quàm imperium: sine quo nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest.[e] Quid autem sit Ciuitas, iam superiùs docui.[f] 14 Ciuitas sine legibus.

h *Communis compositio*) † Mutua reipublicæ sponsio.[g] est enim Lex consensus sicuti Lycophton Sophystes dicebat, & veluti sponsor iuris inter ciues.[h] Enimuerò lex nulla nec Atheniensibus, nec Romanis quondam, nisi de ipsorum consensu, imponi potuit. Nam & apud Romanos legis sciscendæ potestas penes populum fuit. Nos autem qui meliore fato sub Regibus viuimus non communi ciuium sponsione, sed iusta principis authoritate legibus alligamur.[i] 15 Sponsor iuris cõsensus ciuium.

i *In ea republica sunt*) † Hinc cognosce legibus ciuitatis exteros non ligari.[k] nisi tamen vel expresśe (quod ipsum dubitationem non habet) vel tacitè se subiiciant iurisdictioni eius loci.[l] contrahendo [m] puta, aut quasi, per aditionem nimirùm hæreditatis,[n] vel susceptionem iudicij.[o] nam & in iudicio quemadmodum dici vulgò solet, quasi contrahitur.[p] Delinquendo nõn dissimili ratione. Forensis (si non excuset eum ignorantia [q]) obligabitur legibus ciuitatis.[r] cùm delinquens tacito quodam consensu se obstringat.[s] & rectè ducatur argumentatio de contractibus ad delicta.[t] Idémque in eo qui testatur dicendum. nam & is iurisdictioni loci in quo disponit, se videtur subiicere.[u] fortissimúmque est in nostra ciuili disciplina de contractibus ad testamenta argumentum.[x] Quod ita recipimus, si non circa personas testantium lex ciuitatis disponeret, idoneos puta faciendo, qui communi iure inhabiles erant: aut è diuersò reiiciendo eos, quos ius commune facit idoneos.[y] siquidem statuentes nihil potuerint in non subditorum personas.[z] 16 Forenses an legibus obstringãtur.

lz *Stoica sapientia*) † Philosophiam iamdiu docuimus, in tres partes distributam à veteribus.[a] nempè physicam, Dialecticam, & Ethicam. Physicæ proprium est de mundo, & iis quæ in eo sunt disserere. Ethicæ de vita moribúsque tractare. Dialecticæ verò ambarum partium adferre rationes, & disputare.† Sola vsque ad Archelaum Anaxagoræ discipulum Physica viguit. quam & ex Ionia primus ipse Athenas inuexit. vnde & Physicus appellatus: quique de rerum natura scripsere Physici nuncupari. φυσικός enim idem est quòd naturalis.[b] Dialectica † à Zenone Eleate Pyreti filio, & Parmenidis auditore initium sumpsit, à quo & verborum & rationum acumine pugnã- 17 Philosophia triplex. 18 Physica. 19 Dialectica.

z Cicero lib. ij. de legib.
a e. erit. autem iiij. distinct.
b c. quanto. de iureiur. c. inter cætera. 22. q. iiij.
c Cice. lib. ij. de legib.
d l. j. supra hoc tit.
e Cice. lib. ij. de legib.
f l. ij. in prin. ff. de orig. iur.
g l. j. supra hoc tit.
h Aristot. lib. iij. Politico. c. 6
i l. j. ff. de const. pri.
lz l. j. ff. de tutor. & cura.
l l. j. ff. de iudic.
m l. si fu. dus. ff. de euict.
n l. ij. C. quẽad. test. aperi.
o l. iij. §. vlt. ff. de testib. l. j. C. de emancip. li.
p l. iij. §. idem scribit ff de pecul.
q l. vlt. ff. de decre. ab ord. c. ij. de constitu.
r authent. qua in prouincia. C. vbi de cri. ag. oport.
s l. Impp. ff. de iur. fis. c. a nobis. j. de sent. excommunic.
t l. omnem. ff. de iud.
u l. vlt. ff. de test. milit. l. ij. C. quemadmodũ. test. aper.
x l. serum fi. lu. §. eum qui. de leg. j.
y Docto. l. j. C. de summa trinit.
z l. j. vbi Bat. ff. de tutor. & curat.
a l. j. ff. de inst. & iur.
b Cicer. lib. j. de nat. Deo. & ij. de diuinatio.

tes Zenoniani, & à differendo Dialectici ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, hoc est à dispu-
tando vocati sunt.[c] ab aliis Logici mutuato quoque à Græcis nomine, qui *c Cice. in Top. & li. iiij. Acade.*
quærendi ac disserendi artem λογικὴν appellant:[d] Ethicæ verò primus in-
uétor Socrates Sophroniscus & Archelai discipulus fuit. déq. illa & in offi- *d Cice. lib. iiij.*
cinis & in publico quotidiè philosophans, ea potiùs inquirenda hortaba- *Tuscul. & j. de*
Ethica. 20 tur, quæ mores instruerent, & quorum vsus domi nobis esset necessarius.[e] † *finib.*
quæ philosophiæ pars à moribus quos ἤθη Græci dicunt,[f] Ethice, vel Ethica *e Diogen. Laertius in Socrate.*
appellata est, tanquam ad mores & ad omnem vitæ consuetudinem accom-
modata.[g] Has tres philosophiæ partes M. Cicero paucis verbis eleganter *f Cice. de fato.*
complexus, ait. Ex quo triplex ille animi fœtus existet: vnus in cognitio- *g Cice. in orat.*
ne rerum positus, & in explicatione naturæ: alter in descriptione experen-
darum fugiendarúmue rerum: tertius in iudicando quid cuique rei sit con-
sequens, quid repugnans: in quo inest omnis tum subtilitas differendi, tum
veritas iudicandi.[h] Ethicæ porrò pars in sectas decem dissecatur. quarum *h Cic. lib. 5. Tusc.*
præcipuæ sunt Academica, cuius princeps Plato fuit. Peripatetica quæ au-
Academia Academici. 21 thorem habet Aristotelem, & Stoica, quam Zeno primus instituit.[i] † A- *i Diog. Laertius li. j. de vita philoso.*
cademici dicti sunt à nemoroso illo loco ab Athenis mille passus distante,
qui Academia dicebatur. vbi Plato natus est, & philosophiam frequenti
auditorum concursu professus: quorum hæc imprimis doctrina fuit opi-
nari, & verisimilia probare, sed dubitando semper, & nihil affirmando,
tanquam nihil certò sciri, aut comprehendi posset. vt etiam inquit M. Ci-
cero constantiæ causa nonnunquàm defenderent, quæ non probarent ip-
si.[k] vnde Lactantius scribit Academicos ignorantiam amplexos, scientiam *k Cicer. lib. ij. Tuscul.*
Cicero Academicos sectat'. sustulisse.[l] Platonicæ Academiæ exemplo M. Cicero. villam habuit quam *l Lactantius li. iij. de fals. sapientia.*
Academiam vocabat, vbi libros quatuor conscripsit, quos ideo appellauit
Academicos. & tametsi nulli philosophorũ sectæ addictus fuerit. quia tamẽ
Academicis præceptoribus adolescens sit vsus visus est semper Academi-
cam amplecti: ideóque de seipso loquens, Ego ipse, inquit, magnus sum
opinator.[m] inde significans se cum Academicis opinari tantùm, & proba- *m Cicer. libr. j. Academ.*
Peripatetici. 22 bilia sequi, nihil verò confirmare. † Peripatetici autem ab ambulando,
quia inambulantes disputarent in Lycæo (gymnasium erat iuxta Athenas)
tale nomen sortiti sunt.[n] περίπατον enim Græci vocant ambulationem. hi *n Ci. li. j. Aca.*
summum bonum in bonis animi, & corporis, & fortunæ posuerunt. neque
ad complendos vitæ beatæ numeros solam virtutem sufficere: nisi bona
Stoici. 23 quoque corporis & fortunæ interuenirent.[o] † Stoici verò, quòd docendi *o Lactãtius li. 6. de vero cultu.*
differendíque causa in porticu conuenirent, quæ Græco vocabulo στοὰ nun-
cupatur, sic dicti sunt à Zenone huius conditore Zenonij nonnunquam ap-
pellati.[p] Hi nullum bonum præter virtutem existimantes, vitam beatam in *p Ci. pro Murre.*
sola animi virtute collocârunt: quamuis absint commoda corporis & fortu-
næ, adsintque incommoda: veluti dolores & naufragia, quę Stoici nolunt in-
ter mala referre. Speciosa quidem & magnifica sẽtẽtia. cui tamen (si verum
amamus) humani sensus atque adeo philosophorum eiusdem sectæ mores
repugnant.[q] Melius certè, & sapientius Peripatetici: miseram quidem vitam *q Gel. li. 19. c. j.*
vitiis, & sola animi malitia fieri concedentes. cæterùm ad humanæ vitæ
beatitudinem perficiendam, virtuti corporis & fortunæ bona adiicientes.
Iis Augustinus consentiens, fœlicitatem definit esse plenitudinem om-
nium rerum optandarum quibus qui fruuntur, beati meritò appellantur.[r] *r Augusti. lib. 5. de ciui. Dei.*
Et Boetius beatitudinem ait esse statum bonorum omnium congregatio- *s Boetius libr.*
ne perfectum.[s] atque hinc habemus quæ sit Stoica illa sapientia cuius Mar- *iij. de consolatione philoso.*
tianus hic meminit, & de qua nos per transennam suprà verba fecimus.[t]
Quod verò spectat ad summum illud bonum, de quo cæci philosophi *t l. ij. §. post hos fuerunt. sup. de orig. iur.*
inter se tam anxiè disceptant, nobis id insinuat disertè Ioannes inquiens,[u]
Hæc est vita æterna vt cognoscant te, solum verum Deum, & quem misisti Ie- *u Ioann. 17.*
sum Christum. qui enim cognoscunt, hoc est spe certa statuunt, & fide viua
credunt Deum patrem verum, id est optimum, iustissimũ, & veracissimum

esse: & quem misit Iesum Christum sui spiritus largitorem, hic certè plenam vitæ beatitudinem cõsequitur. † hoc enim fidelium, summum bonum 24
est. hæc est perfectio fœlicitatis Christianæ: hæc est Christiana sapientia &
x Psal. 35. scientia, qua per intellectum & affectum Deum apprehendimus fontem vi-
y j. Petri ij. tæ, & omnium bonorum.[x] hæc est vita æterna, vt Christus dominus & sal-
z Math. 11. uator noster verè noscatur à patre missus.[y] neque enim pater cognosci po-
a Ad Ephes. ij. test, nisi per filium,[z] qui est pax nostra, & fecit vtraque vnum.[a] quique v-
b j. Timo. ij. nus est mediator Dei & hominum.[b] in quo denique qui credit, etiam si mor-
c Ioann. 11. tuus fuerit, viuet & qui viuit, non morietur in æternum.[c]

l *Chrysippus*) † Fuit hic Chrysippus Appolonij filius Cleanthis, ac Zenonis 25 *Chrysippus.*
discipulus, vir in omni genere dicendi peracutus, in dialectica tam insignis,
vt de eo vulgò iactaretur, si apud Deos vsus esset Dialecticæ, non aliam futuram
quàm Chrysippeam. adeò autem alta de se sentiebat, vt rogatus à
quodam cui filium commendaret, responderit mihi. subiiciens, si quempiam
se præstantiorem crederet apud eum philosophiæ operam daturum, de illo
etiam dictum ferunt.

Hic solus sapit, ast alij velut vmbra feruntur.

Obiit anno ætatis suæ lxxiij. nimio, quemadmodum nonnulli volunt,
vini potu, cui plus quàm par esset indulgebat. aut vt alij scribunt, effusiore
risu. Nam cùm asino ficus manducante dixisset astanti aniculæ: vinum
nunc asino sorbendum præbe. ea dicti vrbanitate tantoperè sibi pla-
d Laertius in Chrysippo. cuit, vt chachinnans exhalârit animam.[d] Cui mortuo Athenienses statuam
posuerunt in † Ceramico, qui locus erat extra vrbem. in quo qui glo- 26 *Ceramicus.*
riosè occubuerant, publico sumptu sepeliebantur, funebri deinde oratione
ornati.

m *Regina*) Hæc fuit quoque Pindari, Platonísque sententia, dicentium le-
e Plat. in Gorgia. Plutar. in Demetrio. gem omnium mortalium & immortalium reginam.[e] Nam & Deos ipsos
legibus quoque subiici, Veteres crediderunt: vti ex Euripide paulò ante
f Euripides in Hecuba. prodidimus.[f]

n *Et Bonis*) † Vt eos defendat, tueatur.[g] alioqui cum diuino illo vate dicẽ- 27 *Lex non est posita iusto.*
g Cic. lib. iij. de legib. dum, iusto legem non esse positam.[h] Sed sicuti medicus ægrotanti ad medelam,
non etiam bene valenti creatus est: & magistratus non rectè agentibus,
h 1. ad Thimo. sed improbis & malis hominibus præpositi sunt:[i] ita lex quæ ad virtutem
i Ad Rom. 13. & j. Pet. ij. pædagogus est, non intelligitur posita iusto: hoc est ei, qui satis per se & sua-
k j. ad Thimoth. j. pte natura recta facit, & ad iustitiam fertur, tametsi lex non esset.[k] Iustus enim
& sapiens vir, sicuti Philosophus ait ipse sibi lex est.[l]

l Aristot. libr. iij. Politico. o *Et malis*) Vt eos coerceat dignísque afficiat supplicijs.[m] cuiusmodi malis
hominibus lex maximè dicitur præsidere, vt potè, quam deprauati homi-
m Cice. libr. iij. de legib. num mores procreât. Nam nisi mali & corrupti mortalium mores essent, le-
gibus non foret opus. † vt non immeritò, multârint olim Aeginetæ certa 28 *Mores mali legis ferendæ causa. Aeginetæ.*
illum pecunia, qui nouæ legis sanctioni ob perperam aliquid gestum cau-
n Aristot. libr. ij. Rhetorico. sam dedisset.[n]

o Aristot. li. iij. Politico. c. 6. p *Regulam*) Ad cuius præscriptum omnes ciues vitam instituere debent.[o]
Quia verò regula generalis est, & breuis quædam rei qua de agitur præce-
p l. j. ff. de reg. iur. ptio:[p] Hinc planè intelligimus verum esse quod Seneca scribit, † legem 29 *Lex breuis sit.*
oportere esse breuem: quo faciliùs ab imperitis teneatur. velut emissa di-
uinitùs vox iubeat, non disputet. Ideóque prætereunt multa legum latores
q Aristot. lib. j. Rhetor. consultò, ne, inquit Philosophus, nimij esse videantur.[q] Nam verborum
copia præterquàm quòd memoriæ officit: non minimum fastidium adfert.
vt Nouellæ Iustiniani, & aliæ id genus recentiorum Impp. constitutiones
declarant. quas cùm leginius, tædia tunc subeunt animos. Neque tamen
oportet legem adeò breuem esse, vt obscuritatem pariat (quo nomine So-
r Plut. in Solone. lonem apud Athenienses malè audisse legimus[r]) Inde enim varia eius in-
terpretatio sequeretur, fons litium omnium & controuersiarum: sed debet
lex

lex dilucidè, disertè, & explicatè loqui: vt nihil exundet: nihílque in ea desideretur. de omnibus quantum necesse est planè & accuratè cauendo. Nec dissimili ratione paucas esse leges, & factu faciles antiqui voluerunt, propositis tantùm summis rerum & sententiis. alioqui temerè negligerentur, aut certè violarentur, quòd difficilimũ sit tot támque varia præcepta seruare, & homines tanta integritate viuere, vt nullum vsquam offendant. Quocirca Plato ex legum multitudine perniciem reipublicæ adferri scripsit.[f]

Leges paucæ sint.

q *Et iniustorum*) Imperat enim iusta, honesta, & quæ facienda sunt: vetat autem contraria.[t] Lex inquit M. Cicero iustorum iniustorúmque distinctio ad illam antiquissimam, & rerum omnium principẽ expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ supplicio improbos afficiunt: & defendunt ac tuentur bonos.[u]

r *Ciuilia sunt*) Hoc est quæ ciuitatis, & Reipublicæ administrationi intendunt.

Ciuile. 30 † Ciuile nanque dicitur, quod ad ciues vel Rempublicam pertinet. inde Ius ciuile,[x] Pax ciuilis,[y] Bellum ciuile[z] studia ciuilia,[a] & Papinianus hic animantia ciuilia dixit.

s *Non faciendorum*) Est enim lex recta naturæ ratio, & à Deorum numine tracta, quæ iubet facienda, & prohibet contraria.[b]

f Plato lib. iiij. de repub.
t Cice. 11. Philipp. & lib. iij. de legi. c. erit. iiij. distinc.
u Cicer. libr. iij. de legib.
x l. omnes. ff. de Iust. & iur.
y Ci. 7. Philip.
z l. vnic. in prin. C. de cad. tol. Cice. lib. 7. ad Attic.
a Cic. pro Fonteio.
b Cic. j. Philip. & lib. j. delegi.

L. III. IVRA. I.

Pomponius lib. 25. ad Sabinum.

Iura constitui[a] oportet, vt dicit Teophrastus,[b] in his quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον,[c] non quæ ἐκ παραλόγου[d] accidunt.[e]

SVMMÆ.

1 *Ius de quibus constituendum.*
2 *Teophrastus.*
3 *Agnonides accusator Theophrasti.*
4 *Aristotelis imago.*
5 *Argumentum ab accidentibus communiter.*
6 *Hyrundo vna non facit ver.*
7 *Adulteros cur non puniierit Lycurgus.*

Ius de quo constituendum.

a *COnstitui*) Diffinita lege necessarios de legibus locos nobis proponit

1 Iurisconsultus. docens imprimis, † de quibus causis oporteat Iura cõstitui: nimirum de iis, quæ frequenter, non etiam quæ rarissimè accidunt.

Teophrast.

2 b *Teophrastus*) † Sic ob diuinam eius eloquentiam ab Aristotele vocatus: cùm antea Tyrtanius diceretur, Melanti fullonis filius. Platonis primum auditor, deinde Aristotelis. Huiúsque talis in schola successor, vt eloquentissimus, doctissimúsque Peripateticorum habitus sit. Atheniensibus adeò gratus ob summam eius prudentiam, studiúmque singulare.

Agnonidis accusatio.

3 † vt cùm illum Agnonides impietatis accusare instituisset, parum abfuerit, quin retorto in se crimine ob eam rem ipse damnaretur. Accurrere ad Teophrastum solebant discipuli ad duo millia nobiles. extant eius sententiæ complures. sed illa potissimum *Tempus sumptum esse preciosissimum.* Obiit diem suum cum lxxxv. vixisset annos. quem Athenienses pedibus omnes prosecuti, publicè honorauerunt. Neque verò prætertione dignum est, quòd eius testamento iussisse eum Laertius refert.[a]

Aristotelis imago.

4 † Præceptoris sui Aristotelis imaginem, in templo collocari. Cúmque in ea horti parte, quæ suis hæredibus maximè commoda videretur, se sepeliri cauisset: illud quoque adiecit, ne circa funus, tumulúmue superflui quicquam fieret.

a Laertius in Teophrasto.

c πλεῖστον) Id est, ad id quòd frequenter contingit. sic Rhetores appellant,

Argumẽtum à communiter accidẽtib.

5 quod † nos argumentum à communiter accidentibus, vulgò dicimus,[b] locus in ciuili nostra disciplina frequens.[c]

d παραλόγου) Hoc est inopinatò, & præter omnium sententiam.

e *Accidunt*) De casibus, qui nunquam, aut perrarò contingunt, lex perferenda non est, nec ius constituendum.[d]

Hyrũdo vna non facit ver.

6 † vna enim hyrundo, vt est in

b Alciat. lib. j. Parerg.
c l. si quis donaturus. ff. de vsufru. l. certi. §. si numos. ff. si cert. peta.
d l. seq. vbi dicam.

vetere diuerbio, non facit ver. licet enim veris nuncia sit: maturiùs tamen apparere potest. Itaque leges de aqua pluuia latæ sunt non de lacte, sanguine, carne, & lapidibus, pluuiis, quanuis hæc omnia cœlo è nonnunquam cecidisse memoria proditum extet.[e] Nec dissimili valdè ratione rogatus Solon, cur nullum in eos supplicium constituisset qui necassent parentes? respondit, quia se neminem id facturum putaret. fecisséque sapienter dicitur: cum de eo nihil sancire voluerit, quòd anteà commissum non erat: ne non tam prohibere, inquit M. Cicer. quàm admonere videretur.[f] † Sic Lycurgus 7
de adulteris legem Lacedæmoniis idcirco se non tulisse dixit, quòd tanta esset eo tempore apud Spartanos pudicitia, vt neminẽ eius criminis reum argui posse arbitraretur.

e Plin. lib. ij. c. 55. & 58.

f Cice. pro Roscio Amerino.

Solon nõ punit parricidas.

Adulteras Lycurgus non punit.

L. IIII. EX HIS.

Celsus lib. 5. Digestorum.

Ex his quæ fortè vno[a] aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur.[b]

SVMMÆ.

1 *Fortuiti casus.*
2 *Mulier iurans se non nupturam.*
3 *Lex quandoque super raro contingenti.*

a *Fortè vno*) Sunt qui *fortuito*, legere malint nec ineptè quidem, vt mihi videtur.

b *Non constituuntur*) Ad fortuitos † quippè & inopinatos casus, qui rarissimè 1
solent accidere, iura non attendunt.[a] & quæ semel, aut bis duntaxat eueniunt, legislatores spernere solent.[b] ac proinde nolunt ex ea quæ perraro contingit caritate, rerum pretia diffiniri.[c] † aut mulierem quæ filiorum tu- 2
telam suscipit iurare se non nupturam, ne via periuriis pateat.[d] licet enim quædam olim fœminæ tale seruârint Iusiurandum: raræ tamen fuerunt, inquit Iustinianus.[e] † De iis tamen quæ secundum naturam, quandoque, li- 3
cet non valdè frequenter accidunt, lex nonnunquam statuit,[f] vt de noua insula, in mari emergente.[g] de tergeminorum natiuitate.[h] & de partu à muliere, quæ quinquagesimum annum excessit, edito.[i] Qua fortè ratione, Celsus noster de iis casibus se loqui significat, non qui rarò simpliciter, sed qui perrarò contingunt.[k]

a l. ea quæ. ff. de reg. iur.
b l. quoniã. & l. seq. infra. hoc titul.
c l. pretia. §. vlti. ff. ad l. Fal.
d §. quia verò in auth. vt sine probib. matri. col. 7.
e d. §. quia verò.
f l. antiqui. ff. si pars her. peta.
g l. adeo. §. j. ff. de acq. re. do. §. insula. Inst. de re. diuis.
h d. l. antiqui.
i l. si maior. C. de leg. hered.
k l. seq. vbi dicam.

Fortuiti casus.

Mulier iurat se non nupturã.

Lex quãdoque super rarò cõtingẽti.

L. V. NAM AD EA.

Idem lib. 15. Digestorum.

Nam ad ea, potius debet aptari ius, quæ & frequenter, & facilè, quàm quæ perrarò[a] eueniunt.[b]

SVMMÆ.

1 *Perrarò.*
2 *Sensus huius l.*

a *Perrarò*) † Id est semel rantùm aut bis, quasi valdè rarò.[a] Perrarò autem 1
non sine misterio Iureconsultus dixisse videtur. quoniam ad ea quæ rarò contingunt, leges nonnunquàm, vti suprà diximus, accommodantur.[b]

b *Eueniunt*) † Sensus huis capitis est, legem quæ simpliciter & ambiguè 2
loquitur, ac proinde ad vnum, & alterum casum, aptari potest: ei potiùs accommodandum, qui frequenter & facilè contingere potest, quàm qui difficulter, & perrarò.

a l. antiqui. §. vlt. ff. si par. hered. peta. l. ij. l. iij. l. seq. hoc tit.
b l. praeced. vbi dixi. Alcia. li. Dispunctio. ij. c. 8.

Perrarò.

Sensus l. nostræ.

L. VI.

L. VI. QVONIAM.

Paulus lib. 17, ad Plautium.

Quoniam vt ait Teophrastus, τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται.[a] id est, quę semel tantùm aut bis[b] accidunt, contemnunt legislatores.

SVMMÆ.

1 *Nomothetæ.*
2 *Pluries quid dicatur factum.*
3 *Vniuersitas quo numero constet.*

Nomothetæ. 1 a Νομοθέται) † Nomothetæ legislatores dicuntur, qui videlicet publica authoritate leges condunt, promulgant, & constituunt, quales apud Græcos Solon, Lycurgus, & Draco: apud Romanos populus.[a] aut post translatam in Cæsarem imperij potestatem princeps.[b] vt sic intelligamus Papinianum, Scæuolam, Vlpianum cæterósque Iureconsultos, qui condendæ legis potestatem non habuerunt: non esse propriè Nomothetas: sed legum à Nomothetis promulgatarum interpretes.[c]

Duo nō sunt plura. 2 b Bis) † Hinc annotandum, duo non esse plura. Nam si quod bis fit, pluries factum censeretur, id non contemneret legislator. & tamen Vlpianus ait, Pluralem elocutionem duorum numero contentam.[d] à quo non abhorrens Iauolenus conditionem in dies pluraliter collatam, biduo implendam scribit.[e] Pluralitas in quo consistat. 3 † rectiùs profectò philosophus, in pluralitate, ternarium numerum desiderat, vt alibi attigimus.[f]

a l. ij. §. j. ff. de orig. iur. §. lex. Inst. de iu. na.
b l. j. ff. de constitu. princ. ·
c vlt. C. de legi.
c Alcia. li. Dispunctio. ij. c. 8.
d l. vbi numerum. ff. de testib.
e l. inter illam. §. vlt. ff. de verb. signifi.
f lib. epi. quæst. cap. 11.

L. VII. LEGIS VIRTVS.

Modestinus lib. 1. Regularum.

Legis virtus est,[a] imperare,[b] vetare,[c] permittere,[d] & punire.[e]

SVMMÆ.

1 *Virtutis varia significatio.*
2 *Legis virtus multiplex.*
3 *Bona, Mali, indifferentia.*
4 *Lupanaria cur tolerentur.*
5 *Iudex non punit, sed lex.*

Legis virtus. 1 a Virtus est) † Lex omnis, inquit Fabius, aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit.[a] vnde legis virtutē dixit Modestinus, in his quatuor consistere. quæ vulgato etiam disticho celebrantur.

Quatuor his verbis, virtutes collige legis:
Permittit, punit, imperat atque vetat.

Virtutis varia acceptio. 2 Virtutis † porrò verbum, non potest hoc loco referri ad illam constantiam & conuenientem animi affectionem, ex qua proficiscuntur honestæ voluntates, sententiæ, actiones omnísque recta ratio, quæ propriè virtus appellatur:[b] hoc est, vt Augustinus exponit, ars benè rectéque viuendi:[c] seu vt M. Cicero tradit, natura perfecta in se & ad summum perducta.[d] sed accepto nominis abusu, cuiusque rei facultatem, vim & proprietatem, designat.[e] sic enim orationis dicendíque vim, M. Cicero, virtutem plerunque nuncupat.[f] & in sensibus, alibi suam cuique virtutem esse dixit.[g] Denique nam nec arboris, inquit, nec equi virtus quæ dicitur: in quo abutimur nomine, in opinione sita est, sed in natura.[h] Cui hac in re consentiens Plato, cuiusque perfectio & absolutio eius virtus censetur: vt in equo velocitas, aut vehendi sessoris habilitas, in arbore baccarum, & fructuum copia bonorum.[i]

Lex præcipit honesta, vetat contraria. b Imperare) Prima legis cura est imperare, quæ iusta sunt, & honesta: veluti, vt Deum diligamus, & proximum.[k] vt piè sanctéque viuamus, alterum non lædamus, & ius suū vnicuique tribuamus.[l] Neque enim aliud quicquam

a Quintil. libr. 7. cap. 7.
b Cicer. lib. iiij. Tusc.
c Augustin. li. iiij. de ciuitat. Dei.
d Ci. li. j. de leg.
e Ci. li. iiij. Tusc.
f Cic. lib. j. de orat.
g Cic. lib. 5. de finib.
h Cic. lib. j. de legib.
i Plat. lib. j. de repu.
k c. vlt. iij. distinct.
l l. iustit. §. vlt. ff. de iusti. & iur. §. iuris Instit. de iur. nat.

eſt lex, quàm mens & ratio ſapientis, rectè facta iubens, & à peccatis auocans. ſeu, vt M. Cicero ſcribit, ratio ſumma inſita in natura, imperans quæ facienda ſunt prohibénſque contraria.[m]

c *Vetare*) Turpia videlicet, inhoneſta, & non faciunda: vt dictum eſt.

d *Permittere*) Lex iuſta imperat: iniuſta turpiáque prohibet. † Indifferentia verò, quæ ſcilicet neque bona ſunt neque mala, permittit. Sic enim cum Academicis hîc conſiderare poſſumus bona, mala, & indifferentia. 3
Permittit item lex pleraque contra rationem, & ſtricti iuris regulas, ſi iuſta ſubſit cauſa.[n] veluti aggreſſorem, ſi nos ipſi tueri aliter non poſſumus, occidere.[o] † Concubinatus item, lupanaria diſſimulat ad raptus vitandos, 4
& amputandam adulteriorum occaſionem.[p] quemadmodum ad minora quæque mala conniuere, vt grauiorum anſa præcidatur.[q] quod Chriſtianum hominem, vix probaturum ſcio. ſiquidem mala minimè faciunda ſint, vt eueniant bona.

e *Punire*) Quæcunque delicta, tam voluntaria, quàm inuoluntaria.[r] Non † 5
ergo iudex qui condemnat punire dicitur, ſed lex ipſa.[ſ]

m Cic. 11. Philip. & lib. j. de legib. — Indifferentia. — n e. tua. de cler. agro. ſi cuiu. 34. diſt. — o l. v vim ff de iuſti. & iur. l. ſcientiam. §. j. ff. ad l. Aq. — Lupanaria an toleranda. — p l. iij. ff. de concubi. glo. c. inter opera. de ſponſ. — q c. conſidera. 22. q. j. glo. c. hi qui. 26. q. ij. — r l. j. & ij. vbi dixi hoc tit. — ſ c. de occidendis. c. miles. 23. q. 5. — Iudex non punit, ſed lex.

L. VIII. IVRA. II.

Vlpianus lib. 3. ad Sabinum.

Iura, non in ſingulas perſonas,[a] ſed generaliter[b] conſtituuntur.

SVMMÆ.

1 *Lex generalis ſit.*	5 *Priuilegiarij.*
2 *Priuilegium quid.*	6 *Legis officium.*
3 *Priua.*	7 *Lex vniuerſim loquitur.*
4 *Priuita ancilla.*	

a *PErſonas*) † Eſt quippè lex commune, id eſt generale præceptum.[a] & 1
quemadmodum ciues ſunt ciuitatis æqualiter participes: ita legem quoque communem & generalem eſſe oportet ipſorum omnium, nec in ſingulorum, aut paucorum quorundam, vel odium, vel gratiam perferri: † 2
id enim eſſet *Priuilegium*, quod irrogari xij. tab. vetuerunt,[b] in hæc verba. *Priuilegia ne irroganto.* quæ M. Cicero belliſſimè exponens, Maiores enim inquit, in priuatos homines ferri leges noluerunt: id eſt enim priuilegium, quo quid eſt iniuſtius: cùm legis hæc vis ſit, ſcitum, & iuſſum in omnes.[c] Et cùm Atteius Capito legem definiſſet, generale iuſſum populi, aut plebis rogante magiſtratu: ea definitio, inquit Gellius, ſi probè facta eſt, neque de imperio Cn. Pompeij, neque de reditu M. Ciceronis, neque de cæde P. Clodij quæſtio, neque alia id genus populi plebíſue iuſſa, leges vocari poſſunt. non enim ſunt generalia iuſſa, neque de vniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis concepta.[d] vnde nec eadem ratione, lex de reuocando in vrbem Furio Camillo, (cuius Liuius meminit)[e] non item lex de Menandro lata, vt ciuis Romanus maneret,[f] propriè leges dici poſſunt: ſed potius priui-
legia vocari debent. † quia veteres priua dixerunt, quæ nos ſingula dici- 3
mus.[g] Milites inquit Liuius, qui in præſidio ſimul fuerant, duplici frumento in perpetuum: in præſentia ſingulis bobus, biníſque priuis tunicis donati.[h] & alibi. S.C. in hæc verba factum eſt, vt priuos lapides ſilices, priuáſque
verbenas ſecum ferrent, &c.[i] † Plautus quoque priuitam ancillam pro vni- 4
ca dixit.[k]

Pa. Sed ecquæ ancilla eſt illi? Per. Priuita.

Sanè priuilegia Demoſthenes in ea oratione pariter ſuſtuliſſe videtur, qua inquit, ne legem priui hominis ergò ferre, niſi & eam in omnes Athenienſes liceto, non minùs ſex hominũ millibus ſuffragio clam lato ſciſcentibus.[l] Ex his autem cognoſcimus, aliam eſſe nunc quàm olim fuerit priuilegij ſignificati

a l. j. 3. hoc tit. — Lex generalis ſit. — b Cic. pro domo ſua. — Priuilegium. — c Cic. lib. ij. de legi. — d Gell. lib. 10. c. 20. — e Liuius lib. 5. — f l. poſtliminij. §. vlt. ff. de capt. — Priua. — g Gellius vbi ſ. — h Liuius lib. 7. — i Liuius li. 30. — k Plau. in milite. — Priuita ancilla. — l Demoſth. in oratione contra Democratem.

ficationem.quandoquidem hodie singularem legis vel principis beneficio
collatam alicui contra ius commune prærogatiuā hoc verbo designamus.[m]
Priuilegiarij creditores.
5 inde quasi priuilegium,[n] Et † Priuilegiarij creditores.[o] Ad quem deni-
que sensum, Plinius, ad Traianum scribens Priuilegium accipit. Respon-
sum est mihi, inquit, cupere quidem vniuersos, vt à me rationes Co-
loniæ legerentur : nunquam tamen esse lectas, ab vllo proconsulum ha-
buisse priuilegium, & vetustissimum morem arbitrio suo rempubl.admi-
nistrare.[p]
Lex vniuersim loquatur.
6 b *Generaliter*) † Est enim lex sicuti Capito dicebat, iussum populi generale.
[q]cuius ideò officium est, non in priuatas aliquorū personas, sed generaliter,
de negotiis hominum diffinire, & in commune statuere.[r] Et licet non possit
Legis officium.
7 de singulis in vniuersum rectè decernere.[s] Vniuersim † tamen loquitur, id
quod plerunque solet contingere complectens.[t] Ex quo potest quemad-
modum philosophus ait.[u] Iurisconsultus, aut qui iurisdictioni præest, supple-
re, quod omissum videbitur.[x]

L. IX. NON AMBIGITVR.

Idem lib.13. ad Edictum.

Non ambigitur senatum[a] ius facere posse.[b]

SVMMÆ.

1 *Senatus summum consilium.*
2 *Senatus an legem condat.*
3 *Senatus authoritas.*
4 *Princeps an solus conditor legis.*
5 *Romæ colluuies est hominum.*
6 *Galliarum curia suprema.*

Senatus orbis cōsilium.
1 a *SEnatum*) † Qui princeps est salutis, mentísque publicę. & summum vt M.
Cicero scribit, populi Romani consilium[a] & alibi. Senatus, inquit, domi
nus est publici consilii.[b] alio autem in loco. Idem Antonius, ait, senatū, id est
orbis terræ consilium.[c]
Senatus an legem condat.
2 b *Posse*) † Adaucto populo Romano, ita vt non facilè possent ciues iuris
cōstituendi causa in vnū conuenire : necessitas ipsa, inquit Pomponius, cu-
ram reipublicę ad senatum deduxit, vt totius Romani populi vice senatus
iura conderet.[d] vnde non dubium quin eo spectato tempore, priusquam sci-
licet, summa rerum ad vnius deuenisset imperium, senatus, apud quem su-
prema erat authoritas, ius constituerit.[e] cuius maiestatem spernere in princi
pibus quamlibet viris magni facinoris fuit.[f] Cæterùm † sub Cæsaribus, sena-
Senatus authoritas.
3 tus authoritas, paulatim fuit imminuta: reliquiis tamen summæ illius pote-
statis retentis, vt adhuc vim legis haberent senatus decreta.[g] nec ab eo, quē-
admodum nec à principe, prouocaretur.[h] Nam cùm senatus vices principis
agat: ipse quoque princeps ius constituere intelligitur,[i] omnia sua faciens,
quibus suam impertitur authoritatem.[k] Et cùm adhuc seculo Cæsarum pro
uincias texerit senatus per proconsules, vt suprà docuimus.[l] in ipsis etiam
prouinciis Senatū iura constituisse ambigendū non est.[m] in vrbe Roma, pas-
sim hoc princeps concessit.[n] adæquatáque propemodum fuit senatus pote-
Princeps an solus legis cōditor.
4 stas principis authoritati.[o] † Et quamuis Iustinianus, facultatem condendi
legem, velut principis proprium, sibi peculiariter adscribat:[p] Senatores in cō
silium legis promulgandæ duntaxat adhibens:[q] mox tamen adiecit, se nihil
ea lege derogatum velle veteris iuris conditoribus, quibus & hoc maiestas
imperalis permisit.[r] Sunt tamen qui scribant, superuacaneam hodie huiusce
Romanę sordes.
5 rei disputationē: cùm † Romæ non sit senatus, neque populus Romanus, sed
hominum colluuies inquiunt, cerdones, & veteramentarij.[s] Itaque non am-

m l.vnic.in fi. ff.de offi.præfe. præto.l.priuile. & tot.tit. ff.de priuil. credit.l. priuilegia.ff.de reg. iur.l.prin. j.hoc tit.
n l.si cū dotē.§. vlt.ff.solu.mat.
o l.rescriptū.ff. de pac.l.si vē-tri. §.pe.ff.de priu.cre.
p Plin.lib. 10. epist.
q Gel.li.9.c.10
r l.j.§.hoc ti.& hîc.
s §.j.in auth.de his qui ingred. ad app.colla.§.
t l.neq. legis. hoc tit.
u Arist.5.Ethi co.li.c.10.
x l.seq.& idee l.non possunt.l. nam vt ait.hoc tit.
a Ci.pro domo sua.& de Arusp.respon.
b Ci.li.c. ij.de legib.
c Ci.7. Philip.
d l.ij.§.deinde quia difficilè. vbi dixi.ff.de orig.iur.
e §.senatuscon sultum.insti.de iur.nat.Gel. li. 3.c.18.
f Ci.in Pisonē.
g l.vnic. C.de sena.
h l.j §.j.ff.à quib.appe.non licet.
i l.vni.ff.de of. præfe.præt.
k l.j.§.omnia. C.de veter.iu. enucle.
l l.ij.§.nouissimè.ff.de orig. iur.
m Suet.in Augu. Vopis.in Probo.

n l.cum hic status.in prin. ff.de dona. inter uir. o l.j.§.de qua.ff. de postu.l.quod.principis.ff. de aqu.plu. filius.ff.de condi.insti. p l.vlt.C.de legib.§.j.in auth.de rap. mu.col.9. q l.humanum. C.l. quomam. de legib. r d.l.vlt.in fi. s Vdalr.Zas.hic. ff.de flumi.l.

bigitur, ait Vlpianus, ſenatum ius facere poſſe, authorante ſcilicet principe, aut eo conſulto nec repugnante. Si enim princeps ſine ſenatus conſilio ſe nullam promulgaturum legem profitetur.[t] ſeque in ſenatorum ordinem & numerum quàm humaniſſimè refert:[u] quantomagis decens eſt, de iis quæ à ſenatu conſtituuntur, principis voluntatem exquiri: vt certius quid & præſtantius tanti principis authoritate ſtatuatur.[x] Hæc autem, de ſenatu Romano accipi volo, à cuius authoritate, potentia & dignitate, † cùm longè latéque abſint ſupremæ Galliarum curiæ, non idem in iis dicendum, alibi probaui.[y] 6

t d. l. humanũ. u l. ius ſenatorũ. C. de dig. li. 12. x l. & ideò. j. hoc tit. y l. benignius. hoc tit.

6 Gallicæ curiæ.

2

L. X. NEQVE LEGES.

Iulianus lib. 59. ad Edictum.

Neque leges, neque ſenatuſconſulta ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus, qui quandoque inciderint, comprehendantur.[a] ſed ſufficit ea quæ plerunque accidunt, contineri.[b]

SVMMÆ.

1 *Caſus omnes comprehendi non poſſunt.*
2 *Singulares caſus ſub artem non cadunt.*
3 *Vniuerſalia præcepta tenenda.*
4 *Legislatores cur multa prætereant.*

a *Comprehendantur*) Ergo † imprudentiæ, ne dicam ſtultitiæ meritò accuſa- 1
ri poſſunt, qui ſe ideò commentariis interpretum addictos profitentur
quòd ſe particularium omnium negotiorum cognitionem inde aſſequi poſ-
ſe ſperent. Hi enim fruſtrà conantur, & inanem operam ſumunt, iis vt mihi
quidem videntur non valdè diſſimiles, qui in aere piſcari, aut iaculo in me-
dio mari venari moliuntur, vel etiam maris arenam metiri, aut eius vndas nu
merare quærunt. cùm enim nequeat eſſe quiſpiam tanto iudicio, vt omnia
quæ contingere poſſunt, præuidere, & quaſi diuinare valeat: fieri certè
non poteſt, vt ſingulares caſus, qui quotidiè inter homines variè naſcun-
tur & emergunt, vllis literis aut ſcriptis comprehendantur.[a] ſingularia † quip 2
pè quod infinita ſint, ſub artem, quemadmodum philoſophus ait, aut præcep
tionem cadere nequeunt.[b] † Quapropter iuris ſtudioſos oportet vniuerſalib. 3
traditionib. arte diſcendi, & certa methodo adhibita intendere. quas ad oc-
currentes poſtea caſus, cũ vſu præſertim, & excercitatione (ſine qua, vt ille
dicebat, medici, imperatores, & oratores, quamuis præcepta perceperint, fru
ſtrà moliuntur)[c] accommodare tutò poſſint.[d]
b *Contineri*) Lex omnis, inquit Ariſtoteles[e] (ex cuius verbis tota hæc lex deſcripta videtur) generalis, quæ quoniam de toto genere nonnullarum rerum commodè loqui non poteſt: cùm ſit neceſſe de toto genere dicere: nec id effici rectè poſſit, id vnum accipit & deſignat, quod plerunq. ſolet contingere, non ignara peccati: & tamen rectè lata eſt. † Quippè cum culpa, non legis 4
quidem ſit: nec legislatoris, ſed rerum agẽdatum, naturæ quę ſtatim eſt eiuſmodi. Prætermittunt etiam multa legislatores de induſtria, ne videantur eſſe nimij.[f]

a l. nõ poſſunt. hoc tit. & hic. b Ariſt. lib. 5. Ethic. c. x. c Cic. j. offi. d l. ſeq. & ſequent. e Ariſt. li. 5. Ethic. cap. 10. f Ariſto. lib. j. Rhet.

1 Caſus õnes lege diffiniri nequeũt. 2 Singularia arte non continentur. 3 Vniuerſa lib. intendendum. 4 Legislatores multa prætermittit.

L. XI. ET IDEO. I.

Idem lib. 90. Digeſtorum.

Et ideò de his, quę primò conſtituuntur,[a] aut interpretatione,[b] aut conſtitutione, optimi principis,[c] certius[d] ſtatuendum eſt.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Noui casus quomodò diffiniendi.*
2 *Princeps optimus quis.*
3 *Princeps ex Deo.*
4 *Tyrannis.*
5 *Princeps quando malus fiat.*
6 *Imperare bene difficilimum.*
7 *Principes quid agere oporteat.*

a *COnstituuntur*) Hoc est constituta à lege super certis casibus reperiuntur.
Noui casus quomodo decidendi. 1 b *Interpretatione*) Iurisprudentium † qui vel iurisdictioni præsunt, vel publicè ius interpretantur. ij etenim ad casus in quibus eadem viget, vel maior ratio scriptum legis producent.[a] velut tacitè, lege cautos.[b] Nam & ij casus ex lege venire dicuntur, qui non ex verbis colligi possunt, sed ex sententia per interpretationem.[c] Quod si casus emergens legis ratione non contineatur, ad principis declarationem, cui soli nouas condere leges, & veteres quarum non est certa sententia, interpretari concessum est, [d] recurrendum erit : vt & hîc Iulianus docet. qui sic nos admonet, vbi occurrentis & controuersi negotij difficultas tanta est, vt nullis legum traditionibus probè diffiniri possit, adeundum esse, & consulendum principem.[e]
Tyranno nihil iniquius. c *Optimi principis*) Neque enim Tyranni (quo nihil in rebus humanis iniustius, magisque mortiferum) [f] voluntas aut interpretatio exquirenda est:[g]
Princeps optimus. 2 sed optimi principis : † quem diffinimus eum esse, qui non ex libidine sua præest, neque vt rebus suis consulat, sed eorum qui parent. cuique, vt summatim dicam, virtus, honestas, & subditorum tuitio proposita est.[h] quem par est, vt philosophus ait, quasi Deum inter homines haberi.[i] Quod enim præstabilius est, inquit Plinius, aut pulchrius munus Deorum, quàm castus, & sanctus, & Diis simillimus princeps? Et † Homerus scribens Agamemnonẽ
Princeps ex Deo est. 3 ab Ioue regem factum: planè demonstrat Regibus & principibus dignitatem à Deo tribui.[k] Quos Vegetius secundos à Deo, præesse humano generi dicit.[l] & author ille diuinus, sicut ait diuisiones aquarum, ita cor regis in manu domini quocunque voluerit inclinabit illud.[m] Non ergo princeps erat Heliogabalus, non Nero, non Caligula, aut alius qui aduersus Dei legem, iustitiam, & honestatem imperat, sed tyrannus dici meruit.[n] † Est enim
Tyránis 4 tyrannis vnius dominatus, qui ciuilem societatem in suam voluptatem, & vtilitatem redigit : rebúsque suis non eorum qui parent, consulens imperat.[o] Cuiusmodi tyrannidem Plato, multis & sapienter describit. [p] Op-
Princeps optimus. timi porrò principis titulum, prius Traianum meruisse constat.[q] Quàm pauci autem reperiantur principes boni ingemit, & queritur Vopiscus: vt benè dictum sit, inquit, à quodam inimico scurra Claudij, bonos omnes prin-
Prīcipes vnde mali. 5 cipes, in vno annulo perscribi posse, atque depingi.[r] † Quæ verò res malos principes faciat, perbellè commemorat eodem loco in hæc verba. Iam primum nimia licentia, deinde rerum copia, amici prætereà improbi, satellites detestādi, eunuchi auarissimi aulici, vel stulti vel detestabiles, & quod negari nō potest, rerū publicarum ignorantia, &c. Equidem Diocletianum princi-
Imperare benè difficilimū. 6 pem idem author refert iam priuatum dixisse, † Nihil esse difficiliùs, quam benè imperare. Colligunt enim se quatuor, aut quinque, vnúmque consilium ad decipiendum principem capiunt, dicunt quid probandum sit. Princeps qui domi clausus est, vera non nouit, cogitur hoc tantùm scire, quod illi loquuntur, facit iudices, quos fieri non oportet. amouet à republica, quos debebat retinere. quid multa? bonus, cautus, venditur Imperator.[f] Porrò verò expedit reipublicæ principes bonos & continentes non vitiosos esse. quod eorum exemplo cæterorum mores formari soleant.[t] vnde illud apud Platonem, diuinitùs scriptum M. Cicero memorat, quales in republica principes essent, tales reliquos solere esse ciues.[u] Cui consentit sacra authori-
Principis officium. 7 tas, Qualis est rector ciuitatis, ait, tales habitantes in ea.[x] † Certè qui reipublicæ præfuturi sunt, duo Platonis præcepta, inquit M. Cicero, tenere de-

a l. postulante. in prin. ff. ad Treb. l. sequē.
b l. his solis. C. de renocā. don.
c l. nominis. §. vlt. ff. de verb. signi. §. j. inst. de le. patr. tut.
d l. vl. C. de legi. §. j. in auth. de rap. mulier. coll. 9.
e l. ij. §. sed quia diuina. C. de vet. iur. enucl.
l. ad bestias. ff. de pœn. l. itaq. ff. de fideicom. libert.
f Herod. lib. 5. qui Terpsicore inscribitur.
g c. non licet. 11 dist.
h Arist. li. iij. Pol. cap. 9.
i Ari. li. 3. poli. c. 5. & 4. politi. c. 10. et li. 5. c. 10.
k Homer. li. ij. Iliad.
l Vegetius. li. ij.
m Prouerb. 21.
n Aug. li. 2. de ciuit. Dei. c. 20
o Arist. li. 3. pol. c. 5. li. 4. c. 10. et li. 5. c. 10. & 5. Ethico. c. 6.
p Plat. li. 8. de repub.
q Dion. in Traiano. dixi. l. ij. §. & vt obiter. ff. de ori. iur.
r Vopiscus in Aureliano.
s Vopiscus in Aureliano.
t Cic. lib. 3. de legi.
u Cic. lib. j. epist. fa.
x Ecclesi. 10.

bent. vnum est, vt vtilitatem ciuium sic tueantur: vt quæcunque agunt, ad eam referant obliti commodorum suorum. Alterum, vt corpus totum reipublicæ, nedum partem aliquam tueantur: reliqua deserant.[y] In eandémque sententiam Augustinus scribit in hoc Reges seruire Deo, si in regno suo bona iubeant, mala prohibeant, non solùm quæ pertinent ad societatem humanam, sed quæ ad religionem diuinam.[z] Tales autem reges, & principes honestè sanctéque imperantes sapiens meritissimò sanitatem orbis terrarum, & populi stabilimentum nuncupauit.[a] Clementes prætereà & mãsuetos oportet esse principes, tantùm enim potest principum benignitas, vt non solùm cùm sunt præsentes, verùmetiam maximo interuallo distincti quosdam quasi fomites amoris, & beneuolentiæ erga se in pectoribus hominum relinquant.[b]

y Cic. li. j. off.
z August. li. 3. ad Chrysostomum.
a Sapientia 6.
b Polyb. lib. 4.

d *Certus*) In casu, qui à lege prætermissus videtur.

L. XII. NON POSSVNT.

Idem lib. 15. Digestorum.

Non possunt omnes articuli singulatim, aut legibus, aut senatusconsultis comprehendi.[a] sed cùm in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni præest, ad similia[b] procedere, atque ita ius dicere debet.

SVMMÆ.

1 *Eadem quæ dicantur.*
2 *Similia quæ.*
3 *Locus à simili*
4 *Ratio legis mater.*

a *Comprehendi*) Fuit hæc Iuliani prior sententia, à nobis exposita suo loco.[a] Cui & illud adiicere minimè pigebit, quod Chrysippus apud Plutarchum monebat: quæ in vna re legeremus, ad reliquas omnes, quæ similes essent, traducere: vt ex studiis nostris fructus vberiores prouenirent.

a l. neq. leges. sup. hoc titul.

b *Similia*) † Quemadmodum dicuntur, quorum vna est substantia, tametsi nomen sit diuersum: † ita Similia vocantur, quæ cùm substantia differant, eandem tamen causam, & parem atque vnam rationem habent.[b] vt verum sit, quod vulgò iactatur, nullum simile idem esse.[c] † Hinc Locus à simili colligitur, nempè de similibus ad similia, vbi nihil certi in casu proposito lex diffiniuit, etiam in iudiciis procedendum.[d] Nam † vbi eadẽ est causa, párque ratio, idem ius statui debet.[e] veluti legem de marito latam, si eadẽ sit ratio in sponso quæ in marito, ad sponsum pleniùs legem interpretando, aut ex sententia legis supplendo quod verbis deest, iudex producet.[f] nam & idem veri simile est factutum legislatorem, si adesset.[g]

1 Eadem
2 Similia.
3 Locus à simili.
4 Ratio legem producit.

b l. qui liberis. in prin. ff. de vulg. l. queritur. ff. de sta. ho. c. cum dilecta. de confir. vtil.
c l. quod Nerua. ff. depos. c. capitulum. de de rescrip.
d l. vltim. C. de const. pecu. l. & ideò. su. hoc tit. c. translato. de consti. & hic.
e l. illud. ff. ad l. Aq.
f l. oratio. ff. de sponsal. l. lex Iulia. ff. de fũ. dotal.
g l. tale. §. vlt. ff. de pact. §. j. instit. de legit. patr. tutel.

L. XIII. NAM VT AIT.

Vlpianus lib. 1. ad edictum Aedilium Curulium.

Nam vt ait Pedius,[a] quoties lege aliquid, vnum vel alterum est introductum, bona occasio[b] est, & cætera quę tendunt ad eandem vtilitatem,[c] vel interpretatione,[d] vel certè[e] iurisdictione[f] suppleri.[g]

1 *Pedius Iurisconsultus.*
2 *Græca non miscenda Latinis.*
3 *Canusini bilingues.*
4 *Occasio.*
5 *Pœnitentia occasionis comes.*
6 *Casus non decisi à lege.*
7 *Ratio par, idem ius constituit.*
8 *Certè pro saltem.*

a *Pe-*

Pedius. 1 a PEdius) † Sextus Pedius celeberrimi nominis Iurisconsultus fuit. sed quo floruerit tempore, necdum compertum habeo. Sunt qui putant eum esse, quem A. Persius disertissimum oratorem significat, cum ait.[a] *a Persius Sat. j.*

Fur es ait Pedio: Pedius quid? carmina rasis
Librat in antithetis: doctas posuisse figuras
Laudatur.

Alij Pedium Blæsum intelligunt, qui Neronis seculo furti, Repetundarúmque damnatus est: sed cùm noster Pedius, Sexti prænomen habuerit: non satis explorata videtur hæc sententia, nisi eum tri nomium fuisse proponas. Quod si augurari liceat, cùm Pedij scripta, ab authoribus Pandectarum passim citata, nescio quid vetustioris temporis redoleant: inclinauerim potiùs, vt sit ille Sextus Pedius Publicola, de quo Lyricus verba facit, inquiens.[b] *b Hor. li. j. Sermo. Saty. 10.*

Cùm Pedius causas exudet Publicola, atque
Coruinus patriis intermiscere petita
Verba foris, malis Canusini more bilinguis?

Quibus verbis indicat Poeta, Pedium Publicolam, & Messalam Coruinum

Græca Latinis ne misceto. 2 oratores, & causidicos optimos fuisse. † Illísque maximæ curæ extitisse, ne Græca verba Latinis immiscerent, potiùs ipsi Latina noua fingentes, quàm

Canusini bilingues. 3 vt essent. † Canusini more bilingues, hoc est Græco, & Latino sermone vtentes. etenim Canusium Apuliæ oppidum, Græci simul & Latini habitabant, ac proinde illic vterque sermo in vsu erat.

b *Bona occasio est*) Hoc est tempus sese offert idoneum, datur locus & aperi-

Occasio. 4 tur via.[c] † Occasio, inquit M. Cicero, est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem.[d] & alibi. Tempus *c l. qui occidit. §. vlti. ff. ad l. Aqui.*

Occasio Dea. autem actionis apportunum, Græcè εὐκαιρία, Latinè appellatur [e] Occasio, ab occido quod obuenio significat, sic dicta. quam veteres, existimantes in cunctis negocijs momenti plurimum & ponderis obseruationem temporis, & opportunitatis habere: diuinitate donarunt, cuius simulachrum ad hunc modum fingebant vt volubili rotæ pennatis pedibus insisteret, sese in orbem citatissima quadam vertigine circumagens, priore capitis parte capillosa, posteriore depilli, & calua eo commento occasionis inconstantiam notantes: quę nisi arripiatur, quàm primùm sese offert, statim elabi- *d Cic. j. de inuēt. e Cice. li. j. offi.*

Pœnitentia occasionis comes. 5 tur, nihil nobis præter pœnitudinem relinquens.[f] vnde perpetuam occasionis comitem dixerunt pœnitentiam. ad quæ lepidis epigrammatibus alluserunt, Ausonius, Græcíque Poetæ, quorum magnus ille Erasmus meminit.[f] *f Eras. in Chiliad. nosce tempus.*

Casus à lege prætermissi. 6 c *Eandem vtilitatem*) † Hinc obserua, prætermissos à lege casus, ex illo diffiniēdos, qui eundem finem & scopum habēt. Nec ideo minus, ex lege venire censeri, quod non ex verbis, sed ex sententia colligantur.[g] *g l. nominis. §. vlt. ff. de ve. sig.*

d *Interpretatione*) Iurisprudentum, qui se consulendos ciuibus præbent, aut Iura publicè profitentur. quibus facultas interpretandi voluntatem legum *§. j. Inst. de legit. patr. tutel.*

Ratio par, idem ius statuit. 7 tribuitur.[h] † vt si videlicet eandem rationem vtilitatémque videant in casu omisso, qualem in expresso, idem ius respondeant statuendum.[i] nam cùm par, eadémq. sit ratio, credendū est legislatorem, si adesset, idem responsurum.[k] *h l. & ideo. ff. hoc tit. i l. illud. ff. ad l. Aquil. k l. tale. §. vlt. ff. de pact. l. Titius. §. Lucius. ff. de li. & post.*

Certè pro saltē. 8 e *Vel certè*) † Vel saltem. Homines, inquit M. Cicero, mortem optare incipiant, vel certè timere desistant.[l] vt sit sensus Vlpiani, si casus omissi, iurisprudentum interpretatione non suppleantur: authoritate saltem eius, qui iurisdictioni præest, suppleri debent. *l Cs. lib. j. & §. Tus. li. ij. §. Seruius. ff. de orig. iur. vbi dixi.*

f *Iurisdictione*) Hoc est authoritate eius, qui iurisdictioni præest, & ius dicere debet.[m]

g *Suppleri*) De similibus ad similia, hoc est parem rationem habētia, procedendo.[n] *m l. precedēti. n l. precedēti.*

L. XIIII. QVOD VERO CONTRA.

Paulus lib.54. ad edictum.

Quod verò contra rationem iuris[a] receptum est,[b] non est producendum ad consequentias.[c]

SVMMÆ.

1 *Ratio iuris quid.*
2 *Causa cur à iure recedatur.*
3 *Orbita.*
4 *Exorbitare.*
5 *Singulariter indulta non extenduntur.*

a R*ationem iuris*) Ratio † hîc, & alibi sępè, pro str icto, subtili, exactóque iure, quòd cortici verborum adhæret, accipi videtur.[a] 1 Ratio iuris.

b *Receptum est*) † Propter aliquam vtilitatem[b]: veluti ob alicuius meritum:[c] 2 Causa cur recedatur à iure. aut sexus infirmitatem, vt in mulieribus:[d] vel lubricum ætatis, quemadmodum in minoribus:[e] aut occurrentem aliam causam, vel vtilitatis, vel necessitatis:[f] quę exorbitantia à iure communi scriptores nostri Pontificiæ legis verba sequuti, passim vocant:[g] non tam inepto, quàm vulgò creditur vocabulo. sumpta namque metaphora videtur à rota, cuius vestigium † Orbita dicitur: velut ipsius rotæ decurrentis signum. Orbis reipublicæ, sic est conuersus, ait M. Ciceto, vt vix sonitum audire, vix impressam orbitam audire possimus.[h] formatum itaque inde videtur vocabulum † exorbitare, quod extra orbitam ire significat, quasíque à communi via, rectóque tramite discedere.[i] Non eis cedentes ad aliquid approbandum, inquit Augustinus, vel perpetrandum, quod exorbitet ab itinere sapientiæ, & lege iustitiæ.[k] 3 Orbita. 4 Exorbitare.

c *Consequentias*) † Veluti hęredibus benignè concessum est, vt præstando æstimationem serui hæreditarij legati, qui fortè pater, mater, aut frater naturalis est, liberentur.[l] quod austera, & dura nimis sit separatio tam coniunctarum personarum.[m] Hoc cùm in hominibus singulari fœnore sit receptum, ad cæteras res inquit Vlpianus, protrahendum non est.[n] & generaliter, quæ peculiari certæ personæ prętogatiua, Princeps indulsit, aut lex ob particularem aliquam causam, contra stricti iuris regulas constituit, in exemplum nequaquam trahi possunt.[o] cuius rei, in iure tum ciuili, tum Pontificio, præclara, & memoratu digna leguntur exempla.[p] 5 Singulariter concessa non extendūtur.

a l. quod cōtra. ff. de reg. iur. l. seq. & l. nulla. hoc tit.
b l. ius singulare. hoc tit.
c l. j. in fi. ff. de const. prin.
d §. j. Inst. qui. alie. lic.
e l. j. ff. de mino.
f l. qua propter ff. de re. iu. d. l. j. ff. de cōst. pri.
g c. quæ à iure. de re. iur. in 6.
h Cic. lib. ij. ad Attic.
i d. c. quæ à iure.
k August. li. 9 de ciuit. Dei.
l l. si domus. §. qui confitetur. ff. de leg. j. ml. possessionū. C. con. vtriusq. iud.
m d. l. si domus. §. cum alicui.
n l. j. §. vl. ff. de consti. prin. l. quod cōtra. ff. de reg. iur.
o l. si decuriō. j. §. eius ff. de fid. libert. l. in honorarius. vers. pe. ff. de actio. et obliga. c. j. de fil. persb. in 6. c. vl. §. vlt. 4. q. iij.
p l. præcedenti.

L. XV. IN IIS.

Iulianus lib. 27. Digestorum.

In iis quæ contra rationem iuris[a] constituta sunt,[b] non possumus sequi regulam iuris.[c]

a R*ationem iuris*) Hoc est exactam verborum subtilitatem vt iam exposuimus.[a]

b *Constituta sunt*) Ob certam vel vtilitatis, vel necessitatis causam.[l]

c *Regulam iuris*) Cùm ab ea recesserimus, iusta aliqua causa suadente.

L. XVI. IVS SINGVLARE.

Paulus libro singulari de iure singulari.

Ius singulare[a] est, quod contra tenorem rationis[b] propter aliquam vtilitatem,[c] authoritate constituentium introductum est.

SVM-

SVMMÆ.

1. *Singulare ius.*
2. *Priuilegium, Priuilegiarij.*
3. *Ratio iuris.*
4. *Tenor.*
5. *Pœna quando remittenda.*

Singulare ius. Priuilegium. Priuilegiarij.

1 a IVs singulare) † Hoc i[a], singulare quod videlicet lex, aut princeps, singulari fa
2 uore, certis personis indulsit, † postea priuilegiū dictū est.[a] & qui hoc iure
nituntur, Priuilegiarij.[b] Propriè verò & re tota ad antiquitatis religionem
relata, Priuilegium vt suprà disserui,[c] lex est priuata, hoc est non generalis,
nec in vniuersum lata: sed dè singulis certísq. personis scripta. Nam quę nos
singula, veteres Priua dixerunt:[d] fetéque semper in malā partem accipieba-
tur. vnde lex duodecim tabularum, *Priuilegia ne irroganto.*[e] & ad Clodium M.
Cicero, familiaris tuus, inquit Cornificius de te priuilegium tulit, vt si oper-
tum Bonæ Deæ accessisses, exulares.[f]

Ratio iuris.

b *Tenorem rationis*) Hoc est seriem, & ordinem verborum, seu nudum legis
3 præscriptum.[g] † quòd strictum, & subtile ius dicimus, bono & æquo plerun-
que oppositum.[h] vnde Modestinus, Iuris rationem opposuit æquitatis beni-

Tenor.

4 gnitati.[i] neque verò quemquam fugit, vt opinor. † Tenoris verbo formam,
ordinem, & rei progressum notari. Isque vno tenore vt aiunt, inquit M. Cice
ro, in dicendo fluit.[k]

Pœna quādo remittēda.

c *Vtilitatem*) Id est nouā aliquā rationem nouè suborientem. neq. enim teme
rè generales legis diffinitiones, & regulæ violari debent, sed legitima dunta
xat subsistente causa.[l] veluti cùm dicimus ob singulare artificium, excellen
5 tem virtutem, aut pręclaram delinquentis eruditionem, pœnas remitti.[m] In
quam rem, scio Pauli responsum vulgò citari,[n] sed perperàm: vt eleganter &
eruditè à recentioribus animaduersum est.[o]

L. XVII. SCIRE LEGES.

Celsus lib. 26. Digestorum.

Scire leges, est non earū verba tenere,[a] sed vim & potestatē.[b]

SVMMÆ.

1. *Demonstratio ad quid referenda.*
2. *Pictor quis.*
3. *Lex duobus constat.*
4. *Verba quando spectanda.*
5. *Legis interpretatio.*
6. *Error iuris scientia.*
7. *Ius ad æquitatem referendum.*

Demonstratio. Pictor quis.

1 a VErba tenere) † Demonstratio non est, inquit Philosophus, ad exteriorē
sermonem referenda: sed ad eum qui est in anima: hoc est ad interiorē
sensum.[a] † Quemadmodum igitur, qui tabulas ęgregiè depictas tenet, non
2 propterea Pictor dicitur: nisi pingendi quoque calleat artem. ita nec iuris
sciens, & peritus existimari debet, qui legum verba tenens, interiorem illū
sermonem, hoc est vim verborum, & scriptoris sententiam ignorat.[b] vnde
nec inanem eorum laborem probare possum, qui studiosiùs curant legum
verba memoriter tenere.

Lex duabus partibus constat. Verba quando sequēda.

b *Potestatem*) † Lex duabus constat partibus, scripto videlicet, & sententia.
3 cùmque inuenta sint verba, vt mentem loquentis exprimant:[c] ea pręsumi-
tur legis voluntas, quam verba significant.[d] neque temerè putandum aliud
4 quem sensisse, quàm quod verbis expressit.[e] † Vnde & ppriæ verborū signifi
cationi in dubio seruiendū.[f] nec ab ea recedēdū aliter q̄ si manifestū existat,
aliud sensisse pferentē.[g] Quod si de mente cōtra verborū corticē planè con
stet, nō dubiū, quin ea præponderet verbis:[h] tametsi verba legis diuersū ha-
beāt sensum.[i] cùm nō in verbis, sed in sentētia, leges ipsæ consistant.[k] Vt me-
ritò dicat hoc loco Celsus, scire leges esse vim earum, & potestatem tenere,

Lex quo modo interpretāda.

5 non etiam nuda verba. † Quoties itaque verba legis in controuersiam ve-
niunt, non ex eorum superficie, sed ex ratione, consilio, & sententia legem
ferentis, interpretari ea conuenit, & ab scripto prorsus deflectere, exemplo

a l. vn. in fi. ff. de offi. præfect. præto. l. ij. & tot. ti. ff. de priuile. credito.
b l. 3. ff. quod cū eo.
c §. Iura. ij. sup. hoc tit.
d Gel. li. 10. c. 20.
e Cicer. lib. iij. de legib.
f Cic. in parado.
g l. quod vero. l. in iis. hoc ti. l. quæ contra. ff. de reg. iur.
h l. ij. ff. de cōst. prī. l. placuit. C. de iud.
i l. nulla. hoc tit.
k Ci. in or. per.
l l. j. in fi. ff. de const. princip.
m l. postliminij. §. vl. ff. de capt.
n l. neque Dorotheus. C. de decurio. lib. 10.
n l. ad bestias. ff. de pœn.
o Alc. li. Parer. ij. c. 28.
a Arist. li. j. posterio. analyti.
b l. si seruū. §. sequitur. ff. de verb. oblig. & hic.
c l. Labeo. ff. de supp. leg. Cice. pro Cecinna.
d l. prospexit. ff. qui & à quib.
e l. ille. §. vlt. ff. de leg. iij.
f l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercitor.
g l. non aliter. ff. de leg. iij.
h l. ij. C. de liber. præter. d. l. Labeo. in fi.
i l. scire. §. aliud ff. de exc. tuto.
k c. intelligentia. c. propterea. de verb. sig. c. Marcio. j. q. j.

sit diuinum præceptum, non occides: & qui occiderit hominem, morte mo
riatur.[l] Lex item ciuilis homicidam morte plectens,[m] cuius si tenaciter ver-
ba sequeremur, innocentem damnari oporteret, nempè eum qui fortuitò
coactus, aut ob tutelam vitæ suæ alium interemisset, quod esset profectò le-
gem scriptam durissima interpretatione ad nimiam seueritatem producere.[n]
† In quo genere plerunque sub authoritate iuris scientiæ, hoc est exactæ 6
obseruationis verborum, perniciosè errari Iurisconsultus ait.[o] ab iis potissi-
mum qui suis in immensum protractis disputatiunculis tandem effecerunt,
vt hæc nostra iurisprudentia plus haberet subtilitatis & argutiæ, quàm
iustitiæ, veritatis, & æquitatis. † cùm tamen in hoc nos esse totos oporteat, 7
vt quæ ex legibus proficiscuntur, cuncta semper ad æquitatem referamus.[p]

l Exo.20. Leu. 24. et Deut. 5. m l.3. C. de episc. audient. n l. scientiã. §. j. ff. ad L. Aquil. l. nulla. hoc titu. o l. si seruũ. §. sequitur. ff. de uer. oblig. p Cic. Phili. 9.

Error scẽtiæ iuris.

Ius ad æquitatem referẽdũ.

L. XVIII. BENIGNIVS.

Idem lib. 29. Digestorum.

Benigniùs leges interpretandæ sunt, quò voluntas earum con-
seruetur.[a]

SVMMÆ

1 *Interpretatio legis ad quem.*
2 *Iudex quis, ex æquo iudicet.*
3 *Senatus authoritas.*
4 *Parlamentea curia.*
5 *Sedendi dignitas in senatu.*

a *Conseruetur*) † Verba legis non sunt callidè, aut sophisticè detorquenda, 1
vt aliò quàm oporteat, sensum deflectamus.[a] nam alioqui sub authorita
te iuris scientiæ posset perniciosè errari:[b] sed benigniùs sunt interpretãda,
vt iugiter mentem eius sequamur, ac diligenter conseruemus.[c] Quæ senten
tia cùm ad omnes indiscriminatim iudices referatur, equidem prosternit
hic locus euidenter, receptam opinionem, † quę supremis tantùm iudicibus 2
ex bono & æquo iudicare permittit. si enim non idem inferioribus iudici-
bus liceret, hi certè iudicarent: imò iudicare necessum haberent contra le-
ges: quæ non in verbis consistunt, sed in sententia:[d] quam qui sequitur, ex bo
no & æquo iudicat. hoc est ex legis voluntate contra strictam & duram ver
borum interpretationem. Illud fateor, vbi lex ita ambiguitate verborum in
terpretationem. Illud fateor, vbi lex ita ambiguitate verborum obuoluta
est, vt incerti planè simus, an propositum negocium scripto legis continea-
tur, non esse iudicis, qui nullam habet interpretãdæ legis facultatẽ: sed prin-
cipis voluntatem legislatoris explicare:[e] cui soli licet inter ius & æquitatem
arbitrium interponere.[f] Itaque si legis voluntas colligi potest, eam inconsul-
to etiam principe contra tenorem verborum, iudex sequatur, in infimis ta-
men si subselliis ius dicat.[g] sin minus referet ad principem: cui soli, & leges cõ
dere, & conditas interpretari, datum est:[h] † aut ad Senatũ, qui hac in re prin- 3
cipis authoritate fungitur.[i] Senatum porrò Romanum intelligo, † non etiam 4
supremas Galliarum curias: quæ in diffiniendis priuatorum controuersiis
summam quidem habent authoritatem, atque in parte vices nostri Regis
agunt: † adeo vt princeps senatus cùm iuri dicundo præest, in ordine seden- 5
di nulli, pręterquam ipsi Regi cedat, ius verò condere, & planè ambiguum,
(hoc est cuius voluntas prorsus incerta est) interpretari, tollere, aut corrige-
re non potest.

a l. nulla. hoc ti. b l. si seruũ. §. sequitur. ff. de ver. oblig. dixi sup. l. precedẽti. c vt hac l. d c. Marcio. j. q. j. & l. prece. e l. & ideo. hoc tit. f l. j. C. de legi. g l. sequenti. h l. vl. C. de legib. i l. non ambigitur. sup. hoc tit.

Interpretatio legis.

Iudex quis ex bono & æquo iudicet.

Senatus authoritas.

Parlamẽteę curiæ.

Ordo sedendi in senatu.

L. XIX. IN AMBIGVA.

Idem lib. 33. Digestorum.

In ambigua voce[a] legis,[b] ea potiùs accipiẽda est significatio, quę
vitio caret:[c] pręsertim cùm etiã volũtas legis ex hoc colligi possit.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Ambiguum.*
2 *Ambiuium.*
3 *Obscurum.*
4 *Ambigui interpretatio.*
5 *Peruenisse verbum.*

Ambigua vox.
1 a A*Mbigua voce*)† Ambigua vox dicitur ex qua duo differentes sententiæ
accipi possunt.[a] & ex ambiguo controuersia nasci dicitur, cùm scriptū
duas sententias significat.[b] hoc modo inquit. M. Cicero, Tullius hæres meus
Terentiæ vxori, xl. pondo vasorum argēteorum dato, quæ volet. Mulier pe-
rit vasa magnificè, & pretiosè cælata. Filius, se quæ ipse vellet ei debere di-
cit. Constiturio legitima hic est ambiguo. [c] ergo Ambigui proprium est,
vt duas tantùm demonstret sententias.[d] dictum est enim Ambiguum,† qua
Ambiuiū
2 si ambiuium, quod in ambas ferat vias.† Obscurum verò dicitur, ex quo plu-
Obscurū
3 ra accipi possunt.[e] velut si quis fundum simpliciter legat, quamplurimi enim
fundi sunt.[f] Confundunt tamen iuris quoque nostri authores, subtilem hanc
differentiam.[g] Porrò autem Chrysippus censuit, verbum omne, natura am-
biguum esse. quoniam ex eodem duo vel plura possunt accipi. Contrà Dio-
dorus nullum esse verbum ambiguum contendebat, quod nec quisquam
ambiguum dicat, aut sentiat: nec aliud dici videri debeat, quàm quod se di-
cere sentit. [h]
Interpretatio ambigui sermonis. Côtract[9]
4 b *Legis*)† Quid in ambigua voce hominis? & Iulianus ait, eam sententiam
potissimum accipiendam, quæ rei gerendæ aptior est.[i] Vnde non dubito,
quin in contractibus, ad id quod verissimile est à partibus actum fuisse cum
primis redigi debeat interpretatio.[k] quòd si suspicemur, conttahentium al-
terum vno modo, alterum alio intellexisse, contra eum interpretatio fiet,
qui legem apertiùs conscribere potuit.[l] veluti contra stipularorem, [m] vendi
torem, [n] & locatorem. [o] qui tamen satis apertè loqui videri debent, si ge-
Iudicia.
neralibus, & geminatis verbis vsi sunt.[p] In iudiciis verò, quod vtilius est ei,
Volūtates vltimæ.
qui sermone vsus est ambiguo, accipi debet.[q] Cęterùm in voluntaribus vlti
mis ambiguæ orationis interpretatio ex patrisfamiliàs consuetudine cum-
primis fit. deinde regionis in qua versatus est: tū verò ex legatarij dignitate:
& charitate ac demū ex iis, quæ in testamento contextu præcedunt, vel se
quūtur.[r] ex quibus si res non fiat lucidior, solemus secundū eū interpretatio-
nem facere, qui commodum ex testamento percepturus est. quòd illi non
possit ambiguitas vitio verti, ex cuius voluntate non pendet testamentum.[s]
Cōcessiones principum.
In principum autem concessionibus, quàm plenissimè fieri debet cuiusuis
obscuri sermonis interpretatio. [t] vt liberalitas & munificentia principis
magis ac magis splendeat, & augeātur.[u] quod pricipibus peculiare est,
tantáque maiestate dignum : vt maximè clementes sint, benefici, & li-
berales. [x]
c *Vitio caret*) Hoc est quę magis ęquitati, iuríque naturæ conuenit, & mi-
nimùm habet iniquitatis.[y] vnde cùm censuisset senatus, reos qui in hæredita
tis petitione succubuerunt, teneri quoque restituere pretia rerum ex hære-
5 ditate venditarum, quæ ad se peruenissent.†[z] Verbum *Peruenisse* ambiguum,
Per uenisse quid dicatur.
Vlpianus interpretatur benigniùs vt id tantùm teneantur precium restitue-
re, ex quo facti sunt rei locupletiores.[a]

a Cic. in Top. b l. in ambiguo. ff. de reb. dub. c Cice. lib. j. ad Herenn. d Cic. in orat. e l. veterib. ff. de pac. l. Labeo scribit obscuritas. ff. de contr. emptio. f l. ita fidei. ff. de iur. fis. g l. vbi. ff. de re. dub. l. nepos. ff. de uerb. sign. c. vlt. 23. dist. h Gel. li. 11. noc. Attica. c. 12. i l. quoties idē ff. de reg. iur. k l. nepos. ff. de verb. sig. l. semper in stip. ff. de reg. iur. l l. veteribus. ff. de pact. m l. quicquid. ff. de ver. oblig. n l. cum l. ff. de cont. empt. o d. l. veteribus. p l. in l. ff. loca. q l. si quis intētione. ff. de iud. r l. si seruus plurīū. §. vlt. ff. de le. j. leg. cum de Lanonis. §. vl. ff. de fūd. instr. s l. Titia textores. ff. de le. j. l. in testamentis. ff. de reg. iur. t l. pe. ff. de cōst. prin. c. cū dilectis de donatio. u l. vni. C. si liber. imper. soc. lib. 10. x Ci. pro Mar. y l. quoties nihil. ff. de regu. iur. l. nō fine. C. de bo. quæ lib. z l. item veniunt. §. item placere. ff. de peti. hæred. a l. verum. ff. ille tit.

L. XX. NON OMNIVM.

Iulianus lib. 56. Digestorum.

Non omnium,[a] quæ à maioribus constituta sunt, ratio reddi potest.[b]

SVMMÆ.

1 *Ratio de quibus reddi possit.*
2 *Legis authoritas pro ratione.*
3 *Pythagorici.*
4 *Ratio quando anxiè perquirenda.*

a OMnium)† Eorum quæ maiores nostri rationi naturæ seruientes consti- 1
tuerunt, non potest non facilè cognita esse ratio. ª Quæ verò ex mera
iuris ciuilis ratione sancita leguntur, nonnunquam rationem obscuram ha-
bent. ᵇ sed tamen quia legislatoris certa mens est, obseruari scriptum
conuenit. ᶜ

Ratio legis quando reddi possit.

b *Reddi potest*) Legem inuentum esse, ac munus Deorum, sibi persuasum o-
mnes habere debent. ᵈ etiam vt Plato dicebat, si nonnihil incommodi lex
prima fronte continere videatur. † neque rationem legis posteriores, inquit 2
idem Plato, aliam quærere debent: sed obseruare quasi Dei vocem & præ-
ceptum. ᵉ quemadmodum enim ventorum vim, impetum & euentum facilè
pernoscimus, non satis plerunque perspicientes, quam rationem habeant,
signa ventorum, & flatus. ᶠ Sic quæ sunt à maioribus constituta, non diffi-
culter intelligimus, cùm tamen non possumus interim assequi, quo consilio
gesta fuerint. ᵍ Ea igitur omnia causam habere, constanter credendum est. ʰ
sine qua nihil (inquit Polybius) nec eorum quę ratione fiunt, nec eorum, quę
præter rationem agi videntur, perfici potest ⁱ alioqui nec quidem legis no-
mine digna essent. ᵏ verùm quęnam illa sit, nos rudes & impoliti quando-
que non satis intelligimus. ˡ & hęc est Iuliani nostri sententia, qui sanè per-
quàm sobriè loquitur. Neque enim dicit, non omnium rationem esse:
sed non omnium reddi posse. vt inde discamus, non nimis diligenter in le-
gum rationem inquirendam. Nam Cretensium hanc vnam legem Plato ma-
ximè laudat, qua iuuenes inter se, aut coram iuuenibus senes, de legibus dis-
putare vetabantur, ne si quid dubij emergeret, (quod ad principes ciuitatis
referendum erat) leges ludibrio haberentur. ᵐ Nobis itaque legis authori-
tas tantæ venerationis esse debet, vt tanquàm ab oraculo quopiam acce-
pta, vel citra rationem, ad credendum sufficiat. † Et vt olim Pythago-
ricis, hodiéque piis Christianis in lege Euangelij satis est respondere 3
αὐτὸς ἔφα, ipse dixit. ⁿ Nam si rationem eorum quæ constituuntur, anxiè nimis
perscrutari velimus, pleraque ex his quæ certa sunt, vt bellissimè Neratius
scripsit, subuertentur. ᵒ † Neque verò putandum hinc vetari iuris studiosos 4
legum rationes diligenter perscrutari, & inquirere. sed monet prudenter
Iulianus ne nimis ea in re curiosi simus, anxij & soliciti: cùm ius ipsum certũ
est, licet ratio parum cognita & hoc est quod dicimus vulgò, legum verbis,
in dubio seruiendum. ᵖ & legem quamlibet prima fronte duram, quoniam
ita scripta sit, seruandam. ᑫ miniméque mutanda esse, quæ certam habuerunt
interpretationem, quamuis ratio ignoretur. ʳ Toleratur porrò diligens & so
licita rei disquisitio, si tractetur de lege producenda ad casus non expressos.
ˢ aut de tollenda legum antinomia ᵗ, vel etiam nequicquam absurdi aut
iniquitatis contingat. ᵘ

Legis authoritas pro ratione.

Pithagorici. Ipse dixit.

Ratio legis quomodò inquirenda

a Ci. li. ij. Rhet.
b vt hac l.
c l. prospexit. ff. qui & à quib.
d l. ij. vbi dixi. §. hoc titu.
e Plat. in Gorgia.
f Cic. de diuinatio.
g d. l. prospexit
h l. Domitius. ff. de testa.
i Poly. li. vj. hist.
k c. pe. 68. dist.
l d. l. prospexit.
m Plato in Minoe.
n Ci. li. j. de natu. Deor.
o l. sequen.
p l. j. §. si is qui. ff. de exercit.
q d. l. prospexit.
r l. minimè. hoc tit.
s l. cũ pater. §. dulcissimis. ff. de le. ij. l. adigere. §. quãuis. ff. de iur. pat.
t l. ij. §. j. C. de vete. iur. l mol.
u l. Gall. §. si e-ius. ff. de liber. et posth. l. scire. §. aliud. ff. de excu. tuto.

L. XXI. ET IDEO. II.

Neratius lib, 6. Membranarum.

Et ideo rationes eorum quæ constituuntur, inquiri non oportet. ª alioqui multa ex his quæ certa sunt, subuertentur. ᵇ

SVMMÆ.

1 *Legis ratio non inquirenda.* 2 *Diffinitiones periculosæ.*

a NOn oportet) † Nimis anxiè scilicet. Inquirendas nanq; legum rationes cẽ- 1
seo. cęterũ non adeò scrupulosè, vt si cognitu lõgè difficiles appareãt,
non eo inuestigandi labore lubentes supersedeamus, contenti legis authori
tate, quam velut sacrosanctum Appollinis Pithij oraculum suspicere, vene-
rari, ac recipere debemus. ª
b *Subuertentur*) Non dissimile est, quod Marcianus ait, de iuris diffinitionib. † 2
hoc est

Ratio quomodo perquirẽda.

Diffinitiones periculosæ.

a l. præcedẽti. vbi dixi.
b l. mora ff. de vsu.

hoc est quemadmodum interpretor ego, iuris regulis, [b] eas omnes periculi plenas esse, si quis subtiliter rimari, eorúmque verba tenaciter sequi voluerit rarum est enim, inquit, vt non subuerti possint.[c]

b l.mora.ff.de vsu.
c l.omnis diffinitio.ff.de reg. iur.

L. XXII. CVM LEX.

Vlpianus lib.35.ad edictum.

Cùm lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat.[a]

SVMMÆ.

1 *Contrariorum contrary effectus.*

Contrariorũ cõtraria cõsequẽtia.

a VEtat) Et ideò remissio iam patrati facinoris, in fututum vetat delinqui.
1 [a]†Quippè cõtrariorum vt M.Cicero scribit, contraria sũt cõsequẽtia.[b] & quod propositum in proposito, oppositum in opposito, operatur. [c]

a c.exigunt.j.q.7.
b Ci.li.5.Tus. l.j.§.j.ff.de of. eius.
c l.vl.§.vl.ff.de legat.iij.

L. XXIII. MINIME.

Paulus lib.4.ad Plautium.

Minimè sunt mutãda,[a] quę semper interpretationem certam habuerunt.[b]

SVMMÆ.

1 *Lex hominum domina.*
2 *Leges quandoque mutanda.*
3 *Opinio communis quando sequenda.*

Lex hominibus imperat.

a MVtanda) Spartanos ex priscis legibus nullam mouere, mutaréue lice-
1 bat, quoniã vt Plutarchus respondit, Leges†hominũ, non homines legũ dominas esse oportet.[a] Contrà, philosophus scribit, ne scriptas quidẽ leges, immobiles immutabilésq. esse oportere: sed pro nata rerum occasione variandas, & abrogandas.[b] vnde quod hîc Paulus ait, certa veterum instituta
2 minimè mutanda esse, temerè, & sine magna causa intelligendum est.† Alio qui mutari possunt, imò verò debent.[c] Pro varietate námque occasionum, magnæ est prudentiæ mutare sententiam.[d] & ex vetere lege Dei, pleráque
3 in instrumento nouo antiquata, & renouata leguntur,[e]† vnde quod vulgò iactatur, communem opinionem sequendam:[f] sanè accipiendum venit, si non euidens antiquæ sententię patefiat, & ostendatur error.[g] Sed de hac legum mutatione alibi pluscula.[h]

Leges quãdoq. mutãdæ.

Opinio cõmunis

b *Habuerunt*) Moribus vtentium.[i]

a Plu.in Apophte. Lacen.
b Arist.lib.ij. Poli. cap.6.
c c.non debet. de cõsangui. et affi.
d c.magna.22. q.4.
e c.vltim.§.his ita.6.distin.
f l.vnic.vbi di co.ff. de offi. quæsto.
g l.j.§.sed neq. C.de veter.iu. enucl.
h l.in rebus.ȷ̃.tit.j.
i c.in istis.iij. distin.

L. XXIIII. INCIVILE.

Celsus lib.9.Digestorum.

Inciuile[a] est, nisi tota lege perspecta[c], vna aliqua particula eius proposita iudicare, vel respondere.[b]

SVMMÆ.

1 *Inciuile.*
2 *Finis corrigit principium.*

Inciuile.

1 a INciuile) †Id est indecorum, & hominis leuis, atque intemperati.[a]
2 b Respondere) †Cùm finis nonnunquam corrigat totam legẽ, aut aliquo nec dum perpenso sensu illustret.[b]

Finis corrigit initium.

a l.ij.C.de furt.
b l.si tibi.in fi. ff.si cert.pet.

L. XXV. NVLLA.

Modestinus lib.7.responsorum.

Nulla iuris ratio, [a] aut æquitatis benignitas patitur, vt

quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad Seueritatem.[b]

SVMMÆ.

1 *Ratio iuris.* 2 *Fauor in odium reflecti non debet.*

a *Iuris ratio*) †Hoc est verborum proprietas & subtilitas.[a] quam vel ex Modestino, hîc opponi benignitati constat.[b]

b *Seueritatem*) †Sic & alibi. Constitutum quorundam fauore quibusdam casibus, ad lęsionem eorum, inquit Imperator, nolumus inuenium videri.[c] Finge igitur legem esse, vt qui muros transcenderit, capite plectatur, velut olim Romæ.[d] durior profectò esset interpretatio, qua peteretur ad supplicium qui in extremo ciuitatis periculo, conscensis intrepidè muris, hostéque profligato, ciues suos seruasset.[e] sic enim legem pro communi hominum salute latam, iniustissima seueritate, contra bonum publicum detorqueremus.

Margin: a l. quod verò. cum seq. vbi dixi hoc tit. b l. si tibi. in fi. ff. si cert. pet. c l. quod fauore. C. de legib. d l. vl. ff. de rer. diuisi. e l. non dubiũ. vbi dixi. C. de legib.

Margin: 1 Ratio iuris. 2 Fauor in odium minimè detorquendus.

L. XXVI. NON EST NOVVM.

Paulus lib 4 Quæstionum.

Non est nouum vt priores leges ad posteriores trahantur.[a]

SVMMÆ

1 *Lex per alteram determinatur.*

a *Trahantur*) †Vt nouæ leges, per veteres determinentur, & declarentur.[a] atq. ad interpretationem antiquarum adiectæ sint, in iisdem casibus obtineant, quibus veteribus illis locus erat.[b]

Margin: a l. seq. & seq. b §. in auth. de fil. ante dot. inst. na. col. vj.

Margin: 1 Lex ab alia interpretationem recipit.

L. XXVII. IDEO. I.

Tertullianus lib. 1. Quæstionum.

Ideo quia antiquiores[a] leges, ad posteriores trahi vsitatum est:[b] semper quasi hoc legibus[c] inesse credi oportet. vt ad eas quoque personas, & ad eas res pertineant, quę quandoque similes erunt.[d]

SVMMÆ.

1 *Antiqua lex quæ.* 2 *Nouum ius, & antiquum.*

a *Antiquiores leges*) Antiquæ† leges dicuntur, leges xij. tabularum.[a] quę, sicuti Iustinianus ait, omnium vetustissimæ sunt prioresque ferè Romanis rempublicam constituerunt.[b] Scriptæ† verò leges post xij. tab. nouæ plerunque appellantur.[c] quamuis & nonnunquam antiqui iuris verbo, & legum antiquarum nomine, constitutiones post ius xij. tab. promulgatæ ex subiecta materia significentur.[d] neque in hoc nostro contextu quicquam prohibet, quominus per antiquiores leges, quascunque priores aliis, & vetustiores amplectamur.[e]

b *Vsitatum est*) Priores quippè leges ad posteriores trahi iam ante Paulus docuit[f]

c *Legibus*) Posterioribus.

d *Similes erunt*) Iis nimirùm vel personis, vel rebus, quæ veteribus legibus sunt expressæ.

Margin: a l. Celsus. §. vl. ff. de le. ij. l. j. §. pe. & vlt. ff. ad Tert. b §. disponat. in auth. de nupt. coll. iiij. c l. vlt. ff. de re. Catoniana. d l. Gall. §. si eius. §. forsitã. cũ seq. vbi dixi. ff. de libe. & post. l. Sona. §. vl. ff. de dona. cau. mort. e l. praecedẽti. f l. praecedẽti.

Margin: 1 Antiqua lex. 2 Nouum ius & antiquum.

L. XVIII.

L. XXVIII. SED ET POSTERIORES.

Paulus lib. 5. ad leg. Iuliam & Papiam.

Sed & posteriores leges, ad priores pertinent,[a] nisi sint contrariæ,[b] ídque multis argumentis probetur.[c]

SVMMÆ.

1. *Lex quando ad aliam trahatur.*

Lex quã do ad aliam trahatur. 1 a *P*Ertinent) † Non solùm priores leges inquit Paulus, ad posteriores trahuntur:[a] sed etiam posteriores, ad priores pertinent, vt ab illis videlicet declarationem accipiant.[b]

b *Contrariæ*) Quo casu constat prioribus nouissimas derogare.[a]

c *Probetur*) Neque enim temerè credendum est, leges alias aliis cõtrarias.[d]

a l. nõ est nouũ. § hoc. tit.
b vt hac l.
c l. vlt. ff. de const. princ. §. pe. Inst. de iur. nat. c. j. de cog. spiritual. c. j. de constit. in 6.
d §. quibus. C. de nou. cod. f– ciend.

L. XXIX. CONTRA LEGEM.

Idem lib. singulari ad L. Cimniam.

Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet. In fraudem verò legis, qui saluis verbis legis, sententiam eius circunuenit.[a]

SVMMÆ.

1 *Fraus legi quemodò fiat.*
2 *Stolo sua lege damnatus.*
3 *Thracum calliditas.*
4 *Popilij versutia.*
5 *Menelai commentum*
6 *Ex legibus quid.*

Fraus legi quando. 1 a *C*Ircunuenit) † In fraudẽ legis fieri est, finitore M. Cicerone, legem versutè interpretari contra eius sententiam.[a] Veluti cùm fœnerator, quò Macedoniani prohibitionem eludat, non pecuniam numeratam, de qua S. C. loquitur:[b] sed oleum, aut triticum, filiofamiliâs credidit, vt inde redigat, & conflet sibi numos.[c] Non enim leges quemadmodum sæpè dictum est, in verborum superficie consistunt, sed in sensu & radice rationis.[d] neque verba legum captari oportet: sed quo consilio scripta sint, diligenter appendere.[e]
Stolonis fraus. 2 † Licinium Stolonem à M. Popilio Lenate decem millibus æris sua lege damnatum, quòd mille iugerum agri cum filio possideret, emancipandóque filium legi fraudem fecisset, Liuius scribit.[f]
Thracũ & Thebanorũ induciæ. 3 † Equidem Thraces, qui cum Thebanis 130. dierum inducias pacti, noctu depopulabãtur agros, eo se colore velantes, quòd induciæ dierum essent, non item noctium, callidè nimis verba contorquebant, & interpretabantur.[g]
Popilij commẽtum. 4 † Sicuti Popilius, qui cùm in conditionibus icti fœderis cum Antiocho scripsisset, Romanos dimidium nauium illi relicturos: posteà naues dissecans, & sectarum dimidiũ Antiocho relinquens, reliquum vafrè nimis incendit.[h]
Menelai proditio. 5 † Nec minus versutus Menelaus, cum se non interfecturũ filium Andromaches promisit, & post modum filiæ suæ necandum dedit.[i] Quòd si quis salua legis sententia aduersus scriptum faciat neque contra legem, neque in fraudem legis facere dicitur, sed maximè secundum legem.[k]
Ex legibus quid. 6 † quandoquidem ex legibus venire censeatur, non tam quod verbis, quàm quod sententia per interpretationem voluntatis colligitur.[l]

a Cic. ad Her.
b l. j. ff. ad Maced.
c l. sed Iulian. §. mutui. ff. illo tit.
d l. scire leges. supra hoc tit. c. Marcian. j. q. j.
e l. penul. ff. ad exhib.
f Liuius lib. 7.
g Strab. li. Geographia. 9.
h Liuius li. 48.
i Euripides in Andromac.
k l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr.
l l. nominis. §. vlti. ff. de verb. sign. §. j. Instit. de legi. pat. tut.

L. XXX. FRAVS.

Vlpianus lib. 4. ad Edictum.

Fraus autem legi fit, vbi id fit, quod fieri noluit: fieri autem

non vetuit.[a] & quod distat, ῥητὸν, καὶ διανοίας,[b] hoc distat fraus ab eo quod contra legem fit.[c]

SVMMÆ.

1 *Fraus quando legi fiat.*
2 *Legalis quæstio quadruplex.*
3 *Contra legem facere.*

a *NOn vetuit*) Rationem adfert eius quod Paulus iam antè scripsit: cùm docuit in fraudem legis eum facere, qui saluis verbis legis, sententiam eius oppugnat.[a] fraus † quippè legi tunc fit, cùm id agitur quod fieri lex noluit, fieri tamen apertè non vetuit.[b] quod M. Cicero dixit legem interpretati aduersum eius sententiam.[c] 1 Fraus legi quomodo fiat.

b *Διανοίας*) Id est dictum à sententia: aut si mauis, scriptum à voluntate. † Legales porrò quęstiones quatuor Rhetores diffinierant, Antinomiam, hoc est contrariarũ legum contentionem. Amphibologiam, id est ambiguitatem. Syllogismum, seu collectionem. & Scripti ac voluntatis statum. de quo hîc obiter agit Vlpianus, & diffusiùs alibi Fabius Quintilianus.[d] è quorum floribus aliquid delibantes, alio in loco quædam annotauimus.[e] 2 Legales quæstiones.

c *Contra legem fit*) † Id enim contra legem fieri dicitur, quod rectà mentem, & verba legis offendit.[f] In fraudem verò legis, quod detortis, & captatis sophisticè verbis, sententiam legislatoris circunuenit.[g] 3 Contra legem facere.

a l. præcedenti. b l. nõ dubium. vbi dixi. C. de legib. c Cic. ad Herenn. d Quinti. li. 7. c. 7. e In d. l. nõ dubium. f l. præcedenti. g c. quanto. de priui. c. vlti. de reg. iur. in 6. dixi l. praeced.

L. XXXI. PRINCEPS.

Idem lib. 14. ad leg. Iuliam & Pompeiam.

Princeps[a] legibus[b] solutus est.[c] Augusta[d] autem licet legibus soluta non sit:[e] Principes tamen, eadem illi priuilegia[f] tribuunt, quæ & ipsi habent.[g]

SVMMÆ.

1 *Princeps quid.*
2 *Princeps quasi Deus.*
3 *Princeps quibus legibus solutus.*
4 *Anthiochi egregium facinus.*
5 *Iuliæ vox impurissima.*
6 *Cambyses sororem vxorem duxit.*
7 *Antigoni sapiens verbum.*
8 *Soluere legibus.*
9 *Dispensare apud pontifices.*
10 *Gratiam facere.*
11 *Augusta nomen, & prærogatiua.*
12 *Priuilegium, priuilegiarij.*
13 *Vxor principis quæ priuilegia habeat.*
14 *Mulier quando vtatur priuilegio viri.*
15 *Priuilegia Augustæ facilius pereunt.*

a *PRinceps*) † Princeps, generale vocabulum est eorum, qui aliqua in re nimirùm scientia, diuitiis, dignitate, reliquis antecellunt. At hîc contrahitur, vt regem, Cæsarem aut alium, qui rerum dominus est, solúsque præest reipublicæ, significet: qui & ipse lex est,[a] † & quasi Deus quidã inter homines.[b] Nec præstabilius est, inquit Plinius, à Deo optim. maximo quicquam hominibus datum, quàm castus, sapiens, & Diis simillimus princeps.[c] vt enim optimorum, & sapientium virorum multitudo sanitas est orbis terrarum: ita rex sanctus, & sapiens stabilimentum est populi.[d] 1 Princeps. 2 Princeps alter Deus.

b *Legibus*) † Quæ transgressæ neque pietatem lædunt, neque honestatem. veluti solemnium, ne videlicet contrahendo, testando, iudicando, aut aliter disponendo iuris formulis alligetur, aut propriis, obstringatur constitutionibus.[e] Rursum & illis, ne quis cum telo, aut armatus incedat, ne quis purpura vestiatur, ne quis festas choreas ducat, & aliis id genus. Iniuria enim, inquit philosophus, illi inferretur, si cùm summam habeat potestatem, velut cæteris pietate, & bonitate antecellens, pari esset cum aliis cõditione, quem potius quasi Deum quendam inter homines censeri par est.[f] Interim tamen vox est optimo principe digna, vltro profiteri se legibus alligatũ.[g] Legibus autem naturæ, iustitiæ & honestatis princeps solutus non est.[h] Quinimò eisdem 3 Princeps quibus soluatur legibus.

a §. vl. in auth. de consul. col. iiij. b Arist. lib. iij. Polit. cap. 9. c Plin. in Panegyr. Traian. d Sapient. 6. e l. ex imperfecto. l. omnium. C. de testa. f Arist. lib. iij. Polit. cap. 9. g l. digna vox. C. de legib. §. vlt. Inst. quib. mod. testa. infir. h l. v. §. j. ff. de reb. eo. d. l. dig. vox. d. §. vlti.

dem vti priuatus quicunque ſubijcitur.[i] cùm lex à Deo procedat,& ſit,quẽadmodum M.Cicero ſcribit,à numine Deorum tracta ratio.[k] Ciuilibus itaque legibus, & vt ait Dion,ſcripto iure princeps ſolutus eſt.Cæterùm naturæ lege tam eſt adſtrictus,quàm quiuis noſtrûm: aut etiã multòmagis, quod exemplo grauius peccet.[l] Nam ſi memoriam temporũ explicare velimus, qualeſcunque ſummi ciuitatis viri fuerint: talem cognoſcemus ciuitatem fuiſſe: & quæcunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo ſecutam. Sapienter itaque M.Cicero,ſcripſit non tantùm mali eſſe peccare principes,(quanquam eſt magnum hoc per ſeipſum malum) quan-

Antiochi memorabilis vox.

4 tum illud quod permulti etiam imitatores principum exiſtunt.[m] † Laudabitur profectò in omne ſeculum Antiochus ille tertius, quem datis ad ſingulas ciuitates literis iuſſiſſe ferunt, ne ſibi parerent,ſi quid fortè contra ius reſcriberet: quaſi ſe neſcio ſcriptum eſſet.rectiſſimè quidem,cùm legis finis ſit iuſtitia. Lex principis opus:Princeps verò imago Dei cuncta moderantis. Deſinant ergo blandiri impuri illi Gnatones aulici, qui principum auribus occinere non ceſſant:principem omnia poſſe:eiúſque libidinem & voluntatem pro legibus habendam. Non enim princeps eſt honeſti,iuſtíque regula: ſed honeſti. iuſtíque miniſter, ac ipſius iuris cuſtos , & conſeruator: qui quamprimum à recto deſciſcit,non Rex,non Imperator, non Princeps, ſed tyrannus dici debet.[n] Certè cùm iſtiuſmodi homines audio , o mnia pro

Iulię impura vox

5 captu regibus & principibus licere clamitantes, † videtur auribus meis Iulia Caracalli nouerca inſuſurrare,deteſtandam illam vocem , quam effata eſt, cùm eidem maxima corporis parte nudatæ Antoninus dixiſſet, *Vellem ſi liceret.* quippè reſpondit terra illa, & impura mulier, *Si libet, licet. an neſcis te Imperatorem eſſe,& leges dare,non accipere?*[o] Nec huic valdè abſimiles fuêre Per-

Cambyſes vxorem duxit ſororem.

6 ſarum magiſtratus.† Cùm enim Cambyſes rex Perſarum ſororis amore captus,illam (quod etiam apud Perſas nefarium fuit)vxorem ducere cuperet, regiis iudicibus, & legum patriarum interpretibus accerſitis eos percunctatur, nûm qua lex ſit,quæ ſinat volenrem cum ſorore contrahere matrimonium? qui ne legem tuentes ipſi perirent, nullam eſſe talem legem reſponderunt. Cæterùm quandam inueniri, quæ permittit Perſarum regi facere

Antigoni præclarum reſponſum.

7 quicquid libeat.quo fultus reſponſo Cambyſes eam accepit vxorem.[p] †Cõtrà verò non modicam laudem meretur Antigonus, qui exclamante quodam omnia regibus eſſe honeſta,& iuſta.Ita per Iouem, inquit,Barbarorum regibus:nobis autem ea dumtaxat honeſta ſunt , quæ honeſta, & ea ſola iuſta,quæ iuſta.

Soluere legibus.

8 c *Solutus eſt*) † Legibus ſolutum Iuriſconſulti accipiunt,pro eo q uòd eſt legibus non teneri, quaſi legum vinculis leuarum & liberatum,[q] vn de Dion, Iam principes, inquit,aliud ſibi ius arrogârunt , quod nulli vnquam Romanorum fuerat antea datum : vt ipſis liceat quod voluerint. ſunt enim ſoluti legibus, quod apud Latinos perinde eſt,ac nulla legis neceſſitate teneri, ſed omni ſcripto iure,exemptum eſſe.[r] Frequentius tamẽ Latini authores, eum

Diſpenſare apud pontificios.

9 cui gratia legis fit, & iuris rigor remittitur, ſolutum legibus dicunt. [ſ] † quod Pontificij noſtri diſpenſare vocãt. Acuebat hac moderatione (inquit Liuius de Q. Fabio Maximo,conſulatum recuſante,verba faciens) tam iuſta ſtudia quæ verecundia legum reſtinguenda ratus legem recitari iuſſit,qua intra decem annos eundem conſulem refici non liceret. vix præ ſtrepitu audita eſt lex,Tribuníque plebis nihil id impedimenti futurum aiebant , ſe ad populum laturos vti legibus ſolueretur.[t] Et alibi idem author agens de C.Valerio Flacco,qui cùm Flamen Dialis eſſet Aedilis creatus,in leges iurare non poterat: cùm tamen plus quinque dies, qui non iuraſſet in leges, nequiret magiſtratum gerere.Petente Flacco (inquit) vt legibus ſolueretur, Senatus decreuit,vt Aedilis daret, qui pro ſe iuraret.[u] Item de Q. Fuluio Flacco, qui Aedilis Curulis deſignatus Præturam nihilominus petebat, certaménque ei, ait Liuius, cum C. Valerio flamine Diali erat. & poſtea quàm primò

i l.ij. vbi dixi ī. hoc titul.
k Ci.j. Philip.
l Dion lib.53.
m Cic. lib. ij. de legib.
n Auguſtin. li. ȳ. de ciuit. Dei. c.20.
o Spart. in Antonino Caracalla.
p Herodot. lib. iij. qui inſcribitur Thalia.
q l. ex imperfecto. ff. de leg. iij. l. qui neque. ff. de verb. ſignif. §. vlti. Inſtit. qui mo. teſt. infir. & hîc.
r Dion libr.53.
ſ Liuius li. 10. lib. 31. & 39.
t Liuius li. 10.
u Liuius lib.31.

æquare, mox ſuperare, etiam eſt viſus. pars Tribunorum plebis negare rationem eius habendam eſſe, quod duos ſimul vnus, magiſtratus prætertim curules, neque capere poſſet, nec gerere. pars legibus eum ſolui æquum cẽſere: vt quem vellet Prætorem creandi populo poteſtas foret.[x] Hoc autem quod legibus ſoluere Liuius vocat, Capitolinus † Gratiam facere dixit. De- 10 Gratiam facere.
cimo ætatis anno, (inquit, de Antonino Philoſopho verba faciens) adoptatus, in ſecundo conſulatu Antonini iam patris ſui Adriano ferente, gratia ætatis facta, Quæſtor eſt deſignatus.[y] Quibus verbis ſignificat legis annuariæ rigore ſolutum fuiſſe: vt priuſquam nactus eſſet Quæſtoriam ætatem, Quæſtor crearetur. Neque verò ignoro latiore acceptione Gratiam facere generaliter quemcunque dici, qui ex iure ſuo aliquid remittit, inde facere gratiã pecuniæ,[z] iniuriæ,[a] iuriſiurandi,[b] & aliorum id genus. Equiti Romano, inquit de Tiberio Cæſare Tranquillus, iuriſiurandi gratiam fecit, vxorem in ſtupro generi compertam dimitteret.[c]

d *Auguſta*) Principis vxor. † Qua in re haud quaquam ignorandum, non 11 Auguſtæ nomen & prærogatiua.
ſimulátque Imperator creatus erat, datúmque illi Auguſti nomen vxorem eius Auguſtam appellatam: ſed cùm ſenatui demùm videbatur. Nam Antoninum Pium legimus, conſenſiſſe. vt Fauſtina eius vxor permittẽte ſenatu, Auguſtæ nomen haberet.[d] & de Pertinace ſic Capitolinus ſcribit. Eadem die, inquit, qua Auguſtus Pertinax appellatus eſt, & Flauia Titiana vxor eius Auguſta fuit appellata, his horis quibus ille vota ſoluebat[e] & paulò poſt. Filium Pertinacem, ait, Senatus Cæſarem appellauit: ſed Pertinax, nec Auguſtæ appellationem recepit, & de filio dixit, cùm meruerit.[f] Spartianus itẽ de Iuliano. Facto S.C. inquit, Imperator eſt appellatus, vxor etiam Manlia Scantilla, & filia eius Didia Clara Auguſtæ ſunt appellatæ.[g] De Agrippina Claudij vxore Tacitus author eſt, eam nõ procul à Cæſare, excelſo ſuggeſtu cõſpicuam, iiſdem quibus Principes, gratiis, & laudibus veneratam. Nouum ſanè inquit, & veterum moribus inſolitum, fœminam ſignis Romanis præſidere. Ipſa ſemet parti à maioribus imperij ſociam ferebat.[h]

e *Non ſit*) Suo iure ſcilicet, & ex ſua perſona.[i]

f *Priuilegia*) † Hoc eſt, eaſdem prærogatiuas, eadémque ſingularia iura, 12 Priuilegium. Priuilegiarius.
contra communes regulas indulta. quæ priuilegiorum verbo apud Iuriſconſultos ſignificantur.[k] vnde priuilegiarij in ciuili diſciplina dicuntur, quibus peculiares eiuſcemodi prærogatiuę ſunt conceſſæ.[l] at diuerſa paululùm veteribus fuit Priuilegij ſignificatio. nanque eo verbo notabant leges de certis & ſingulis perſonis, non etiam generaliter latas.[m] vt à nobis ſuperiùs extitit annotatum.[n]

g *Ipſi habent*) Vnde alibi idem Vlpianus, † Quodcunque priuilegium in- 13 Vxor quando prærogatiua viri viatur.
quit, fiſco competit, hoc idem Auguſtæ ratio habere ſolet.[o] ſi enim priuatæ mulieres honore maritorum refulgent, & illuſtrantur:[p] multò magis Auguſta tanto viri fulgore ſplendere, erigi & coruſcare debet.[q] Igitur habet Auguſta eadem quæ princeps priuilegia,[r] niſi perſonæ qualitas prærogatiuis repugnet. quia priuilegium puta verſetur circa officia ciuilia, vel publica, quibus ſexum muliebrem arceri conſtat.[s] † ac proinde nequibit Auguſta le- 14 Mulieres quibus arceantur.
gem condere:[t] quæ non mulierum, ſed virorum prudentium decretum eſt,[u] nec rurſus iudicandi munere fungi.[x] nec item arbitrium ſuſciperè.[y] ſi non diuturna conſuetudine iuuatur.[z] † Denique quoniam non ſuo iure, ſed prin- 15 Priuilegia Auguſtæ facilè pereunt.
cipis beneficio, ex illiúſque perſona prærogatiuis principalibus Auguſta fruitur:[a] in ſua perſona faciliùs conſumuntur, & intereunt.[b] vnde licet legatum principi relictum, defuncto ante diem legati cedentem principe, ſucceſſori nihillominus debeatur.[c] non idem tamen in eo, quod Auguſtæ legatum eſt, exiſtimari debet.[d]

x Liuius li. 39. y Iul. Capitoli. in Anton. Philoſopho. z Plautus. in Pſeudolo. a Liuius li. iij. b Plaut. in Rudente. c Suet. in Tib. d Iuli. Capitol. in Antonino. e Capitolin. in Aelio Pertinace. f Capitolin. in eodem Cæſare. g Spartian. in Didio Iuliano. h Corn. Tacit. lib. 12. i l. j. C. de conducto. & procur. do. Auguſt. li. 11. k l. vnic. ff. de offi. præf. prætor. l. ij. & tot. tit. ff. de priuil. creditor. l. priuilegia. ff. de reg. iur. l. fiſcus. §. vl. ff. de iur. fiſ. l l. reſcriptū. ff. de pact. l. ſi vẽtri. §. pen. ff. de priuil. cred. m Cice. lib. iij. de legib. Gel. lib. 10. c. 20. n l. iu. ij. hoc tit. o l. fiſcus. j §. vl. ff. de iur. fiſ. p l. fœmina. ff. de ſenator. l. mulieres. C. de dignita. lib. 12. q l. ſi liberam. C. de nupt. r d. l. fiſcus. §. vlti. & hic. ſ l. j. ff. ad Velleia. l. ij. ff. de reg. iur. t l. j. ſup. hoc tit. l vlt. C. de legi. u d. l. j. hoc tit. x l. cum prætor. §. vlt. ff. de iud. y l. vlti. C. de arbit. z c. cũm dilecti. ff. de leg. ij. de arbit. a d. l. fiſcus. §. vlti. & hic. b l. more. & l. ſeq. ff. de iuriſdic. c l. quod principi. d l. ſi Auguſta. ff. illo tit.

L. XXXII. DE QVIBVS.

Iulianus lib. 84. Digestorum.

De quibus [a] causis scriptis legibus non vtimur, [b] id custodiri [c] oportet, quod moribus & consuetudine [d] introductum est. Et si qua in re hoc defecerit: [e] tunc quod proximum & consequens [f] ei [g] est. Si ne id quidem appareat, tunc ius quo vrbs Roma [h] vtitur, seruari oportet. Inueterata [i] enim consuetudo pro lege [k] non immeritò custoditur: & hoc est ius, quod dicitur moribus constitutum. Nam cùm ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, quàm quòd iudicio populi [l] receptæ sunt meritò & ea quę sine vllo scripto populus probauit, [m] tenebunt omnes. Nam quid interest populus voluntatem suam suffragio [n] declaret, an rebus ipsis & factis? [o] Quare [p] rectissimè etiam illud receptum est, vt leges non solum suffragio legislatoris: [q] sed etiã tacito consensu omnium [r] per desuetudinem abrogentur. [f]

SVMMÆ.

1 *Ius scriptum, & non scriptum.*
2 *Consuetudo quid.*
3 *Vrbs Roma.*
4 *Constantinopolis.*
5 *Regia vrbs.*
6 *Tempus longum.*
7 *Consuetudo inueterata.*
8 *Consuetudo quãto tempore inducatur.*
9 *Frequenter quid dicatur fieri.*
10 *Inueteratum.*
11 *Consuetudinis & legis paritas.*
12 *Leges à quo recipiantur.*
13 *Suffragium.*
14 *Factis explicatur voluntas.*
15 *Consuetudo quando legem vincat.*
16 *Desuetudo quomodo inducatur.*
17 *Statutum.*
18 *Lex Dei vel naturæ immutabilis.*

Ius scriptum & non scriptum.
1 a DE *quibus*) Ius populi Romani cùm Vlpianus ita diduxisset, † vt aliud esset scriptum, aliud nõ scriptum. [a] & hucusque tractatum plena manu foret de iure scripto: transit nunc ad alteram speciem, nimirùm iuris non scripti Iurisconsultus.

a l. Ius ciuile. in fi. ff. de iust. & iur.

b *Non vtimur*) Quia vel de proposito negocio editæ non reperiuntur, vel si promulgatæ quondam fuerint, per desuetudinem tacito consensu ciuium obliteratæ sunt, & abrogatæ.

c *Id custodiri*) In diffiniendis negociis, & controuersiis terminandis, de quibus nihil scriptum in iure comperitur.

Consuetudo quid.
2 d *Consuetudine*) Hinc consuetudinem † finire soleo, ius esse non scriptum, diuturnis vtentium moribus constitutum: quod vbi lex deficit, pro lege suscipitur. [b] ab iis enim non abhorrens M. Cicero, consuetudinis ius id esse dixit, quod omnium voluntate, sine lege vetustas comprobauit. [c]

e *Defecerit*) Ius non scriptum videlicet, nedum scriptum ius.

f *Consequens*) Id est quod proximè sequitur, ex alia consuetudine magis simili casui, de quo quæritur. [d] vt ita nolit Iulianus, quodlibet simile spectari: sed id duntaxat, quod proximius erit, & magis vicinum.

g *Ei*) Consuetudini.

h *Vrbs Roma*) Cùm res aliqua venit in controuersiam, ius illud cum primis spectamus, à quo nostri ciues in eodem negociorum genere vsi sunt. [e] quo deficiente, à simili si non sit diuersa ratio. [f] tandémque si ne id quidem ap-
Romana ciuitas. 3 pareat, custodiendum est ius, † quo vrbs Roma vtitur. [g] nam & ea ciuitas
Constãtinopolis. Iuliani adhuc tempore, caput omnium ciuitatum, & prouinciarum orbis,
4 censebatur. † Licet post translata in vrbem Constantinopolim imperij Ro-
Regia vrbs. 5 mani decora, & insignia, hoc amplissimo titulo, † nominéque Regiæ vrbis,

b §. ex non scripto. Instit. de iur. nat. c. consuetudin. j. dist.
c Cicer. de inuentio.
d l. j. C. quæ sit long. consue. l. quod non hoc titul.
e l. si de interpretatione. & l. seq. j. hoc tit.
f l. j. C. quæ sit long. consuet.
g vt hac l.

Constantinopolim Iustinianus illustrârit.[h] Ex iis porrò intelligimus, totam hanc legem pro municipibus, oppidanis, & prouincialibus, non etiam pro ciuibus tantum Romanis promulgatam.

1. *Inueterata*) Vt pro iure, & lege consuetudo seruetur, eam oportet longam, diuturnam, & inueteratam esse.[i] † cùm autem diuturnum & longum 6
tempus dici soleat, decem annorum.[k] † Inueteratam consuetudinem tra- 7
dunt, quæ per decennium (dum duorum saltem exemplorum testimonio, comprobetur) religiosè fuerit obseruata:[l] nisi fortè detraheret iuri ecclesiæ consuetudo (quo casu anni quadraginta desiderantur[m]) aut induceretur, contra peculiaria principis iura. quam tunc vetustissimam esse oportet: hoc est, hominum memoriam excedere.[n] illam rationem adiicientes, quòd cùm populus semper præsens sit, & inter præsentes, decem annis vsucapio perficiatur:[o] consuetudo quoque compleatur decennio.[+] Ego verò hoc ipsum 8
totum quanto scilicet tempore, & quot exemplis inducatur consuetudo, æstimandum iudicanti relinquere malo: qui pro negocij qualitate modò breuius, modò longius tempus statuet. neque enim probare possum ex vno atque altero facto consuetudinem enasci, cùm eam gignat exercitatio,[p] inquit M. Cicero, & vetustas omnium voluntate comprobata.[q] atqui nec exercitatio, nec vetustas in vno atque altero ciuium facto probè considerari potest. Adde quod idem author, consuetudinem definit esse, quod in ciuitate solitum est fieri.[r] & frequentem vsum Alexander Imperator requirit,[s] † neque verò frequenter, neque solitò fieri dicitur, nisi quod cre- 9
brò fit, & sæpè. Sed nec magis probo quod annectunt longam, diuturnam, aut inueteratam consuetudinem (quippè talem leges exigunt, vt legis vim, & authoritatem habeat[t]) decennij spacio terminari. vtcunque enim de longo, & diuturno, ambigi possit.[u] † inueteratum latinè dici nequit, nisi 10
quod valdè vetus est, & antiquum, exemplóque maiorum quemadmodum M. Cicero scribit, multis in rebus vsitatum.[x]

k *Pro lege*) † Diuturna consuetudo fungitur vice legis: nec minorem quàm 11
scriptum ius authoritatem habet.[y] vnde punitur perinde cōsuetudinis contemptor quàm transgressor legis.[z] Quinetiam eo iure vtimur, vt legem scriptam abroget consuetudo.[a] quod paulò infra disputabimus.

l *Iudicio populi*) † Iulianus hoc loco ad vetus illud tempus se referre videtur, 12
quo necdum populus in principem ius imperij transtulerat: tunc enim solus populus Romanus legem sanciebat, eiúsque iudicio, lex magistratu maiore rogante recipiebatur & promulgabatur.[b] Post translatam enim potestatem in principem ab ipso solo, aut eius authoritate iura condi cœperunt:[c] ac solius principis iudicio ferri, recipi & comprobari.[d]

m *Probauit*) Diuturno vsu, ac per annos plurimos obseruato.

n *Suffragio*) † Populus Romanus in campo Martio publicè conuocatus 13
voluntatem suam consuli legem roganti primùm voce, dein tabellis & calculis declarabat:[e] quæ iudicij significatio Suffragium dicebatur. vt alibi pluribus tractaui.[f]

o *Rebus & factis*) † Quasi dicat nihil, neque sanè valdè refert, vtrum quis 14
verbo, vel facto animi sui conceptum explicet.[g] quinimò plus est quandoque factis, quàm verbis voluntatem significare, & exprimere.[h]

p *Quare*) Quia diximus diuturnam consuetudinem legis authoritate fungi.

q *Suffragio legislatoris*) Contrario ei cuius authoritate leges priores promulgatæ sunt.[i] Nec dubium, quin lex ciuilis per contrariam posteriorem tollatur.[k]

r *Omnium*) Vel maioris partis. In publicis siquidem negociis ab vniuersis actum intelligitur, quod fit per maiorem partem.[l]

6 Tempus longum. 7 Consuetudo inueterata. 8 Consuetudo quā to tempore inducatur. 9 Frequenter. 10 Inueteratum. 11 Consuetudinis & legis par authoritas. 12 Leges à quo recipiantur. 13 Suffragium. 14 Factis declaratur voluntas.

h §. vlt. Inst. de Iustiniano. dixi l. ij. in pri. ff. de origin. iur. i l. ij. C. quæ sit long. consue. l. seq. & l. sed ea. hoc tit. k l. si nō fideicommissa. §. Aristo. ff. qui & à quib. § j. Instit. de vsucap. l Acc. & doct. hic. glos. c. vlt. de cōsue. in 6. m c. de quarta. de præscrip. n c. super quibusdam. de verbo. signific. o l. vlt. C. de præscrip. long. temp. p Cice. de orat. q Cicer. li. ij. de inuentio. r Cice. in Top. s l. ij. C. quæ sit long. consuet. t l. seq. l. sed & ea. hoc titu. & hic. u l. si cùm fidei commiss. §. Aristo. vbi Accur. ff. qui & à quib. x Cice. pro Cecinna. y hac l. cum quatuor seq. z c. in his 11. dist. a hac l. in fine. b §. lex Instit. de iur. nat. c. lex. cum seq. ij. distinctio. c l. vlt. C. de legib. dixi l. non ambigitur. supra hoc titul. d l. j. ff. de constit. prin. §. sed quod princ. Instit. de iur. nat. e Ci. pro Plancio. in Pisonem. lib. j. & ij. de legib. & pro Murena. f l. ij. §. ijsdem temporibus. ff. de origin. iur. g l. si tamen. §. ei qui ff. de edil. edic. h c. dilecti. ij. de appella. i §. penul. Instit. de iur. natur. k c. j. de constitutio. in 6 l. vlt. vbi dicam inf. titu. j. l l. quod maior. ff. ad municipal. l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur.

[Abro-

Consuetudo quãdo legẽ vincat.

15 (*Abrogentur*) † Scriptã legem igitur abrogat consuetudo. aut vt propriùs & significautiùs loquatur, desuetudine antiquatur lex, & suo silentio perit.[m] Neque enim vllum est consuetudinis momentum, inquit Constantinus Cæsar, aduersus legem.[n] vt ita quod affertur vulgò, sola patientia, vel negligentia desuetudinem non induci: sed contrarus factis opus esse, planè falsum sit. Quippè satis est legem impunè contemni, & non seruari, vt eius vis, &

Desuetudo. Statutũ.

16 authoritas longa negligentia euanescat.[o] † quæ tamen desuetudo, si in scri-
17 pturam redigatur, consuetudo tum scripta († vulgus Statutum vocat) aut lex municipij rectè dicetur,[p] quæ sanè vincer generalem etiam legem, si & ipsa consuetudo generalis est.[q] nam si specialis sit, alicuius puta municipij, aut prouinciæ intra suos tantùm terminos legem ipsam, seu legis vt melius loquar, obseruantiam infirmat.[r] Quo sensu Constantini verba accipimus, dicentis vim consuetudinis non eo vsque protendi, vt legem vincat.[s] Sed cùm de consuetudinis vi & authoritate quærimus, spectari primùm debet, an ea cum lege concordet. quo casu legem firmat consuetudo, atque in vsu retinet: quia diuersum plerumque reciperetur si hoc robur non accederet.[t] Quòd si præter legem, hoc est vbi lex non disponit, inducta sit consuetudo, legem ipsam imitatur.[u] vt tantum valeat in casu à lege prætermisso, quantum lex in casu scripto.[x] & hoc est, quod afferri solet, Consuetudinem pro lege suscipi, cùm deficit lex,[y] inueteratam consuetudinem pro lege seruari.[z] nec minus consuetudinem, quàm quæ in iure scripta sunt custodiri.[a] Vbi verò in lege ambiguitas est, adhibeatur quoad eius fieri poterit interpretatio, quæ vtramque retineat, & conseruet.[b] hoc quippè legem sensisse credendum est, quod omnium consensus tandem approbauit.[c] Equidem iis casibus consuetudini locum esse video, cùm negotium quo de agitur, legibus comprehensum non est. siue ea legem veterẽ interpretetur, siue ea nouè aliquid constituat. Cæterùm vbi lex in desuetudinem prorsus abiit, aut, vt nostrates loquuntur, contra legem est consuetudo, siquidem talis, quam scriptum ius nominatim improbet, veluti aduersus ecclesiæ libertatem, nulla est ipso iure.[d] alioqui legem conterit, abrogat &

Dei aut naturæ lex immutabilis.

18 vincit:[e] † nisi Dei lex esset, aut naturæ, cuiusmodi iura nullius authoritate conuelluntur.[f] Quocirca vsurpatum nullo iure Vlpianus ait, vt quis in mari piscari, aut aucupari prohibeatur.[g] quando natura aerem, aquam profluentem, mare, & littora maris communia omnium fecerit.[h] Rursus eius consuetudinis nulla est potestas, quæ vxori adulteræ partem bonorum mariti concedit.[i] hoc enim bonis moribus, & ita iuri naturæ repugnat.[k] eóque pertinere quoque potest, quod ait Constantinus, non adeò valituram esse consuetudinem, vt rationem vincat.[l] id est ius naturæ quod cuique ratio naturalis præscribit.[m]

L. XXXIII. DIVTVRNA.

Vlpianus lib. 1. de offic. Procons.

Diuturna[a] consuetudo pro iure & lege[b] in iis quæ non ex scripto descendunt,[c] obseruari solet.

SVMMÆ.

1 *Diuturna consuetudo.* 2 *Ius, & lex.*

Diuturna consuetudo.

1 a **D**(*Iuturna*) † Quam consuetudinem Iulianus antè dixerat inueteratam;[a] Vlpianus hîc diuturnam vocat, Papinianus veterem.[b] Hermogenianus verò & Callistratus, ac cum illis Cæsares longam plerumque dixerunt.[c] & hi nonnunquam antiquam, aut vetustissimam, & iugiter obseruatam.[d] Quæ autem diuturna, inueterata, & longa consuetudo dicatur, paulò antè scripsimus.

m vt hac l. in fine.
n l. ij. C. quæ sit long. consue.
o vt hac l.
p l. j. C. de emãcip. libero.
q hac l. Accur.
d. l. ij. C. quæ sit long.
r l. venditor. §. si constat ff. cõ. predio.
s l. ij. l. vlti. C. quæ sit long. consue.
t d. l. vlti.
u §. ex non scripto. Instit. de iur. natur.
x vt hac lege.
y c. consuetudo. j. distinct.
z vt hac l.
a l. seq. l. sed ea inf. hoc titul.
b l. si de interpretatione. l. nã Imperator. inf. hoc tit.
c l. minimè. hoc tit.
d Aut. cassa. C. de sacro. eccles. aut. nauigia. C. de fur. aut. omnes. C. com. de success.
e vt hac lege.
f l. ij. §. vlt. ff. de vsufru. ea. rer.
c. vlti. 8. dist. c. vlt. §. his ita. 6. distin.
g l. iniuriarum. §. vlti. ff. de iniur.
h l. ij. l. nemo. ff. de rer. diuisio.
i c. ex parte. de consuetu.
k c. vlt. de cõd. appos.
l l. ij. C. quæ sit long. consue.
m §. singulorũ. Inst. de rer. diuisio.
a l. de quibus. hoc titul.
b l. Imperatores. ff. de pollicitatio. *c l. non tantum. §. vlt. ff. de decurio. l. sed & ea. inf. hoc tit. l. ij. C. quæ sit long. consue.* *d l. pen. C. de iur. fisci. lib. 10. l. vlti. C. de priuil. scho. lib. 12.*

b *Iure & lege*)† Ius à lege quomodò distinguatur, alio loco dictum est.[e] 2 *Ius & lex.*
c *Descendunt*) Hoc est quæ iure scripto, diffinita non sunt aut decisa. Quid autem sit, vbi legi scriptæ longa consuetudo repugnat, attigimus suprà.[f]

e l.ij. in prin. ff. de orig. iur.
f l. præcedenti.

L. XXXIIII. CVM DE CONSVETVDINE.

Idem lib. 4. de offic. Proconsf.

Cùm de consuetudine ciuitatis vel prouinciæ confidere quis videtur primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradicto aliquando iudicio[a] firmata sit.[b]

SVMMÆ.

1 *Contradictum iudicium.*
2 *Consensus per extraiudiciarios actus inducitur.*
3 *Iudicis præsentia quando necessaria.*
4 *Consilium à Iureconsultis datur.*

a *IVdicio*) † Contradictum iudicium vocat hîc Iurisconsultus forensem & iuridiciariam disceptationem, quæ prætensæ consuetudinis vsus, aut fortasse vires, in controuersiam apud iudicem pro tribunali fuerunt reuocatæ.[a] 1 *Contradictum iudiciũ.*

b *Firmata sit*) Nec enim tunc dubium, quin propter authoritatem iudicij plurimum roboris & firmamenti sit habitura consuetudo pro qua contradicto à colligitante al quando iudicio sententia lata fuerit.[b] quamuis deficiente etiam contradicto iudicio nihilominus inducatur.[c] cùm ex tacito populi consensu vim capiat consuetudo.[d] † qui consensus per actus qualescunque, 2 *Cõsẽsus per quos actus colligatur.*
licet minus solemnes & extraiudiciarios satis abundéque declaratur.[e] † neque in iis quæ solo consensu inducuntur, iudicis vel præsentia, vel authoritas est necessaria.[f] vt veterum quorundam meritò probem sententiam, qui ab Vlpiano consilium hoc loco nobis dari magis quàm necessitatem vllam imponi censent.[g] † Instruens quippè Iurisconsultus eum, qui consuetudini innititur, eum monet ante omnia animaduertere, nùm quandoque pro consuetudine iudicatum sit. hoc enim patefacto, res erit explorata: alioqui consuetudinem talem vigere liquidò probandum erit. Nec porrò nouum à Iurisconsultis dari nobis consilium.[h] 3 *Iudicis præsentia quando necessaria.* 4 *Consiliũ dant Iurisconsulti.*

a c. abbate sancti Syluani. §. ad hoc autẽ. de verbo. signific.
b d. §. ad hoc autem.
c doct. hic contra Accurs.
d l. de quibus. sup. hoc tit. & l. seq.
e l. vlti. ff. de reb. eo.
f l. fine apud acta. C. de trãsactio.
g Alber. Rosateus hic.
h l. j. ff. de ino. test. l. is qui destinauit. ff. de rei vend.

L. XXXV. SED ET EA.

Hermogenianus lib. 1. iuris ἐπιτομῶν.

Sed & ea quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos obseruata, velut tacita ciuium conuentio,[a] non minùs, quàm ea quæ scripta sunt iura, seruantur.[b]

SVMMÆ.

1 *Conuentio quid.*
2 *Tacita conuentio.*
3 *Voluntas quomodò declaretur.*

a *TAcita conuentio*) † Conuentionis generale verbum, mutuum duorum aut plurium consensum designat.[a] qui cùm non modò ex voluntate, verbis aut literis, aut per nuncium declarata colligatur:[b] sed etiam reipsa, hoc est facto aliquo intercedente.[c] † conueniri quoque tacito consensu dicitur,[d] extántque in iure, non pauca Tacitæ conuentionis exempla:[e] quæ referrem, si arbitrarer expedire. 1 *Conuentio.* 2 *Tacita cõuẽtio.*

b *Seruantur*) Nam cùm ipsæ nos ideò ligent, & vinciant, quia iudicio populi sint receptæ, pariter ea quæ sine scripto populus probauit, nos obstringere debent.[f] † cùm non intersit, voluntatem suam ciues verbis, an rebus, & fa- 3 *Volũtas quomodò colligatur.*

a l. j. §. conuentio. ff. de pact.
b l. certum. ff. si cert. peta.
c l. si tamen. §. eis qui. ff. de ædil. l. de quibus. §. hoc tutul.
d l. ij. ff. de pact.
e l. ij. l. iiij. l. itẽ quia. cũ simil. ff. de pact.
f d. l. de quibus. vbi dixi.

& factis significârint.[g] quin potiùs plausibiliora sunt, quæ diuturnis vtentiũ moribus recepta fuerunt, quia scilicet nulla vi, sed sua sponte in sensus hominum influant, quàm quæ legibus præcipiuntur: quæ plerunque ab eo qui plus potest, in inuitos & reluctantes promulgantur. *g d. l. si tamen. §. et qui.*

L. XXXVI. IMO.

Paulus lib. 7. ad Sabinum.

Imò magnæ authoritatis hoc ius habetur.[a] quòd intantùm probatum est, vt non fuerit necesse scripto comprehendere.[b]

SVMMÆ.

1 *Consuetudinis authoritas.* 2 *Populo extorta suffragia.*

Consuetudinis authoritas. 1 a *Habetur*) † Consuetudinis, inquit Constantinus, vsúsque longæui non est vilis authoritas:[a] cùm pro lege custodiatur.[b] *a l. ij. C. quæ sit longa consuetudo.*

b *Comprehendere*) Subtiliter hîc Paulus significat consuetudinem maioris censendam authoritatis, quàm scriptam legem. Siquidem ius veteres de iis tantùm casibus scripserint, qui in dies controuerti, & in dubium reuocari solebant. † idque populo plerunque non omninò applaudente, cui nobiliores, & principes viri, interdum callidè extorquebant suffragia.[c] quod verò communi omnium consensu, diuturnis vtentium moribus probatum est, id tanquam iustum & minimè controuersum, nullam scripti authoritatem desiderat.[d] neque enim valdè refert, vtrum populus voluntatem suam verbo vel facto significet.[e] *b l. de quibus. cum quatuor seq. hoc titul.* Suffragia populo extorta. 2 *c l. ij. §. exactis tem poribus. ff. de orig. iur.* *d vt hac l.* *e l. si tamen. §. et qui. ff. de adil. edi.*

L. XXXVII. SI DE INTERPRETATIONE.

Idem lib. 1. Quæstionum.

Si de interpretatione legis quæratur,[a] imprimis inspiciendum est, quo iure ciuitas retrò in eiusmodi casibus vsa fuit.[b] Optima enim est legum interpres consuetudo.[c]

SVMMÆ

1 *Consuetudo pro lege.* 2 *Consuetudo legum interpres.*

a *Quæratur*) Quia verbi gratia, legis verba ambigua sint.[a] *a l. sequen.*

b *Vsa fuit*) Mutanda quippe nõ sunt quæ certã semper habuerunt

Consuetudo pro lege. 1 interpretationem.[b] Vnde † quod longã consuetudine comprobatum est, aut diù similiter iudicatum, vim legis habet.[c] *b l. minimè. sup. hoc titul.*

c *Consuetudo*) Si enim paucis iurisperitis, & leges interpretantibus, cùm *c l. sequen.*

Consuetudo legis fida interpres. 2 de sententia legis ambigitur, fidem habemus, † multomagis ciuium omnium morem & probatam ab vniuersis consuetudinem, (quæ tamen non errore, sed ratione fuerit obtenta[d]) legis voluntatem rebus ipsis, atque factis interpretantem iustam, & optimam legum interpretem existimare debemus. *d l. quod non ratione. ff. hoc tit.*

L. XXXVIII. NAM IMPERATOR.

Callistratus lib. 1. Quæstionum.

Nam Imperator noster Seuerus[a] rescripsit, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur, consuetudinem,[b] aut rerum perpetuò[c] similiter[d] iudicatarum authoritatem vim legum obtinere debere.

SVMMÆ.

1 *Seuerus Imperator.* 3 *Seueri nomen vnde.*
2 *Christiani à Seuero dilecti.* 4 *Perpetuò.*

a SEuerus) † Duo fuerunt Seueri Imperatores. Septimius, qui Didio Iuliano, & Alexander qui Heliogabalo successit. Huius autem nimirùm Alexandri tempore Callistratum floruisse, in eiúsque consiliis adhibitum cum Vlpiano, Africano, Sabino, Martiano, Celso, Venuleio, Modestino, aliísque nominarissimis Iurisconsultis, Lampridius author est. [a] fuit autem Alexander Seuerus eruditorum ingeniorum cultor eximius, Iurisconsultorúmque amantissimus: vt potè qui nihil vnquam decernere voluerit sine Iurisperitis viginti, & aliis quamplurimis viris doctissimis. literatos omnes tam vehementer amans, vt Rethoribus, Grammaticis, Medicis, Aruspicibus, Mathematicis, Mechanicis & Architectis salaria instituerit. Sed & in cunctos viros bonos singulari beneuolentia fuit. primúsque post Adrianum principem veræ pietatis lumen accepit. † Nam Christum in larario suo semper habuit, locum Christianis assignauit, quo Popinarij litigabant, dicens Deum illic quoquomodo coli melius esse, quàm Popinariis concedi. Diuinam illam sententiam, *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*, in ore frequẽter habuit, adeóque dilexit, vt & in palatio, & in publicis operibus perscribi iuberet. Parthica verò expeditione fœliciter confecta, Persarúmque rege profligato, cùm Germanicum bellum immineret, in Germaniam profectus, Maximini perfidia à militibus tumultuantibus, quòd seuerior esset, † (nam & ideo Seueri nomen inditum, ei primùm fuit: quòd in milites, si quando peccarent, grauiter animaduerteret) cum Mammæa matre, in tentorio trucidatur: de quo Cuspiniani opera, hoc extat tetrastichon.

1 Seuerus Imperator.
2 Christus à Seuero cultus.
3 Seuerus cur sic dictus.

a Lamprid. in Alex. Seuero.

Raptus Alexander, ferro cum matre Seuerus,
Indignam passus ob benefacta necem:
Exegit castris vitia, ac documenta Seueri
Legibus instituit, hæc bona morte luit.

Obtruncatus fuit autem anno ætatis suę vigesimo nono, & Imperij decimotertio. Septimij porrò Seueri vitam enarramus alibi.[b]

b Consuetudinem) Secundum quam ratione, non errore obtentam [c] iudex sententiam ferre debet.[d]

c Perpetuò) † Vel certè decem annis vt suprà docui.[e] Sic enim hæc dictio alioqui diffusa, ex subiecto propositæ rei argumento temperari debet.[f] 4

d Similiter) Perpetuò, id est longo tempore, & similiter, iudicatum esse oportet, vt vim & authoritatem legum exempla obtineant.[g] alioqui non exemplis, quemadmodum Iustinianus ait, sed legibus foret iudicandum.[h]

4 Perpetuò.

b l. senatorem. ff. de senator.
c l. sequenti.
d l. iij. C. de nupt.
e l. de quibus. 3. hoc titul.
f l. ff pro socio.
g vt hac l.
h l. nemo. C. de sententi.

L. XXXIX. QVOD NON RATIONE.

Celsus lib. 23. Digestorum.

Quod non ratione introductum est, sed errore primùm, deinde consuetudine obseruatum, in aliis similibus non obtinet.[a]

SVMMÆ.

1 *Consuetudo quando vim legis habeat.* 3 *Supellex.*
2 *Candelabrum argenteum.*

a NOn obtinet) † Mirabile temperamentum ad omnia iura, quæ non minorem diuturnæ consuetudini, quàm legi scriptæ tribuunt authori- 1

1 Consuetudo quã doautho ritatem legis habeat.

authoritatem: vt intelligatur si longus ille vsus ratione introductus sit, non etiam errore inuectus.[a] Veluti exempli causa, propter imperitorum vsum Paulus scribit relatum in argento † candelabrum argenteum, argenti esse censeri, & hic error ius fecit.[b] vt ita non possit Supellectilis nomine contineri, quam Pomponius definiuit, † domesticum esse patrisfamilias instrumentum, quod neque argento, auróue facto, nec vesti adnumeratur.[c] cùm tamen ratio diuersum suadeat, vnde non obtinebit in aliis instrumentis domesticis: vt in vasis argenteis.[d] nam nec singulatiter constituta, ad consequentias produci debent.[e] Adhæc Vlpianus, vsurpatum est, tametsi nullo iure inquit, vt quis prohiberi possit ante ædes meas, vel prætorium meum piscari. quare si quis prohibeatur, adhuc etiam iniuriarum agi potest.[f]

Cādelabrum. 2

Supellex 3

a l. iniuriarū. §. vlti. ff. de iniur.
b l. iij. §. vlti. ff. de sup. leg.
c l. j. ff. illo tit.
d vt hac l.
e l. quod verò. et l. seq. hoc tit.
f d. l. iniuriarū. §. vltimo.

L. XL. ERGO.

Modestinus lib. 1. Regularum.

Ergo omne ius[a] aut consensus fecit,[b] aut necessitas constituit,[c] aut firmauit consuetudo.[d]

SVMMÆ.

1 *Iuris diuisiones.* 2 *Necessitas quando ius faciat.*

a *OMne ius*) Epilogum iuris facit per diuisionem quæ ad causam efficientem spectare videtur. † Sunt & aliæ iuris diuisiones, quarum aliæ formam, aliæ materiam respiciunt.[a]

Iuris diuisio. 1

b *Consensus facit*) Vt in scriptis legibus, quibus ideò nos ligati Iulianus dixit, quòd expresso populi consensu receptæ sint & comprobatæ.[b]

c *Necessitas constituit*) † Veluti senatusconsulta, & principum constitutiones. ipsa quippe necessitas, reipublicæ curam ad senatum deduxit. & ita cœpit senatus ius condere: quod senatusconsultum dixerunt.[c] Procedente verò tempore necessarium tandem visum est, per vnum reipublicæ consuli, ideóque constitutus princeps; datúmque ei ius, vt quod ipse constituisset, lex esset.[d]

Necessitas quādo ius constituat. 2

d *Consuetudo*) Quæ pro lege suscipitur cùm lex deficit, nec minorem habet, quàm scriptum ius, authoritatem.[e]

a l. j. ff. de stat. ho. l. seq. & vtrobique dicā.
b l. de quibus. 3. hoc titul.
c l. ij. §. deinde quia difficile. ff. de orig. iur.
d l. j. ff. de cōsti. pri. §. sed quod princip. Instit. de iur. nat. d. l. ij. §. nouissimè.
e d. l. de quibus. cū sequens

L. XLI. TOTVM.

Vlpianus lib. 2. Institutionum.

Totum autem ius[a] consistit, aut in acquirendo,[b] aut in conseruando,[c] aut in minuendo.[d] aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiusque fiat:[e] aut quemadmodum quis rem suam, vel ius suum conseruet: aut quomodò alienet,[f] aut amittat.

SVMMÆ.

1 *Diuisiones iuris.* 3 *Alienare quis dicatur.*
2 *Iuris capita.* 4 *Alienationis prohibitio.*

a *IVs*) † Hæc iuris diuisio, causam formalem respicit. quæ verò spectat causam efficientem. iam à Modestino relata est.[a] Datur & alia, materiam, hoc est, subiectum circa quod ius versatur; continens: quam Paulus tractat.[b]

Iuris diuisiones. 1

b *Acquirendo*) Rerum dominio, vel possessione, aut etiam obligatione. † Hæc enim præcipua sunt iuris nostri capita, ad quæ cætera quæ legibus sunt comprehensa, haud dubiè referuntur.

Iuris capita. 2

c *Conseruando*) Quod iam quæsiuimus, vel habuimus à maioribus nostris.

a l. præcedenti.
b l. j. ff. de stat. hom.

d *Minuendo*) Id ipsum quod habemus, per ius aliquod alienationis.

e *Cuiusque fiat*) Et ita quemadmodum quis acquirat.

f *Alienet*) Hoc est ius rei suæ, vel directum, vel vtile, in alium quoquo modo trásferat.[c] quamuis enim subtilis verbi alienationis significatio, ad translationem directi dominij referri videatur:[d] † verè tamen & significantet alienare dicitur, qui ius aliquod dominij transfert.[e] quinimò & ad pignoris nexum refertur alienatio,[f] qua idcirco † vel lege, vel contractu, vel testamento prohibita censebitur omnis alienatio, non directi modo dominij, sed vtilis etiam, atque adeò pignoris obligatio interdicta:[g] nisi vel legis ratio,[h] vel causa contractus,[i] aut mens defuncti verisimilis[k] talem extensionem abominetur, & dissuadeat. Quo modo auguror dissidentia prima fronte iura conciliari, componíque debere.

3 Alienare quis dicatur.

4 Alienationis prohibitio.

c l. alienationis. ff. de verb. signi. d l. j. C. de fun. dot. e §. alienatio nis. in aut. de non alie. coll. j. e. nulli. de re. ecclesi. nõ alie. f l. vlt. C. de reb. alie. g d. l. vlt. d. c. nulli. h l. ex hoc. §. j. ff. de alie. iud. i l. in quorum. ff. de pign. k l. qui habebat. ff. de lega. ij.

IOANNES CORASIUS

Iurisconsultus Tolosæ scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM.

TITVL. IIII.

SVMMÆ.

1 *Iuris præcipua pars.*
2 *Constitutio quid.*
3 *Codicis verbo quis codex veniat.*
4 *Isidori fides suspecta.*

EX IVRIS ciuilis partibus quas Papinianus memorat.[a] † præcipua vt nemo nescit, in consultis, decretis, & placitis principum relucet. quæ constitutiones dicuntur.[b] ideo digna fuit, quæ suum haberet peculiarem tractatum. † Est autẽ cõstitutionis nomen generale, quodcunque superioris alicuius decretum significans.[c] siue ille princeps sit, siue magistratus, siue corpus aliquod collegij. à verbo constituo,[d] quod inter cætera significat decerno, statuo, præscribo, quamuis per excellentiam quandam, simplici constitutionis verbo, Regum, Imperatorum, aut aliorum principum placita frequentiùs intelligantur.[e] quemadmodum iuris nomine, ius ciuile Romanorum.[f] & simplici magistratus verbo, prætorem,[g] † ac cùm Codicem absolutè enunciamus; Iustinianeum[h] soleamus accipere: tametsi Codicis nomen, librum quemcunque designet.[i] trésque alios fuisse constet iuris ciuilis libros titulo, nominéque Codicis decoratos: Gregorianum videlicet, Hermogenianum, & Theodosianum.[k] Quo modo accipi debet, quod Isidorus scripsit, Constitutionem propriè tantùm dici, quod Rex, vel Imperator, statuit.[l] quanquam nec illius authoritas, nos valdè mouere debeat. † Vt potè quem in disquisitione propriæ significationis verborum, Latini posteriores suspectũ semper habuerint. Has porrò principum constitutiones in iure nostro quandoque orationes, & nonnunquàm senatusconsulta dici obseruandum est.[m] Cuius rei non multo pòst rationem attingam.[n]

1 Pars iuris præcipua.

2 Constitutio quid.

3 Codicis verbo quis Codex.

4 Isidori fides suspecta.

a l. ius autẽ. ff. de iusti. & iur. b §. sed quod Insti. de iure na. l. j. hoc tit. c c. cũ oẽs. e. cũ M. de cõstitu. d c. cõsuetudo. §. cũ itaq. j dist. e l. j. hoc ti. d. §. sed quod prin. f §. sed ius quidem in fi. de iu natur. g l. ij. §. ita in ciuitate. ff. de ori. iur. h Bar. in ru. C. de no. cod. facien. i l. argẽtarius. §. edi. ff. de edẽ. k l. j. in prin. C. de no. cod. fac. l c. constitutio. ij. dist. m l. si & rẽ l. sitẽ venium. §. præter hac. ff. de petitio. here. l. pe. ff. ad Tertul. n l. j. hoc ti.

L. I. QVOD PRINCIPI.

Vlpianus lib 1. Institutionum.

QVOD principi[a] placuit,[b] legis habet vigorem.[c] vt pote cùm lege Regia,[d] quæ de imperio eius lata est, populus ei, & in eum,[e] omne suum imperium, [f] & potestatẽ conferat.[g] Quodcunq. igitur Imperator,[h] per epistolã,[i] & subscriptionẽ[k] statuit, vel cognoscẽs[l] decreuit, vel de plano interloquutus est,[n] vel edicto præcepit,[o] legem esse[p] constat. Hę sunt, quas cõstitutiones[q] vulgo appellamus. Planè ex his quędam sunt personales,[r] quę nec ad exemplũ[s] trahuntur. Nam quod princeps alicui ob merita indulsit,[t] vel si quam pœnam irrogauit,[u] vel si cui sine exemplo[x] subuenit, personam[y] non egreditur.

SVMMÆ.

1 *Princeps quis, & qualis.*
2 *Placere, verbum rationis.*
3 *Vigor.*
4 *Principis peculiaria.*
5 *Princeps an rem priuato auferat.*
6 *Regia lex.*
7 *Monarchia.*
8 *Senatus authoritas.*
9 *Imperia quomodo parta.*
10 *Principem quis creet.*
11 *Legem condere non cuiuis principi datum.*
12 *Epistola.*
13 *Epistola pro cautione.*
14 *Subscriptio.*
15 *Neronis clemens vox.*
16 *Reges olim ius reddebant.*
17 *Midas rex Phrygum.*
18 *Mithridatis memoria.*
19 *Principis officium.*
20 *Cognitionis verbum.*
21 *De plano cognoscere.*
22 *Pro tribunali.*
23 *Tribunal.*
24 *Interloquutio.*
25 *Edictum, Edicere.*
26 *Constitutiones.*
27 *Oratio, quid in iure.*
28 *Personales constitutiones.*
29 *Indulgere.*
30 *Paradigma.*
31 *Sine exemplo subuenire.*

Princeps qualis esse debeat. 1 a PRincipi) † Vero, & sapienti, qualem Plinius iunior describit.[a] qui videlicet vir bonus sit, ac veluti ciuium parens, cuíque nihil placeat, nisi quod iustum sit, sanctum & honestum.[b] Nefas siquidem esset, quemadmodum Opilius Macrinus Imperator dicebat,[c] impuras & exitiales Commodi, Caracallæ, Heliogabali, Neronis, ac similium tyrannorum voluntates pro legibus haberi.[d] Est enim Princeps æqui, & boni custos, conseruatórque iuris: nec sinimus, inquit Philosophus, hominem imperare, sed rationem: alioqui principis nomen amittit. fitque Tyrannus.[e] quo nihil in orbe Tyrannis pernicies. perniciósius magísque detestandum.[f] Itaque vt placitum & decretum principis ius dicatur, ad statum reipublicæ tuendum spectare debet, & bonum ac æquum esse: ne videlicet subditos aliquatenùs premat, aut finitimos, con-

Placere verbum. 2 tra legem naturæ vel gentium lædat.[g] † idque sequens *Placere*, verbum demonstrat, quod non voluptatis, non libidinis est, non etiam absolutæ voluntatis: sed iustitiæ, rationis & consilij.[h] vt id placere tantum principi intelligamus, quod ratione, consilio & fide bona statuit, ac probauit.[i]

b *Placuit*) Animo ius generale constituendi neque enim putandum, quamcunque principis voluntatem vim habere legis, aut legem esse.[k] Quid enim si placeat principi choreas ducere, equitare, ludos apparari, & iis similia? quid si inter singulares personas ius reddat?

Vigor. 3 c *Vigorem*) † Vim, robur & authoritatem, à vigeo verbo, quod enim floret, pollénsque[l] firmum, & integrum est rectè vigere dicitur. Vigor quo-

a *Plin. in Panegyr. Traiani.*
b *l. & ideo. vbi dixi. ff. de legi.*
c *Iul. Capitol. in Macrino.*
d *cle. pastoralis. de re iud. c. non licet. 10. distinct.*
e *Aristotel. li. iij. iiij. & 5. Polit. & lib. 5. ethic. c. 6. August. li. ii. de ciuit. Dei. c. 20.*
f *Herod. lib. 5. cui titulus. Terpsicore.*
g *Rodol. Agricol. lib. j. de inuentio. c. 5.*
h *l. si sic. ff. de leg. j. l. fideicõmiss. §. quanquam. ff. de leg. iij.*
i *l. creditor. §. vlt. ff. mandati l. si in lege. ff. locati.*
k *l. iij. in fin. C. de legib.*
l *Curtius lib. 9.*

que inquit Curtius,qui constat ex spiritu, non destituerar vultum. & Oui-
dius.[m]

Si quid & in nobis, viui fuit ante vigoris,
Extinctum longis excidit omne malis.

Inde Constantinus vigorem censurę,[n] & Diocletianus vigorem iustitiæ,[o]
dixerunt. Creato porrò principe datum est ei ius, vt quod constituisset ipse,
ratum esset,pro legéque seruaretur.[p] nec vim tantum legis haberet,sed lex
etiam esset.quemadmodum subiicit Vlpianus:vt inexcusabiles sint, qui tam
attentè iubent obseruari Pomponium dicentem Principis constitutionem
pro lege haberi,non etiam legem esse.[q]Qua in re planè ostendunt, tota le-
ge non perspecta aduersus Celsi præceptum parum ciuiliter iudicasse.[r] † 4
Hinc porrò apparet,summam esse, & immensam principis potestatem, ex
quo quicquid statuit,aut præcipit,pro lege seruari imperatur.[s] eúmque so-
lutum legibus dicimus.[t] ideóque non teneri eum obseruare ordinem iudi-
ciarium sufficiente simplici cognitione. atque adeò multis iuris solemnibus
obstringi.[u]Solùm leges condere posse.[x]sola eius præsentia,deficientem quã
cunque solemnitatem suppleri.[y]Principem esse legem animatam in terris.[z]
sanctiones eius nihil habere imperfectum.[a] eiusdem assertioni in iis quæ
coram eo gesta sunt,omninò stari.[b]Sed tamen hæc omnia princeps ipse, vti
debuit,sic temperauit:vt quanto plus videret sibi concessum, tam vellet mi
nùs,nihil magis principe dignum existimans, quàm legibus vti, & secundũ
eas viuere.[c]Et sanè cùm princeps sit in terris viua lex:[d]non potest princeps
salua tantę maiestatis dignitate,contra legem agere.[e]† Quocirca & illud bel 5
lissimè dici solet,principem non posse sine causa alicui rem suam auferre.[f]
& si fortè publico fauore suadente rem alterius alteri assignet:[g]tantundem
domino præstare debet.[h]

d *Lege regia*) † Quam Alexander Augustus legem Imperij dixit: quòd sci- 6
licet de Cæsaris imperio lata sit.[i]Nam & Imperatores ipsi Reges dicuntur.[k]
licet ob veterem regum tyrannidem,Imperatoris nomen plausibilius factũ
fuerit. Sunt tamen qui hanc imperij legem, malint Rhemiam, quàm Regiã
nuncupare. qua de re nos alibi plura.[l]Illud in pręsentia non prętereundum,
legem Regiam,primùm dictã fuisse, quòd per eam delata fuerit à Romulo
regẽ creãdi potestas populo Romano.[m]Ac ideò cùm Octauius Augustus ab
ipso populo dictus esset Imperator,legem illam Regiam nuncuparunt: velu
ti repetitis eius authoritatis populo concessæ primordiis.[n] Fuisse quoque a-
lias leges Regias ex Põponio coniicimus.[o] cuiusdã Regię legis meminit Mar
cellus,quæ mulierem grauidam,ante cæsum vterum, & partus excisionem,
humari vetuit.[p]sed harum appellationis originem,nos ignorare iamdiu fa-
teri maluimus,quàm commentitia pro certis obtrudere. quanquam illæ Re
giæ fortassis dictę sunt,quòd eas tulerint Reges Romanorum. Itaque lege
Regia,aut si mauis Rhemia,trãslata fuit primùm potestas in Augustum,ac
per eum in posteros Principes.[q] quod & Orosij historici verba significant.
Hoc die primùm, inquit, Augustus salutatus est,quod nomen antea cunctis
inuiolatum,& hucusque cæteris inuisum dominis: atque ex eo die summa
rerum,ac potestatum penes vnum esse cœpit, & mansit, †quod Græci Mo- 7
narchiam vocant.[r]

e *Et & in eum*) Hoc est, Theophilo expositore, ei principi, *in eum* populũ.[s]
vt sit sensus, lege Regia principi potestatem datam in vniuersum po-
pulum.[t] Quæ sanè interpretatio elegantiæ relationis, eandem perso-
nam respicientis nullatenùs respondet.[u] cæterùm necessitate quadam re-

cipienda,

Marginal notes (left): m Oui. li. 1. Trist. eleg. 5. n l. iij. C. de of. recto. prouinc. o l. prohibitũ. C. de iu. fisc. lib. 10. p l. ij. §. nouissimè, & §. seq. ff. de orig. iur. q d. §. nouissimè, Mar. Salo. hic. r l. inciuile. ff. de legi. s d. §. nouissimè. & hic. t l. princeps. ff. de legib. u l. apud eũ. in fi. ff. de manumissio. c. ad petitionem. in fi. de accusa. x l. vl. C. de le. y l. adopt. ff. de adopt. l. ij. ff. de reb. cor. z §. vlti. in aut. de cõsul. coll. 4 a l. vlt. C. de iis qui. vt indig. l. vlt. C. qui mil. non pos. b c. cũ à nobis. de testibus. c l. digna vox. C. de legi. d d. §. vl. de cõsul. e Arist. li. iij. 4. & 5. Politic. August. li. ij. de ciuit. c. 20. dixi. d. l. princ. f l. si priuatus. in prin. ff. qui & à qui. l. totius. §. vlt. ff. de pollicitatio. l. bene. C. de quad. præsc. g l. item si. §. j. ff. de rei vend. l. Lucius. ff. de euictio. h l. venditor. §. si constat. ff. cõ. prædio. l. seruus. C. qui. ex ca. ser. i l. iij. C. de §. sed & hoc studiosum. C. de veter. iur. enucl. o l. ij. §. fuit autẽ imprimis. ff. de orig. iur. p l. ij. ff. de mortuo infer. q l. vn. ff. de offi. præfec. prætor. r Orosius lib. 6. c. 18. s Theophil. §. sed & quod princip. de iur. nat. in institut. t d. l. j. §. sed & hoc studiosum. u l. est receptum. ff. de iurisdic.

testa. k l. vlt. C. de legib. l lib. 6. Miscel. c. 8. m Halicarnass. lib. 5. Liuius. libr. ij. n l. j.

Marginal notes (right): Principis peculiaria. — Princeps rẽ priuato non aufert. — Lex regia. — Monarchia.

cipiēda,cùm non alia congruentior salua legis sententia, iisce verbis aptari
possit.

f *Suum imperium*) Suum meritò dixit, quia ab exactis regibus vsque ad Cæsa-
res, omnis potestas, omnéque imperium apud populum fuit. [x] túmque cotū

Senatus authoritas.

8 quæ gerebantur, Senatus author erat, cēsebátq;: Populus verò iubebat.† Ere-
nim priusquàm haberentur comitia, Senatus coactus, faciūdum aliquid vel
non faciundum censebat. id autem relatum in comitiis, populus probando
iubebat, aut recusando vetabat. [y]

Imperiū qua ratione partū.

9 g *Potestatem conferat*) † Sic Iustinianus, Antiqua lege, inquit, quæ Regia
nuncupabatur, omne ius, omnísque potestas in Imperatoriā translata est
dignitatem. [z] Quanquam si verum amamus, nunquam populus Romanus
potestatem suam concesserit principibus: sed hanc illi partim ad se vi, & ar-
mis: partim dolo, & fraude transtulerunt: sibíque tyrannidem vendica-
runt. quod perspicuè Dion [a] & Tacitus [b] ostendunt. nósque alio in loco

Creatio principis ad quem.

10 pupugimus. [c] † Sanè verò videtur potestas creandi principem, apud Se-
natum quondam fuisse: vt indicant Vopisci verba. Nec tacendum, ait,
tantam Senatus lætitiam fuisse, quòd eligendi principis cura ad ordinem
amplissimum reuertisset, vt & supplicationes decernerentur, & hecatom-
be promitteretur à singulis. denique Senatores ad suos scriberent. mit-
terentur præterea literæ ad prouincias: vt scirent omnes socij, omnésque na-
tiones in antiquum statum Rempublicam rediisse, ac Senatum principes
legere: [d]

Legē cōdere an cuiq principi datū.

11 h *Imperator*) † In quem solum cùm transtulerit populus omnem potestatē,
dicendum soli Imperatori iura condere permissum, nō etiam alteri principi.
[e] Quamuis possit quicunque Rex, aut regulus in suo principatu normam ge-
neralem edicere: cùm & id olim potuerint Præfecti prætorio in prouinciis,
quas administrabant. [f]

Epistola.

12 i *Epistolam*) † Epistolæ verbo significatur hoc loco rescriptum principis
ad relationem magistratus super emergente casu dubio emissum. [g] nan-
que Præsides prouinciæ, cæteríque reipublicæ moderatores, si quando
nobile aliquod dubium occurrebat, quod veteribus legibus non esset defi-
nitum, solebant principem consulere. [h] quibus Princeps per epistolam ple-
runque respondebat. idque responsum vim habebat & authoritatem legis
generalis. [i] Extat apud Iulium Paulum epistola, de causa aquæductus Reipu-
blicæ Cirenensium, aduersus hæredes Cargiliani. [k] Meminit quoque
Vlpianus epistolæ diui Seueri ad Fabium Cilonem, de iure depor-

Epistola pro cautione.

13 tandi in insulam, & in metallum damnandi præfecto vrbi concesso. [l] †
Porrò autem epistola præter notam significationem, interdum notat
cautionem, & syngrapham. [m] quòd istiusmodi conscriptionibus, & chiro-
graphis solerent veteres iis salutationibus vti, quibus in literis, ad absentes
missis. [n]

Subscriptio.

14 k *Subscriptionem*) † Solebant olim Principes subscribere libellos, epistolas,
& alia id genus quæ rata habebant. [o] ideo cùm quondam Burrhus magistra-
tum gerens, in duos latrones capitaliter animaduersurus, Neronem Cæsa-
rem rogasset, vt subscriberet libello supplicij, inuitus accipiens chartam

Neronis pia vox.

15 Imperator, diuina voce exclamasse fertur: † *Quàm vellem nescire literas* qua
commotus Anneus Seneca, librum de Neronis clementia conscripsit. [p] De
Alexandro quoque Seuero legimus, post meridianas horas subscriptioni,
& lectioni epistolarum semper dedisse operam, [q] & Carinus Imperator tan-
tùm habuisse subscribendi fastidium traditur, vt imputum quendam qui sci-
tè manum eius imitabatur, ad subscribendum vice sua substituerit. [r] Com-
modum quoque Cæsarem adeò tardum, negligentémque fuisse prodit hi-
storia, vt vno modo, vnáque forma multis subscriberet libellis, & in com-
pluribus epistolis *Vale*, tantùm scriberet. [s] Neque porrò princeps dumta-
xat, verum etiam maiores magistratus, vt Prætores, Proconsules, cæteríque

x §. lex Inst. de iur. nat.
y Cic. pro Flac. Appia. li. j. bel lor. ciuil. Boet. in Top. Cicer.
z l. j. §. hoc ēt. C. de vete. iur. enucl.
a Dion lib. 53.
b Cor. Tacit. li. j. Annalium.
c l. ij. §. nouissimè. ff. de ori. iu.
d Vopiscus. in Tacito.
e l. vl. C. de le.
f l. ij. C. de of. pra. prator. orient.
g Theophil. §. sed & quod Instit. de iur. natur.
h l. itaque. ff. de fid. liber. l. ij. §. sed quia diuinæ. C. de veter. iur. enuel.
i vt hac l.
k l. pen. §. pen. & vlt. ff. de iu. & fac. igno.
l l. j. ff. de of. pra. vr. l. aut dānū. §. præfect. ff. de pœn. l. inter. §. j. ff. de inter. & releg.
m l. vlt. ff. de cōstit. pec. l. Titius. ff. de pign. actio. l. j. C. de contra. stipula.
n l. Publia. §. vlti. ff. deposit.
o §. j. inst. qui. non est permis. fa. testa.
p Suetonius in Nerone.
q Lampridius in Alexandro Seuero.
r Flac. Vopiscus in Carino.
s Lampridius in Commodo Antonino.

Præsides Prouinciarũ,oblatis precibus,& libellis subscribebãt, quid sibi iuri, rationique consentaneum videretur. [t] Sed eo pro tribunali, inquit Plinius, subnoto libellos,conficio tabulas,&c.[u]

1 *Cognoscens*) [x] Præerant olim iudiciis & actionibus causarũ Principes: populoque ius ipsi per se reddebant.Nam Romulum & Tullum Hostilium reges initio rerum ius populo reddidisse constat.[x] quod nos prænotauimus suprà.[y] Rursus Iulium Cæsarem laboriosissimè,& seuerissimè ius dixisse Tranquillus author est.[z] De Augusto quoque idem refert,eum assiduè, & in noctem nonnunquàm reddidisse ius,lectica pro tribunali collocata, si parum corpore valeret.[a] Tiberium item memorat magistratibus pro tribunali cognoscẽtibus,plerunque se obtulisse consiliarium,assedisseque iuxtim vel ex aduerso,in parte primore.[b] Denique de Claudio idem author scribit,eum laboriosissimè ius dixisse suis,suorũmque diebus solemnibus, & nonnunquàm festis,ac religiosis.[c] Sed & de Vlpio Traiano Dion tradit, ciuilibus eum adeò negociis intentum fuisse,vt studio pugnæ,nunquam à iure dicundo, fuerit reuocatus.[d] Idémque non multò post de Adriano profert. Ius,inquit,assiduè dicebat,cum primoribus ciuium,aliquando in palatio,nonnunquàm in prãdio,interdum & quidem sæpiùs ex tribunali:vt quæ fierent, publicarentur.[e] Nec dissimile factitarunt Galba Domitianus,& M. Philosophus, vt Dion Spartianus,& Capitolinus scribunt.† Midas quoque Phrygiæ rex apud Delphos muneris loco posuit regiam sellam, in qua sedens solitus erat ius dicere.[f] Equidem Philippus Macedo ab anicula quadam admonitus fuit, ne rex esset,si suorum causas audire nollet.[g] Idémque de Adriano Cæsare legimus: quem cùm muliercula in via rogasset , vt se audiret , & ille respondisset, otium mihi non est:succlamauit illa , *Noli ergo imperare*. túmque conuersus Princeps illam audiuit.[h] † De Mithridate Ponti rege ferunt, vt suo ore, nulloque interprete caussis cognoscendis præesse,iúsque dicere posset , ac eos quibus imperabat,sine interprete alloqui duarum & viginti gentium, quæ sub eius erant imperio linguas didicisse.[i] Postremo ne nostros Galliarum principes silentio prætereã, ex Annalibus constat , Carolum quintum non modo curasse,vt ex bono & æquo ius diceretur, sed ipsum quoque iudiciis frequenter interfuisse.[k] Enimuerò laudandus est Princeps , qui ius per se dicit , & audit adeuntium se desideria.†quippè decet principem , vt apud Xenophontem Cyrus dicebat , otio non anteire subditis , sed industria & prouidentia,cœlestiúmque exemplo, quę stare nesciunt , sed perpetuo motu agitantur:semper exercitum,semper irrequietum esse: vt vigilando,& ius dicendo commodis inseruiat subditorum.quódque facere solebat Alexander magnus,alteram aurem accusatori præbere,alteram reo reseruare.[l] Hodie tamen, magno nostro malo, Principes haudquaquàm dignantur, nisi alienis auribus subditorum querelas audire : tantum abest vt decorum existiment,controuersiis forensibus præsidere.Verum nec illud temerè credendum Principes de negociis quibuscunque passim & sine delectu ius reddidisse:sed de iis dumtaxat,quæ velut imperiali cognitione digna, suæ reseruauerant authoritati:eóque factum alibi docui.†vt cognitionis generale nomen,ad ea plerunque iudicia contrahatur,quæ non ordinario iure,sed extra ordinem exercentur.[m]

16 Rege solim ius reddebat per se.

17 Midas Phrygiæ rex.

18 Mithridatis memoria.

19 Principis officium.

20 Cognitionis verbum.

m *De plano*) † Hoc est formulis & solemnibus iudiciorum omissis. [n] quod vulgò dicimus summariè,sine strepitu & figura iudicii: neque iudice pro tribunali sedente.[o] huic enim locutioni *De plano*, opponitur pro tribunali cognoscere.[p] *De plano*,quasi ex inferiore populi loco, in quo versantur omnes. †pro tribunali,verò è sede,& loco magistratuum eminentiore.[q] Iudices, inquit,Tranquillus,aut è planò , aut è Quæsitoris tribunali monuit. [r] Prouerbialis autem hæc locutio videtur , & ab illis iudicibus, parœmia ducta: qua grauiores causas solemniter tractant , & pro tribunali sedentes , cum dignitatis maiestate cognoscunt , vbi verò descenderint in fori planicie,

21 De plano.

22 Pro tribunali.

leuiora

t l.si quis ebre-pserit.ff. ad l. Corn. de fal.
u Plin.lib.3. epist.
x Plut.in Romulo.
y l.2.ff. ad princ. ff.de orig. iur.
z Sueton.in Iulio Cæsare.
a Suet.in Augusto.
b Sueto.in Tiberio.
c Sue. in Clau.
d Dion in Traiano.
e Dion in Adriano.
f Hero.li.1.qui inscribitur. Clio.
g Plu.in Alex.
h Dion in Adriano.
i Valer. Max. li.8.c.7.Iust.li. 37.
k Paul. Aemilius in Annalibus Gallorũ.
l Xenophon.li. 5.de institutiõe Cyri.& li.3.de Cyri expeditione in Persidẽ.
m l.1.ff.de offi. assess.
n l.nec quicquã.§. de plano.ff. de of.proconsul. 23.§.pe. ff.de bo. poss.l. 13.§. de plano. ff.quis ord.l.mi les.§.lex.ff.ad l.Cor.de adult. l.vnium.§. vlt. ff.de quæstio.c. si quis.§.si quis ante.9.q.3. o cle.sæpè. de verb.signif.
p l.3.§.abolitio. ff.ad Turpil.d. l.vnius. §. vlt.
q l.1.ff de i. d.l. 13.ff. de va ind.
r Sue.in Tibe.

leuiora iudicant.[t] Nec valdè absimili figura dixit Honorius causas quasdam velo leuato cognosci & diffiniri.[v] † Ad hæc nemo nescit, Tribunal locum illum sublimem & excelsum fuisse, in quo Prætoris, maiorúmque magistratuum sedes erat: vnde ius reddebant.[u] Tribunalis formam eruditè Vitruuius descripsit.[x] De plano itaque, & quasi aliud agens Princeps nonnunquàm ius postulatoribus reddebat, in via etiam: exemplóque est Adrianus, qui obiurgatus ab anicula in via, quòd suam causam audire nollet, æquo animo tulit, & eam vt diximus, leniter audiuit.[y]

Tribunal 23

Interloqui. Interloquutoria sententia. 24 n *Interloquutus est*) † Interloqui Latinis idem est quod impedire, & interpellare loquentem. vnde Syrus Terentianus ad Cliniam.[z] *Siccine mihi interloquere?* id est, sic sermonem meum interpellas, & interrumpis? Nonnunquàm tamen significat aliquid inter aliud agendum decernere. inde Interloquutoria sententia, quæ principale negocium non dirimit, sed nõnihil obiter ad causam pertinens decernit.[a] quocirca princeps ab Vlpiano interloquutus hîc dicitur, qui quasi inter aliud agendum & loquendum aliquid constituit, quod legis vim habere vult, in ea scilicet causa, aut etiam in aliis, si hoc voluerit princeps, vt in negociis similibus omnes iudices pariter interloquantur. & ita interloquutus sit animo constituendi legem generalem. Neque enim alioqui, vt præmonuimus, putandum quamcunque principis interloquutionem, in vno negocio legem esse, aut vim legis habere.[b]

Edicere. Edictum. 25 o *Edicto*) † Edicere idem signat quod publica authoritate & de scripto proponere, vt obuiam iis rebus eatur, quæ si contingant damno subditis futuræ sunt.[c] Vnde propriè principum est & magistratuum.[d] Et edicta Cæsaris literæ Imperatoris propriè dicuntur, quibus princeps aliquid iubet, statuitue ad subditorum vtilitatem.[e] Galli literas patentes, & retento adhuc Latino & antiquo verbo edicta vocant. Sic & edictum magistratus, scriptũ illud significat, quo magistratus nonnihil publicè constituit, vel imperat.[f] Porrò edicta hæc principum, non vt prætorum annua fuere, sed perpetua. cùm principis æterna quoque sit authoritas.[g] & cùm princeps ipse dicatur in terris lex animata:[h] exemplo scriptæ legis intelligitur perpetuò loqui.[i]

p *Legem esse*) Perperàm itaque ratiocinantur, qui principis placitum pro lege tantùm seruari dicunt: negantes legem esse.[k] licet enim Pomponius illud pro lege custodiri dicat:[l] & Vlpianus noster paulò antè vim legis habere:[m] hoc tamen loco apertè, nulláque circuitione vsus ait legem esse.

Constitutiones. 26 q *Constitutiones*) † Peculiare nomen placitorum principis est, vt Constitutiones dicantur, quæ quoniam Principes priusquàm decernerent, Senatum, vel coram oratiuncula quadam, vel absentes per epistolam consulere solebant, vt principale decretum amplissimi ordinis authoritate comprobaretur.[n] †

Orationes. 27 Orationes quandoque sunt appellatę.[o] vt illa qua recitata in Senatu, D. Marcum effecisse dicit, ne consisteret de alimentis aliter transactio quàm si prætore authore facta.[p] & illa altera de confirmandis coniugum donationibus.[q] Illa quoque de fugitiuorum in alienis prædiis requisitione,[r] iisque similes. in quibus cùm Senatus interueniret authoritas, Senatusconsulta quandoque dictæ sunt. Vnde Constitutionem diui Adriani de petitione hęreditatis, Iulius Paulus nunc orationem, nunc Senatusconsultum vocat.[s]

Personales cõstitutiones. 28 r *Personales*) † Principum constitutiones aliæ generales sunt, omnésque ligant: quales modò recensuimus. aliæ de certis tantùm personis promulgatæ, nec iis auditum, vt omnes posthac simili iure teneantur, quas ideo personales dici Vlpianus hîc author est. nec personam egredi vult, nisi in corpus iuris relatæ essent. Nam hæc vim habent legis generalis, quales sunt omnes

t §. illud in aut. vt de fune. seu funer. coll. 6.
u l. pe. C. de nau frag. libr. 11.
v Cic. de orato. in Bruto, & in Verrem.
x Vitru. li. 5. c. j.
y Diõ in Adri.
z Terent. in Heaut.
a l. quid ergo. § quãtũ. ff. de his qui not. infa. l. 3. §. cognoscit. ff. de of. præfec. vigil. vbi dixi.
b l. 3. in fi. C. de legib.
c l. si familia. ff. de iurisd.
d Laur. Vall. li. 5. c. 68.
e Theop. §. sed & quod inst. de iur. nat.
f l. j. ff. de of. assesso. l. edictũ. l. ad edictũ l. & post. ff. de iud. l. 9. §. eo. tempore. vbi dixi. ff. de orig. iur.
g l. falso. C. de diuer. rescrip.
h §. vl. in auth. de cõsul. col. 4.
i l. Arrian. C. de heret.
k Mari. Salo. hîc.
l l. ij. §. nouissimè. ff. de ori. iu.
m In prin. huius l.
n l. leges. j. C. de legib.
o l. si & rẽ. ff. de petitio. her. l. pe. ff. ad Tertylia.
p l. cum ij. ff. de transact.
q l. cùm hîc sta tus. in prin. ff. de do. inter. vir.
r l. Diuus. ff. de ser. fugit.
s l. itẽ veniunt. §. præter hæc, et d. l. si & rem. de petiti. hæred.

ferè Codicis Iustiniani.[t]

(*Ad exemplum*) Hoc est sicuti Iulius Paulus, crassiore tamen Minerua, loquitur, ad consequentiam.[u] Quid debeam sequi, inquit Plinius ad Traianum, rogo domine rescribas, præsertim cùm pertineat ad exemplum.[x] Nec sanè conuenit, vt quod singulari legis beneficio certę personæ contra iuris regulas concessum est, ad consequentia producatur.[y] nisi vel nominatim cautum sit, vt in similibus causis id obtinear, vel simpliciter & infinitè proferatur. vt quæ factis propositis generaliter respondet. cuiusmodi sunt omnia ferè veterum rescripta, quæ Iustinianus in vnum collecta, nobis Codice suo tradidit. Neque enim ea iudici tantùm præscribunt, quid in proposita specie, sed quid in quacunque simili iudicare debeat.[z]

Ad exemplũ pertinere.

29 t *Indulsit*) Concessit.[a] † Indulgere enim quemadmodum Valla docuit, idem quod facilè concedere, & obsequenter, plus æquo ac ex quadam gratia tribuere.[b] propriéque superiorum est: magistratus puta, parentis, aut domini. Inde Indulgentia, pro singulari & gratiosa principis concessione.[c] Vnde Chremes ad Menedemum patrem, omnia filio permittentem.[d] *Aegrè*, inquit, *nimiùm illi Menedeme indulges.* & Plinius. Nuper ab optimo principe ait, trium liberorum ei ius impetraui. quod quanquàm parcè & cum delectu daret, mihi tamen tanquàm liceret, indulsit.[e] Seneca item. Vt corpori inquit tantum indulgeas, quantum bonæ valetudini satis sit.[f] sed & M. Cicero, sexcentis in locis ad eam significationem his verbis indulgere, & indulgentia vtitur[g] quæ omnia eo libentiùs commemoro quòd nonnulli temerè nimis affirment, hanc vocem Indulgentia, vix vnquam apud latinos authores, sed præsertim Ciceronem reperiri.[h]

Indulgere.

Indulgẽtia.

v *Pœnam irrogauit*) Grauiorem quàm per leges indiceretur, pro intuitu emergentis causæ:[i] & vt seuerior vnius pœna, metus possit esse multorum.[k] † Est enim hęc puniendi ratio, quam Græci παράδειγμα vocant, propter exemplum nonnunquàm necessaria, quò acerbioris supplicij timore cæteri deterreantur.[l] Quod ipsum Gellius ex Philosophorum fonte subtiliter & eruditè disputat.[m] 30

Paradigma.

x *Sine exemplo*) † Sine exemplo subuenire dicit Vlpianus, cùm princeps aliquid in causis priuatorum constituit, non adiiciens, vt reliqui deinceps eodem iure obstringantur, veluti pœnam in Titium, qui deliquit, statutam remittendo, quod à principibus duntaxat fieri posse certum est.[n] non enim ideo possunt alij similem indulgentiam, vel impunitatem sibi promittere: princeps enim, cuius vult, miseretur. 31

Sine exẽplo subuenire.

y *Personam*) Cui vel ob merita peculiariter aliquid tributum est: vel propter crimen pœna seuerior irrogata: aut clementis principis beneficio remissa.

t l. §. j. pe. & vl. C. de nou. cod. fac.
u l. quod verò. ff. de le. l. quod contra. ff. de re. iur.
x Pli. li. 9. epi.
y d. l. quod verò. vbi dixi.
z l. nõ possũt. l. ideo. ff. de le. l. vlt. C. de const. pec.
a l. nec quicquam § obseruare. ff. de offi. procons.
b Val. li. 4. c. 18.
c l. si senatori. ff. de ritu. nupt. l. 3. hoc tit.
d Terent. in Heauton.
e Pli. ad Priscũ lib. 7. epist.
f Seneca in epi.
g Ci. pro Sestio, pro Sylla, pro Cœlio, lib. j. de ora. sect. 3. et 9. in Verr. li. 9. et 10. ad Att. & 10. epist. famil.
h Laur. Valla vbi suprà.
i l. si vindicari. C. de pœnis.
k l. j. C. ad l. Iul. repet.
l l. aut facta. §. vlt. ff. de pœn.
m Gel. li. 6. c. 14
n l. duo fratres. ff. de pœn.

L. II. IN REBVS.

Vlpianus lib. 4. fideicommissorum.

In rebus nouis constituendis euidens esse debet vtilitas,[a] vt recedatur ab eo iure, quod iam diu æquum visum est.[b]

SVMMÆ.

1 *Vtilitas qua in mutandis legibus.*
2 *Legum mutatio periculosa.*
3 *Lycurgi memorabile factum.*
4 *Locrensium lex.*
5 *Legem mutare an liceat.*
6 *Solonis lex.*

VTilitas) † Non quidem priuata principis, sed publica totius populi.[a] Ex his legibus dicebat Valerius tribunus plebis, quæ perpetuæ vtilitatis 1

Vtilitas publica in mutatione legum.

a Ci. li. j. de le.

tatis causa latæ sunt, nulla abroganda est: nisi quam vel vsus coarguit, aut reipublicæ status inutilem fecit. [b] *b Liuius.li.34.*

Mutare leges periculosū. 2 b *Visum est*): Periculosa est omnis in republica legum mutatio. Nam eam vitæ quoque & morum mutatio sequi solet. Quemadmodum enim in ædibus vno aliquo tigno ineptè sublato totum plerunque ruit ędificium, sic vnius legis mutationem vniuersi status reipublicæ quandoque ruina consequitur.[c] Multa sanè euersarum legum incommoda, enarrat alicubi Demósthenes.[d] Equidem † Lycurgus, ad consulendum Apollinis oraculum, Delphos profectus Lacedæmonios ciues suos iureiurando deuinxit, nihil ipsos de legibus suis immutaturos, quoadusque ipse rediisset. Ille autem Delum profectus accepto oraculo, quæ sanciuisset, omnia iusta esse, nec interituram Lacedæmonem dum iis legibus pareret, tamen quidem oraculi Lacedæmoniis misit. Ipse verò mortem sibi consciuit: vt desperato eius reditu de legibus abrogandis nunquam ciues sui cogitarent.[e] Legum itaque mutatio temerè tentanda non est. [f] † Quod vetere suo instituto Locrenses quondam monuerunt, apud quos nemo poterat legem, aut veteris abrogationem proponere, nisi laqueo collum circunducto: quo si non persuasisset, statim strangularetur.[g] Sed tamen Philosophus disertè probat consuetudinem quidem abrogandarum cupidè legum perniciosam. cæterùm scriptas leges immobiles, immutabiléque seruare perabsurdum. † Vt enim in reliquis artibus, inquit, sic in ciuili ratione accuratè, ac limatè scribi omnia non possunt. cùm enim omninò & generatim scribendum sit necessariò, actionésque ipsæ in rebus singulis versentur: illud certè perspicuum est, leges aliquas interdum esse mutandas:[h] pro temporum scilicet, vt Sextus Cæcilius dicebat, & hominum moribus.[i] Nam indignum nimis esset putare, malum quod corrigi potest in republica perpetuò tolerandum: nullóque rerum, aut temporum habito discrimine, & publica omni vtilitate contempta, priscis legibus mordicus inhærendum.[k] multa quippè nondum facta sunt, dicebat C. Canuleius Tribunus plebis, quæ si vtilia quidem cognoscantur, institui, fieríque oportet: & quæ iam constituta sunt, si inutilia videantur, mutari & corrigi.[l] Sed audiamus obsecro, ea de re L. Valerium Tribunum plebis aduersus M. Portium Catonem consulem, Quemadmodum, inquit, ex his legibus, quæ non in tempus aliquod, sed perpetuæ vtilitatis causa in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere fateor: nisi quam aut vsus coarguit: aut status aliquis reipublicæ inutilem fecit. Sic quas tempora aliqua desiderarunt, leges mortales, vt ita dicam, & temporibus ipsis mutabiles esse video quæ in pace latę sunt, plerunque bellum abrogat: quæ in bello, pax: vt in nauis administratione, alia in secunda, alia in aduersa tempestate vsui sunt.[m] † Ad hæc Solonem ferunt leges suas noluisse ęternas facere: sed centum annis vt ratæ essent postulauit: quo si quid in iis iustum esset, durum tamen & acerbum, tanti temporis leniret consuetudo, si quid perniciosum & inutile, post id temporis emendaretur.[n] verùm causam hanc publicæ vtilitatis, perspicuam, euidentem & manifestam esse vult Vlpianus noster.

Licurgi egregiū facinus. 3 (margin)

Locrensium instítutum. 4 (margin)

Leges an fas sit mutare. 5 (margin)

Solonis lex de emendandis legib. 6 (margin)

c Ci. pro Cecin.
d Demost. in ora. j cōtra Aristogitonem.
e Plu. in Lycu.
f l. minimè. ff. de legib.
g Demost. contra Timocratē.
h Aristote. li. 2. Politico. c. 6.
i c. nō debet. de cōsan. & affi.
k l. & si nihil. ff. de reg. iur.
l Liuius li. 34.
m Liui. lib. 34.
n Plu. in Solō.

L. III. BENEFICIVM.

Iauolenus lib. 12. ἐπιστολῶν

Beneficium [a] Imperatoris, [b] quod à diuina scilicet indulgentia [c] proficiscitur, debemus quàm plenissimè [d] interpretari. [e]

SVMMÆ.

1 *Beneficium quid.* 2 *Beneficiarius.*

3 *Actus hominum quando extendendi.*
4. *Princeps iuri tertij non derogat.*
5 *Concessio ad importunitatem.*
6 *Motus proprius an præsumatur.*
7 *Sacerdotiorum litera odiosa.*

a B*Eneficium*)† Benefactum & officium quo de aliquo meremur, Latini be 1
neficium dicunt.[a] Melius apud bonos inquit M. Cicero, quàm apud for
tunatos beneficium collocari puto.[b] & Terentius in persona scorti Thaidis.
Cupio Phædria aliquos parare amicos beneficio meo.[c] Itaque gratia à
principe alicui exhibita, aut collatum ab eo in aliquem meritum, bene-
ficium principis appellatur.[d] Et beneficiarios, Cæsar à veteribus dictos si-
gnificat, quos Imperator suo beneficio in militia promouisset.[e] † Nam 2
& beneficiarius quicunque dicitur qui beneficium accepit. Cùm autem
nihil sit, quod magis principem deceat, quàm munificentia & liberalitas,[f]
docet hic Iauolenus, eam semel à principe profectam, plenissima inter-
pretatione iuuandam. Et alibi Iustinianus scribit, temerarium esse
principis liberalitatem non ad augmentum, sed diminutionem conuerte-
re.[g] vnde nec stricti iuris solemnibus,[h] aut subtilibus iuris regulis coerceri
debet.[i]

b *Imperatoris*) Aliud ergo de inferioris beneficio videretur, nisi priuatorũ
quoque beneficia, Innocentius iij. nominatim docuisset extensissimè inter-
pretanda.[k]

c *Indulgentia*) concessione & liberalitate gratiosè profecta.[l]

d *Plenissimè*) Id est largissimè, & extensissimè vt nostra hac interpretatione
adiuuemus semper, extendamus, & augeamus beneficentiam principis.[m] † 3
Equidem de humanorum actuum interpretatione, solet illud generaliter
tradi, Contractus plenè,[n] Testamenta plenius,[o] Beneficia verò, præsertim
principum, plenissimè interpretari.[p] Quod superius à nobis disserta-
tum est.[q]

e *Interpretari*) Saluo tamen iure tertij: † cui princeps cum sua concessione 4
nunquam obesse velle præsumatur:[r] ad alienam iniuriam principum be-
neficia, porrigi non oportet.[s] multóque minus ad incommodum publi-
cum, quando publicæ vtilitatis, magis quàm priuatorum soleat haberi ra-
tio.[t] † Quod si non ex mera liberalitate processerit à principe conces- 5
sio, sed magis ad importunam eius qui accepit postulationem, cùm nec
beneficium nec liberalitas tunc propriè dici possit,[u] quàm strictissimè
concessionem accipiemus, & interpretabimur:[x] præsertim si nonnihil
iniquitatis contineret, aut præ se ferret.[y] † In dubio tamen, (fremant 6
alij licet) coniectura ducar, & vt loquimur præsumam liberalitatem es-
se, & à proprio motu, vt aiunt, profectam. cùm hæc virtus regum sit, &
principum propria.[z] tribúsque tantùm casibus eam interpretabor ad am-
bientis importunitatem emanasse. Si vel ex ea publicum caperet ali-
quid detrimenti:[a] vel illa peruerteret iuris ordinem:[b] aut de literis sa-
cerdotiorum ageremus † (quas cùm velut odiosas, & ambitionis plenis- 7
simas, Pontifices vbique restringi præcipiant[c]) in iis vltroneam principis
voluntatem non facilè colligam, si non ea nominatim rescripto fuerit
expressa.[d]

Beneficiũ

Beneficiarius.

Actiones hominũ quando extẽdẽdæ

Princeps non lædit ius tertii.

Cõcessio ad importunitatẽ.

Motus proprius an præsumatur.

Sacerdotiorum literæ odiosæ.

L. IIII. CONSTITVTIONES.

Modestinus lib. 2. excusationum.

Constitutiones tempore posteriores,[a] potiores sunt[b] his, quæ ipsas præcesserunt.

a l. si post mortem. §. vlt. ff. de contra tab. l. 3. ff. de obseq. l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. l. seruum. ff. de seru. expor. b Cic. li. 2. officio. c Teren. in Eunuc. d c. j. qui. can. fen. amitta. & hic. e Cæsar. lib. j. belli Hispani. f Cic. pro M. Marcello. g l. vl. §. j. C. de præpos. agent. in reb. libr. 12. h l. sancimus. vers. j. C. de donat. i l. pe. C. de do. inter vir. k c. cum dilecti. de donat. l l. si senatori. ff. de ritu nup. l. j. vbi dixi. sup. hoc tit. m c. olim. de verb. sig. d. l. vl. §. j. n l. vlti. C. quæ res pign. o l. in testamentis. ff. de reg. iur. p d. c. cũ dilecti. & hic. q l. in ambigu. ff. de legi. r l. 2. §. meritò. §. si quis à principe. ff. ne quid in lo. pu. s l. impuberi. ff. de adminis. tu. l. cũ filiusfa. ff. de milit. testa. t l. vtilitas. C. de primipil. lib. 12. l. vnic. §. vl. C. de cad. tol. auth. res quæ. C. commun. de leg. n l. j. ff. de don. x l. si aliquando. C. de oper. pub. y l. j. C. de petiti. be. sublat. lib. 10. z Cic. pro M. Marcello. a §. & hoc verò iubemus. in auth. vt nulli iud. col. 8. b c. 2. de rescri. c c. j. §. vlt. de fil. presbyt. in 6. c. 2. de praben. ee. li. d cap. si motu proprio. de prabend. in 6.

SVM-

SVMMÆ.

Leges posteriores prioribus derogant.
2 *Pactum legitimum.*
3 *Nouissima priora tollunt.*
4 *Posteriora præsumuntur meliora.*
5 *Atheniensium leges.*

1 a POsteriores) † Et prioribus contrariæ, alioqui traherentur aliæ ad alias.[a] veluti Iustiniani lex, quæ tribuit actionem nudo pacto donationis, [b] non corrigit vetera iura, quæ vetant ex nudis pactionibus actiones dari: [c] sed ex
2 iis interpretationem mutuatur & accipit, † nisi pactum sit legitimum, hoc est lege aliqua editum, & confirmatum. [d]

3 b *Potiores sunt*) † In pactis,[e] Procuratoriis, [f] Iuramentis,[g] Interloquutionibus,[h] Testamentis,[i] Legatis,[k] fideicommissis,[l] contractibus,[m] aliisque omnibus fermè iuris partibus constat, nouissima prioribus derogare, vt minimè mirùm debeat videri, si in legibus idem recipiamus, vt scilicet, vbi duæ leges contrariæ sunt, semper antiquæ, (quod P. Sempronius plebis Tribunus aduersus Appium Claudium censorem præclarè disserebat.[n]) derogare nouam.[o] Nam & hanc in duodecim tabulis legem M. Fabius Interrex apud Liuium scriptam fuisse testatur, vt quodcunque postremum populus iussisset,
4 id ius ratúmque esset.[p] † posterior namque cogitatio, vt est in Euripidis tragœdia,[q] melior, & sapientior esse solet.[r] idque experimentis quotidiè probamus. nimirùm quæ priore experientia parum fœliciter successerunt, posteriore commodiùs plerunque contingere, & primi erratum consilij, per
5 subsequens reformari.[s] Ad quæ non prętereundum,† Athenienses in ferendis legibus duo præsertim diligentissimè curasse. Primum, ne plures eiusdē rei leges essent: quòd id litigādi prębere materiam. Alterum, ne quæ inter se leges repugnarent. in contrariis enim legibus, necessitatem quandam iudicibus imponi, qui secundum leges iudicare iurassent, & alteram suo iudicio violari oportet.

•

IOANNES CORASIUS
Iurisconsultus Tolosæ scripsit, dein Ferrariæ recognouit. Anno 1550.

Legespo steriores priorib. derogāt. Pactum legitimū Posteriora derogāt prioribus.

Noualex veterem tollit. Posteri° melius.

Atheniensium in legib. cura.

a l. sed & Posteriores. ff. de le.
b l. si quis argētum. §. vl. C. de dona.
c l. iurisg. §. igitur. ff. de pact. l. si tibi. de loc.
d l. legitima. ff. de pact.
e l. pacta nouissima. C. de pact.
f l. si quis cum pro. §. vlt. ff. de procu.
g l. duobus. §. vl. ff. de iureiu.
h l. quod iussit. ff. de re. iud.
i §. j. instit. quib. mod. testa. inf.
k l. si mihi. §. in legatis. ff. de leg. j.
l l. clar. C. de fideicom.
m l. ij. ff. de res. cin. vend.
n Liuius lib. 9.
o §. sed natura. de iu. nat.
p Liuius lib. 7.
q Eurip. in Hypol. Coronato.
r Ci. 12. Phili.
s c. magna. 22. q. 4.

IOANNIS CORASII

IVRISCONSVLTI IN SEQVENTES

personarũ & magistratuum titulos commentarij, quorum anteà quidam editi, ab ipso nũc authore diligẽtiùs recogniti sunt.

De statu hominum.

TITVL. V.

SVMMÆ.

1 *Status pro conditione.*
2 *Homo rebus ceteris præstantior.*
3 *Personarum diuisio.*
4 *Matris status quando attendatur.*
5 *Seruus quomodo quis efficiatur.*
6 *Tuscus Romæ vicus.*
7 *Germanorum mos in ludo.*

TRACTATIS iis quæ ad ius nostrum ciuile, & singulas eius partes generatim pertinebant: quoniam id omne vel de personis, vel de rebus, vel de actionibus constitutum est: [a] & hominum causa leges scriptæ: [b]
de † statu, id est conditione, [c] (hominum, † Nam & 1
ipsi citra controuersiam, aliis quibuscunque rebus sunt 2
præstantiores [d]) cùmprimis edisserit legislator, præcipuam illam personarum diuisionem hoc titulo attingẽs. † Quia omnes ho- 3
mines, aut liberi sunt, aut serui. [e] Liberi autem vel ingenui, vel libertini. Ingenui, qui ex matre libera nati sunt, tametsi pater seruus fuerit. [f] liberámque spe
ctamus ex natura. † Vnde licet vltimo supplicio damnata, fiat serua pœnæ: [g] 4
quia tamen naturali causa perpensa libera est: partus ex ea natus liber erit. [h] Rursus & matrem aliquo tempore cùm prægnans erat, liberam fuisse satis est, vt partus liber nascatur: [i] vel liberam esse debuisse, ex lege puta, donatio-
nis. [k] Libertini dicuntur, quicunque manumissi sunt. [l] † Serui verò qui ab ipso 5
natiuitatis principio in alterius ditionem, ius, & dominium reciderunt: [m] quãuis & nati liberi, ex postfacto in seruitutem redigi possint, vel iure gentium: vt qui ab hostibus capiuntur. [n] vel iure ciuili, vt qui pretij participandi gratia se venundari passus est. [o] cui sanè imputandum fuit, qui voluit, vt cum Satyrico loquar. [p]

Et præbere caput, domina venale sub hasta.

Cuiusmodi homines qui sese ipsi venditabant, in Tusco habitasse, Plautus
significat. [q] † Est autem Tuscus vicus Romæ, quo habitarunt Tusci qui- 6
bus post obsidionem & abitionem Porsenæ, Romani Tuscis in vrbe manere cupientibus assignârunt sedes. indéque locus nomen accepit, in quo piscatores pomarij, fartores, vnguentarij, lenones, parasiti, cæterǽq; id genus vilium personarum consistebant. Horatius. [r]

a l.j. hoc tit. §. vlt. Inst. de iur. natur.
b l.ij. hoc tit.
c l.cum loca. ff. de relig. l. & seruorum. hoc tit.
d l. iusti, simè. ff. de adil. edict.
e l.iij. hoc tit.
f §. sed & si quis. inst. de ingen. d. l. & seruorũ. §. ingenui
g haut damnũ. §. est pœn. ff. de pœ.
h l. Imperator. y. hoc tit.
i d. §. ingenui.
k l. Here. hoc tit.
l l. vlt. ff. si lib. ing. esse dica.
m l. manumissio nes. ff. de iustit. & iu. §. ius aũt inst. de iu. na.
n l. libertus. hoc tit.
o l. liberis. ff. de lib. caus. l. j. ff. qui ad li d. l. et seruorum. §. j.
p Iuuen. saty. 3.
q Plau. in Curculi.
r Hor. li. 2. Sermo. satyr. 3.

Status pro conditione.
Hominũ causa leges scriptæ.
Personarum diuisio.
Matris conditio quando spectãda.
Seruus quomodò quis efficiatur.
Tuscus vicus.

Hic

Hic simul accepit patrimonij mille talenta.
Edicit piscator vti, pomarius, auceps,
Vnguentarius, ac Tusci turba impia vice.

Germanorum mos in ludo. 7 Ad hæc non est illepidum quod vsu seruare Germanos Tacitus memorat, † vt cùm in aleæ ludo infoelici fortuna perdiderint omnia nouissimo aleæ iactu de libertate, & corpore sic contendant, vt victi voluntariam subeant seruitutem.[f]

f Corn. Taci. li. de morib. Ger.

L. I. OMNE IVS.

Paulus lib. 1. Institutionum.

OMNE ius[a] quo vtimur, vel ad personas[b] pertinet, vel ad res[c] vel ad actiones.[d]

SVMMÆ.

1 *Iuris diuisiones.*
2 *Finis legis.*
3 *Iuris capita.*
4 *Persona.*
5 *Attributa personarum.*
6 *Personatus.*
7 *Fabula personata.*
8 *Roscius histrio.*
9 *Persona in ædificiis.*
10 *Res verbum.*
11 *Actio pro operatione.*
12 *Actio pro iudicio.*

Iuris multiplex diuisio. 1 a OMne ius) † Scripta hîc à Iulio Paulo, & à Iustiniano alibi repetita diuisio, materiã & capita circa quæ ius versatur, cõtinet. Quę verò causam efficientem respicit, à Modestino:[b] & quæ formam spectat, ab Vlpiano refertur.[c] Finis autem iuris est salus publica, tranquillitásque ciuium. † vt vetus illa lex demonstrat, *Salus populi suprema lex esto.*[d] qui finis tribus iuris præceptis clauditur: vt honestè viuatur, proximus non lædatur, & ius suum vnicuique tribuatur.[e] Neque porrò desunt qui Pauli nostri partitionem rideant: † & cùm dominium & obligatio propriã sint iuris capita, ad quæ cæteræ iuris partes referũtur: non item persona, res, & actio: Personam (quæ circunstantiis magis est annumeranda: vt causa, locus, tempus, quantitas, qualitas, conuentus,)[f] circunducendam censeant, ac præterea dominium rei loco reponendum. Denique vice actionis, obligationem: vt ita commodiore diuisione dicamus. Omne ius quo vtimur, vel ad dominium pertinet, vel ad obligationem. Sed tamen perpensa rectè, diligentérque Pauli ac Iustiniani diuisio, videtur mihi aptissima, & vniuersas iuris partes abundè complecti.[g] Siquidem ius nostrum, vel eò spectet, vt personarum statum, conditionem & qualitatem doceat: ac qua ratione sua cuique functio sit distribuenda: vel vt rerum tam corporearum, quàm incorporearum acquisitionem, conseruationem, amissionémque tractet (quia vna parte duo illa capita dominium & obligatio continentur) vel vt actiones, hoc est iudiciorum exercitationem insinuet, tam in ciuilibus controuersiis, quàm in criminum causis & negociis.

Finis legis. 2

Iuris capita. 3

Paulus & Iustinianus defendentur.

a §. vlt. inst. de iur. nat.
b l. pe. ff. de le.
c l. vl. ff. illo. tit.
d C. l. 3. de leg.
e l. iustitia. ver. j. ff. de iust. & iur. §. iuris præcepta. instit. de iur. natur.
f l. aut facta. §. j. ff. de pœn.
g §. vl. inst. de iur. nat. & hic

Persona. 4 b *Personas*) † Id est Homines. ita enim solent Iurisconsulti Personę verbũ accipere. Plinius quoque iunior interdũ. Quid, inquit Traianus, in persona statuendum sit.[h] Dictionis tamẽ eius genuina significatio est: vt qualitatem hominis insitam notet, qua alius ab alio differt, tam in animo, quemadmodum Vallẽsis explicat, quàm in corpore, quàm in rebus externis.[i] † Rhetores attributa personarum vocant, vt iudex, Imperator, Iurisconsultus, Orator, liberalis, auarus, senex, iuuenis, doctus, ignarus, & alia id genus. possúntque in vno homine plures esse personæ: veluti Imperatoris, eruditi, liberalis. Vsurpatur etiam Persona pro facie conficta, seu faciei cooperimento, Laruam Latini, Mascam Galli vocant. Horatius.[k]

Attributa personarum. 5

h Pli. li. 10. epistol.
i Laur. Valla. libr. 6. c. 34.
k Hora. de arte Poetica.

Post hunc personæ pallæque repertor honestæ.

A personando autem sic dictam, quòd clarescere, & resonare vocem faciat, Gellius ex C. Bassi libris ostendit.[l] † Inde & personati dicuntur, qui sic laruati incedunt. Quid est autem, inquit M. Cicero, cur ego personatus ambulē, parúmne fœda persona est, ipsius senectutis.[m] Sanè Tranquillus scribit, Neronem personatum, Tragœdias heroum Deorúmque cantasse.[n] † Personatā fabulam, veteres dixerunt, quæ à personatis histrionibus agebatur. Primus porrò Q. Roscius † Gallus histrio nominatissimus, quod obliquos haberet oculos, nec faciæ satis decora esset, personis vti cœpit, quo in genere adeò excelluit: vt in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur.[o] Hic L. Syllæ charissimus fuit, & annulo aureo ab eodem dictatore donatus est.[p] Cum Cicerone quoq. certasse fertur, nûm ille oratione sępiùs eādē rem, an ipse gestu variatet. Hinc verò non obscurum est intelligere, † cur figuræ illæ ædificiis affixæ vnde puteales aquę, vel pluuię saliunt & diffunduntur, ab Vlpiano personę dictę sint.[q] quoniam scilicet, varios vultus, gestúsque pro ædificantis arbitrio exprimant. sed iam plus satis personis datum.

6 Personatus.
7 Personata fabula.
8 Roscius histrio.
9 Personæ in ædificiis.

l Gel. lib. 5. c. 7.
m Cic. lib. 15. ad Atticum.
n Suet. in Nerone.
o Cic. li. 1. & 2. de orator.
p Macrobius lib. 2. Satur.
q l. fundi. §. ite cossat. ff. de act. empt.

c *Res)* † Cùm rei nomē generale sit: personas, actiones, omniáq. in vniuersum continens: ac proinde à Dialecticis transcendens terminus dicatur, hoc est omnia significata superans:[r] superuacanea videtur prima fronte personarum, & actionum expressio, vt potè quæ generali verbo rei, satis comprehēdatur. Quocirca intelligendum hoc loco rei appellationem commodioris doctrinæ gratia angustiorem esse, à personísque & rebus separatam: qua videlicet eæ res tantum significentur, de quibus homines litigare, & in iudicium ire solent.

10 Rei verbum.

r l. j. ff. si cer. pe tat. l. rei appella tione. ff. de ver. sig.

d *Actiones)* † Actiones hîc pro actis & operationibus, vt & alibi,[f] exponere in animo erat. sic enim M. Cicero virtutis laus omnis, ait, in actione consistit.[t] Et quoniam omnis iuris controuersia, vel de personis est, vel de rebus, vel de factis: hoc est de iis ipsis quæ facimus, dicimus, & operamur. Denique quoniam actiones forenses quibus debitum nobis in iudicio persequimur: sub secundo diuisionis membro, nempè rerum, conclusæ satis intelliguntur.[u] Verum animaduerti hunc Caij locum à Iustiniano nominatim acceptum pro iutidiciariis persecutionibus, eius quod nobis debetur. Cùm enim omne ius, aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones pertinere dixisset:[x] & priore libro tractasset de personis: secundum librum à tractatu rerum exorsus est.[y] eúmque persecutus successiones, contractus, & obligationes exposuit. Demum forenses actiones, velut posttemum membrum suo loco explicaturus, superest ait, vt de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud est, quàm ius persequendi in iudicio quod sibi debetur.[z] † Sed tamen hîc Actionum verbo, exercitationes actionum intelligo, quæ cùm in iudicio fiant, semper auguratus sum, in hac nostra diuisione iuris authores voluisse sub actionum nomine, iudicia complecti.[a] Nā iudicij finis, vt M. Cicero scribit ius est, ex quo etiam nomen,[b] & alioqui manca diuisio videretur, vel certè inconcinna, & incongrua: cùm Rei nomen actiones comprehendat: at iudicia non item, quæ neque rerum, neque personarum verbo veniunt: sed neque obligationum, aut contractuum nomine, qui proculdubio ad res ipsas pertinent.[c]

11 Actio pro operatione.
12 Actio pro exercitatione iudicii.

f l. 3. §. vl. ff. de don. int. vir. auth. hoc ius. C. de sacro. eccle.
t Cic. lib. j. offi.
u l. rei appellatione. ff. de ver. signi ca.
x d. §. vl. de in. nat.
y § j. instit. de rer. diuis.
z §. j. instit. de actio.
a l. nihil aliud. ff. de actio. & obli. §. j. insti. de actio.
b Cic. in Top.
c l. j. §. vl. ff. de rer. diuisio.

L. II. CVM IGITVR.

Hermogenianus lib. 1. Ἐπιτομῶν.

Cùm igitur hominum causa,[a] omne ius constitutum sit: primò[b] de personarum statu,[c] ac pòst de ceteris, ordinem perpetui edicti[d] sequuti,[e] & his proximos, atque coniunctos applicantes titulos,[f] vt res patitur, dicemus.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Hominis causa omnia creata.*
2 *Homines propter Deum.*
3 *Finis spectandus.*
4 *Homo nobilissima creaturarum.*
5 *Pretorum leges annua.*
6 *Edictum perpetuum.*
7 *Titulorum continuatio.*

Hominũ gratia cuncta creata.

1 a HOminum causa) Omnia † quæ sunt in hoc mundo, quibúsque vtuntur homines, facta sunt, inquit M.Cicero, hominum causa, & parata. principio ipse mundus Deorum hominúmque gratia factus est, quęque in eo sunt, ea parata ad fructum hominum, & inuenta fuerunt.[a] Sic & Chrysippus censuit omnia in hominum gratiam nata, dicens,[b] Moses quoque Deum statuisse scribit, vt homo omnium princeps esset, in cuius vsum omnia condidit.[c] quod & Ouidius perbellè significat, dum ait.[d]

Astra tenent cœleste solum, formæque Deorum
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ:
Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.
Sanctius his animal mentísque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset.
Natus homo est.

a Cic. lib. ij. de nat. Deo.
b Arist. li. j. Polit. c. 5. Cic. lib. iij. de finib.
c Genes. j.
d Ouidius lib. j. Metamor.

Caius[e] quoque & Iustinianus[f] omnes rerum fructus naturam hominum gratia comparasse testantur. & hîc Hermogenianus, omne ius constitutum ait, hominum causa. Non dubium itaque quin Deus fecerit mundũ propter

Homines propter Deũ facti.

2 hominem: † ipsos verò homines propter se tanquam diuinorum operum, cœlestiúmque rerum speculatores qui Deum pietate colerent, & venerabundi contemplarentur.[g]

e l. in pecuniam. §. vl. ff. de vsur.
f §. in pecudũ. Instit. de rer. diuisio.
g Cic. lib. j. Tusc.

Finis primus in intellectu.

b Primò) Cùm omne ius ad hominum vtilitatem referatur tanquam ad fi-
3 nem (legis quippé finis est publica ciuium salus, & vtilitas[h]) † & finis licet postremus sit in agendo: primus tamen vt docent Philosophi, occurrat in intellectu.[i] ante omnia de personarum statu, & conditione iuris authores, rectè atque ordine dicendum censuerunt.

h Cicer. lib. iij. de legib.
i Bar. l. ambitiosa col. iij. ff. de decret. ab ord. fac.

Status.

c Status) Hoc est conditione & qualitate.[k] Hic status est huius totius mundi, inquit M.Cicero, atque naturæ, rotundum vt cælum, terráque media sit.[l] Illúdque protritum est, verbo status, conditionem vnius cuiusque rei significari: quanquam apud Rhetores constitutionem causæ notat: hoc est id quod tractandum emergit ex propositione actoris, & defensione rei.[m] Primùm autem de personis ipsis, & earum conditione legislator tractare voluit, quoniam, vt sæpè dixi, finis iuris est hominum: & vniuersi populi

Homo præstantissima creaturarum.

4 salus,[n] † deinde quia personæ cæteris rebus creatis præstant.[o] nam vt ille dicebat.[p]

Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo,

Et Ouidius.[q]

Natus homo est, siue hunc diuino numine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo,
Siue recens tellus, seductáque nuper ab alto
Aethere cognati retinebat semina cœli,

De dignioribus autem, priore loco dissetendum esse nemo nescit.[r]

k l. cum loca. ff. de religios. l. & seruorum. hoc tit.
l Cicer. lib. j. de oratore.
m Cic. in Top.
n Cic. lib. iij. de legib.
o l. iustissimè. ff. de edil. edic.
p Vergil. lib. 6. Aeneid.
q Ouid. libr. j. Metamor.
r l. j. ff. de alb. scri. s. antiqua. de priuileg.

Prætorũ leges annuæ.

5 d Perpetui edicti) Prætorum olim cùm annuus esset magistratus: eorũ † quoque leges temporariæ fuerunt & annuæ.[s] quæ & calendis Ianuariis incipiebant, & similibus calendis anni sequentis finiebantur.[t] vnde ius variè dici solitum ab ambitiosis prætoribus, qui ne nihil ipsi sapere viderentur, veteribus edictis non contenti, noua quotidiè proponebant. Quod cùm Corne-

s §. j. Instit. de perpe. & temp. actio.
t Cice. actio. iij. in Verrẽ.

lius Tribunus plebis Reipublicæ perniciosum animaduerteret: legem tulit, multis tamen inuitis (quorum apertè nemo ausus est, inquit Pædianus, repugnare [u]) vt † ex edictis perpetuis ius deinceps Prætores dicerent: Sed eorum cùm esset ingens, & confusa multitudo, nec omnia digna viderentur, quæ perpetuò vigerent: Aulus Offilius prætorum edicta primùm vtcunque composuit.[x] dein Saluius Iulianus Mediolanensis Adriani Cæsaris authoritate,[y] (per cuius Imperium maximè floruit [z]) in ordinem digniora redegit: certáque titulorum serie, in vnum volumen coniunxit, Prætorum sententias, veteribus legibus accommodans: nūcupatúsque hic liber fuit, Edictum perpetuum: cuius in iure frequens mentio.[a] & ideo dictus est à Iustiniano, Iulianus legum, & edicti perpetui grauissimus conditor.[b] abindéque Prætores iuris dicendi rationem, non habuerunt arbitrariam: sed coacti sunt collecta à Iuliano edicta sequi, noua ipsi vetiti proponere. 6

Edictum perpetuum.

e *Sequuti*) Institnianus quoque sibi proponit imitationem edicti perpetui.[c]

f *Applicantes titulos*) † Hinc vulgò iactatur necessariam titulorum conti- 7

nuationem, vt intelligamus à iuris authoribus, ita connexas, & colligatas fuisse, vt dissimilibus aliis, interruptæ non sint.[d] Quod ego magna simplicitate recipiendum censeo: ne interim nos circa inutilem eius rei perquisitionem, nimis anxios & solicitos reddamus: nam vt ille ait.[e]

Titulorum cōtinuatio.

Turpe est difficiles habere nugas,
Et ineptus labor, ineptiarum.

Quod in eos obiter dictum velim, qui meliorem temporis partem hac in re vanissimè collocant, & conterunt: studiosorum aures miserè obtundentes: & à studiis ciuilibus, istiúsmodi ineptiis, plerunque auertentes.

u Ascon. Pædia. in oratio. pro Cornelio. de maiestate.
x l. ij. §. ex his auditoribus. ff. de orig. iur.
y Entro. in Salnio Iuliano.
z dixi. d. l. ij. §. vlt.
a l. cum ad eas. ff. ad Velleia. l. edita. C. de edend. l. si enā cipati. C. de collatio. §. & primo. in præ. ff.
b l. ij. §. sed quia diuina. C. de veter. iur. enucleand. l. pen. C. de cōdi. ind.
c l. j. §. cumque hæc C. de vet. iur. enucl.
d l. ij. §. quart°. C. de vet. iur.
e Martial. lib. Epigramma.

L. III. SVMMA.

Caius lib. 1. Institutionum.

Summa [a] itaque diuisio [b] de iure personarum hæc est, quòd omnes homines, aut liberi sunt: aut serui.[c]

SVMMÆ.

1 *Summus quis.*
2 *Diuisio quid.*
3 *Hominum variæ species.*
4 *Adscriptitij.*
5 *Parabolani.*
6 *Originarij.*
7 *Apolides.*
8 *Addicti.*

a SVmma) † Id est præcipua, & maxima. qua videlicet nulla alia, vel ma- 1

ior, vel compendiosior dari potest.[a] vt & summum amicum Dauus seruus Getam dixit. hoc est perfectum, maximum, & quo non alium chariorem haberet.[b]

Sūmus.

Amicus summus meus, & popularis Geta,
Heri ad me venit.

Et non satis intelligenti, quid summū esset, M. Cicero respondit, summum esse, quo nihil sit superius.[c] Iuppiter quoque summus dicitur, pro maximus supremúsque, & à Virgilio dictum est, Summe Deûm, pro maxime Deorum. Inde præterea Summum bonum, de quo tam anxia, apud Philosophos disputatio.[d]

Iuppiter Max.

Summū bonum.

b *Diuisio*) † Diuisio est compendiaria infinitæ materiæ comprehensio, & in 2

certas partes facta dissecatio.

Diuisio.

c *Aut serui*) † Vlpianus [e] tamen, & cum eo Iustinianus [f] tria hominum ge- 3

nera constituentes pro tertia specie Libertinos adiiciunt: qua in re non tam ad statum & conditionē personarum, quàm ad ipsius hominis nomē spectārunt, vt & illa verba, *Et cùm vno communi nomine.*[g] commonstrant. Quod enim

Hominū variæ species.

a l. j in princ. ff. de rer. diuis. §. omnium. Instit. de actio.
b Terent. in Phormione.
c Ci. lib. ij. Tusc.
d Aristot. libr. 7. Politico. Ci. lib. iiij. & 5. de finib. & 5. Tusc.
e l. manumissiones. in fi. ff. de inst. & iur.
f §. j. Instit. de libertin.
g d. l. manumissiones. d. §. j.

enim ad personarum ius, & statum attinet, verè dixit Caius noster, Omnes
homines, vel liberos, vel seruos esse. [h] nam liberorum numero, libertini ha-
bentur. [i] hoc est, qui ex iusta seruitute manumissi sunt: [k] quanuis ingenui
Adscriptitij. 4 dici nequeant. [l] † Sanè destinati colendis agris serui, in iure cùm ciuili, tum
Pōtificio, Adscriptitij dicuntur: quòd velut glebæ adscripti nunqnam inde
Originarij. 5 possint discedere. [m] Qui verò ex iis nati sunt in ipso solo siue fundo †
Parabolani. 6 Originarij appellantur. [n] Adscriptitiis autem non valdè absimiles † Parabo-
lani, [o] qui famulitio vel ecclesiarum vel hospitalium ita sunt colligati, vt nec
quidem illi ab ægrorum seruitio, recedendi habeant facultatem: [p] liberi ma-
gis censentur. licet ad omninò liberos relati (quia non naturali quduis fa-
ciendi libertate fruantur) nonnunquam dicuntur serui. [q] neque enim à spe-
cie seruientium differunt, quibus non datur facultas recedendi. [r] Nec diuer-
sum in Monachis, & iis, quos canonicos regulares vocamus, Ascriptitiis &
Apolides. 7 Parabolanis non multum, vt mihi videtur, dissimilibus. [s] † Sed & Apolides,
hoc est extorres ciuitate vt in insulam deportati liberis aggregantur. [t] Inter
seruos verò referendi sunt statuliberi, [u] qui scilicet destinatam in tempus,
Statuliberi. vel conditionem, habent libertatem. [x] Idem quoque de Addictis, licet ad
tempus, plerique sentiunt. [y] Quibus ne assentiar, Quintiliani verba faciunt.
Addictus 8 Seruus, inquit, cum manumittitur, fit Libertinus. † Addictus recepta liber-
tate est Ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non consequitur. Ad
dictus, dissoluto ære alieno, inuito creditore recipit. Ad seruum nulla lex
pertinet. Ad dictus legem habet, & reliqua. [z] Hinc patet obæratos illos qui
ex lege xij. tabul. ob æs alienum, cùm soluendo non essent, iussu Prætoris, in
temporariam seruitutem creditoribus addicebantur. Addictos fuisse voca-
tos. [a] Plauto etiam id significante. [b]

Ubi auri & hominis, fur leno fiet:
Neque id vnde efficiat habet, vbi in ius venerit:
Addicet prætor familiam totam tibi.

Quod ius apud Hebræos quoque creditoribus olim fuisse videtur. [c] & ex Solonis lege manasse [d] cæterum more publico, inquit Fabius: [e] deinde expressa Diocletiani lege hodie reuocatum. [f]

h vt hîc. i l. & seruorū. hoc tit. §. vlti. de libertin. Instit. k l. libertini. hoc titul. l §. j. Instit. de ingenuis. d. l. manumissiones m §. ascriptitios. in auth. de sanc. episc. coll. 9 n l. colones. C. de agricol. & censit. lib. 11. o l. placet & l. seq. C. de episc. & cle. p Alciat. libr. iij. Dispunctio. c. 9. q l. seruos. l. ne diutius. C. de agrico. & censit. lib. 11. r l. j. ff. de lib. ho. exhib. s c. si religiosus. de electio. in 6. c. vlt. de sepult. eod. lib. c. non dicatis. 12. q. j. t l. quidam. ff. de pœn. u l. statuliberū. in prin. ff. de stat. lib. x l. j ff. illo titu. y Bud. in rub. ff. de indi. addic. Cantiuncula. §. j. Instit. de iur. perso. z Quintilianus lib. 7.

L. IIII. LIBERTAS.

Florentinus lib. 9 Institutionum.

Libertas est [a] naturalis facultas [b] eius, quod cuique facere libet: [c] nisi quid vi, [d] aut iure [e] prohibetur. [f] Seruitus est constitutio iuris gentium, [g] qua quis dominio alieno contra naturam [h] subiicitur. [i]

SVMMÆ.

1 *Libertas quid.*
2 *Facultas.*
3 *Seruitus quando bona.*
4 *Serui pro mortuis.*
5 *Seruitus an contra naturam.*
6 *Seruitus quid.*

a *Libertas est*) Quia libertatis proprium est, viuere vt velis: [a] Seruitutis
verò, viuere non vt velis, sed alterius arbitrio. [b] manifestum est † Li-
Libertas. 1 bertatem aliud esse nihil, quàm naturalem, plenámque potestatem, eius
quod cuique facere libet, non aliqua lege prohibitum. [c]
b *Naturalis facultas*) Hoc est liberrima potestas, & vis quædam, qua facilè
Facultas. 2 possumus, quid libet facere. † Facultas enim, vt Festus ait, facilitatem agen-
darum rerum significat. vnde Mysis Terentiana. [d]

a Cice. pro Roscio Comedo, et pro L. Flacco. Laurent. Valla. lib. 5. c. 28. b Plautus in Pœnulo. c iiij. Reg. iiij. d Pluta. in Solone. e Quint. lib. iij. c. 7. f l. ob æs. C. de actio. & oblig. a Ci. in Parad. b Arist. libr. 6. Politic. c. ij. Ci. lib. ij. officio. c Vt hac l. d Terent. in Andria.

Dij datote facultatem obsecro

Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum.

Et M. Cicero, in occasione commoditas, inquit, ad faciendum idonea, in facultate copia, & potestas earum rerum, propter quas aliquid facilius fit, consideranda est.[e]

c *Facere liber*) Ab hac libertate ducto à coniugatis argumento, Iustinianus homines scribit liberos appellatos.[f]

d *Si quid vi*) Veluti cùm me aliquid molientem, quod lex non prohibeat, fortior aliquis, & plus virium habens, me vetat & impedit.

e *Aut iure*) Sicuti cùm suppliciorum, & pœnarum nimis cohibeor, ne quid iniuriosè faciam.

f *Prohibetur*) Qui enim per fas & nefas quicquid animo collibitum est effreni licentia agere cupit & conatur, amore, nominéque libertatis abutitur. † Seruitus enim ac libertas (vt dicebat Plato) si modum excedat vtraque mala est: si modum obseruet vtraque bona.[g] Legum itaque seruos omnes, ait M. Cicero nos esse oportet, vt liberi esse possimus.[h] Iustæ quippè legi sanctæ & honestæ, vt & optimo principi seruire (quòd Plinius scriptum reliquit) regnare est.[i] Hinc autem disces, eam veram dici libertatem, qua licet, quodlibet, legibus non vetitum, nec contrarium. vnde Persianus ille Dama, cùm se vindicta manumissum sensit, prudenter sic effatus est.[k] 3 Seruitus quando bona & mala.

Vindicta postquàm meus à Prætore recessi,
Cur mihi mon liceat, iussit quodcunque voluntas?
Excepto quod Mansuri rubrica notauit.

g *Constitutio iurisgentium*) Qua cautum fuit, vt in bello capti victorũ essent.[l] & ita serui capientium efficerentur. ante quam hominum constitutionem, seruitus incognita prorsus fuerat.[m]

h *Contra naturam*) Naturali namque iure omnes homines ab initio liberi nascebantur.[n] quorum certè tanta est dignitas vt magis ad Imperium, quàm ad seruitutem, nati sint.[o] Nam & eorum gratia sine vlla status distinctione omnia creata fuerunt:[p] quorum præterea pedibus cuncta Deus opt. Max. subiecit.[q] vnde cùm seruire incipiunt; iam propriæ naturæ statum exeunt & dignitatem: in pecudúmque conditionem transeunt,[r] † ac proinde maiores nostri seruos inter mortuos retulerunt,[s] seruitutémque dixerunt fœdissimum malorum omnium, morti etiam postponendum.[t] † Porrò autem disserit & probat grauiter Philosophus seruitutem naturæ consentaneam.[u] Quod ita, ne nobiscum pugnare videatur, accipi volo, vt seruitus causam habeat à naturali ratione, secundum quam oportet in republica benè instituta, alios esse qui imperent & alios qui pareant: ac eum qui præstantior est, præesse, & imperare. sicuti & in nobis ipsis secundum naturam esse dicimus, vt animus imperet, corpus obediat. Nec id negant Iurisconsulti nostri, qui Seruitutem iuregentium aiunt introductam.[x] iusgentium autem, id est quod naturali ratione fuit, inter omnes homines constitutum.[y] Augusti quoque seruitutis iugum, & iustum, & vtile pluribus commonstrat.[z] cæterum primæ illi naturæ, & statui nostro natiuo, nihil magis repugnat, vt ostendimus, quàm nexus seruitutis. 4 Serui pro mortuis. 5 Seruitus an contra naturam.

i *Subiicitur*) † Seruitus, inquit M. Cicero, est obedientia fracti animi, & abiecti, arbitrióque carentis suo.[a] Velle enim non creditur qui alterius imperio paret.[b] 6 Seruitus quid.

§. SERVI.

Serui ex eo appellati,[a] quòd Imperatores[b] captiuos vendere,[c] nec occidere[d] solent. Mancipia[e] verò dicta sunt, quòd ab hostibus manu capiantur.[f]

e Cice. lib. ij. de inuentione.
f §. j. Instit. de iur. perso.
g Plato ad propinquos Dionis.
h Ci. pro Cluẽtio.
i Plin. ad Traianum.
k Persius sat. 5.
l Aristot. lib. j. Politico. c. iij.
m l. manumissiones. vbi dixi. ff. de iust. & iur.
n §. ius autem. Instit. de iur. nat. d. l. manumissiones.
o l. Iustissimè. ff. de ædil. edict.
p l. in pecudum. §. vl. ff. de vsur. dixi. l. ij. hoc tit.
q Psalmo 8.
r c. sexto dic. 35. dist.
s l. seruitutem. ff. de reg. iur.
t Ci. in Philip. & ij. officio.
u Aristot. lib. j. Politico. c. iij. & iiij.
x l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. §. j. Instit. de libert. c. cum redemptor. 12. q. ij.
y l. j. §. vlt. l. omnes. i. tit. ff. de iust. & iur.
z Augusti. lib. 19. de ciuitate Dei.
a Cicer. in paradox.
b l. velle. ff. de reg. iur.

SVMMÆ.

Serui cur sic dicti.

1 a *Appellati*) † Serui à seruando dicti sunt,[a] origo vocabuli seruorum, inquit Augustinus, in lingua Latina inde ducta creditur quòd hi qui iure belli possent occidi à victoribus conseruabantur.[b] cùm enim solerent olim in captiuos crudelissimè sæuire eos enecantes, procedente tempore duces belli clementiores facti, captiuos seruari, vendíque non occidi iusserunt: cuiusce rei Poeta quoque, milites admonuit, cum ait,

[a] l. pupillus. §. j. ff. de verb. signi.
[b] August. libr. 9. de ciuit. Dei.

Vendere cùm possis captiuum, occidere nolis
Seruiet vtiliter: sine pascat durus, arétque,
Nauiget, ac mediis hyemet mercator in vndis.
Annonæ prosit, portet frumenta, penúsque.

Equidem Agesilaum Lacedæmonium milites suos frequēter admonuisse legimus, ne sæuitiam vllam in captiuos exercerent, sed vt homines seruarent.[c]

[c] Plutar. in cōparatione Agidis & Cleomenis.

Imperator.

2 b *Imperatores*) † Exercituum duces, & militarium copiarum præfecti, Imperatores olim dicti sunt. vnde M. Cicero, Imperatorem diffiniens, Est, inquit, belli gerendi constitutus administrator.[d] & alibi, exercitus, cui præpositus est sapiens administrator.[e] &c. Rursus alio in loco, in Imperatorum more positum ait, paratissimos etiam milites ad præliandum instructa acie adhortari.[f] fuítque hic titulus Imperatoris, quondam ducibus belli magni honoris loco concessus: cum bene gesta republica vt Tacitus ait, gaudio & impetu victoris exercitus, Imperatores à legionibus salutabantur, & conclamabantur.[g] vnde cùm Hispani, regis nomen & titulum Scipioni deferrent, Scipio, maximum esse sibi nomen Imperatoris, quo se milites sui appellassent, respondit.

[d] Cic. lib. j. de orat.
[e] Cic. lib. y. de inuent.
[f] Cic. iiij. Philippi.
[g] Corne. Taci. l. iij.

Regium nomen Romæ exosum.

3 † Regium nomen alibi magnum, Romæ intolerandum esse.[h] Posteà verò illis tantum accommodari cœpit, quorum auspiciis, parta pace, & adaucto imperio decem aut vndecim millia hominum vno prælio cecidissent.

[h] Liuius li. 27.

Cicero Imperator.

4 † Vnde & ipse M. Cicero, profligatis apud Amanum Parthis, Imperator est appellatus.[i] Idémque M. Tullius ad Cælium scribens, ita victoria iusta Imperator appellatus apud istum,[k] & alibi. At si quis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum, mille aut duo millia occidisset, non eum hac consuetudine quæ increbuit Imperatorem appellaret senatus? tot legionibus cæsis, tanta multitudine hostium interfecta, imperatorium nomen adimemus?[l] Dictatore verò Cæsare rerum potito, mitissimum hoc Imperatoris nomen in eum transferri cœpit, qui Romani Imperij gubernacula teneret. Et Dion scribit, Augusto Cæsari decretum nomen Imperatoris, non tanquam maximæ alicuius pugnæ victori, neque summa dignitate prædito, sed veluti omnium rerum domino: à quo cæteri Imperatores nomen traxere, & ab illo Imperatores Romanos connumerandos. aliud enim esse Imperatoris nomen, olim victoribus concessum, aliud per quod rerum omnium arbitrium significaretur.[m]

Imperator.

[i] Pluta. in Cic.
[k] Cic. lib. 8. epistol.
[l] Cic. iiij. Philipp.
[m] Dion lib. 54.

Captiuorum venditio.

5 c *Captiuos vendere*) † Vendebantur olim captiui coronati: erátque corona signum captiuorum vænalium, vt ex Catone Gellius docet.[n] verba autem Catonis sunt hæc. vt populus sua opera potiùs ob rem benè gestam, Coronatus supplicatum eat, qua re malè gesta, Coronatus væneat. Quemad-

[n] Gell. lib. 7. noct. Attica. c. iiij.

modum autem corona signum erat captiuorum vænalium: † ita Pileus impositus vænali seruo, demonstrabat, † talem vendi seruum, cuius nomine venditor emptori nihil esset præstaturus:sed omni suo periculo compararet emptor. & hoc est quod apud eundem Gellium Cælius Sabinus Iurisconsultus scriptum reliquit.Pileatos seruos vænundari solitos, quorum nomine, se nihil præstaturum, hac veluti tessera,significabat venditor.

6 Pileati serui. 7 Seruorũ véditio.

d *Nec occidere*) Sed seruare vt venderent.[o] sicuti dictum est. Equidem boni & æqui natura nos admonet, inquit Seneca, vt captiuis parcamus.[p] quod & Agesilaum prædicasse iam diximus: & ab Agamemnone sapienter responsum ferunt. Cùm enim Pyrrhus clamaret, nullam legem capto parcere, respondit Agamemnon, sæuitiam in captiuos esse contra pietatem,& honestatem naturalem. subnectens dignam pio quouis homine sententiam.Pudorem vetare fieri, quod lex non prohibet.[q] Titus quoque Liuius ait,claram victoriam fieri, oppugnantes vincendo non etiam sæuiendo in afflictos.[r] Et refert Lucianus in Sauromatarum more positum, nefas esset hostem occidere, qui acclamasset, † Zirim,quæ vox erat sese dedentis precio redimendum.[f] 8 Zirim.

o §. j. Instit. de iur.perso.
p Senec. lib. j. de clementia.
q Senec.in Troade.
r Liuius lib.57
f Lucia.in Toxari.

e *Mancipia*) † Mancipium, hominem bello captum, aut aliter seruituti mancipatum, significat.[t] Nulla spes prædæ, inquit, M. Cicero nisi ex mancipiis, id est ex hostibus captis.[u] Et alibi, In mancipiorum venditione fraus omnis venditorum excluditur.[x] Nonnunquam tamen pro dominio, iure, & potestate accipitur.quomodo dicimus vxorem esse in mariti mancipio: hoc est in viri potestate, & dominio,[y] à verbo mancipare, quod est rem alterius iuri, potestati, & dominio permittere, ac subiicere. L. Torquatus, inquit, M.Cicero, illam seueritatem in filios adhibuit, quem in adoptionem D.Syllano mancipauerat.[z] Inde res mancipi, de quibus mox dicturi sumus.

9 Mancipium. Mancipare.

t vt hic.
u Cic.lib.9. ad Attic.
x Cic.li.ij.offic.
y Cice.lib.j. de orato. Guliel. Bud.l.ij. ff. de orig.iur.
z Cice.lib.ij.de fin.

f *Manu capiantur*) † Mancipia, quoque M.Varro & Donatus sic appellata crediderunt, quòd manu capta sint: seruos f. reseruatos, cùm eos iure belli licuisset occidi.[a] vnde Vergilius,sic inducit captiuum rogantem,[b] 10 Mancipium vnde dictum.

Per patrios manes,per spes surgentis Iuli
Te precor hanc animam serues,natóque patríque.

a Dona.in Adelph. Terentianis.
b Verg. lib. 9. Aeneid.

Fallitur ergo Valla dum ait, Mancipium vt manumissio dictum, quòd in manu, hoc est potestate sit.[c] † Sic & Mancipi res appellauit antiquitas, 11 Mancipi res.
quòd manu capibiles alienari possunt. Et emptione mancipi, siue mancupi, res quæri dicuntur, quæ manu capi possunt, ac si diceremus, mancipi rem, id est emibilem, & manuprehensibilem. Manceps † autem emptor 12 Mãceps.
appellatur, quòd manu sublata, authorem se asserit emptionis. qualis postea dici cœpit,Festo iudicante, qui aliquid à populo emebat, conducebátue, vt suo posteà venderet arbitratu: cuiusmodi dici possunt coloni, qui agros mercede conducunt, aut qui decimas, pascua, aliósque publicos redditus,quæstus sui causa redimunt: sicut & loci Ciceronis complusculi, præsertim in Verrinis, commonstrãt:& alibi,res omnes quæ abalienari possunt,id est,à nostro dominio ad alterius potestatem transire,quarum scilicet traditio est, hoc est vt interpretor ego, quæ manucapi possunt, vt corpora quæcunque Mancipi dictas ostendit.† Abalienatio, inquit, est eius rei quæ 13 Abalienatio.
mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.[d] Abalienationis verbo sic notans rei mancipi traditionem alteri nexu factam, Indéque nexorum & mancipiorum iura,& nexus,& obligationes.[e] Quod si in iis rebus repetendis, inquit M. Cicero, quæ mancipi sunt in periculum iudicij præstare debet, qui se nexu obligauit, profectò etiam rectius, in iudicio consulis designati, is potissimum consul qui consulem declarauit, author beneficij pop.Romani,defensórque periculi esse debebit.[f] † Nexus autem, aut si mauis nexum (nam vtroque genere non in- 14 Nexus.
con-

c Laur. Vall. lib.5.c.34.
d Cic.in Top.
e Cic.de orato. & de Arusp. respon.
f Cic.pro Murena.

congruè dicitur) cuius noster quoque Iustinianus meminit.[g] veterē illam
iuris solemnitatem significat, quæ in rerum mancipi venditione seruabatur,
adhibitis videlicet, ciuibus Romanis testibus non minus quinque puberi-
bus: & prætereà alio eiusdem conditionis, qui libram æneam tenebat, Libri-
pens appellatus, à quo mancipium emens ita dicebat. *Hunc hominem ex iure Quiritium, meum esse aio: isque mihi emptus est, huius ære, æneáque libra.* deinde ære
percutiens libram æs illud ei dabat, à quo mancipium accipiebat, quasi pre-
15 tij loco. vnde imaginaria hæc venditio, † Mancipatio fuit appellata. & man-
ceps apud M. Ciceronem dicitur, qui adhibitis iis solemnibus emit.[h] Ad
16 quæ Plinius, † Quin & militum stipendiorum, inquit, hoc est stipis ponde-
randæ pensatores Libripendes dicuntur, qua consuetudine in iis emptioni-
bus quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur.[i] Est & alterum aba-
17 lienationis genus: vt verba memorata Ciceronis indicant,[k] † Per cessio-
nem in iure: quæ, sicuti Titus Caius explicat,[l] apud prætorem in vrbe, vel
præsidem in prouinciis, (hoc enim est in iure fieri) is cui in iure cedebatur,
rem tenens ita vendicabat. *Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio.*
deinde prætor eum qui cedebat, num contra ipse vendicaret? quo vel ta-
18 cente, vel negante magistratus ei qui vindicauerat, rem addicebat. idque †
Legis actio vocabatur.[m] Vtrunque portò genus alienationis, & traditionis
per nexum, & cessionis in iure, inter ciues tantùm Romanos fiebat. ideóque
dixit M. Cicero, *inter quos ea iure ciuili fieri possunt.*[n]

Libripens. Mancipatio. Mánceps. Libripens. Cessio in iure. Legis actio.

g l. vnic. C. de vsuc. transfor.
h Cic. pro Sexto Roscio.
i Plin. li. 33. c. ij.
k Cic. in Top.
l Caius lib. ij. institu.
m Bud. l. ij. §. & cùm placuisset. ff. de orig. iur. Alciat. l. pecuniæ. §. actionis. ff. de verb. sig. vterq. ex Boetio in Top. Cic.
n Cice. in Top.

L. V. ET SERVORVM.

Martianus lib. i. Institutionum.

Et seruorum quidem, vna est conditio:[a] liberorum autem hominum, multæ.[b] quidam enim ingenui sunt, quidam libertini. Serui autem in dominium nostrum rediguntur, aut iure ciuili, aut gentium. Iure ciuili,[c] si quis se[d] maior xx. annis[e] ad pretium participandum[f] vænire[g] passus est.[h] Iuregentium serui nostri sunt, qui ab hostibus[i] capiuntur, aut qui ex ancillis nostris nascuntur. Ingenui sunt, qui ex matre libera[k] nati sunt.[l] Sufficit autem liberam fuisse quo tempore nascitur: licet ancilla conceperit.[m] E contrariò & si libera conceperit, deinde ancilla pariat, placuit eum qui nascitur, liberum nasci.[n] nec interest iustis nuptiis conceperit, an vulgò.[o] quia non debet calamitas[p] matris nocere[q] ei, qui in ventre est.

SVMMÆ.

1 *Officia seruorum varia.*	6 *Rex captus, efficitur seruus.*
2 *Multum, dictio.*	7 *Matris conditio spectanda.*
3 *Seruus quot modis fiat.*	8 *Mater semper certa.*
4 *Exempla non arctant.*	9 *Telemachus filius Vlyssis.*
5 *Alea ludus apud Germanos.*	10 *Calamitas quid.*

1 a VNa est conditio) Alterius quippè dominio æquè omnes subiiciuntur. †
Cæterùm licet seruorum vna sit conditio, diuersa tamen sunt eorum
officia, & ministeria. Nam alij veteratores, alij Nouitij,[a] alij ordinarij, alij
vicarij,[b] quidam verò actores,[c] Mediastini, Atrienses, Calones, Lixæ, & cæ-
teri id genus.
b *Multa*) Duæ scilicet: Nam duas tantùm liberorum differentias subne-
2 ctit. vt alij videlicet ingenui sint, alij libertini. Quò cognoscimus, † dictiones
multū, & multæ, pro subiecta materia coarctandas, vt duo solùm cōprehen-

Seruorū varia ministeria. Multum & Multa dictio.

a l. præcipiunt. l. fi. §. fi. ff. de edil. edict.
b l. si seruus. ff. de pecul.
c l. vlt. de offic. præf. §. pœna. Instit. de iniur.

dant :[d] licet plerunque maiorem numerum expostulent.[e] Nam & multum tempus quinquennium est,[f] aut saltem triennium.[g] Equidem de iis,quemadmodum & nõnulli ante nos tradiderunt, nihil certè diffiniri potest.Ideóque iuxta propositum rei argumentum : facienda harum particularum est interpretatio.[h]

c *Iure ciuili*) Vnicum annectit exemplum Martianus, quo potest quispiam iure ciuili seruus fieri: cùm tamen alios esse casus constet. † veluti si manumissus accepti beneficij immemor, circa patronum ingratus extiterit.[i] Si in seruitutem legitimè vocatus,per annum contumax fuerit:[k] aut de latronum familiis descendens captus sit.[l] Verùm itaque est quod vulgò iactatur, † exemplis regulam non constringi.[m] 3 Seruus iure ciuili multipliciter. 4 Exempla non arctant regulam.

d *Siquis se*) Si ego liber,& maior xx.annis, tecum egerim,finge vt me centum aureis,quasi seruum venderes, & tibi pro lucro quinquaginta haberes, totidem mihi restitutis, seruus adeò efficior, vt postmodum manumissus, pristinum ingenuitatis statum non recipiam:[n] odio degeneris,& sordidi animi, qui parua quadam pecuniolæ præda inescatus, in voluntariam me conieci seruitutem,voluíque, vt cum Satyrico dicam, Degeneris animi pœna.

Et præbere caput, domina venale sub hasta.[o]

Vbi tamen,

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Licet itaque non possit liber homo, vt potè non dominus membrorum suorum[p] quacunque pactione, aut contractu seruus fieri :[q] vbi tamen sciens prudens,sese quasi seruum pretij participandi gratia distrahi patitur,in pœnam animi,tam abiecti constitutum est,eum libertatem amittere.[r]

e *Maior xx.annis*) Secus ergo in minore, qui se venundari passus est : nisi post vicesimum annum participasset pretium.[s]

f *Pretium participandum*) Aliud igitur, si non pretij participandi gratia, venditioni consenserit.[t] Sed & si partem suam non recepisset,ad pristinam suam libertatem,rescissa venditione proclamare posset.[u]

g *Venire*) Idem si se donari, aut dotis, vel pignoris causa dati, acceptis nummis passus esset:[x] nisi venditum,donatum,aut alio nomine datum, emptor sciens liberum emisset:quo casu non denegabitur libero aduersus eum proclamatio in libertatem.[y]

h *Passus est*) Gnarus & prudens suæ conditionis. nam si se seruum crederet, non esset ei imputandum, cui visum fuit, se non posse petere libertatem.[z] Romæ porrò fuisse quondam in Tusco vico , istiusmodi homines, qui sese venditabant, admonuimus suprà.[a] & Plautus ipse indicat in hæc verba,[b]

In Tusco vico,ibi sunt homines,qui ipsi sese venditant.

Germanos quoque Cornelius Tacitus refert,sobrios etiam inter seria, lusum † aleæ tanta lucrandi cupiditate exercere,vt cùm omnia amiserint, extremo iactu,de libertate contendant. victúsque voluntariam agnoscat seruitutem: & quamuis iunior,ac robustior,alligari se, & vænire patiatur.[c] 5 Aleæ ludus.

i *Ab hostibus capiuntur*) Quæ ex hostibus capimus, iuregentium adeò nostra fiunt, vt liberi homines in seruitutem perueniant,[d] † tametsi summa, adeóque regia præcellant dignitate.ideóque Crœsus rex captiuus,ad Cyrum, *Quoniam*,inquit,*Dij seruum me tibi tradiderunt*, author est historiæ pater Herodotus.[e] 6 Rex captus hostium seruus efficitur.

k *Matre libera*) † Etiam si pater seruus fuerit.[f] Quantum enim ad statum liberorum,spectari solet matris conditio.[g] Vnde & ex ancilla natus, patre licet ingenuo,seruus est.[h] cuius rei illa est ratio:†quia mater semper certa est, 7 Matris conditio spectanda. 8 Mater certa.

d §.vlti. Instit. de vsur.perf. e l.13.§.ignominia.ff.de infa. f d.§.hoc referri piū.ff.ad Sylla. g l.licet Imperator.ff.de lega.j. h §.vlt. Instit. de liter.obliga. g l.j.C.de fideicom. h Glo.& Panor. c. lectores. de cler. excom. minist. i l.ij.C.de liber. & eo.lib. k l.j.§.sciētes.C.de asser. tol. l l.ij.C.qui. ad liber. proclam. non licet. m l. damni.ff. de dãno infect. n l.homo liber. hoc titul. o Iuuenal.saty. iij. p l.liber homo. ff.ad l.Aquil. q l.nec si volēs. l.liberos.ff. de libe.caus. r l.j.ff.qui. ad liberta.procla. non lic.& hic. s l.liberis.§.j. ff.de lib.cau. l. j.qui.ad libert. t l.non ideo.l.si ministerium.C. de libe.caus. u l.j.ff.& C. qui.ad liberta. x l.si vsumfructum.§.in summa.ff.de lib. caus. y d.l.liberis.§. si quis sciens. z l.Lucianus.in fi.ff.qui.ad libert. a In rub.huius tit. b Plaut.in Curcul. c Corn.Tacit. libr.de morib. Germa. d l.cum ideo.ff. de religi.§.item ea.Instit.de rer.diuis. e Herod.lib.j.qui Clio inscribitur. f §.sed & si quis. de ingen. in Instit. g l.partum.C.de rei vend.& hic. h d.§.sed & si quis.

pater

Telemachus Vlyssis filius.

9 pater verò incertus.[i] † Nam Telemachus apud Homerum se nescire dicit an Vlyssis filius esset, matrem tamen eidem hoc affirmasset.[k]

Illo me genitum dixit pia mater, at ipse

Nescio, nam proprium certus scit nemo parentem.

Et quoniam vtilius est partui matris conditionem attendi, quę tribus illi potest proficere temporibus.[l] In reliquis verò patrem liberi sequuntur.[m] Planè Claudius Cæsar, liberarum mulierum quæ seruis nubebant coniugia detestatus, inde natos liberos constituit, non ingenuæ sed libertinæ conditionis esse.[n] Quæ tamen sanctio velut dura nimis, & iniquior partui, nihil tale promerenti obliterata fuit, quod vel hic locus ostendit.

l *Nati sunt*) Ingenui nascuntur:[o] hoc est ipso nascendi momento, dum in lucem prodeunt, liberi sunt,[p] simúlque cum libertate, quemadmodum Iustinianus ait, solem respiciunt.[q]

m *Conceperit*) Conceptionis namque tempus tunc duntaxat spectamus, cùm proficimus partui.[r]

n *Liberum nasci*) Nam simul atque conceptus fuit, quia de commodo partus tractatur, perinde habetur, atque si natus esset.[s] & in iis quæ vtilia sint partui, non diem natiuitatis, si hoc ei minus fauorabile est, sed diem conceptionis spectamus.[t]

o *An vulgò*) Hoc est ex meretricio coitu.[u]

Calamitas.

10 p *Calamitas*) † A comminuendis & conterendis calamis ac segetibus, solet calamitatis verbo propriè tempestas, & grando significari: Plautus.[x]

Profectò hercle non fuit quicquam olerum,

Nisi quicquid erat, calamitas profectò attigerat nunquam.

Ita quicquid erat vegrande erat.

Significat item calamitas, quodcunque detrimentum & infœlicitatem: vt cùm Sulpitius ad Ciceronem scribit, se obitum Tulliæ filiæ Ciceronis grauiter tulisse, communémque eam calamitatem existimasse.[y] Per translationem quandoque notat, eorum improbitatem, & nequitiam, qui aliorum patrimonia deuorant, & exhauriunt, quasique grandine conterunt, proculcant & contundunt, quæ aliis destinata erant. vnde Parmeno Terentianus de Thaide meretrice.[z]

Sed ipsa egreditur, nostri fundi calamitas.

Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Sic M. Cicero rapinas, & furta Verris prætoris exprimens, Quacunque, inquit, iter fecit, eiusmodi fuit. vt non legatus populi Romani, sed vt quædam calamitas, peruadere videretur.[a] & hic Martianus Calamitatis verbo, mulieris sui corporis vulgò copiam facientis, improbitatem designat.

q *Nocere*) Non nocet iniquitas parentum filiis natis, vel nascituris præterquam certis casibus, infrà commodiore loco memorandis.

i l. quia certa. ff. de in ius vocan.
k Home. lib. j. Odys.
l §. j. Instit. de inge. & hîc.
m l. cum legitime. vbi dicam j. hoc tit.
n Suetonius. in Claud.
o l. ingenui. C. de inge. & ma.
p §. j. de ingen.
q l. cum inter. C. de fideicom. liber.
r l. ij. §. j. ff. ad Tertul. l. imperator. ij. vbi dicam hoc tit.
s l. qui in vtero. inf. hoc titul.
t l. nuper. §. vl. C. de na. libe.
d l. Imperator. vbi dicam.
u l. vulg. vbi po sui. j. hoc tit.
x Plaut. in Casina.
y Cicer. lib. iiij. epist. fa.
z Terent. in Eunu.
a Cic. act. iij. in Ver.

§. EX HOC QVÆSITVM.

Ex hoc[a] quæsitum est, si ancilla prægnans manumissa sit, deinde[b] ancilla[c] facta,[d] aut expulsa ciuitate,[e] peperit, liberum an seruum pariat? Et tamen rectius probatum est, liberum nasci, & sufficere ei qui in ventre est, liberam matrem, vel[f] medio tempore[g] habuisse.

SVMMÆ

1 *Apolides.* 2 *Vel, particula.*

a EX hoc) Quia diximus adeò partui faueri, vt ad ingenuitatem consequendam, sufficiat ei liberam habuisse matrem, vel conceptionis, vel natiuitatis tempore.

b *Deinde*) Nouus hîc loquendi modus mihi videtur, quo Martianus, duas istas dictiunculas *deinde* & *posteà*, idem significantes coniungit, cùm alteram collocasse sufficeret. Ideo persuasum semper habui, expungendam dictionem *posteà*, & illius loco, substituendam vocem *facta*, librariorum veterum inscitia particulam *posteà*, immutatam.[a]

c *Ancilla*) Potuit manumissa retrudi in primarium seruitutis iugum: vel propter ingratitudinem:[b] vel quia sit passa participandi pretij gratia se venundari:[c] vel ex aliis quibusdam causis, quas paulò antè memorauimus.

d *Facta*) Sic ego facta malo legere: licet omnium codicum fide reclamante. Quam posteà vt cæteri habent libri: ferente potissimum mihi suppetias Iustiniano.[d] Et quoniam alioqui non probè quadraret structura sermonis.

e *Expulsa ciuitate*) Extorres vrbe, hoc est exules, & ciuitate patrióque solo eiecti, quos † ἀπόλιδας, hoc est sine ciuitate, Græci vocant.[e] vt in insulam deportati, & in opus publicum perpetuò dati: cùm retineant ea quæ iurisgentium sunt, verè non fiunt serui.[f] Quod & hîc Martianus sentit, dum mulierem ciuitate extrusam, ab ancilla segregat. Cæterùm similimi seruorum habentur.[g] 1 Apolides.

f *Vel*) † Particula *vel*, variè vsurpari solet. sed pro saltem, elegantissimè plerunque ponitur, locutioni nostris iuris authoribus non infrequenti.[h] 2 Vel. particula.

g *Medio tempore*) Inter conceptionem videlicet, & seruitutem. Atque hinc obserua media tempora nemini nocere, sed prodesse potiùs. respectu præsertim ingenuitatis, & libertatis.[i]

a §. pen. Instit. de ingen.
b l. ij. C. de libert. & eo. lib.
c hac l. in princip. vbi dixi.
d §. pen. de ingen.
e l. j. §. ij. quibus. ff. de leg. iij.
f l. quidam. ff. de pœn.
g d. l. quidam.
h l. multum. ff. de hered. vel actio. vend. l. in creditore. ff. de euict. alibíque sæpè.
i l. pe. C. de iis quib. vt indig.

L. VI. LIBERTINI.

Caius lib. 1. Institutionum.

Libertini[a] sunt, qui ex iusta seruitute,[b] manumissi[c] sunt.

SVMMÆ.

1 *Liberti, & libertini.*
2 *Iustum quid.*
3 *Iusta seruitus.*

a *Libertini*) † Quoniam in iure plerunque fit libertorum, & libertinorum mentio: sciendum est, hos ab illis, non alia ratione distare, quàm quòd liberti, sicuti Valla docet,[a] propriè dicuntur, qui patronum habent. Libertini verò nomen ad conditionem hominis refertur: vt, absolutè dicantur libertini, quicunque manumissi sunt.[b] Prisca tamen obseruatione, libertini dicti fuêre, non tam ipsi qui manumissi erant, quam ingenui, ex iis procreati: ac in infinitum quicunque ex iis descendissent, qui olim manumissi essent.[c] Et ita qui erant ex genere libertorum prognati. Vnde Horatius Flaccus, lyricorum princeps, qui patrem habuit libertinæ conditionis de se ait,[d] 1 Liberti & libertini.

Quem rodunt omnes, libertino patre natum.

Sed apertior est Tranquilli locus, latum clauum, inquit, quamuis initio affirmasset, non lecturum se senatorem, nisi ciuis Romani abnepotem, etiam libertini filio tribuit: sed sub conditione, si prius ab equite Romano, adoptatus esset: ac sic quoque reprehensionem verens etiam Appium Cæcum censorem generis sui, proauctorem libertinorum filios in senatum, allegisse docuit. ignarus, temporibus Appij, & deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex iis procreatos.[e]

b *Iusta seruitute*) † Hoc est vera, & legitima.[f] Quod & Cicero indicat, cùm ait, eum qui in seruitute iusta fuerit, censu liberari[g] Ad quem sensum econtrà iuris authores iustam libertatem dixerunt.[h] præthereà iustum patrem,[i] iustum filium,[k] iustam vxorem,[l] iustum dominium,[m] iustam æstimationem,[n] iustam præsumptionem,[o] iustam conuentionem,[p] iustam obligationem,[q] & iis 2 Iustum.

a Laur. Valla. lib. iiij. c. j.
b l. vl. ff. si liber tus inge. esse dica.
c d l. vlti.
d Horatius.
e Sue. in Clau.
f l. & generaliter. ff. de noxal.
g Cice. pro Cecinna.
h l. qui pœna. ff. de manumis. d. l. ij. C. si adu. liberta.
i l. eius qui. j. ff. ad municip.
k l. ij. ff. de adopt. l. septimo. hoc tit.
l l. si vxor. ff. de adult.
m l. pen. ff. de publi.
n l. si res. §. pen. ff. de iur. dot.
o l. vlti. C. in quib. cau. pig. taci. con.
p l. 1. de. § j. l. epistola. § j. ff. de pact.
q l. j. C. si in cau. iud.

Iusta seruitus.

3 & iis similia sexcenta.† Iustam autem seruitutem, Caius noster expressit. Nam qui non iusta seruitute seruisset, manumissus, non efficeretur libertinæ conditionis: veluti si quis cùm liber esset status & conditionis suæ ignarus, seruisset. sæpissimè namque constitutum Iustinianus scribit, natalibus non officere, hoc est ingenuitati nihil detrahere, manumissionem.[r] Nec me porrò clam est iustam quandoque seruitutem, pro clemente, moderata, & minus dura accipi. vt cùm Simo Terentianus, Sosiæ seruo dicebat.[f]

Ego postquam te emi à paruulo, vt semper tibi
Apud me iusta, & clemens fuerit seruitus,
Scis, feci è seruo, vt esses libertus mihi.

Cæterùm in hoc nostro Caij respõso, vt & apud Affricanũ,[t] veram & secundum leges contingentem seruitutem designat: vt intelligamus, eum qui à latronibus captus manumitteretur, non ideo libertinum effici, cùm seruitus iusta non fuerit,[u]

c *Manumissi*) Id est libertate donati. Est enim manumissio, datio libertatis.[x] Sed de hoc alibi.

r l. ij. C. de inge. & man. §. vlti. de inge. in Inst.
f Terentius, in Andria.
t l. & generaliter. ff. de noxa. actio.
u l. hostes. ff. de capt.
x l. manumissiones: vbi dixi. ff. de instit. & iur.

L. VII. QVI IN VTERO.

Paulus lib. singulari de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur.

Qui in vtero est, perinde[a] ac si in rebus humanis esset, custoditur,[b] quoties de commodis[c] ipsius partus quæritur: quanquàm alij antequam nascatur, non prosit.[d]

SVMMÆ.

1 *Perinde, dictio.*
2 *Partus pro nato habetur.*
3 *Venter quando alteri prosit.*

Perinde.

1 a PErinde) † hoc est æquè, ac similiter. dictio nanque *perinde*, similitudinem notat.[a] Et satis constat, eum qui conceptus est, re vera ante natiuitatem in rerum natura non esse: sed singulari quadam per benignam legis interpretationem, pro nato haberi.[b]

Partus quando pro nato habeatur.

2 b *Custoditur*) † Vt videlicet, omnia ei iura in tempus nascendi, integra conseruentur.[c] non etiam vt iis antequàm nascatur, frui possit. Vnde nec rumpit nondum natus testamentum.[d] nec tenetur illi emancipatus conferre.[e]

c *De commodis*) Nam si hoc ei damnosum esset, pro nato non habebitur, qui in vtero est. Sicuti nec etiam si de alterius commodis tractaretur.[f] vt mox fusiùs differam.

Venter an alteri proficiat.

3 d *Non prosit*) † Solet venter, vbi quæritur de eius commodis pro nato haberi: non etiam vt alij prosit.[g] Vnde nec ipsi quidem patri proficiet, ad complendum numerum liberorum, qui à tutela præbet excusationem.[h] Eo tamen casu prodest alteri, quo non proficiendo, sibi noceret: veluti cùm matri partum prodesse dicimus, vt ea nomine ventris in possessionem mittatur.[i] vel etiam vt damnatæ vltimo supplicio, pœna differatur[k] néue de ea prægnante habeatur quæstio.[l]

a l. si deferente. ff. qui. mod. pig. sel. l. iu. ff. de cõfir. tut. l. j. ff. de receptator.
b l. ij. § remittit. ff. de excus. tut. l. vel vmo. ff. de suis & leg. l. pen. vbi dicã. hoc tit.
c l. antiqui. ff. si pars here. peta.
d l. iij. § j. ff. de iniust. testa.
e l. vlti. ff. de collat. bone.
f l. cùm quidã. § quod dicitur. ff. de acquir. hered. l. quod dicimus. ff. de verbo. sig.
g l. quod dicimus. hoc tit. & ibi.
h l. ij. § sed remittit. ff. de excus. tute.
i l. j. ff. simul. vẽ. nom.
k l. Imperator. ij. in princ. hoc titul.
l l. pregnantis. ff. de pæn.

L. VIII. IMPERATOR.

Papinianus lib. 3. quæstionum.

Imperator Titus Antoninus[a] rescripsit, non lædi statum liberorum,[b] ob tenorem instrumenti,[c] malè concepti.[d]

SVMMÆ.

1 *Antoninus pius.*
2 *Antonini nomen Romanis gratissimu.*
3 *Ociosis subtrahenda salaria.*
4 *Mesomedes.*
5 *Natalitium instrumentum.*
6 *Natiuitatis apud acta professio.*
7 *Veneterum S.C.*
8 *Annaria lex.*
9 *Notary error.*

a Titus Antoninus) Fuit † hic vt opinor ego, ptimus omnium Antoninorum, qui à pientissimis, & clementissimis moribus, Pij cognomentum meruit. Is autem Titus Aurelius Antonnus dicebatur. Cui paternum genus Nouansense. Et à quo sanctum illud, & diuinum † Antonini nomen, Romanis multo tempore tam plausibile, gratum & amabile fuit, vt qui eo nomine non niteretur, mereri non videretur Imperium. Qui verò eo splenderet, populo, militibúsque perquàm charus esset. vt etiam Cassianus parricida, nominis causa amaretur.[a] Quo occiso Lampridius scribit, Romanos ingenti mœrore obsessos fuisse, quod Antoninum in republica non haberent: existimantes quòd cum eo Romanum esset periturum Imperium. Enimuerò de hoc nostro Antonino pro eiúsque pietate, clementia, ingenio, & sanctimonia, nihil tam excelse, támque magnificè dici potest illius, quin adhuc longè, latè, multúmque superet virtus & integras. Quippè tam mitis fuit, probus, integer, alieni abstinens, sceleriśque putus, vt boni quique, velut numen aliquod eum suspicerent, & venerarentur: ac Numæ Pompilio conferre non dubitarent. tanta diligentia, ac continentia, subiectos sibi populos regens, vt omnes sub eo prouinciæ in pace florerent. Nam per annos tres & viginti, nullum sub eo bellum fuit. Reges pacauit: plures à quibus adeò reuerebatur, vt parentem, atque patronum magis eum, quàm dominum existimarent, omnésque vno ore (sicuti Sextus scribit) in cælestium morem, propitium optantes, de controuersiis inter se iudicem poscerent. Multa de iure sanxit, adhibitis in consilium clarissimis Iurisconsultis: præsertim Vlpio Marcello Vindio Vero, Saluio Valente, Iaboleno, & Volusio Metiano. Fertur quoque de eo memorabile, † Salaria eum ociosis subtraxisse. dictitans, Nihil esse sordidius, imò crudelius, quàm si rempublicam ij arrodetent, qui nihil in eam suo labore conferrent. † Vnde & Mesomedi lyrico, salarium imminuit. Tandem tamen apud Lorios (oppidum Etrhutiæ, est in via Aurelia, xij. millibus ab vrbe passuum) lxx. annos natus & anno Imperij xxiij. magno omnium luctu periit, M. Antonino philosopho, quem adoptauerat moriturus Rempublicam commendans. Sed audiamus Ausonium de eo canentem.

(margin: 1 Antoninus Pius. 2 Antonini nomē Romanis gratum. 3 Salaria ociosis subtrahenda. 4 Mesomedes.)

(margin: a Iul. Capitol. in Opilio Macrino, Lampridius in Diadumeno & Heliogabalo.)

(margin: Ausonius de 12 Cæsaribus.)

Antoninus abhinc regimen capit, ille vocatu,
Consultúque Pius nomen habens meriti.
Filius huic fato nullus, sed lege suorum
A patria sumpsit, qui regeret patriam.

Sepultus est in mole Adriani, cum inscriptione istiusmodi, *Imperat. Cæs. T. Aelio Adriano Antonino August. Pio, Pont. max. Trib. Pot. xxiij. Imp. Coss. iiij. PP.*

b *Non lædi statum liberorum*) Hoc est non detrahi aliquid ingenuitati, seu nō fieri seruos, qui liberi erant.

c *Instrumenti*) † Natalitij puta, hoc est diem qua quis natus esset, & generis conditionem continentis. Solebant quippè ciues Romani, ne status hominum ambiguus esset, natos liberos apud præfectum ærarij, Saturni, profiteri intra tertium diem, Nomine imposito.[b] iam illud satis constat, inquit Capitolinus, quòd filium Gordiannm nomine Antonini, & signo illustrauit. cùm apud præfectum ærarij more Romano professus filium, publicis actis nomen eius insereret.[c] † Quod & ad probationem securiorem ætatis, & ne

(margin: 5 Natalitium instrumentum. 6 Natiuitatis pro fessio.)

(margin: b Iul. Capitolin. in M. Anton. Philosopho. c Capitolinus in Gordianis.)

& ne vlla fieri fraus posset, *Franciscus Galliarum Rex* recentioribus suis legibus constituit.[d] Eandémque legem, ad tutiorem nobilitatis assertio- *d Ordinat. Frã*
7 nem Venetos S.C. dudum sanxisse, cùm Venetiis agerem intellexi. † vt *cisc. regis ann.* quicumque (scilicet patricij (vulgus nobiles & magnificos vocat) liberos abs *1539. art. 51.* se editos intra dies octo, aut si fortè tempore natiuitatis abessent, intra sex menses, ad publicos aduocatores (magni sunt apud eos magistratus) profiteantur. Vnde postea tutò fideliterque, & ætatis, & natalium asser-
8 tio, peti possit: néue fraus vlla † Annariæ legi, magistratuum promotioni legitimam ætatem præscribenti, fiat: alioqui constituerunt irritam eorum esse nobilitatem, quorum nomina improfessa, aut in album destinatum edita non essent.

Venetorum lex. *Annaria lex.*

d *Malè concepti*) Quo videlicet seruus nominatur, qui re vera ingenuus est. Rerum quippe veritas erroribus gestorum non corrumpitur: [e] nec falsa de-
9 monstratione vitiatur substantia veri.[f] minúsque instrumenti † fidem, oppugnare debet tabellionis error.[g]

Notarii error.

e l. illicitas. §. veritas. de off. præs. *f l. cum falsa. l. cum testamentũ. C. de iu. & fac. ignor.* *g l. qui habebat ff. de ma. test. l. si librarius. ff. de reg. iur. l. errore. C. de test.*

L. IX. IN MVLTIS.

Idem lib. 25. Quæstionum.

In multis[a] nostri iuris articulis, deterior est conditio fœminarum,[b] quàm masculorum.[c]

SVMMÆ.

1 *Fœminarum in quibus melior conditio.*
2 *Nomen quo die imponi solitum.*
3 *Muliere nihil peius.*
4 *Fœmina malum necessarium.*
5 *Maris maior dignitas.*

1 a IN *multis*) † Non ergo in omnibus. interdum enim par est vtriusque sexus conditio: vt in iis quę à iure naturę procedunt,[a] & certis casibus melior *a l. maximũ. C.* conditio fœminarum. Nam citiùs testantur,[b] & veniam ętatis impetrant,[c] *de libe. præter.*
2 quàm masculi: cùm & celeriùs adolescant, ac compleantur. † Qua ratione Plutarchus scribit, Romanos olim maribus nono die fœminis octauo, nomina imponere consueuisse.[d] & Philosophi dicunt, mulieres vita citiùs effluere, plantarum exemplo: quæ quanto celeriùs nascuntur, tanto citiùs intereunt.

Mulierũ quando melior conditio. *Nomina quo die imposita.*

b l. qua ætate. ff. de testamẽt. *c l. 3. C. de iis qui ven. eta.* *d Plut. in problemat.*

3 b *Fœminarum*) † Cùm & ipsę masculis sint deteriores. vnde Philosophus mari, inquit, & fœminæ à natura tributum est, vt hic præsit, illa pareat: cùm mas pręstantior sit, deterior fœmina.[e] Et de fœminis vulgò iactatum prouerbiũ, *e Arist. li. j. Po* muliere nihil pestilentius. quam sententiam ex Odyssea Homeri ad hęc ver *litic. c. iij.* ba transtulit Erasmus,[f]

Fœminæ nihil deterius.

f Erasmus in Chiliadibus.

Vsque adeò nihil improbius, mulieréque peius.

4 Certè † mulierem omnem esse malam perbellè significauit Lacon ille, qui rogatus, cur vxorem statura pusillam duxisset, respondisse fertur, Quoniam è multis malis, quod minimum est, eligi debet. de bonis quoque mulieribus, quoniam perraræ sunt, Accursius noster Iustiniani etiam nouella[g] adductus, legem sanciendam negauit.[h] Euripides item omnium malorum dicit mulierem pessimum esse, & acerbissimum, ac magis noxium.[i]

Mulier necessariũ malũ.

g §. quia verò. in auth. vt fine prohibitione ma. col. 7. *h Accurs. l. ex his. ff. de legib.* *i Euripides. apud Planudem. in vita Aesopi.*

Furore multo sæuit iratum mare.
Proniq́ue fluuij, & ignis aeris impetus,
Inopia acerba, acerba alia quàm plurima:
Sed nihil ita acerbum, & noxium, vt mulier mala.

Circunfertur, & prouerbialis ille sermo *Ignis, mare, mulier, tria mala.*

Thesaurus est malorum mulier mala.
Foris omnibus immitior mulier mala.
Mare, Ignis, mulier, mala tria.

Incendium namque formidabile, maris aqua periculosa, cæterùm fœmina periculosior, quæ profectò multarum calamitatum hominibus ab initio mũdi caussa fuit. Malũ est igitur fœmina, sed tamẽ sine quo viui nõ potest. Quæ ita in fœminas scripta accipi velim, vt non à me lacerari bonas, sed à malo malas deterreri, lector existimet.

c *Masculorum*) † Mulieres enim magistratum gerere,[k] postulare,[l] arbitrium suscipere,[m] procuratrices esse,[n] tutelam administrare,[o] deferre, seu accusare,[p] aliisq́. omnibus publicis & ciuilibus muneribus regulariter fungi prohibentur.[q] cùm tamen masculis, in quibus non modò solidius est iudicium: sed maior etiam dignitas, omnia concedantur.[r] 5 Masculorum dignitas.

k l. cùm prætor. ff. de iud.
l l. j. § sexũ. ff. de postul.
m l. fi. C. de arbit.
n l. neq. fœminæ. ff. de procu.
o l. fi. ff. de tute.
p l. j. ij. ff. de accus. l. deferre. ff. de iu. fis.
q l. ij. ff. de re. iur.
r l. j. ff. de sena.

L. X. QVÆRITVR.

Vlpianus lib. 1, ad Sabinum.

Quæritur, hermaphroditum[a] cui comparamus: Et magis puto eius sexus existimandum, qui in eo præualet.[b]

SVMMÆ.

1 *Androginus.*
2 *Hermaphroditus.*
3 *Aphroditis.*
4 *Phauorino tria mira contigerunt.*
5 *Sexus præualens attenditur.*
6 *Hermaphrodita an sint.*
7 *Locus à medus.*

a *Hermaphroditum*) Hoc est semiuirum & semifœminam: qui mutuato à Græcis nomine, † Androginus dicitur. Sinuessæ narum, inquit Liuius, ambiguo inter mares ac fœminam, sexu, infantem: quos Androginos vulgus, 1 Androginus.
a Liui. lib. 27. vt pleráque faciliore ad duplicanda verba Græco sermone appellat.[a] † Hermaphroditus autem, Mercurij & Veneris filius fuit: vt nomen ipsum indicat. 2 Hermaphrodit.
Mercurius enim apud Græcos, Hermes, & Venus, † Aphroditis appellatur. 3 Aphroditis.
Quod nec Ouidium latuit.[b]

b Ouid. li. 4. Metamor.

Mercurio puerum, & diua Cithereide natum,
Naiades ideis enutriuere sub antris.
Cuius erat species, in qua materque paterque,
Cognosci possent, nomen quoque traxit ab illis.

In hoc autem, quia natura duplex fuit, & viri simul ac fœminæ, ab eo Androgini cœpere deinceps Hermaphroditi nuncupari. Nunc in delitiis, cæterùm olim in prodigiis habiti.[c] Nam cùm ex Vmbria S. P. Q. R. nunciatum esset, semimarem, duodecim ferme annos natum, inuentum: abominantes, id prodigium Romani, arceri Romano agro, necarisq. quamprimùm iusserunt:[d] Et Androginos in mare abiici curauerunt. Quorum ex Leonide quatuor species, Cœlius memorat.[e] Phauorinum summum illum philosophum, Gellianis noctibus decantatissimum fuisse hermaphroditum, hoc est ambiguo inter marem & fœminam sexu, memoria proditum est. qui † tria illa mira sibi contigisse dicebat. Quod Gallus, (erat enim ex Arelate nobili Galliæ Narbonensis oppido) Græcè loqui probè didicisset. Quod Adriano Imperatori offensior factus viueret. Et cùm foret eunuchus, adulterii caussam dixisset. 4 Phauorinus hermaphroditus.

c Pli. li. 7. c. 3. Gel. lib. 9. c. 4 in fin.
d Liui. lib. 39.
e Cœlius Rhodig. li. 15. c. ij.
f l. repetũdarũ. in fi. ff. de testa. & l. quæritur. § hermaphroditus. 4 q. 3. ij.

b *Præualet*) Vnde cùm quærimus, an hermaphroditus testis ad testamentum iure adhibeatur, iubet Paulus † inualescentem sexum spectari.[f] & ab hermaphrodi- 5 Sexus inualescens spectatur

maphrodito, in quo virilia præualent, posthumum hæredem institui posse Vlpianus respondit.[g] Sanè verò licet androginis, vnde potiùs indatur nomē, ambiguum videatur: fecit tamen consuetudo, vt à meliore sexu, hoc est masculino, nuncupentur. 6 Androginæ nullæ. Neque † enim (inquit) Cœlius, androginas audiuimus, aut hermaphroditas.[h] contra cuius auctoritatem Vincentius Iustinianus, Chius ex nostris discipulis & acutis & benè doctis vnus, fidem mihi fecit se vnam androginam nouisse, nomine Herini parafolena, & ipsa Chia.[i] ex hoc porrò contextu, locus ille à mediis, † & item alter, à duarum concursu causarum, elicitur. 7 Locus à mediis. vt medium cumprimis extremi potentioris naturam sortiatur,[i] deinde si in eodem subiecto duæ caussæ concurrant, spectandam quæ præcellit.[k]

g l. sed est quæsitum. in fin. ff. de testam. h Cœl. Rhodi. li. 15. c. 10. i l. etsi non sint. §. fi. ff. de au. le. l. sacimus. §. ne aūt. C. de don. k l. quicquid. §. cū partes. ff. de acq. re. do.

L. XI. PAVLVS.

Paulus lib. 18. Responsorum.

Paulus respondit,[a] eum qui viuente patre, & ignorante[b] de coniunctione[c] filiæ, conceptus est, licet post mortem aui natus sit,[d] iustum filium[e] ei ex quo[f] conceptus est, non videri.[g]

a l. ij. ff. de rit. nup. §. j. de nup. in Institutio. b l. filiusfamilias. ff. de ritu nupt. c l. pliū. ff. de iis qui sunt sui. d vt hac l. e l. j. ff. de ritu. nup. f l. seper. ff. de ritu nup. & hic. g l. quis in vtero. sup. hoc tit.

SVMMÆ.

1 *Patris consensus in nuptiis necessarius.*
2 *Coniunctio.*
3 *Conceptionis tempus quando spectandum.*
4 *Concubinatus extra legis pœnam.*
5 *Filij an contrahant nuptias sine patre.*
6 *Patria potestas an in spiritualibus spectetur.*

a *PAulus Respondit*) Mallem ego legere respondi simpliciter, cùm Paulus nostræ constitutionis auctor existat. Quem sese citare verisimile non est.

1 Paternus cōsensus in nuptiis. b *Ignorante*) † Non igitur fuerunt nuptiæ legitimæ. Quippe consistere non possunt nuptiæ, nisi consentiant omnes, hoc est qui coeunt, quorúmque sunt in potestate.[a] etiam si filijfamilias, qui matrimonium contrahunt, milites sint.[b] Quòd si iustæ nuptiæ non existant, ergo nec inde nati filij legitimi.[c] adeoquidem vt subsequens aui mors, ante concepti nepotis natiuitatem iustum filium non efficiat.[d]

2 Coniunctio. c *Coniunctione*) † Hoc est matrimonio. Nuptiæ enim quia maris sunt & fœminæ coniunctio,[e] solent in iure passim coniunctionis verbo demonstrari.[f]

3 Conceptionis tēpus quādo spectemus. d *Natus sit*) hoc † dubium faciebat, quia in iis quæ ventri damnosa sunt, qui est in vtero, non existimatur esse in rerum natura.[g] Et quoniam non conceptionis, sed natiuitatis tempus spectamus, si hoc partui cōmodius est.[h] Verùm id operatur in hac specie, radix infecta: quia vel ab initio illicita fuit, & lege improbata istiusmodi coniūctio.[i] Quemadmodum in simili Diocletianus respondit, natum ex libera & seruo, non ideo decurionis filiū censeri, quòd natalibus pater postea restitutus hunc honorem adeptus fuerit:[k] Cùm nuptiæ sint inter liberam, & seruum prohibitæ:[l] & ad dignoscendam filiorum qualitatem, ob iustas vel iniustas nuptias, conceptionis tempus attendemus.[m]

e *Iustum filium*) Id est legitimum.[n] vt & iustum patrem,[o] iustam vxorem,[p] vsque sexcenta dicimus similia, quæ paulò ante recensuimus.[q]

f *Si ex quo*) Si ille filiusfamiliâs fuerit. emancipati namque filij suo arbitrio nuptias contrahunt.[r] Eorúmque liberi ad hæreditatem aui legitimam admittentur: tametsi nuptiis auus non consenserit.[r]

a l. nuper. §. fi. C. de nat. lib. l. & seruorum. 3. hoc tit. i l. ij. ff. de rit. nupt. k l. ex libera: C. de sus. & legit. l l. 3. C. de incest. nup. l. vnic. C. de mulier. quæ se prop. ser. m l. mācipatū. ff. de senat. c. 2. qui fil. sint legit. n l. y. ff. de ado. l. cū quis. l. nuper. C. de na. lib. o l. eius qui. j. ff. ad municip. p l. si vxor. ff. de adult. q l. libertini. nu. 2. 3. hoc tit. r l. filius. ff. de rit. nup. s l. 3. §. si emancipatus. ff. de contra tab.

g *Non viden*) Contrariũ prima fronte poterat existimari. Quãdoquidẽ mor-
tuo auo cessare causa videatur, quæ impediebat ne nepos nasceretur legi-
timus, vt & in filiis natis ex concubina scimus traditum esse: qui licet illegiti-
mè nati sint, superuenietibus tamẽ nuptiis iusti fiunt.[t] Verùm id operatur exi
mia vis matrimonij,[u] quod iustum semper fuit, ac legitimum cuique non po
tuit præcedens obesse concubinatus: † Qui cùm à lege nomen assumpserit, 4
extra legis pœnam est.[x] At hic nuptiæ sine patris consensu coitæ, nunquam
legitimæ fuerunt: sed tales vt illis perpetuò ciuilis lex restiterit.[y] Quinimò
vt alibi defendi,[z] Ius quoque pontificium.[a] Quod cùm hæc recognoscerem,
intellexi ab emissariis meis, & vitiligatoribus, existimationem meam per fas
nefásque lædere satagentibus, magno boatu reprehendi. Quocirca non incõ
modam nactus occasionem, operęprecium me facturum putaui, si meam hîc
extensiùs aperirem, & confirmarem sententiam, quo & illorum calumnias
retundere, & candidos studiosorum animos, ad veritatis semitã multis mean
dris, & labirinthis interclusam, redigere possim. Itaque non ignoro passim re
ceptũ in contrahendis nuptiis parentum auctoritatem summo iure necessa
riam non esse: † sed ex vrbanitate quadam, & honestatis, vt loquuntur, gra- 5
tia.[b] Tum quòd sacri canones vbique dicant, consensum sufficere.[c] Tũ quòd
matrimonij negotium, spiritualibus caussis annumeretur,[d] & in spiritualibus
potestatis patriæ vis nulla sit.[e] Ego verò constitutionibus quoque pontificũ
pridem docui, nuptias à filiisfamiliâs spreto patris consensu contractas ratas
non esse.[f] Cuius necdum me pœnitet sententiæ, quam ego validè cumpri-
mis probari puto, legis ciuilis auctoritate, cui haud dubiè standum est, vel ex
communibus[g] regulis, si non reperitur nominatim antiquata.[h] rursus, quia
mecum põtifices apertè, nulláq. circuitione vsi, & sentiunt, & loquuntur.[i] de
inde quia hanc sententiam insinuat nobis naturalis ratio, honestas, &
iustitia.[k] quæ maximè in coniunctionibus nuptiarum spectari debent.[l] neq.
possunt vllius positiuæ legis constitutione corrumpi.[m] Denique quoniam id
antiqua Dei lege cautum legitur.[n] Quę cùm ad moralia pertineat præcep-
ta, hodie quoq. ligat.[o] nec ei pontifices derogare potuerunt.[p] vnde nec veri
simile est abrogationem tam temerariam tentasse.[q] Neque nos mouerit, quod
ad perfectionem nuptiarum, solus contrahentium consensus sufficiat.[r] Nam
id nõ inficior. Cæterum consensum requiro legitimum. Sic enim pontifex
loquitur.[s] Legitimus autẽ nõ est, si patris nõ accedat authoritas.[t] Et in simili
legimus, ad sponsalia ciuilis legis authores dixisse, nudum sufficere consen-
sum.[u] Quo tamẽ iure constat, patrem in nuptiis authorẽ esse debere.[x] Quod
autem in spiritualibus, non habeatur potestatis patriæ ratio,[y] † accipi volo, 6
vbi nullum aut perexiguum patris incommodum versaretur: Alioquin ni-
mis iniquum foret, eum cuius interest, contemni,[z] nec priuilegium causæ
indultum, ad patris iniuriam detorquendum est.[a] patris verò maximè in-
teresse liberos suo nutu, & arbitrio copulari, nemo nescit. Tum ob fami-
liæ splendorem, & dignitatem,[b] tum ob dotis, donationis propter nup-
tias[c] & alimentorum onera,[d] ad quæ parentem spretum obstringi, nulla
patitur ratio.[e] duobus casibus non negauerim, ex bono & æquo, nup-
tias spreto patre contractans pontificio iure defendi. Primus si non con-
tradixerit pater: nam si sciat, consentire videtur:[f] si ignoret, ex benignita-
te quadam legis pontificiæ iam cõtractæ nuptię sustinentur.[g] Ad hæc Iul.
Paulus, eorum, inquit, qui in patris potestate sunt, sine voluntate eius ma-
trimonia iure non contrahuntur: sed contracta non soluuntur. Contempla-
tio enim publicæ vtilitatis, priuatorum commodis pręfertur.[h] Alter, si car-
nis copula iam sequuta sit.[i] Nam & aliis casibus legimus, inutiles nuptias

Concubinatus extra legis pœnam.

Filiusfa. an sine patre iure cõtrahat matrimonium.

Patria potestas an in spiritualibus spectetur.

t l.cum quis.C. de nat. liber. §. fi. inst. de nup. u §.quib. inst. de her. que ab intest. c. tanta. qui fil. sint legit. x l. 3. in fi. ff. de concub. y l.ij.ff.de rit. nup. §.j.inst.de nup. z l.ij.Misce.c. 17.& in epist. questio.c.29. a c.nõ omnis.§. fi.& c.honorãtur.32.q.ij.c.aliter.30.q.5. b Glos.ca.sufficiat.27.q.ij. c c.cùm locũ.e. cũ apud.de spõsa.d.c.sufficiat. d c.tuã.de ord. co. e c.si de su.in6 f d.c.nõ õnis.§. vl.& c.honorãtur.32.q.ij.c.aliter.3.q.5. g l.ij.de rit.nup. §.j.insti.de nu. & hic. h c.j.& ij.de no.oper.nũtiat. s d.c.nõ omnis. d.c.honorãtur. d.c.aliter. lz §.j.de nup.d. c. honorantur. l l.semper ff.de rit.nup. m l.ij.ff.de vsu. ea.re. n Genes.28.Iudic.14.d.c.honorantur. o c.si.c.his ita. 6. dist. p c.nõ licet.10. dist. q c.sunt quidã. 25.q.j. r d.c.cùm locũ. & c cũ apud. de spons.d.c.sufficiat.27.q.ij. s c.tua.de spõs.

t l.ij.ff. de rit. nup. §.j.inst. de nup. u l.sufficit.ff.de spõs. x d.l.ij,d.§.j. y c.vlt.de iud. in 6. z l.non aliter. ff.de adop.l.de vnoquoq.ff.de re iudicat. a l.impuberi.ff.de adm.tuto. b l.iij.§.si emãcipatus.ff.de cõtra. ta. c l.vl.C.de dot. promiss. d l.si filia.§.j.ff fa.ercis. e l.3.C.ne fil.pro pat. f l. in spõ.in fi.l.sed quæ patris.ff.de spõ. l.si vt proponis. j.C.de nup. g c.ventẽs.de spõ. h Iul.Paul.li.senten.ij. i c.per tuas.de cõd.apposi.c.pe.de rap.

per

per subsequentem carnis commixtionem, confirmari:[k] contráque nec dum consummatas concubitu nuptias faciliùs impediri.[l] illa vt mihi quidem videtur ratione, quia mulier necdum corrupta non difficulter alteri nubet. Quae verò iam contacta est & vitiata, quia non facilè reperiret maritum, posset ad impudicae vitae infoelicitatem traduci. vnde propter concubitum dura nimis & grauis visa fuit, Lucio pontifici matrimonij separatio.[m]

k c. ad id. c. vemens. ij. c. tuanos. c. is qui. de spons. c. de illic. de cond. app.
l c. ij. c. ex publ. de controuer. coniug.
m l. si domus. §. pe. ff. de le. ij. l. possessionũ. C. e. vtrius. q. ĩud.

L. XII. SEPTIMO.

Idem lib. 19. responsorum.

Septimo mense[a] nasci perfectum,[b] iam receptum est, propter authoritatem[c] doctissimi viri Hippochratis.[d] Et ideò credendum eum qui ex iustis nuptiis septimo mense[e] natus est, iustum filium esse.[f]

SVMMAE.

1 *Pariendi tempus.*
2 *Partus vndecimi mensis.*
3 *Papiry iudicium.*
4 *Partus quando perfecti.*
5 *Authoritatis argumentum.*
6 *Hippocratis laus & vita.*
7 *Artaxersis de Hippocrate iudicium.*
8 *Thessalus & Draco Hippocratis fily.*
9 *Septimus mensis.*

Pariendi tempus.

1 a SEptimo mense) Quamuis non completo, sed duobus tantum diebus inchoato.[a] pariendi sane † tempus nono aut decimo mense, definitum est.[b] interdum tamen iustum partum nasci, Paulus noster Hippocratis authoritate fretus, docet. Quamuis id raręnter Gellius contingere dicat. Et octauo nunquam.[c] nec item longiore tempore, quàm decimo.[d] ideoque Plautus.[e]

Tum illa quam compresserat,
Decimo post mense exacto hic peperit filiam.

Diuum tamen Adrianum decreuisse vndecimo quoq. mense legitimum edi posse partum legimus. Eiúsque rei nobile refert Gellius exemplum.[f] Quod & satis iure nostro defendi potest: si inter ipsa initia, vndecimi mensis, pau-culis puta diebus, post decimum partus nascatur.[g] nam leges omnes dicunt natum nouissima die decimi mensis post mortem patris, legitimum esse.[h] Eadem autem die qua maritus obiit vxorem concepisse, vbi praesertim diuturna aegritudine vir confectus periit, verisimile non est.[i] † Lucius Papirius tamen cùm mater partum se xiij. mensibus tulisse contenderet, bonorum possessionem, contra secundum hęredem, praeturam gerens, dedit. Quoniam nullum & certum tempus pariendi, statutum ei videretur.[k] Sed non † caruit suspicione hoc iudicium partui nimium fauens. rectiùs itaque Iustinianus noster incontinentię mulierem coarguit, quae vel vndecimo mense perfecto, vel sub finem etiam vndecimi mensis post mariti mortem peperit neque enim, inquit, in tantum conceptionis tempus extensum est.[l] Octauo porrò mense genitos omnes interire, & matres etiam manifesto in periculo vbique gentium esse dicantur Solae namque mulieres, eo tempore salutariter pariunt, cuiusce rei causam in ambiguo esse docti viri profitentur.[m]

Partus vndecimi mensis. 2
Papirii iudicium 3

a l. intesta. §. fi. ff. de suis & le.
b Arist. li. 7. de natur anima.
c Gel. li. 3. noct. Attic. c. 16.
d d. l. intestato. §. fin.
e Plau. in Cistellaria.
f Gel. vbi sup.
g §. vl. in auth. de restit. & ca. quae par. coll. 5.
h l. Gal. in pri. ff. de li. et posth. d. l. intestat. §. fi.
i l. filiũ. ad fi. ff. de ijs qui sunt sui.
k Pli. l. 7. na. histor. c. 5.
l d. §. vl. in aut. de restitutio. coll. 5.
m Leonic. Thomãs. li. j. de varia hist. c. xcix.

Partus quando perfecti.

4 b *Perfectum partum*) † Integri, & absoluti partus, decimum plerunque mensem attingunt, quod praesertim veteribus persuasum est, vt hodie nono mense, ita olim mulieres decimo mense parere.[n] vnde cum Aristoni regi renunciatum fuisset, natum sibi filium Demaratum, calculóque, deductione digitorum facto, competisset nondum exactis decem mensibus genitum, iureiurando dixit, *Non est hic filius meus.* Quamuis postmodum dicti poenituerit

n Arist. lib. 7. de nat. animal. Ci. pro Cluẽtio.

Aristonem, agnoscens septimestrem genuisse.[o] Ad hæc Salomon, in ventre matris meæ inquit figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum.[p] Qua ratione Ouidius scribit à Romulo primum decem mensibus annum conclusum fuisse.[q]

Quod satis est vtero, matre dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.

Et leges nostræ, decimi mensis frequenter meminerunt.[r] hoc verò tempore perfectos partus nono mense reddi, experientia creberrima edocti sumus, atq. adeò nonnunquam septimo. quod philosophus contingere censet, ob alendi inopiam: quo fit vt septimestres hi partus, perfectionem præueniant.[f] Alij verò, ob validissimam vim in vulua informatrice vtilē atq. moderatum sanguinem reperientem, & fœtum celeriùs egerentem & explicātem:[t] Quibusdam aliis, ad perfectionis numeri rationem referentibus.[u] Mirum certè est, quod Plinius scribit, septimo mense genitis aurium & narium foramina sæpè defuisse.[x]

5 c *Authoritatem*) † Cum peritorum iudiciis in arte sua sit credendum:[y] Non dubium, quin in iis quæ ad disciplinæ medicinam pertinent, eruditorum medicorum sententiam citare, sequíque inculpatè possumus.[z] Idémque de cæteris probatissimis authoribus in sua cuiusque professione: veluti in philosophia Platoni & Aristoteli.[a] In dicendi arte, M. Ciceroni.[b] Et in poesi Homero, Virgilióque.[c] Vnde & illud vulgò iactatum in iure argumentum ab authoritate recipimus: vt non quorumcunque, sed præstantissimorum in arte sua virorum authoritati deferamus. [d] Quod eatenùs probauimus quatenus horum virorum canones, leges nostræ receperunt. Nec ideo quod Hippocratis hic, & Platonis alibi, Aristotelis aliorumque præcellentium virorum citata sententia magna cum laude recepta sit: idcirco etiam aliorum aut etiam eorumdem virorum, alia in re nominatim à iure nostro non probata necessariò recipienda est. Alioqui cùm vbiq. impingant, passimque inter se dissideant opinionibus, vt nescias cui credendum sit: nihil certi adferre posses.

d *Hippocratis*) † Hippocrates Cous medicorum omnium facile princeps 6 maximè fuisse suo seculo authoritatis indicat Arthaxersis eius disciplinam auidissimè cupientis, ad Hircanem epistola. Cuius hæc fuere verba. Rex Re„ gum magnus Artaxerses, Hircani Hellesponti præfecto salutem. Hippocra- „ tis † medici Aesculapio prognati, ad me artis fama peruenit. Da igitur operā, „ 7 vt aurum illi tribuas, quantum cupit, aliáque item quorum indiget, & eum „ ad me mitte. erit enim par honore summis in Perside viris. & si quis alius fue „ rit in Europa vir clarus, hunc amicum nostræ domui redde, minimè pecu- „ niæ parcendo, viri enim quanquam petentes, non facilè inueniunt, quod ho „ nestè cupiunt. Vale. Hippocrates tamen Græciæ amator vsque adeò fuit, vt inde nunquam egredi voluerit, præmiis quàm libet maximis inuitatus, ibidémque susceptis † Thessalo & Dracone filiis vitam finiuit, annum agēs cen 8 tesimum quartum.

e *Septimo mense*) † Hunc mensem vti dicimus, cœptum esse sufficit. vnde na 9 tus centesimo octogesimo secundo die, hoc est sexto mense, & duobus diebus legitimus est filius ex eiusdem Hippocratis sententia.[e]

f *Iustum filium*) Etiam si constet matrem impudicam, & adulteram esse.[f]

Margin notes: o Herod. lib. 6. qui Erato inscribitur. p Sapient. 7. q Ouid. li. j. Fastor. r l. vl. C. de post. d. l. Gall. & d. l. intesta. §. fi. f Arist. lib. 7. de na. animal. t Alex. Aphrod. lib. j. de anima. u Macrob. in somnium Scipio nis. li. j. c. 6. x Plin. lib. xj. c. 37. y l. j. in prin. ff. de vent. insp. e. propos. ff. de proba. z l. semel. C. de re milit. li. xij. a l. vlt. ff. de nūd. l. si pater. ff. de solutio. b l. ij. §. Seruius. ff. de orig. iur. c l. intantū. §. fi. ff. de rer. diuis. d l. j. ff. de decurio. d. l. j. ff. de vent. inspicien. e l. intestato. §. fi. ff. de suis & leg. f l. miles. §. de functo. ff. ad l. Iul. de adulter.

Locus ab authoritate. — Hippocratis encomiū. — Artaxersis de Hippocrate iudiciū. — Thessal. & Draco filii Hippocratis. — Septimus Mensis.

L. XIII. SERVVS

Hermogenianus lib. 1. iuris. epitom.

Seruus[a] in capitali causa, [b] fortunæ iudicio à domino commissus,[c] & si fuerit absolutus non sit liber. [d]

SVMMÆ.

1 *Capital, Capitale.*
2 *Capitalis homo, & oratio.*
3 *Dominus quando deserere seruum videatur.*

Capital & capitale.

a SEruus) Capitalis criminis accusatus.

1 b *Capitali causa*) Capitale,† & per apocopem seu detractionem capital, facinus est vt Festus ait, quod capitis pœna mulctatur, vel ipso Ouid. teste.[a]

Nominis in dubio causa est, capitale vocamus:
Ingenium solers ingeniosa Dea est.
Aut quod habet legem capitis, quæ pendere pœnas,
Ex illo iubeat furta recepta loco.

a Ouid. li.iij. Fast.

Plautus item,[b]

Nunquam ædepol fugit, tametsi capital fecerit.

b Plautus in Menechmis.

Capitales homines. Capitales orationes

2 Homines† quoq; capitales pro flagitiosis & capitali supplicio dignis M. Cicero dixit.[c] & alibi, Capitales orationes exitialibus, & mortiferis.[d] Cæterùm capitis pœnam, nostrates Iurisconsulti interpretati sunt, mortem, exilium, aut seruitutem.[e] euiusmodi pœnarum genere, caput eximi de ciuitate contingit.[f] reliqua vero crimina, quæ notam tantum inurunt infamiæ, licet cum pecuniario detrimento, publica quidem sunt, non etiam capitalia:[g] cùm ad periculum capitis non pertineant.[h]

c *Commissus*) Hoc est à domino non defensus, sed capitis periculo relictus.

Dominus quãdo seruum deserere videatur.

3 d *Non fit liber*) sed manet semper domini.[i] Qui propterea, quod seruum† capitalis criminis accusatum non defendit, non censetur eum habere pro derelicto,[k] Eum enim delatum purgari plurimum intersit domini: impius dici non potest dominus qui litem suo marte currere passus est, cùm & ipse non modò non defendere, sed etiam ad supplicium vltro seruum delinquentem offerre potuerit, ac debuerit.[m] Alia tamen eius causa est, qui seruum ægritudine periclitantem à domo sua publicè eiecerit: neque ipse eum procurans, neque alij eum commendans:[n] indignus quippè redditur dominica potestate, qui tam ferus est, aut potiùs ferreus, tam atrociter, támque inhumanè, seruum tractans.[o]

c Cic. 5. Philipp.
d Cic. ij. officio.
e l. sed & si quis. §. j. ff. si quis caut. l. edictc. §. j. ff. de bono. poss.
f l. ij. ff. de pœn.
g §. j. in fi. Inst. de publ. iudic.
h l. capitalium. in pr. ff. de pœ.
i l. ille. §. j. ff. qui & à quib.
k l. sciendum. ff. de publ. iud.
l d. §. j. & hic.
m l. circuncide re. §. j. ff. de sic.
l. milites §. fin. ff. de re milita.
n l. j. §. sed scimus. C. de lati. lib. tol.

L. XCIII. NON SVNT LIBERI.

Paulus lib. 4. sentent. tit. de intest. success.

Non sunt[a] liberi,[b] qui contra formam humani generis, conuerso more procreantur. Veluti si mulier monstrosum[c] aliquid, aut prodigiosum[d] enixa sit. Partus autem qui membrorum humanorum officia ampliauit,[e] aliquatenus[f] videtur effectus, & ideo inter liberos connumerabitur.

o l. ij. j. tit. j.

SVMMÆ.

1 *Tertyllianum S.C.*
2 *Monstrosus partus non est homo.*
3 *Monstrum quid.*
4 *Ostentum.*
5 *Prodigium.*
6 *Philelphus feruidæ libidinis.*

a NOn sunt) Fuit hæc Pauli constitutio, ex quarto eius sententiarum libro (vt & suprascriptio declarat) & titulo de intestatorum successione
« excerpta. Pauli enim verba hæc sunt. Mulier si monstrosum aliquid, aut pro
« digiosum enixa sit, nihil perficit. Non enim sunt liberi, qui contra formam
« &c. Vnde quidam hanc legem ad speciem sic explicant:[a] vt cum ex Tertyl-
Tertyllianum S.C.
« liano † S.C. Mater ingenua, tres liberos habens, & libertina quatuor, ad bo-
« na filiorum ab intestato mortuorum contra veterem iuris rigorem admitta
« tur,[b] Si monstrosum aliquid, aut prodigiosum sit enixa, non referatur id in

a Anto. August. li. j. emendatio. c. 8.
b §. j. in pr. de S.C. Tertyllia. in Institu.

numerum liberorum.[c] Cui interpretationi,ne planè consentiam,facit Vlpiani responsum,[d] quo traditur partus istiusmodi contra formam humani generis procreatos,matri prodesse.Neque enim,inquit,detrimentum adferre debet,quod fataliter contingit.

> c vt hac l.
> d l.quæret aliquis. ff.de ver. signi.

b *Liberi*) Hoc est in numerum liberorum,non referuntur.Vnde nec eorum
natiuitate,testamentum rumpitur.[e] & impunè ab ipsis etiam parentibus ex
antiqua Romuli lege,poterunt enecari.[f] Si enim ex homine alia proles† quã 2
humana producitur,quod nascitur, homo vocari non debet.[g] Vnde absolutum eum Veronæ,Petrarcha refert, qui quasi centaurum humano capite quadtupedem,equo similem,occursu ipso perturbatus,interemerat.[h] parentibus tamen sicuti dictum est proficiunt,quibus fatalem calamitatem obesse iniquum esset.[i] Et ideo si mulieri nonnihil in tempus quo suscepisset liberos relictum foret,edito partu, licet ad monstrum,prodigiúmve declinante, legatum debebitur.[k]

> e l.pen. C. de posth.hered. instit.
> f Plutarch. in Romu.
> g Plat.in Cratylo.
> h Francis. Petrar.li.memorabil.iiij. tractatu.6.c.20.
> i l.quæret aliquis.ff. de ver. signi.
>
> Monstrosus partus non est homo.

c *Monstrosum*) Monstrum,à monstrando dictum est quòd præter,aut con-
tra naturam editum, futurum aliquid demonstret. Mõstra,prædictiones(in- 3
quit M.Cicero)& præsensiones rerum futurarum,quid aliud declarant, nisi
hominibus ea quæ futura sunt,portendi prædici?Ex quo illa † ostenta, mon- 4
stra,prodigia,dicuntur.[l] & alibi,quia enim ostendunt, monstrant, portendunt,ostenta,monstra,portenta,prodigia, dicuntur.[m] Sub Constantio Imperatore refert Marcellinus editum infantem ore duplici geminis dẽtibus, & barba,auriculis item duabus,sed breuissimis,& oculis quatuor. Qui partus,vt idem author scribit,Romanam rempublicam in deterrimum statum reclinatutam planè monstrabat.[n] Ab ancilla quoque Plinius inter initia Marsici belli serpentem editum refert.[o] & Capitolinus Antonini Pij seculo bicipitem æditum puerum memorat.[p]

> k d.l.quæret.
> l Cic.lib.ij. de nat.Deorum.
> m Cic.li.j.de diuin.
> n Ammia. Marcel.li.19. de re.Rom.
>
> Monstrũ.
> Ostentũ.

d *Prodigiosum*) Prodigia,vt† ex prædictis liquet,dicta sunt,quod futura præ- 5
dicant. Quemadmodum præter citata Ciceronis loca, Nonius,& Festus ostendunt,Prodigia diffiniẽtes esse Deorum minas vel iras.Vnde & portenta appellata,quasi aliquid mali futurum portendentes.

> o Plinius li.7. c.iij.
> p Iul.Capit.in Antonino Pio.
>
> Portenta.

e *Ampliauit*) Quia senos,pluresve digitos in manibus aut pedibus habent,[q]
aut tres testiculos, qualem Franciscum Philelphum, ætatis suæ celeberri-
mum,sed † eundem præferuidæ libidinis fuisse vulgò perhibent.Idem quo- 6
que dicendum putarem in partu, qui membrorum humanorum officia haberet constricta:Vt quia coniunctis digitis natus.Quamuis si ad vsum manus incommodetur,sanus non sit.[r]

> q l.item Officlum § j.ff.de ædil.edict.
> r l.quærit. §.si quis digitis. ff. de ædil. edicto.
>
> Philelph' feruidæ libidinis.

f *Aliquatenus*) Id est aliqua ex parte,sic enim legere malo, quàm *alicuius*, vt cæteri,vt sit sensus,partum qui membra haber ampliora,liberis annumetandum. Quòd is aliqua saltem ex parte homo sit effectus,& formam habeat humani generis.

L. XV. ARESCVSA.

Triphonius lib.10. dispunctionum.

Arescusa[a] si tres peperisset,[b] libera esse testamento iussa, primo partu vnum,secundo tres peperit:[c] Quæsitum est,an & quis eorum,liber esset? Hæc conditio[d] libertati adposita,iam implenda mulieri est.[e] Sed non dubitari debet,quin vltimus liber nascatur.[f] Nec enim natura[g] permisit,simul vno impetu,duos infantes de vno vtero matris excedere, vt ordine nascentium incerto, non appareat vtrum in seruitute,libertatéve nascatur. Incipiente igitur partu,existens conditio efficit, vt ex libera edatur, qui postea nascitur: veluti si quælibet alia conditio libertati mulieris

apposita

appoſita, parturiente ea exiſtat. Et manumiſſa ſub hac conditione, ſi decem millia hæredi Titio dederit, eo momento quo parit, ſi per alium [b] impleuerit conditionem, iam libera peperiſſe credenda eſt.

SVMMÆ.

1 *Areſcons mulier deinde vir.*
2 *Arethuſa venatrix.*
3 *Mulieris fœcunda prærogatiua.*
4 *Contubernium, contubernales.*
5 *Filij quot vno partu naſci poſſunt.*
6 *Receptacula quot in ventre mulieris.*
7 *Ter enixa mulier.*
8 *Locus à natura.*
9 *Conditio quando per alium impleatur.*

a *Areſcuſa*) Veteres codices Areſthuſa legebant. Sed hac in re, nullã vim
ego facio. ſiquidem conſtet quomodocunque legamus, proprium an
cillæ nomen fuiſſe. Sanè verò Licinius Mutianus, apud Pliniũ prodidit, [a] Ar-
1 gis † mulierem quandam fuiſſe Areſcuſam nomine, quę cùm nupſiſſet ex fœ
mina in marem mutata eſt. & deinde barba, ac virilitate proueniẽte, vxorem
duxit, Areſcónſque appellatus. Cui nõ abſimile valdè, quod inter varia pro-
digia, quæ Romæ nunciata fuêre, ann. conditæ vrbis 540. Q. Fabio Maxi. &
M. Claudio Marcello Coſ. miraculum Liuius commemorat, tum factum
Arethuſa 2 Spoleti, ex muliere virum. [b] † Arethuſam autem fabulantur poetę venatricẽ
quandam virginem fuiſſe. Quæ cùm in Alpheo flumine ſe lauaret, ab illius
fluminis Deo vehementer extitit adamata.
b *Si tres peperiſſet*) Pro pagationi prolis adeo veteres ſtuduerunt, vt fœcun-
Fœcundę mulieris ſuot. 3 dis † mulieribus præſignes prærogatiuas conceſſerint. [c] Et vt cęteras miſſas
faciam, vacationem olim vt Columella teſtatur, habebant ancillæ, quę tres
liberos peperiſſent. Quæ verò quatuor, aut plures libertatem. [d] Vnde & hæc
qua de agimus conditio, *Si tres peperiſſet*, quibuſdam in iure emanaſſe vide-
tur. [e] Quæ ne fortè nonnulli putent, pro non ſcripta habendam, [f] ex eo quod
4 non conſiſtant cum ancillis nuptiæ: [g] † Conſiderandum coniunctiones ſer-
Cõtubernia. uorum non propriæ nuptias dici, aut matrimonia, ſed contubernia. [h] Vnde
Cõtubernales. ſeruorum coniuges, non vxores ſed contubernales appellantur. [i] Verum hęc
contubernia, licita ſunt, iuſta, & permiſſa, vſque adeo, vt inde nati filij, licet
non exiſtant legitimi: quia non ex iuſtis nuptiis procreati. [k] ac proinde
naturales, tantùm aut ſpurij dicantur: [l] ſucceſſionis tamen ius ha-
beant. [m]
Filij quot vno partu. 5 c *Tres peperit*) † Plures vno partu filios naſci poſſe Iulius Paulus paſſim o-
ſtendit. [n] De tribus vno vtero natis, memorabile extat Oratiorum, &
Curatiorum exemplum. [o] ij tergemini fratres fuerunt. Et tergeminos ſe-
natores, inquit Paulus vidimus Oratios. [p] Alexandrinam mulierem Ro-
mæ fuiſſe Iulianus ſuo tempore refert, quæ quinque haberet filios in-
columes, vno partu natos. [q] Natum quoque bicipitem puerum, & v-
no partu mulieris quinque pueros editos, Antonini Pij tempore, Capi-
tolinus refert. [r] Ancillam quoque Cæſaris Auguſti, vno partu quin-
que pueros enixam in agro Laurente, memoriæ proditum eſt. eúm-
que eſſe finem puerperij, apud Gellium Ariſtoteles probabat. Comper-
Receptacula in vulua mulieris. 6 tum vnquam negans plures ſimul genitos. [ſ] Quia non plura vuluæ † re-
ceptacula mulieres habere poſſint. [t] vt fabulis annumerari meritò debeant,
quę de ſeptenis & duodenis vno vtero editis alij referunt. [u] Nam & vltra
tres naſci portentoſum Caius dixit. [x] Et Cęlius, non pœnitendus author,
prodigioſa, nec ſine cunctatione proferenda cenſet quæ Albertus memo-
rat: Quandam videlicet mulierem in Germania configuratis iam in vtero
duorum & viginti infantium corpuſculis, abortum feciſſe. Rurſus aliqui
ſeptuaginta, auricularis digiti magnitudine. [y] Sed vt amplius increſcat
admiratio, refert noſter Benedictus, ſe in libro quodam, Vulgò Mare
hiſtoriarum nuncupato, [z] legiſſe Margaretam Holandiæ Comitiſſam,

a Plinius lib. 7. c. iij. Gel. li. 9. c. iiij.
b Liuius lib. 24.
c Ariſto. lib. ij. politico. c. 7.
d Columel. lib. 9. de re ruſtic.
e Alcia. l. ter enixa. ff. de ver. ſig.
f l. j. & ij. ff. de condi. inſtitu.
g l. cũ ancillis C. de inceſt. nup.
h l. plerunque. ff. de adi. edict.
i l. adoptiuus. §. j. ff. de rit. nup.
k l. vxorem. §. codicillis & §. concubina ff. de lega. iij.
l l. filium in fi. ff. j. & §. j. de pat. pot.
l l. ex libera. C. de ſuis & legit.
m §. j. Inſt. de ſeruil. cog.
n l. ſed & ſi. §. vlt. ff. de iudi.
l. antiqui. ff. ſi pars hær. peta.
o Plinius. li. 7. c. iij.
p d. l. antiqui.
q l. ſi pater. ff. de ſolutio.
r Iul. Capit. in Antonino Pio.
ſ Gell. lib. 10. noct. Attica. c. ij.
t d. l. ſi pater.
u Plin. lib. 7. ca. iij.
x l. vlti. in pr. ff. de reb. dub.
y Cel. Rhodig. lib. iiij. c. 23.
z lib. ij. c. 16.

quòd pertinaciter negaret, mulierem duos pueros, simul ab eodem patre conceptos, edere posse: in pœnam vt creditur, trecentos sexaginta tres, vt paruos pullos, vno partu procreasse, omnes facto baptismate regenetatos, sub annum tricentesimum decimumtertium regnante Philippo Pulchro, in Gallia.[a]

a Bened. in repet. c. Raynut. in verb. & soboles in princi. de testa.

d *Hæc conditio*) Hæc & quæ sequuntur verba in omnibus quos mihi videre contigit codicibus corruptissimè leguntur. Quæ ideo sic restitue. *Nam cōditio libertati apposita iam impleta mulieri est.* vt sit sensus, quia mulier edidit primo partu vnum, & altero tres, non dubium quin conditio iniecta libertati, vt si tres Arescusa peperisset, libera foret, nunc sit impleta.

e *Impleta mulieri est*) Ter † enim enixa mulier dicitur, quæ vno etiam partu tres edidit:[b] neque inter est diuersis temporibus, an vno vtero tres pariat: Cùm non eodem impetu nascantur infantes, sed vnus post aliū: vt sequitur. 7

Ter enixa mulier.

b l. ter enixa. ff. de verb. signifi.

f *Vltimus liber nascatur*) Iam enim extitit conditio, cum ante tres editi sint: illi autem quia in seruitute nati (necdum enim impleta erat conditio) sunt serui. At postremus qui vltimo enixu natus est, quia iam extiterat conditio, tribus antea editis, liber nascitur.

g *Natura*) † Ratiocinatur Iurisconsultus hîc, ex loco à natura. Quo refert Odoffredus se homicidij accusatum aliquando defendisse. 8

Locus à natura.

h *Per alium*) † Potest conditio, in dando consistens, per alium impleri.[c] Idē & in ea quæ in faciendo versatur,[d] nisi fortè factū personæ cohæreat.[e] Quippe tunc electa personę industria intelligitur. Ideoque non potest actus per alium explicari.[f] 9

Conditio quando per alium impleatur.

c l. vlt. ff. de cōdi. insti. & hîc.
d l. veteris. C. de contr. stipu.
e l. vni. §. ne autem. C. de cad. tol.
f l. inter. ff. de sol. c. fi. de offi. dele.

L. XVI. IDEM ERIT.

Vlpianus lib 7. Disputationum.

Idem erit, si eadem Arescusa primo duos pariat, postea geminos[a] edat. Dicendum est enim non posse vtrumque dici ingenuum, sed eum qui posterior nascitur.[b] Quæstio ergo facti[c] potiùs est quàm iuris.[d]

SVMMÆ.

1 *Gemini, gemelli.*
2 *Facti quæstio.*
3 *Iudicis officium in facti quæstione.*
4 *Quæstio iuris & facti.*
5 *Libertatis fauor.*

a *Geminos*) † Gemini dicuntur, qui vno partu & eodem die nati sunt, qui & alio nomine gemelli. Plaut.[a] 1

Gemini. Gemelli.

a Plaut. in Amphytrione.

Nunc de Alcumena dudum quod dixi minus
Hodie illa pariet, filios geminos duos.

Quales fuisse C. & R. Fabricios M. Cicero refert.[b] Quoniam verò vno partu editorum magna est inuicem similitudo, & quidem tanta, vt vix ab ipsa matre, nisi consuetudine oculorum, internosci possint:[c] Factum est, vt duo quæ sunt inter se valdè similia, ab authoribus passim gemina dicātur. Par est auaritia, inquit Cicero, similis improbitas, eadem imprudentia, gemina audacia.[d] & alibi, simillima & maximè gemina societas hæreditatis est.[e] & Horatius.[f]

Gemina.

b Cic. pro Cluen.
c Cice. lib. 1. acade. quæstio.
d Cice. pro Roscio Amer.
e Cice. pro Rosc. Comœdo.
f Horat. lib. 1. epistola.

Vrbis amatorem Fuscum saluere iubemus,
Ruris amatores, hac in re scilicet vna
Multum dissimiles, ad cætera penè gemelli.
Fraternis animis, quicquid negat alter, & alter.

Propriè tamen dictio geminus, quoscunque duos significat vt indicant Pamphili Terentiani verba ad Dauum.[g]

Gemini.

g Terent. in Andr.

Imò etiam satis credo si adiugi laueris

Ex vobis geminas mihi conficies nuptias.
Vergilij quoque.[h]
Geminíque minantur,
In cælum scopuli.

b *Posterior nascitur*) Hoc est posteriore enixu,cùm eodem impetu non pos-
sint duo infantes ex vno vtero prodire.[i]
2 c *Facti*) Facti † quæstio dicitur,cùm facti veritas liquidò non apparet, sed
de ea lis est,& controuersia inter litigatores: de qua neque Iureconsulti,ne-
que magistratus respondere solent.[k] (facti siquidem interpretatio prudentis-
3 simos etiam fallere potest)[l] Sed iudicantis arbitrio † relinquitur, ex produ-
ctis,& probatis vtrinque,omnibúsque circonstantiis prudenter appensis,an
factum sit,nécne: & super facti interpretatione, vt suggesserit religio, pro-
nunciare.[m] Ideóque Iurisconsulti pasim in arbitrio iudicātis facti quæstio-
nem esse dicunt.[n] materiámque gratiæ,& ambitionis tribuere:[o] quod graui-
4 ter M.Cicero tractat.[p] † Quæstio verò iuris est, cum de facto quidem par-
tes conueniunt,cæterum de voluntatis coniectura,& authoritate iuris disce-
ptatur.[q] Omnis quippè iuris quæstio, sicuti Quintilianus ait, vel proprietate
verborum, vel æqui disputatione, vel coniectura voluntatis continetur.[r]
Hac autem in re,non quemadmodum in quæstione facti,libera potestas iu-
dicanti permittitur,sed contrahitur, ne à iuris præscripto recedat.[s] Et hoc
est quod Marcellus,Papinianus,& Paulus scriptum reliquerũt: facti quidem
quæstionẽ in iudicantium arbitrio esse,non item iuris authoritatem.[t]
d *Quàm iuris*) Alij *non iuris* legũt,sed parũ interest. Iuris porrò esset quæstio
si ex duobus,aut tribus, secũdo partu editis,incertum planè foret,quis prior
natus esset? quo casu sensum ambiguũ fateor.† Sed tamen libertatis fauore,
5 cum Accursio nostro in humaniorem partem deflecterem, vt omnes videli-
cet liberi essent. Nam quod alij putant neutri libertatem competere:[u] nimis
durum est. Sed nec satis gratię libertatis respondet,quod quidam existimãt,
ab hærede hoc casu alterum eligendum, vt is liber sit.[x] Quamuis in legato
Titio relicto (cum duo eiusdem nominis,amici testatoris essent) vera sit il-
lorum sententia.[y]

L. XVII. IN ORBE.

Idem Vlp. lib. 12. ad Edictum.

In orbe Romano,[a] qui sunt ex constitutione Imperatoris An-
tonini,[b] ciues Romani[c] effecti sunt.[d]

SVMMÆ.

1 *Orbis Romanus.*
2 *Ciues Romani qui.*
3 *Roma communis patria.*
4 *Itali, Romani appellati.*
5 *Ius suffragij.*
6 *Romani ciuis prerogatiua.*
7 *Lex Porcia.*
8 *Ciuitatis ius ademptum.*

1 a ORbe Romano) Hoc est† Romano imperio,[a] quod Iustinianus nunc or-
bem suum[b] nunc orbem Romanum[c] vocat. In orbe Romano, itaque
esse dicuntur,qui sunt sub ditione Romani imperij.
2 b *Antonini*) Cum † anteriorum constitutionibus ius Romanæ ciuitatis plu-
rimis nationibus,& gentibus concessum esset: T.Aurelius Antoninus, qui
ex pietate cognomentum Pij meruit: hoc ipsum omnibus in commune sub-
ditis,lege lara donauit,constituens, vt quicunque Romano Imperio subie-
cti forent, Romani ciues essent,& haberentur.[d]
3 c *Ciues Romani*) † Et ideo dixit Modestinus,Romam communem omnium
patriam esse,[e] cum omnes Romano Imperio subditi, ciues sint Romani.[f]
4 Nã & hac ratione Italos quoscũque, Strabo scribit, Romanos appellatos.[g] †

Facti quæstio. Iudicis officium sine facti quæstione. Quæstio iuris. Libertatis fauor. Orbis Romanus. Romani ciues. Roma cõmunis patria. Itali Romani appellati.

h Verg. li. 1. Æneid.
i l.precedenti.
k l.cum quem §.j.ff. de iudic. l.Seia. §.fi.ff. de fun. instru. l.non statim.ff. de plag.
l l.g.ff. de iur. & fact. ignor.
m l.mora.ff.de vsur. l.iij.§.j ff. de testi. d.l. cũ quem. §.j.
n l.j.§.j.ff. ad Turpi. l. ordine.ff.ad munices.
o d.l.cum quẽ. §.fi.
p Cicero pro Cecin.
q l.j.ff. quæ sentẽ.l.ij.C.quan. prouoca.
r Quintil.li. 12. orat. instit.
s l.si expressim ff. de appellat. d l.j. quæ sentẽ.
t l.j.§.j.ff.ad Turpil. d.l.ordine.
u l.duo sunt Titij.ff.de test.tu.
x d.l. cũ inter.
y l.si quis seruum.§.si inter.ff.de legat.ij.
a l.vnic.in pr. C. de cad. tol.
b l.vn. §.fin autem.C.de rapt. virg.
c d.l.vni.C.de cad.tollen.
d §.fi.in auth. vt libe. de cæter.aur. non.eg. annul.col.6.
e l.Roma.ff.ad municipa.
f d.§.fi.& ibi.
g Strabo lib. Geograph.5.

(Quamuis subtili acceptione, ij duntaxat Romani ciues dicuntur, qui Ro-
manam ciuitatem incolunt.[h] Quod suprà latius ostendi.)[i] Inde autem pere-
grini sic in vrbem adsciti permulta, & quidem maxima accipiebant commo
da,† veluti ius ferendi suffragij, quod eis veluti nouis ciuibus, S.C. dari sole- 5
bat.[k] (Tametsi Cæsarum tempore paulatim nullius vtilitatis esse cœperit,
principe omnem omnium magistratuum creationem, sibi vendicante.)[l]
Ius † item honores & magistratus adipiscendi in ciuitate. Refert siquidem 6
Strabo se plures vidisse Gallos Nemausi qui ædilitatem, quæsturámque in
vrbe Roma gesserant: quod videlicet Romani ciues effecti essent.[m] Nam cę
teri magistratibus arcebantur: vnde Constantinum patrem à filio grauiter
obiurgatum legimus, quòd barbaros quosdam, & in orbe Romano non na-
tos, ad consulatum euexisset.[n] Qui prætetea ciues Romani erant, flagris cæ-
di, vt commostrant literæ sacræ etiam ex delicto non poterant.[o] Vnde tor-
menta quę sibi à tribuno intendebantur, diuus Paulus vitauit, se ciuem Ro-
manum asserens, sibíque timuit tribunus, quod eum vinxisset.[p] ad quod mi-
hi respicere videtur Ouidius cum ait,[q]

Fas prohibet latio quemquam de sanguine natum
Cæsaribus saluis barbara vincla peti.

Quod † lege Porcia introductum aduersus veterum morem, suprà docui- 7
mus,[r] quippè Prisci Romanorum, Græciæ moram imitati, verberibus ani-
maduertebant in ciues: & de illis damnatis, vltimum sumebant supplicium.
Postmodum verò lex Porcia lata, quæ virgas, & verbera, de Romanorum
corpore ciuium amouit, & condemnatis permisit exilium:[s] graui pœna eum
afficiens, qui verberasset necassetve ciuem Romanum.[t] Fuerunt & alia ciui
bus Romanis propria, vt contrahendarum iustarum nuptiarum facultas,[u] ius
patriæ potestatis summum,[x] & ijs similia.

d *Effecti sunt*) Aliquibus † tamen velut ingratis, ius Romanæ ciuitatis ali- 8
quando ademptum fuisse legimus: nam à diuo Seuero Neapolitanis, & Pale
stinensibus, quod in armis cõtra eum fuissent, ius vrbis sublatum, Spartianus
author est.[y]

h Cicer. pro Arch. Poeta. i l. ij. §. eodem tempore. ff. de orig. iur. k Liuius lib. 84 l l. j. ff. ad l. Iul. de ambit. m Strabo lib. iiij. Geographia. n Ammia. Marcel. li. 17. o Act. 22. p Act. eod. q Ouid. lib. 2. Fast. r l. ij. §. exactis. ij. ff. de orig. iur. s Cice. pro Rabirio. Salustius in Catilin. t Liuius li. 10. u §. j. Inst. de pat. pote. x l. ij. ĵ. ti. j. y Spartianus in Seuero.

Ius suffragij. Romanorum ciuium prærogatiua. Lex Porcia. Ciuitatis ius ademptum.

L. XVII. IMPERATOR.

Imperator Adrianus, Publio Marcello[a] rescripsit, liberam quę prægnans vltimo supplicio damnata sit, liberum parere,[b] & solitum esse, seruari eam,[c] dum partum ederet. Sed etsi ei, quæ ex iustis nuptiis concepit, aqua & igni interdictum est,[d] ciuem Romanum parit.[e] & in potestate patris.

SVMMÆ.

1 *Marcelli plures.*
2 *Conceptionis tempus.*
3 *Prægnans inuiolata seruari debet.*
4 *Regia lex.*
5 *Interdictio aqua & ignis.*
6 *Deportatio.*

a PVblio Marcello) Tu † considera, num Vlpio Marcello, potiùs legendum 1
sit? Quandoquidem sic vocatur Marcellus ille Iurisconsultus, cuius in
iure tam frequens mentio, qui & Adriani tempore floruisse videtur. Nam in
Antonini Pij. qui Adriano successit, consiliis ad sanciendas leges, cum aliis
viris peritis adhibitum fuisse constat:[a] nisi malis Marcellum oratorem intel
ligere, qui Pergamenus fuit. Et Adriano principi, librum de regno di-
cauit. Sed certè parum mihi fit verisimile iuris quæstiones ab Impe-
ratore, apud oratorem tractatas. Siquidem vt Regi Ptolemeo Strato-
nicum citharœdum respondisse ferunt. Alia res sit ô Rex sceptrum, & alia
plectrum.

a Iul. Capitol. in Antonino Pio.

Marcelli Iurisconsultus.

b *Libe-*

Cóceptionis tẽpus quàdo spectandum.

2 b *Liberum parere*) Spectato † conceptionis tempore, [b] licet enim mater si-
mul atque vltimi supplicij dicta fuit sententia, conditionem permutauerit,
vtpote de libera facta serua pœnæ: [c] quia tamen tum prægnans erat, apparet
tempore quo concepit, eam liberam fuisse, ac proinde, quamuis serua pa-
riat, partum liberum esse. [d] Quoties enim de vtilitate ventris tractatur, con-
ceptus habetur pro nato, [e] & conceptionis tempus, si id ei fauorabilius est,
potiùs quàm natiuitatis attendimus. [1]

b l. & seruorũ. ĩ. hoc tit.
c l. in seruorũ. §. j. l. quod ad statum. l. quidam. l. qui vltimo. ff. de pœn.
d d. l. & seruorum.

Prægnãs seruanda.

3 c *Seruari eam*) † Mulierem prægnantem scilicet, & eam tam liberam quàm
seruam, cùm eadem vigeat in vtraque cõseruandi fœtus ratio. [g] Et quoniam
non debet obesse partui matris calamitas. [h] Quod autem Vlpianus noster
liberam expressit, ad id referẽdum est, an liberum pariat, nam in libera dun-
taxat poterat dubitationis esse: seruum enim à serua, non etiam liberum gi-
gni, lippis, & tonsoribus notum est. Seruatur ergo mulier prægnans, eiúsque
damnatæ pœna differtur: non quidem eius fauore, sed partus beneficio, ne
innocens fœtus opprimatur. Nam & impunitum nocentis facinus omninò
relinquere satius est, quàm innocentem offendere. [i] Et ita vt seipsum partus
incolumem seruet, matri prodest, [k] alioqui non. [l] Videtur † autem hæc lex
4 ab Ægyptiis traxisse originem, & ab illis ad Athenienses translata, à quibus
eam denique Romani acceperunt. de legibus enim Ægyptiorum, quas A-
thenienses mutuati sunt, sic ait inter cætera Diodorus Siculus. Mulierum
morti destinatarum si prægnantes essent, partus expectabatur, quòd ini-
quum esset eum qui nihil commisisset, vnà cum facinoroso pœnam pati,
aut duos plecti, cùm vnus deliquisset, cúmque eo qui sponte peccasset cri-
minis vacuum puniri [m]. Insuper cùm sola peccasset mater: minimè æquum
censebant, filium patri matríque communem luere maternam pœnam. [n]

e l. qui in vtero. hoc tit.
f l. nuper. §. fi. C. de nat. liber.
g l. prægnantis. ff. de pœn.
h d. l. & seruorum. §. fi.
i l. absentẽ. ff. de pœn.
k d. l. prægnãtis. & hic.
l l. quod dictum. ff. de verb. sign. l. qui in vtero. ĩ. hoc tit.
m Diod. Sicul. lib. ij. rer. antiq.
n l. negat. ff. de mort. infer.

5 d *Aqua & igni interdictum*) † Nefas cùm prisci Romanorum putarent, ho-
mines quàmlibet malos, & improbos, morte mulctare: eos duntaxat vrbe
pellebant: Illarum tamen rerum vsu quibus hominum vita potissimũ con-
Interdictio aquæ & ignis.
stat, eis interdicentes. [o] Nimirùm aqua & igni duobus præcipuis elementis,
quorum alterum terrestre, commune cum brutis habemus: alterum cœle-
ste, nobis peculiariter datum, vt nos semper cœlesti semine oriundos agno-
scamus: & eò semper spectemus, vnde nobis origo est. Procedente porrò
tempore, sublata fuit hæc interdictionis pœna, [p] ac in eius locum subroga-
Deportatio.
6 ta † deportatio. [q] vnde & hoc pœnæ genus, cum illo Iurisconsulti confun-
dunt, vtroque promiscuè vtentes. [r]

e *Ciuem Romanum parit*) Spectamus enim, sicuti dictum est, conceptionis
tempus: vt proficiamus partui: [s] secùs igitur si concepisset, & peperisset
post interdictionem. [t]

o Lactant. lib. ij. diuin. instit.
p §. deportatio. in authent. de nupt. col. 4.
q l. iij. ff. ad l. Iul. pecul. l. ij. §. constat. ff. de pœn.
r l. ij. §. ijs quibus. ff. de legat. iij.
s l. & seruorũ. §. fi. ĩ. hoc tit.
t l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebell.

L. XIX. CVM LEGITIMÆ.

Celsus lib. 29. Digestorum.

Nuptię legitimæ.

Cùm legitimæ nuptiæ factæ sunt, [a] patrem liberi sequuntur. [b]
Vulgò quæsitus, [c] matrem sequitur. [d]

[illegible]

SVMMÆ.

1	*Nuptiæ legitimæ.*	4	*Cauniorum mores.*
2	*Filij patris conditionem sequuntur.*	5	*Vulgo quæsitus.*
3	*Nobilitas vnde deducatur.*	6	*Illegitimi sequuntur matrem.*

Filij cum parentis conditionem sequuntur.

1 a F*actæ sunt*) † Quia inter ciues Romanos, hoc est liberos homines, se-
cundum præcepta legum contractæ sunt. [a]
2 b *Sequuntur*) † Patris legitimi conditionem, non item matris, liberi sequi
solent. [b] Vnde (nisi priuilegio aliquo, maternum genus fulgeat) originis

a §. j. Instit. de nupt.
b l. exẽplo. C. de decur. lib. 10. & hic.

paternæ dicuntur:[e] & patris sequuntur dignitatem,[d] ac familiam.[e] † Vt ita 3
verissimum sit filios ignobilis patris, ignobiles esse, licet mater ipsa nobilis
fuerit. Neque enim ex materno genere, sed à patre deducitur nobilitas.[f] Eo
porrò casu, quo de statu hominis agitur, an videlicet seruus sit, vel liber, ma-
tris conditio spectari solet.[g] Tum quia mater semper est certa:[h] tum quia
hoc ipsum partui fauorabilius existit, cui quippè mater, tribus prodesse po-
test temporibus.[i] † Sanè verò Caunios hoc habere sibi peculiare Herodotus 4
scribit, quòd à matribus nomina sibiipsis induant. & si quis obuium percun-
ctetur quisnam sit, quáue familia ortus, à matribus auiísque, genus suum pro
tinus repetat. Dein si qua ingenua seruo nupserit, liberi nobiles atque inge-
nui existimentur: contrà verò si vir, vel inter ciues primarius, seruam duxe-
rit vxorem, suscepti liberi, reputentur serui.[k]

c *Vulgò quæsitus*) † Hoc est ex meretricio coitu natus, qui certum patrem de- 5
monstrare non potest.[l]

d *Matrem sequitur*) † Lex naturæ est, inquit Vlpianus, vt qui sine nuptiis na- 6
scitur, matrem sequatur,[m] neque enim aliam originem habet.[n] Nam cùm
certum patrem demonstrare non possit,[o] nec patrem habere intelligitur.[p]

Nobilitas vnde ducat. Caunij. Vulgo quæsitus.

L. XX. QVI FVRERE.

Vlpianus lib. 38. ad Sabinum.

Qui furere cœpit, & statum, & dignitatem[a] in qua fuit, & magistratum, & potestatem[b] videtur retinere: sicut & rei suæ[c] dominium retinet.[d]

SVMMÆ.

1 *Furiosus retinet dignitatem.*
2 *Argumentũ de dominio ad iurisdictionẽ.*

a D*Ignitatem*) † Vnde iudex, aut magistratus, qui furere cœpit, licet nouè 1
iudex creari non possit,[a] aut ad nouum aspirare magistratum,[b] vete
rem tamen authoritatem retinet.[c] cùm possit pristinæ valetudini restitui.

b *Potestatem*) Hoc est Imperium. verbum quippè potestatis, ad magistra-
tus relatum authoritatem Imperij designat.[d]

c *Sicut rei suæ*) † Hinc colligitur vna sedes argumenti, de dominio videlicet, 2
ad iurisdictionem, vnde & illud inferunt. Quemadmodum tradens rem, non
antè dominium amittit, quàm is qui accepit, illud quæsierit[e] (licet aliud sit
in possessione:)[f] ita nec mandans, aut alter cõcedens iurisdictionem, eam a-
liter transfert, quàm si is cui datur, eiusce rei capax, illam acquirat.[g]

d *Retinet*) Id enim quod nostrum est, nisi voluntas nostra legitimis modis
accedat, à nobis auferri non potest.[h]

Furiosus dignitatẽ retinet. Arg. de dominio ad iurisdictionem.

L. XXI. HOMO LIBER.

Modestinus lib. 7. Regularum.

Homo liber[a] qui se vendidit, manumissus, non ad suum statũ[b] reuertitur, quo se abdicauit,[c] sed efficitur libertinæ conditionis.[d]

SVMMÆ.

1 *Ingenuitas quomodò amittatur.*
2 *Seruitus putatiua.*
3 *Manumissio non officit natalibus.*

a H*Omo liber*) † Liber homo qui sciens prudens, pretij participandi gratia, 1
se diuendi patitur, & ita se coniicit vltrò in voluntariam seruiturem,
adeo seruus efficirur, vt manumissus ingenuitatem non recipiat, sed liberti-
næ conditionis efficiatur.[a]

Ingenuitas quomodò perdatur.

b *Suum*

c l. j. l. assumpsio. §. filius. ff. ad municip. d l. liberos. ff. de senato. e l. familia. §. fi. ff. de ver. sig. §. j. Inst. de legi. agna. tut. f d. l. exemplo. d. l. liberos. d. l. familia. g l. partum. C. de rei vend. l. & seruorum. §. hoc tit. h l. quia semper ff. de in ius voc. i §. j. Instit. de ingen. d. l. & seruorum. k Herodot. li. 1. qui Clio inscribitur. l l. vulgò. vbi dicam, §. hoc ti. m l. lex. §. hoc tit. n l. j. §. fi. ff. ad municip. o d. l. vulgò. p §. si aduersus Inst. de nupt.

a l. cùm prætor. ff. de iud. b l. j. §. quamuis. ff. de postu. c l. iudex. ff. de iud. d l. potestatis. ff. de ver. sign. e l. nec vtilem. ff. ex qui. cau. maior. f l. quod meo. §. j. ff. de acqui. pos. g vt hac l. h l. id quod nostrum. ff. de reg. iur.

a l. & seruorũ. vbi dixi. §. hoc tit. & hic.

Seruitus putatiua.

b *Suum statum*) Pristinæ scilicet & natiuæ ingenuitatis.
c *Se abdicauit*) Pretij participandi gratia: secus igitur, si non se ea ratione ab-
2 dicasset † sed status sui ignarus, seruiisset, ac manumissus deinde fuisset.[b] Ne-
que enim obsequium putatiuæ seruitutis, ingenuum facit seruum: neque ma-
numissio libertinum.[c] & compluribus constitutionibus rescriptum extat,
3 † natalium splendori, manumissionem non officere.[d] Quod Claudij aduer-
sus Marcellos, apud M. Ciceronem, bellissimè disputant.[e]
d *Libertinæ conditionis*) Iure etiam nouissimo, quo licet manumissus ciuis efficiatur Romanus, iura tamen patronatus, dominis manumittentibus conseruantur.[f]

Manumissio nō nocet natalibus.

b §. fi. Inst. de ingen.
c l. ij. C. de ingen. & manu.
d d. l. ij. d. §. fin.
e Cic. lib. j. de orat.
f §. j. §. illa verò. in auth. vt liberti de cætero. coll. 6.

L. XXII. HERENNIVS.

Idem lib. 12. Responsorum.

Herennius Modestinus[a] respondit, si eo tempore enixa est ancilla, quo secūdum legem donationis manumissa esse debuit:[b] cùm ex constitutione[c] libera fuerit, ingenuum ex ea natum.

SVMMÆ.

1 *Modestinus græcè latineq; doctus.* 2 *Serua quandoque liberum parit.*

Modestinus iurisconsultus.

1 a MOdestinus) † Herennius Modestinus Iurisconsultus non contemnendæ, vt Gordianus ait, authoritatis,[a] fœlici illo seculo Alexandri Seueri floruit, qui splendissimi Papiniani disciplina imbutus, & respōsorum Vlpiani valdè studiosus,[b] legum peritissimus euasit. Poëta item fuit non inuenustus, vt eius in Vergilij libros argumenta, falsò quondam Ouidio adscripta demonstrant. Excusationum libros sex græcè conscripsit. Ex quibus bona pars tractatus tutelarum, qui in Pandectis habetur, à Bulgaro, aut alio quouis non sat latino interprete, descripta fuit.
b *Esse debuit*) Quia finge, data mihi fuerat ea lege, vt intra biennium manumitteretur, & anni duo iam præterierunt.
c *Constitutione*) Diuorum Marci & Commodi, cuius Vlpianus,[c] & Ale-
xander[d] Imperator, meminerunt, ea cautum referentes, seruum ea lege do-
natum, aut venditum vt certo die manumittatur, si manumissus non sit, li-
2 berum nihilominus fieri. Quocirca † natus ex ancilla ea lege donata, veluti
ex libera matre editus, Ingenuus est,[e] cùm & ex ancilla in seruitute pro-
creatus, post moram, fideicommissariæ libertati factam, liber nascatur.[f]

Serua quādoque liberum parit.

a l. ad exhibendum. C. ad exhiben.
b l. si quis vxori. §. si quis asinum. ff. de furt.
c l. sed si hac. in princip. ff. de in ius voc.
d l. ij. & iij. C. si mancip. ita fue. alie.
e vt hac l.
f l. j. §. j. ff. ad Tertyll.

L. XXIII. VVLGO.

Idem lib. 1. Πανδεκτῶν.

Vulgò concepti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt,[a] vel qui possunt quidem, sed eum habent quem habere non licet,[b] qui & spurij[c] appellantur παρὰ τὴν σποράν.

SVMMÆ.

1 *Vulgò concepti filij.*
2 *Diogenes ad spurium.*
3 *Nothus.*
4 *Spurius.*
5 *Filius legitimus quandoq; pro spurio.*
6 *Sporadici morbi.*
7 *Sporades insulæ.*

Vulgò concepti.

1 a NOn possunt) † Et ideo nec patrem habere intelliguntur,[a] cùm & iure ciuili, is pater tantùm sit, quem nuptiæ demonstrant.[b] vulgò conceptos autem, vt crassiùs explicemus, propriè eos appello, qui ex meretricio coitu nascuntur. ij enim pátrem non censentur habere, ob illorum numerum, qui cum eorum matre consuetudinem habuerunt.[c] vnde &

a §. si aduersus. Institut. de nupt.
b l. quia certa. ff. de in ius voc.
c l. j. §. fi. ff. ad municip.

vulgò quæsiti,aut concepti dicuntur:quasi ex incerto,confusóq; multorum
semine suscepti.[d] † Vt non illepidè Diogenes ad scorti filium in turbam po- 2
puli lapides iactantem,iocando dixerit,*Caue patrem ferias.*[e]
b *Non licet*) Quia nuptiæ eum non demonstrant.[f] Et ideo nullum videntur
patrem habere.[g]
c *Spurij*) † Nothos Fabius,mutuato à græcis nomine,dicere maluit.[h] nimi- 3
tùm existimans,latinis proprium deesse nomen. Nothum autem græci vo-
cant,quicquid non verum est,aut legitimum,sed falsum,& adulterinum. At
Prisci Romanorum,nothos,hoc est,eos quorum patres ignorantur,Spurios
dixerunt.Quoniam vt Plutarchus scribit,spurij † vocabulum ex iis est,quod 4
duabus tantum literis,olim scribebatur.[i] Neque enim veteres latini,præno-
mina extensè pingebant:sed vel vna litera T.L.M.vel duabus,vt Cn.vel tri-
bus vt Sex.Pub.notare solebant.itaque cum aliquem volebant sine patre si-
gnificare,duas tantum literas S.&P.adnotabant per S.sine:per P.patrem de-
signantes. Quod errorem fecit,vt sine patre,& spurius, iisdem literis S.p.de-
monstrentur.Sunt & eodem Plutarcho teste qui rationem aliam, cæterùm
absurdam adferant,vt contumeliæ caussa, qui ex scorto nati sunt, spurij di-
cantur, quoniam Sabini pudenda mulierum vocarent Sporion, mihi verò
Modestini nostri etymus magis arridet,quem mox explicabimus.Porrò au-
tem licet iustus filius sit,qui ex viro & vxore nascitur:[k] quandoque tamen † 5
pro Spurio habetur,verbi gratia,qui apud hostes ex vtroque parente capti-
uo susceptus,domum cum sola matre reuertitur.[l]
d *Σπορὰν*) Sunt qui ex Iustiniano,malint σποράδην legere, [m] quasi sparsim,
vulgò & promiscuè suscepti,ac ex miscello confusóque multorum semine,
procreati.† Sporades enim sparsi nuncupantur, vnde sporadici morbi, qui 6
quouis tempore,& loco cæterum incerto eueniunt.[n] † Et sporadica anima- 7
lia,quæ sparsim habitant,& sporades Insulæ, in Carpathio mari.iuxta Cre-
tam,sic dictæ quod in mari sparsæ sint,[o] non in orbem coarctatæ, quemad-
modum Cyclades.

Marginal notes: d l.j.&ij.ff.ad Tertyl. e Laert.in Diogene. f d.l.quia certa. g §.vulgò.Inst.de succes.cog. h Quintil. lib. iij.orat.instit.c.7. i Plutarch. in Problemat. k l.filium.ff.ti.1. l l.diuus.ff.de cap. m §.si aduersus Instit. de nupt. Alcia. lib. 1. prætermiss. n Cælius Rhodi.li.4.lect. antiq.c.14. o Strabo lib. Geograph. 10.

Diogenes ad spuriũ. Nothus. Spurij. Filius legitimus pro spurio. Sporades. Sporadici morbi. Sporadica. Sporades insulæ.

L. XXIIII. LEX NATVRÆ.

Vlpianus lib.22.ad Sabinum.

Lex naturæ[a] est,vt qui nascitur sine legitimo matrimonio,matrem sequatur,[b] nisi lex specialis[c] aliud inducat.

SVMMÆ.

1 *Natura sola in spuriis.* 3 *Gynè.*
2 *Gynæciarij.* 4 *Andronitis.*

a LEx naturæ) † Ciuilis lex iustas nuptias induxit,[a] vnde nec filium defi 1
nijt,nisi qui ex nuptiis legitimis natus esset.[b] aliúndéque editos, nullum
habere patrem interpretatur.[c] Quocirca vulgò quæsitos liberos,sola naturę
lege subnixos,Vlpianus hîc docet,matrem sequi.
b *Sequatur*) Idque ex quadam necessitate,cùm ex iniusto coitu susceptus,
legis vt dictum est interpretatione, patrem non censeatur habere.[d] quippè
pater is est, quem indicant nuptiæ.[e] Vnde idem Vlpianus alibi dicit, vulgò
quæsitum,matris conditionem sequi:quia non habeat aliam originem.[f]
c *Lex specialis*) Vt in Gyneciatiis, quibus si se contra factum eis spe-
cialiter denunciationem ingenuæ mulieres sociauerint, illorum condi-
tione ipsæ, eorúmque liberi tenentur.[g] † Gyneciatij verò dici videntur 2
lanificij textores, aut qui muliebria istiusmodi opera faciunt, quorum offi-
cium abiectum fuisse sordidum & vile, demonstrant Iosephi verba. Trans-
gressus,inquit,ad eos est Ionathes homo nequissimus,arte Gyneciarius,[h] à
gyneceo sic dicti,hoc est loco in ædibus secretiore,& à cæteris vt Vitruuius
ait,

Marginal notes: a §.j. Instit.de nupt. b l.filium.ff.ti.j. c §.vulgò Inst. de succ.cognat. d §.si aduersus Inst.de nupt. e l.quia certa. ff.de in ius voc. f l.3.in fi.ff. ad municip. g l.ij.C.de murile.lib 10. h Ioseph.lib.7. antiq.Iudaica. c.5.

Natura sola in spuriis. Gyneciarij. Gynecæũ.

ait, semoto, in quo mulieres solæ habitabant, lanificium, & alia muliebria cu-
Gyneceũ. Gyne. 3 rantes.[i] Gyne † enim græcè (cuius paternus casus seu genitiuus Gynecos) *i Vitru. lib. 6. de architect.*
dicitur mulier. Vnde Eranio ille Plautinus seruus.[k] *lz. Plaut. in Mostellaria.*

Scio equidem istud sed senex
Gyneceum ædificare volt, hic in suis,
Et balneas, & ambulachrum, & porticum.

Et Geta Terentianus.[l] *l Ter. in Phormione.*

Omitto proloqui, nam nihil ad hanc rem est Antipho
Vbi in Gyneceum ire occipio, puer ad me occurrit Mida.

Gyneceũ. In eo conclaui, Quia Romanæ mulieres, bonam Deam colebant, eam Gy-
Andronitis. 4 neciã dixerũt. Sic locus † domi vbi soli versantur viri, Andronitis dicitur.[m] *m Vitru. lib. 6.*

L. XXV. INGENVVM.

Idem lib. 1. ad l. Iuliam & Papiam.

Ingenuum[a] accipere debemus, etiam eum de quo sententia lata est.[b] quamuis fuerit libertinus, quia res iudicata,[c] pro veritate[d] accipitur.

SVMMÆ.

1 *Ingenuus quis.*
2 *Res iudicata & sententia.*
3 *Res iudicata pro veritate.*
4 *Res iudicata inter quos ius faciat.*
5 *Aresta quando ius faciant.*
6 *Exemplis quando iudicandum.*

a l. ingenui. C. de inge. & ma. b l. cum inter. C. de fide. libert. c l. duo fratres. ff. de lib. c. & l. si te. C. de inge. & ma.

Ingenuus quis. 1 a INgenuum) † Ingenuus propriè dicitur, qui simul atque nascitur, liber est.[a] Et solem vt Iustinianus ait, vna cum libertate conspicit.[b] Sed & comprobat hic Vlpianus, ingenuum esse, quem iudex sua sententia talem esse declarauit.

b *Lata est*) Quia in cõtradicto iudicio, ingenuus est declaratus: secus enim si pronuntiatum sit seruum eius non videri, qui status controuersiam faciebat. Neque enim solet aduersarij penuria, ingenuitatem tribuere.[c] Idémque si per collusionem, lata esset sententia.[d]

d l. j. ff. de collu. deteg. e l. j. ff. de re iudic. f glo. c. non solum. de appe. in 6. Bart. rub. C. de re iud.

Res iudicata. 2 c *Res iudicata*) † Rem iudicatam, Modestinus definiuit, quæ finem controuersiarũ pronuntiatione iudicis accepit.[e] Quod tunc propriè cõtingit, cùm pronuntiatum, nec appellatione, nec alia ex causa, impediri, suspẽdi, rescindi, aut in dubium reuocari potest.[f] Eóque nomine differt à sententia: Sentẽtia. quæ tum etiam dicitur, cùm ab ea prouocatum est, aut potest appellari, de qua ideo nusquam scriptum reperies, sententiam pro veritate accipi, sicut de re Res iudicata pro veritate. iudicata, passim Vlpianus ait.[g]

g l. res iudicata. ff. de reg. iu. & hic. h d. l. res iudicata. & hic.

3 d *Pro veritate*) † Vt sit tandem aliquis litium finis, & ne litigatores, velut Igionis Rotæ alligati perpetuò diuexentur, ius facit res iudicata, & pro veritate habetur.[h] Si tamen aduersario præsente, & seriò contradicente, lata sit Iudicatum inter quos ius facit. 4 sententia. † alioqui non creditur ius ex sententia iudicis fieri.[i] Cùm nec tũc propriè res iudicata dicatur.[k] & sanè absurdum esset sententiam ius facere, quæ non iusto contradictore lata esset.[kk] Neque verò ex iis credendũ rem iudicatam ius facere ad causas similes, sed in ea tantum causa, super qua iudicatum est.[l] Fit enim sæpissimè. vt de eadẽ re, alius iudex aliud decernat, aut iudicet.[m] Et quod Cicero ad Trebatium ait, res iudicatas esse, quæ inter eos qui super aliqua re ambigunt, fuerint sententia iudicum cõstitutæ: quarum exemplo cæteræ quoque iudicantur:[n] ita accipi debet, si posteaquam primò iudicatum extitit, quædam præterea similiter sequuta est in similibus iudicandi consuetudo, Quod eiusdem Ciceronis verba, ad Herennium patefaciunt.[o] Iudicatum est inquit, de quo sentẽtia lata est, aut decre- Iudicatũ. tum interpositum: ea sæpe diuersa sunt, vt aliud alij iudici, aut prætori,

i l. qui repudiantis. §. fi. ff. de inoff. testa. lz. Glo. d. c. nõ solum. Bart. vbi ĩ. lz. lz. l. iij. ff. de collu. deteg. l l. nemo. C. de sentent. m d. l. res iudicata. & hic. n Cic. lib. y. ad Heren. o Cic. lib. ij rhetor. ad Heren.

aut consuli aut tribuno pleb. placitum sit. Et fit vt de eadem re sæpè alius, aliud decreuerit, aut iudicauerit. Quod genus M. Drusus prætor vrbanus, quòd cùm hærede mandati ageretur, iudicium reddidit: Sextus Cecilius iudex, non reddidit. Hactenus ille.† Quocirca nec senatus quidem nostri pla- 5
cita, quæ nos aresta dicimus, in aliis causis, & negotiis vllam habent iuris necessitatem, quàm inter eos, inter quos decreta sunt: vnde iis qui tantoperè senatusconsultorum exemplis mouentur,† illud Ciceronis obiicere soleo, 6
non exempla maiorum quærenda esse, sed consilium eorum, à quo exempla nata sunt inquirendũ.[p] Illud irẽ Iustiniani, non à iudicibus exẽpla, sed veritatem legúmque, & iustitiæ sequenda vestigia.[q] Denique non tam spectandum quid Romæ factum sit, quàm quid fieri debeat.[r]

Aresta.

Exempla non iudicandum.

p Cic. Philip. 9.
q l. nemo. C. de sentent.
r l. sed licet. ff. de offi. præsi.

L. XXVI. QVI IN VTERO. II

Iulianus lib. 68. Digestorum.

Qui in vtero sunt, in toto penè [a] iure ciuili intelliguntur in rerum natura[b] esse. nam & legitimæ hæreditates [c] ijs restituuntur: etsi mulier prægnans [d] ab hostibus capta fuerit, id quod natum est, postliminium habet.[e] Item patris,[f] vel matris[g] conditionem sequitur.[h] Prętereа si ancilla pręgnans [i] surrepta fuerit, quamuis apud bonę fidei emptorem pepererit, id quod natum erit, tanquam furtiuum,[k] vsu non capitur.[l] His consequens est, vt libertus quoque quandiu patroni [m] filius nasci possit, eo iure sit [n], quo sunt qui patronos habent.

SVMMÆ.

1 *Venter cur non habeatur pro filio.*
2 *Hæreditatem ex testamento quis capiat.*
3 *Postliminium.*
4 *Liminium.*
5 *Furtiuarum rerum vsucapio.*
6 *Lex Atinia.*
7 *Æterna authoritas.*

a PEnè) † Hoc aduerbio significat Iurisconsultus, eum qui in vtero est, 1
paucis quibusdam casibus non haberi pro nato. Veluti ad sui detrimentum, vel alterius commodum.[a]

Posthumus quãdo pro nato.

b *Natura esse*) Cùm habeatur pro nato, qui est in vtero, cur æquè pro filio, non habetur?[b] angit hic obex plerosque. mihi videtur, quòd cùm filiorum nomen, in posthumum cadat [c]: ac filij appellatione posthumus contineatur:[d] concepta fauorabiliter de filiis dispositio, in posthumis quoque locum habeat: nam si quis filiis suis tutores dederit, posthumo etiam dedisse videtur:[e] Dummodò constet testantem sciuisse prægnantem se vxorem habere, quia aliqua parte testamenti, vẽtris mentionem fecerit,[f] alioqui secus, cùm nec tunc quidem iam nati filij continerentur.[g]

c *Legitimæ hæreditates*) Hoc est ab intestato delatæ:[h] quarum ideo Iulianus meminit, quia † testamentarias successiones, qui erant in vtero non pote- 2
rant ciuili iure capere, nisi sui essent,[i] licet prætoris beneficio adiuti, per bonorum possessionem secundùm tabulas instituti admitterentur,[k] & ex Iustiniani lege, iure etiam ciuili hæredes hodie fieri possint.[l] Qua de re nos alibi pleniore manu disputauimus.[m]

Hæreditatem testamentariã quis capiat.

d *Prægnans*) Sanè dicit prægnans, quia si grauida non esset, quo tempore capta fuit, non haberet ex ea natus postliminium.[n]

e *Postliminium habet*) Hoc est ei ab hostibus reuerso, perinde omnia iura restituuntur, ac si natus fuisset in ciuitate, nec mater vnquam in hostium peruenisset potestatem.[o] Est† enim postliminium ius amissæ rei recuperandæ, 3
& in

Postliminiũ quid.

a l. ij. §. remittit. ff. de excus. tut. & hic.
b l. qui quartã. §. fi. l. qui filiabus. in pri. ff. de leg. j.
c l. nomen. ff. de verbo. signi.
d l. si quis filiabus ff. de testa. tutel.
e §. si inst. qui. test. tut.
f d. l. qui quartam. §. fi. d. l. qui filiabus. in prin.
g l. si quis ita §. fi. ff. de test. tute.
h l. iiij. §. de illo. ff. pro soc. l. illud. ff. de aeq. hæred.
i l. Gallus. § ille casus. ff. de liber. & posth.
k §. j. Instit. de bono. pos.
l §. posthumo. Inst. de lega.
m in d. l. Gallus.
n l. j. C. de capt.
o l. postliminiũ. l. postliminium. & l. retro. ff. de capt. §. si ab hostibus Inst. qui bus mo. ius pa. potest. solui.

& in statum pristinum restituendæ inter nos, ac liberos omnes populos regésque moribus & legibus constitutum:[p] sic dictum, si vim nominis, & notationem, quam Græci ἐτυμολογίαν dicunt, spectemus, à *limine & post.*[q] Nam vt in ædibus limina, & ingressum & egressum constituunt: ac finem quendam præscribunt: ita Romani imperij fines, ac termini, limina à veteribus sunt appellati:[r] in quos ideo captus ab hostibus, aut is qui ex suo tanquam limine exiens, cùm postea rediit, postliminio rediisse dicitur: quòd ad id limen reuertebatur, quod amiserat.[s] Qua in re Scæuolæ sententiã sequimur, non ignari ab eo Ser. Sulpitium dissensisse, existimantem *Postliminium* simplex esse nomen, non compositum: liminiúmque vocis esse tantùm pro-

Liminiũ.

ductionem, neque magis inesse liminium in postliminio, quàm in æditimo timum, & in calciamento mentum. Quam controuersiam M. Cicero pro-

4 pter authoritatem tantorum virorum, in medio reliquisse videtur.[t] † Nulla verò dubitatio est quin natus apud hostes, & in ciuitate reuersus, postliminium habeat.[u] dummodò in ciuitate sit conceptus,[x] & mater quoque captiua redierit.[y] Alioqui summo iure, secus videtur, cùm reuersus dici non possit, qui nunquam fuit in ciuitate.[z] Ex æquitate tamen licet non redierit mater, postliminij ius ei conceditur.[a] Cætera autem quæ ad postliminij legísque Corneliæ causam pertinent, non vno in loco excussimus.[b]

f *Patris*) Legitimi, eius scilicet quem nuptiæ demonstrant:[c] Cuius conditionem, non etiam matris, liberi sequuntur.[d]

g *Matris*) Illegitimæ, cuius conditionem sequitur partus.[e]

h *Sequitur*) Natus videlicet apud hostes, ex muliere, quæ dum caperetur, prægnans erat.

Furtiuarũ rerum vsucapio.

i *Ancilla prægnans*) Secus si furti tempore non erat prægnans, quo casu conceptus & editus partus, apud emptorem bonæfidei vsucapitur.[f]

Attinia lex.

5 k *Furtiuum*) † Furtiuæ res quamuis longo tempore possessæ, non possunt vsucapi vetante lege xij. tabul. Rursus & lege Attinia,[g] Cuius hæc fuisse verba Gellius refert.[h]

Quod surreptum erit, eius rei æterna authoritas esto.

6 Sed † tamen ex Iulio Paulo Iurisconsulto, facilè est deprehendere, alia plætáque verba, in ea lege conscripta fuisse. Nimirum hæc.[i]

Eius rei quæ surrepta erit, nisi in potestatem eius cui surrepta fuit, reuertatur, æterna authoritas esto.

Vt hîc sit sensus, eas res quæ vitio furti semel sint affectæ, nullo vsu nullóque tempore, quamuis longissimo vsucapi posse: nisi primùm in potestatem eius cui surreptæ fuerint postmodum sint reuersę. Authoritatis porrò verbo vsucapiendi conditionem veteres significasse ex complusculis M. Ciceronis locis satis supérque constar, vt ita non sit obscura, verborum legis Atinię.

Authoritas æterna.

7 † *Æterna authoritas esto*, sententia aut interpretatio: quæ significant, æternum esse tempus, quo res furtiuæ vsucapi possint, nullo nempe tempore, id fieri posse denotantia.[k]

l *Vsu non capitur*) Ancillæ subtractæ partus apud furem editi priusquam à domino possideantur, vsucapi nequeunt.[l]

m *Patroni*) Mortui.

n *Eo iure sit*) Vnde arrogari non possit, Sicut nec qui patronos habent.[m] Nam & patronum hîc habere intelligitur, cùm existens in vtero filius patroni defuncti perinde habeatur, ac si natus esset.[n]

p d. l. postliminium.
q Cic. in Top.
r §. si ab hostibus. Instit. quib. mo. ius pat. potest.
s d §. si ab hostibus.
t Cic. in Top.
u l. ab hostibus. §. j. ff. ex quib. cau. m iic. l. apud hostes. ff. de capt. & hic.
x l. Diuus. ff. de capti.
y l. j. C. de capt.
z l. j. §. j. ff. ad S.C. Tertyll.
a d. l. j. C. de capt.
b In epist. quæstio. c. 17. & in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.
c l. filium. ʃ. tit. j. l. quia certi. ff. de in ius voc.
d l. cum legitimæ. vbi dixi. ʃ. hoc tit.
e l. lex natura. vbi dixi. h. tit.
f l. si matrem. C. de vsucap. pro emp.
g l. sequitur. §. quod autem. ff. de vsucap. §. furtiua. eod. tit. in Instit.
h Gell. lib. 17. noct. Attic. c. 7.
i l. potestatis in fi. ff. de verb. signif. d. §. quod autem.
k Cic. pro Cecin. de Arusp. resp. & in Top.
l l. ancillæ. C. de furt.
m l. si paterfa. §. fi. ff. de adoption.
n vt hac l.

L. XXVII. EVM QVI.

Vlpianus lib. 5. Opinionum.

Eum qui se libertinum esse fatetur, nec adoptando patronus[a] ingenuum facere potuit.[b]

a PAtronus) Sanè dicitur patronus siquidem nemini permissum sit, libertum alienum arrogare.[a]

b Potuit) Vnde manet adoptatus, libertinæ conditionis, licet in patroni familia ingenuitatis iura consequatur.[b] Veluti ne patronus eiúsve liberi, iure patronatus, in bonis liberti succedant.[c]

a l. si paterfa. §. fi. ff. de adopt.
b l. sciendum. ij. ff. de rit. nup.
c Accur. d. l. sciendum.

IOANNES CORASIUS
Iurisconsultus Tolosæ scripsit, dein
Ferrariæ recognouit
Anno 1550.

DE IIS QVI SVNT SVI, VEL ALIENI IVRIS,

TIT. VI.

SVMMÆ RERVM.

1 *Alieni iuris qui.*
2 *Sui iuris.*
3 *Dubij qui.*
4 *Status an pendeat.*
5 *Suspensi iuris constitutio.*
6 *Liberorũ ius quomodò dicatur pendere.*
7 *Reddere.*
8 *Appellatio an suspendeat.*

HACTENVS summam hominum diuisionem in liberos, seruos cùm iuris authores accuratè tractârint: ad alteram transitum faciunt. Qua demonstrant personas quasdam sui iuris esse, quasdam verò alterius potestati subiectas.[a] † Et ex iis, quæ iuris alieni sunt: alias in po- 1
testate patria, vt filiosfamiliarum: alias in dominica, vt seruos esse. & quæ parentum potestati subiiciuntur, nonnullas in naturalium: alias in adoptiuorum parentum esse potestate. Alieni ergo iuris, hoc est in alterius dominio, & potestate sunt serui. In quos ius olim vitæ, necísque, domini habuerunt.[a] Quamuis hodie in eos sæuire sine caussa nequeant,[b] & si nimia sit dominorum in seruos sæuitia, lex seruis succurrit.[c] Expedit enim & hoc reipublicæ, ne quis rebus suis abutatur.[d] Sunt item alieni iuris liberi, ex iustis nuptiis procreati, & qui ex iis descendunt.[e] nam & olim filios, vt seruos, occidere licuit.[f] † Sui iuris di- 2
cuntur, qui alterius ditioni subiecti non sunt, patresfamiliarum appellati:[g] Sunt qui tertium quoque genus constituant: † dubiorum videli- 3
cet, quales videntur filij captorum ab hostibus:[h] qui in incerto sunt, vtrum sui iuris facti, an adhuc pro filijsfamiliàs computentur.[i] † Si- 4
quidem dicat Iulianus hominum istiusmodi statum, in pendenti esse.[k] Idemque Imperator, quamuis parens ab hostibus captus, inquit, seruus hostium fuit: tamen liberorum pendet, ob Postliminium.[l] neque nouum in iure

Alieni iuris qui.

Sui iuris.

Dubij iuris.

Status an pendeat.

a l. j. inf. hoc tit.
b §. in potestate. Inst. de sui qui sunt sui. & d. l. j.
c l. j. & ij. hoc ti.
d §. pen. eod. ti. in Insti.
e l. item in potestate. l. nepotes. hoc tit. §. j. Inst. de pat. pot.
f l. in suis. ff. de libe. & posth. l. fi. C. de pat. potesta.
g l. nam ciuiũ. hoc ti.
h l. j. §. si pendeat. ff. ad Macedo.
i l. in bello. §. si quis capiatur. ff. de capt.
k l. bona. §. quod filius. ff. de capt.
l §. si ab hostibus. qui. mod. ius pat. po. sol. in Instit.

in iure, personas hominúmque negotia ab ipso rerum euentu pendere. [m]
Suspensi iuris constitutio.
5 † Et hæc est illa suspensi iuris constitutio, cuius Papinianus meminit. [n] Sed
eùm absurdum legislatoribus visum sit, quem eodem tempore, nec in pa-
Liberorũ ius an pẽdeat.
6 tris, nec in sua esse potestate [o]. † Illorum magis probauerim sententiam,
qui eos sui iuris interim existimant, [p] quãuis patria potestate necdum pla-
nè liberati dicãtur propter spem postliminij.[q] Quod & disertè Vlpianus ex-
Recidere.
7 primit, cùm ait, *Nam si reciderunt in potestatem.* [r] † Recidere enim ex re & cado,
compositum, est rursus & iterum cadere. [s] Neque sanè dici potest, præsenti
captiuitatis tempore perpenso, filium in potestate esse patris captiui, cùm
seruus sit hostium; & ita ab hostibus possideatur, [t] nec sit suæ potestatis, a-
lium in suo iure, ditionéque habere non potest. [u] Verè ergo, vt diximus, in-
terim filius captiui sui iuris est. [x] Cæterùm propter spem postliminij, quia
non in plenum & irreuocabiliter, vt aiunt, patris potestate liberatus est, [y] ex
quo si patrem reuerti contingat, in eius potestatẽ est recasurus: [z] status eius
spectato futuro tempore in pendenti, & suspenso esse dicitur. [a] Nec dissimi-
Appellatio an suspendat.
8 le † valdè videtur, quod de appellatione receptum est, eam verè, si præsens
tempus attendamus, iudicis pronũciatum, & omnem eius vim extinguere. [b]
quamuis si futurum rerum euentum consideremus, quia potest per superio-
rem prior confirmari sententia, suspendi tantum dicatur pronunciatum. [c]
Qua de re pauca quædam attigimus alibi. [d]

m l. si non sortem. §. si decẽ. ff. de cond. ind. l. sed etsi quid. §. interdum. ff. de vsufr. l. duo iudices. ff. de re iud.
n l. pen. in f. ff. de suis & legit.
o l. j. §. j. C. de sent. pass.
p l. j. §. si pendeat. ff. ad Maced.
q d. l. penul.
r d. §. si pendeat.
s l. si quis nepotem. inf. tit. j. l. nepotes. hoc tit.
t l. homo liber. §. quicquid. ff. de acq. re. dom. §. pen. Instit. de iur. pers.
u l. sic eueniet. ff. ad l. Iul. de adult.
x d. §. si pendeat. d. l. fi. §. j.
y l. penul. ff. de suis & legit.
z l. propter. ff. fa. ercis. §. si ab hostibus. Instit. quib. mod. ius pa. po. sol.
a l. in bello §. si quis. l. bona. ff. de capt. d. §. si ab hostibus.
b l. j. §. fi. ff. ad Turpilia. l. ij. §. fi. ff. de pœn.
c l. furti. §. j. ff. de ijs qui not. infa. l. si causa. C. de transact.
d l. seruitutes ij. §. fi. ff. de seruit.

L. I. DE IVRE.

Caius lib. 1. Institutionum.

DE iure personarum, alia diuisio [a] sequitur, quòd quædam sui iuris sunt, quædam alieno iuri subiectæ. Videamus itaque de iis quæ iuri alieno subiectæ sunt. Nam si cognouerimus, quę istę personæ sunt, simul intelligemus, [b] quę sui iuris sunt. Dispiciamus itaque, de iis quę in aliena potestate sunt. Igitur in potestate dominorum sunt serui. quę quidem potestas est iuris gentium. [c] Nam apud omnes [d] peręquè [e] gentes animaduertere possumus, dominis in seruos, vitę necísque potestatem [f] fuisse. Et quodcunque per seruum acquiritur, [g] id domino [h] acquiri. [i] Sed hoc tempore [k] nullis hominibus, qui sub imperio Romano [l] sunt, licet supra modum, [m] & sine causa [n] legibus cognita [o] in seruos suos sęuire. Nam ex constitutione [p] diui Antonini, qui sine causa seruum suum occiderit, non minus [q] puniri iubetur, quàm qui alienum seruum occiderit. Sed & maior asperitas [r] dominorum, eiusdem principis constitutione coërcetur.

SVMMÆ.

1	*Locus à contrarijs.*	9	*Seruus quando domino quærat.*
2	*Contrariorum cognitio.*	10	*Dominorum sæuitia dijs exosa.*
3	*Taprobanes insula.*	11	*Atronij immane factum.*
4	*Omnis, dictio.*	12	*Dominis quo pacto sæuire concessum.*
5	*Peræquè.*	13	*Sæuitiæ iusta causa.*
6	*Necis potestas in quo.*	14	*Pollionis in seruos crudelitas.*
7	*Inauditus filius.*	15	*Serui quomodo tractandi.*
8	*Parentum authoritas.*	16	*Lex Aquilia.*

a ALia diuisio) Nempe secunda. Nam primam idem Caius suprà nobis prodidit, summam de personarum iure diuisionem faciens, in liberos homines & seruos. [a]

a l. ij. sup. tit. j.

b *Simul intelligemus*) Hinc † locus ille à contrariis, colligitur, quo passim, & 1
Iurisconsulti vtuntur, & interpretes, cognito vno contrariorum, alterum fa-
cilè dignoscitur.[b] † Si cognouero enim quid sit albedo, diiudicabo non dif- 2
ficulter nigredinem. Si quid sit virtus intellexero, dispiciam facilè vitium. Et
cognita priuatione, cognoscam habitum:[c] Ex contrario quippè sicuti phi-
losophus scribit, vel inuiti ferè contrarium cognoscimus.[d] Et eam esse con-
trariorum vim atque naturam constat: vt quemadmodum altero posito, al-
terum submouetur:[e] ita altero cognito, alterum cognoscatur.[f] Con-
trariorum enim, inquit M. Cicero, contraria sunt consequentia.[g] &
alibi, perspicuum esse probat, omnium rerum in contrarias partes cogni-
tionem ex iisdē suppeditari locis.[h] vnde Aristippus Socratis discipulus, cum
eneruatam illam, & muliebrem Epicurei sententiam sibi persuasisset, in vo-
luptate summum bonum collocantis, ex contrario consequens esse docuit,
dolorem summum esse malum.[i]

Locus à contrariis. — Contrariorū cognitio.

c *Iurisgentium*) Cùm iure gentium seruitus sit introducta:[k] eodem quoque
iure dicendum, dominationem constitutam.[l]

d *Apud omnes*) Ferè. Nam † in Taprobane insula, testatur Plinius nemini 3
seruum esse.[m] Et apud Indos idem iuris esse constat. cùm & illos lege lata
constituisse, ne quisquam apud eos seruilis esset conditionis, sed omnes pari
iure, & honore haberentur, probat historia.[n] Hinc porrò habes vulgare il-
lud confirmatum, † dictionem *Omnes*, aut aliam quamlibet vel generalem, 4
vel vniuersalem ex subiecta materia coarctari, ne omnia in vniuersum com-
prehendat.[o] Sed de iis alibi.[p]

Taprobanes insula. — Omnis dictio.

e *Peræquè*) † Id est pariter, & eodem modo. Atque hoc peræquè (inquit M. 5
Cicero) in omni agro decumano reperietis.[q] & alibi. Quod cùm omnes per-
æquè, tum acerbissimè Boeotij senserunt.[r] Iulius quoque Cæsar peræquè
(ait) è regione castrorum, castra ponebat.[f]

Peræquè.

f *Vitæ necisque potestatem*) Omninò quiduis impunè etiam vsque ad mortem
in seruos quondam dominis licuit. † Vnde domini dicebantur, in eos vitæ, ne- 6
cisque potestatem habere. Qualis potestas patribus in filios, postmodum
fuit permissa.[t] Quæ Ciceronis quoque tempore viguisse videtur. Nam de
fraudulenta Clodij adoptione verba faciens, qui patricius ipse, vt tribunus
plebis esse posset, adoptandum se P. Fonteio homini plebeio dederat. Cre-
do enim (inquit) quanquam in illa adoptione legitimè factum est, nihil tamē
te esse interrogatum author ne esses, vt in te P. Fonteius vitæ, necísque po-
testatem haberet.[u] Gallos etiam C. Cæsar scribit, in vxores, sicut in liberos,
ius habere vitæ & necis[x]. hodie summa hæc potestas patribus adempta est: † 7
quibus non licet inauditum filium, hoc est, indemnatum, & iudicio non con
uictum, quamuis improbum occidere: sed accusare tantùm apud competen
tem magistratum,[y] aut vltro puniendum iudici offerre.[z] Quid igitur de illis
sentiendum parentibus, qui plus æquo duri, sic ad naturæ sensum obsurdue-
runt, vt proprios filios negligant: imò verò exosos habeant, immoderata † 8
austeritate illorum animos exacerbantes. Nihil certè grauius habuit Aeschi
nes quod exprobaret Demostheni, quàm quòd statim post filiæ mortem
candida veste indutus, luctum neglexisset. adiiciens eum qui filios odit, dese
rit, aut cōtemnit, neque probum esse, neque bonum populi gubernatorem
futurum.[a] Equidem boni parentis est nutrire, & fouere carnem suam, non
autem odio habere eam.[b]

Necis potestas in quos. — Inauditus filius. — Parentū austeritas.

g *Acquiritur*) Quia seruus ipse nihil proprium habere potest.[c]

h *Dominio*) Vel iis, qui domini legis interpretatione esse creduntur vt fru-
ctuario, & bonæ fidei possessori.[d] Quibus siquid ex eorum re, vel operis ser-
ui quærunt, id illis adiicitur.[e]

b l. qui accusare. ff. de accusa. §. j. Inst. de tutel. & §. j. hoc tit. in Inst.
c l. decem ff. de verb. oblig.
d Aristot. li. 5. ad Nicom.
e l. hae verba ff. de verb. sig.
f d. l. qui accusare. & hic.
g Cice. lib. y. & 5. Tuscul.
h Cicer. lib. ij. de orat.
i Aristot. li. 10. Ethico.
k l. ex hoc iure. & l. manumissiones. ff. de iust. & iur.
l l. si id quod. ff. de cond. indeb.
m Plin. lib. 7. c 22.
n 10. Boëmus lib. y. de morib. gent.
o l. promittēdo. in pr. ff. de iur. do. l. y. §. pen. ff. de iur. codici. l. vt gradatim. §. j. ff. de mune. & honor.
p l. omnes. ff. de iustit. & iur. l. y. §. si sub. cond. ff. de secund. tab.
q Cic. 5. Verri.
r Cic. in Pisonem.
f Cæsar. lib. 7. de bello Gallico.
t l. in suis. in fi. ff de libe. & posth. l. fi. C. de pat. po.
u Cic. pro domo sua.
x Cæsar lib. 6. de bello Gallico.
y l. ij. ff. de sica. l. 7. in fi. C. de emen. propinq.
z l. milites agrum §. fi. ff. de re mili.
a Æschines in oratione contra Ctesiphontem & Demosthenem.
b Ad Ephes. 5.
c § item nobis. Instit. per quas perso.
d l. liber homo. §. j. ff. de ver. obli.
e §. de us. §. idem placet. Inst. per quas person.

i *Acqui-*

Seruus quãdo domino acquirat.

9 i *Acquiri*) Nisi per seruum n... quæsitum esset.[f] † Nam cùm effectus acquisitionis factæ per seruum ex ... assumpta domini voluntate fluat:[g] & improbæ voluntatis suspicio sit euitanda[h] non præsumitur dominus voluisse, vt seruus cum alterius iniuria quæreret.[i]

Sæuitia dñs exosa. *Atronij crudele factum.*

10 k *Hoc tempore*) † Dura nimis vel ipsis diis, semper visa fuit nimia dominorum in seruos sæuitia. Nam Iupiter ipse Annio cuidam per somnium imperasse fertur. vt senatui nũciaret, non sibi placuisse, Atronij † Maximi factum, 11 qui seruum suum verberatum, patibulóque affixum, ante spectaculi cõmissionem, per Circum egerat. Quod cum resciuisset senatus supplicium de crudeli domino sumi iussit. Et ad propitiandum Iouem ludis illis circensibus diem addidit.[k]

l *Sub imperio Romano sunt*) Nec aliis multis. Nam Athenienses ab omni iniuria seruos arceri, & sartos tectos esse voluerunt. Lycurgus Lacedæmonius, seruos dumtaxat improbos, & delinquentes occidere permisit.

Domini quomodo in seruos sæuiant.

12 m *Supra modum*) † Intra modum enim ius animaduertẽdi in seruos, dominis semper conseruatum est, ad coërcendam nimirùm moderatè, seruorum nequitiam.[l] ne alioqui in dominatu, seruitus sit, & in seruitute dominatus[m], reddatúrq; dominica potestas inanis, si nec modicam quidem haberet coërcitionem.[n] cùm præsertim totidem hostes (vt est in diuerbio) nobis esse soleant, quot serui.[o]

Sæuitia in seruos iusta causa.

13 n *Sine causa*) † Ergo subsistente graui aliqua causa poterit hoc etiam tempore dominus seruum impunè occidere, verbi gratia, in facinore deprehensum.[p] & ob modicam, aut leuem causam coërcere, castigare, flagris, & 14 loris cædere,[q] non autem occidere.[r] † Vnde cùm ob fractum crystallinum vasculum Pollio Vedius murenis seruum suum dilaniandum obiici iussisset (pro inusitato & prodigioso more suo, qui seruos leui de causa occidere solitus erat, & occisos murenis in eorum viuariis præbere vorãdos) Augustus Cæsar, qui apud eum cœnabat, grauissimè ferens omnia eius crystallina coram ipso Pollione frangi præcepit, & seruum libertate donauit.[s] Ab Adriano item Vmbriciam matronam in quinquennium relegatam, quòd leuissimis de causis ancillas suas atrocissimè tractasset, Vlpianus refert.[t] Et lege Petronia Modestinus scribit, ablatam dominis fuisse potestatem seruos suo arbitrio ad bestias depugnandas tradendi.[u]

Pollionis in seruos crudelitas.

Serui quomodo tractandi & coercẽdi.

o *Legibus cognita*) Non sufficit subesse causam, nisi ea legibus cognita sit, & 15 probata. † Amplius Imperator Adrianus, seruos etiam morte dignos, necari vetuit, causam apud iudices examinari constituẽs: & ab eisdem si promererentur condemnari.[x] Quo etiam Petronia lex, cuius meminit Modestinus, spectare videtur.[y] Idem quoq; Adrianus & eum sequutus Constãtinus, omnem infligendæ mortis potestatem dominis ademit, eis solam castigationem, & emendatoriam animaduersionem relinquens.[z] Quinimò M. Varro mancipiis ita censet imperandum, vt verbis potius quàm verberibus, coerceantur.[a] Quod nobis præsertim Christianis obseruandum est: qui seruile nomen fastidio despicere non debemus. cùm ex ijsdem, serui nobiscum constẽt, & alantur alimentis, eundémque spiritum ab eodem principio ducant. vnde cum seruis, & famulis nostris clementer, comitérque viuendum moneo: tum vt nos potiùs ament, colant, & obseruent, quàm timeant: tum quòd eorum curam, non minorem Deum optimum habere, quàm liberorum, firmiter credendum sit. Omnes enim vt Apostolus scribit, filij Dei sumus per fidem, quæ est in Christo Iesu, neque est Iudæus, neque Græcus, neque seruus, neque liber, sed omnes vnum sumus in Christo.[b]

p *Constitutione*) Quam ad verbum Vlpianus mox descriptam relinquat.[c]

q *Non minus*) Vt enim alienum seruũ occidens, lege Cornelia de sicariis 16 tenetur: ita qui propriũ sua priuata potestate enecat.[d] Ciuiliter † tamen Aquilia lege (quę de damno alteri dato statuit) cõueniri non potest.[e] nemini quippè damnum irrogat, qui suis rebus abutitur.[f] ac proinde non aduersus

...quilia...

f l. quod seruus. ff. de acq. possess.
g l. j. §. item acquirimus. ff. illo tit.
h l. meritò. ff. pro soc.
i l. si procurator. ff. de cond. indeb.
k Macr. lib. j. Satur. c. 11.
l l. vn. C. de emend. seru.
m Cic. pro Deiotaro.
n l. fin. ff. de off. eius. c. ex literis. de off. deleg.
o Macr. lib. j. Satur. c. 11.
p l. quid ergo. §. si heres. ff. de leg. j. l. qui seruum. ff. de ver. oblig.
q l. locum. §. ex eo. ff. de vsufr. l. vnic. C. de emen. seruor.
r §. sed hoc tempore. Instit. de ys qui sunt sui.
s Petr. Crinit. lib. 7. de honest. discipli. c. 10.
t l. seq. in fine.
u l. circũcidere. ff. ad l. Cornel. de sicar.
x Spartianus in Adriano.
y d. l. circuncidere.
z l. vn. C. de emen. seruo.
a M. Varr. de re rust. j. c. 20.
b ad Galat. iij.
c l. sequenti.
d l. circũcidere. §. fi. ff. de sicar.
e § j. Instit. de leg. Aquil.
f l. sed etsi. §. consuluit. ff. de pet. hered.

dominum,ſed hero id eſt domino , damnum paſſo, legis Aquiliæ actio datur.[g]

g l. item Mela. §. legis. l. unde Neratius. §. ſi dolo. ff. ad l. Aquil.

r *Maior aſperitas*) Maior hoc eſt grauior, & ſeuerior aſperitas prudentibus ſemper exoſa fuit. Vnde non ſolùm diui Pij conſtitutione coercentur domini, qui in ſeruos immaniter ſæuientes eos occidunt: ſed etiam qui duriores ſunt, & aſperiores quàm æquum eſt.[h]

h ut hic. & l. ſeq. ubi dicam.

L. II. SI DOMINVS.

Vlpianus lib. 8. de officio proconſul.

Si dominus in ſeruos ſæuiat, vel ad impudicitiam, turpémque violationem[a] compellat, quę ſint partes pręſidis,[b] ex reſcripto[c] diui Pij, ad Ælium Martianum,[d] proconſulem Beticę,[e] manifeſtatur. cuius reſcripti verba hęc ſunt: Dominorum quidem poteſtatem in ſeruos ſuos illibatam[f] eſſe oportet: nec cuiquam hominum ius ſuum detrahi:[g] ſed dominorum intereſt,[h] ne auxilium contra ſęuitiam, vel famē, vel intolerabilem iniuriā, ijs denegetur,[i] qui iuſtè deprecātur. Ideóque cognoſce[k] de querelis eorū qui ex familia Iulij Sabini ad ſtatuā cōfugerunt,[l] & ſi vel duriùs habitos quā ęquū eſt, vel infami iniuria[m] affectos cognoueris,[n] vęnire iube:[o] ita vt in poteſtatē domini non reuertantur.[p] Quòd ſi meę conſtitutioni fraudem fecerit,[q] ſciet me admiſſum ſeueriùs exequuturum.[r] Diuus etiā Adrianus, Vmbriciam quandam matronam, in quinquennium relegauit, quod ex leuiſſimis cauſis ancillas ſuas atrociſſimè tractaſſet.

SVMMÆ.

1 *Turpis violatio.*
2 *Martianus Iuriſconſultus.*
3 *Baetica Regio.*
4 *Granata regnum.*
5 *Libertas ſeruo non tribuitur iniuſto domino.*
6 *Aſilorum authoritas.*
7 *Statuarum prærogatiua.*
8 *Infamis iniuria.*
9 *Serui dominorum hoſtes.*
10 *Vendere quando quis cogatur.*
11 *Iuriſdictione qua cauſa domini priuentur.*
12 *Fraus legi.*

a TVrpémque violationem) † Nefarium illum complexum maſculinum, intelligit, quem hoc verborum velamento, Vlpianus voluit exprimere: veritus, rem ipſam tam fœdam, obſcœnam, & deteſtabilem ſuo nomine nuncupare. Sic & alibi, ſeruo, inquit, de dominis querentes Præfectus audiet, ſi obſcœnitatem, in quam eos compulerunt, apud eum exponant.[a] 1 Turpis violatio.

a l. j. §. quod autem. ff. de offi. præfec. vrb.

b *Præſidis*) Hoc eſt moderatoris eius prouinciæ, aut loci, in quo dominus ſæuitiam aduerſus ſeruum exercet.[b]

b l. j. ff. de of. præſ.

c *Reſcripto*) Quod reſcriptum ex huiuſmodi occaſione initium ſumpſit. Iulius Sabinus quidam ſęuius immoderatè, erat in ſeruos ſuos, qui tam grauem acerbitatem cùm diutiùs ferre non poſſent, relicto domino ad principum ſtatuas, tanquàm ad aſilum, & ſacram anchoram confugerunt. Cúmque Aelius Martianus, proconſul eius prouinciæ illâc præteriret: eius auxilium inuocarūt. Is cùm legem nullam haberet, qua ſpecies talis dirimeretur, principem (vt facere quemque magiſtratum oportet[c]) rei veritate ad eum fideliter perlata, conſuluit.

c l. itaque. ff. de fid. lib. l. y. §. ſed quia. diximus. C. de ve. iur. enucl. dixi l. j. ff. de conſt. princ.

d *Aelium Martianum*) Vix † eſt vt credam hunc eſſe Martianum illum noſtrum Iuriſconſultum: quem inter diſcipulos ſplendidiſſimi Papiniani, & 2 Martianus Iureconſultus.

Alexan-

Alexandri Seueri Imperatoris familiares, ac socios, Lampridius memorat.
Cùm inter seculum Antonini Pij cuius hîc rescriptum refertur, & Seueri tē-
pora supra annos octuaginta ex annalibus interiectos constet.[d]

Betica.

3 e *Betica)* † Hispaniæ regio, de qua nos superiùs multa diximus, [e] tribus no-
minibus distincta semper fuit. Namque pars eius Tarraconensis, pars Lusi-
tania, pars Betica vocatur: hæc à flumine Beti, quo alluitur, nomen accepit,
cunctas prouinciarum diuiti cultu, longè antecellens, fertilique insuper,
4 quemadmodum Plinius ait, & peculiari nitore,[f] † quæ nunc regnum Gra-
natæ dicitur. Cuius incolæ (si Straboni credimus[g]) studiosissimi, & amantissi-
mi vetustatis extitere. Huic autem regioni Granatæ nomen dedit posteri-
tas, à grani copia, qua lanæ Beti fluuij aquis immersis, optimè tingũtur. Vn-
de confectæ posteà vestes, colorem suum fidelissimè seruant.[h] difficultér-
que maculis conspurcantur. Martialis.

Granatæ regnum.

Bætis oliuifera, crimen redimite corona:
Aurea qui nitidis, vellera tingis aquis.

Seruus inuito domino nõ fit liber.

5 f *Illibatam)* Integram, intactam & inuiolatam: [i] † Sanè curârunt maximè
veteres homines dominis in seruos ius saluum & illibatum manere, vsque a-
deo, vt in summo rerum periculo, cuidam censenti libertatem seruis dandã,
Cato Vticensis fortiter respondetit, se nullo modo id passutum: [k] quod ne-
que iustum esset, neque legibus consentaneum, inuitis dominis in seruos li-
bertatem eripi. Sic & Adrianus Imperator populo volenti aurigam, qui in
circo placuerat, liberum fieri, noluit consentire ne domino fieret iniuria.[l]
à quo non abhorrens. D. Marcus ex acclamatione populi seruos vetuit ma-
numitti.[m] & alibi vanas populi voces non esse audiendas legislator scriptum
reliquit.[n]

g *Ius suum detrahi)* Sed magis omnibus ex æquo conseruari.[o] Et si quando
lex, aut princeps, publica causa suadente, aut alia iusta ratione, ius alterius im
minuit, vt cùm aliena predia veteranis militibus in premium assignat: [p] aut
seruos de re publica benè meritos donat libertate: [q] eodem tramite rerum
pretium domino reddi, persolusque iubet.[r]

h *Dominorum interest)* Ne alioqui, serui desperata salute, in ipsos do-
minos aliquid machinentur. Neque verò duntaxat dominorum, sed e-
tiam reipublicæ interest, ne quis re sua, ac potissimùm seruo malè vtatur.[f]
vtcunque in aliis rebus nostris vtendi, atque adeo abutendi sit facta nobis
potestas.[t]

i *Instè deprecantur)* Quippè succurrendum est, non iniqua postulan-
tibus.[u]

k *Cognosce)* Tu proconsul, qui in prouincia vbi de dominorum atrocitate
serui queruntur, plenissimam habes iurisdictionem, & omne imperium.[x]
Nam si in vrbe Roma serui sæuitiam aut duritiem aliquam dominorum ex-
postularent, præfectus vrbi cognosceret.[y]

Asili prærogatiua. Statuæ principũ.

6 l *Ad statuam confugerunt)* † Asilorum authoritate per Tiberium Cæsarem
abrogata, veterem impunitatis morem posteriores principes sic restitue-
runt, vt ad aras vel ædem sacram confugientes, tuti essent: indéque per vim
7 extrahi nequirent.[z] † nec minorem posteà suis imaginibus & statuis, quàm
ædi sacræ maiestatem & reuerentiã Cæsares seruari voluerunt:[a] Constituẽ-
tes vt qui ad eas confugerent, non liberi modò verũetiam serui, securum ha-
berent perfugium:[b] præterquàm in alterius damnum & iniuriam, [c] vt ele-
ganter C. Sestius senator disseruit, principes instar Deorum esse dicens. Sed
neque à Diis, nisi iustas supplicum preces audiri: neque quempiam in capi-
tolium aliâve vrbis templa perfugere, vt eo subsidio ad flagitia vtatur,[d] qua

d *Lamprid. in Alexandro Seuero. in fin.*
e *l. ij. §. capta. ff. de orig. iur.*
f *Plinius li. iij. c. j. & lib. 18. c. 10.*
g *Strabo li. iij.*
h *Marti. l. lib. iij. Epigram.*
i *l. fi. C. qui & aduer. quos.*
k *Plutar. in Catone Vticẽsi*
l *Dion & Spartia. in Adriane.*
m *l. si priuatus. ff. qui & à qui.*
n *l. decurionũ. C. de pœn. c. ij. de electio.*
o *l. impuberi. ff. de adminis. tut. l. cũ filius-fa. ff. de test. mil.*
p *l. uẽ si verberatum §. j. ff. de re. vend. l. Lucius. ff. de euict.*
q *l. ij. C. qui. ex ca. ser. pro. pra. lib. accipi.*
r *l. venditor. §. si constat. ff. cõ. predio. d. l. ij. §. j.*
s *§. pen. Inst. de iis qui sunt sui.*
t *l. sed & si. §. consuluit. ff. de pet. her. l. ij ff. si quis à patr. fuer. ma.*
u *l. & Attilicinus. ff. de ser. rust. pra.*
x *l. si in aliquã §. fi. cum l. seq. ff. de offic. procons.*
y *l. j. §. quod autem. ff. de offi. præfe. vrb.*
z *l. ij. l. fi. C. de iis qui ad eccle. confu. c. inter alia de immunit. eccles.*
a *l. non contrahit. cum l. seq. ff. ad l. Iuli. maiest.*
b *l. j. §. j. ff. de offic. præfect. vrb. & hic.*
c *l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pœn. l. vni. C. de iis qui ad sta. conf.*
d *Cor. Tacit. lib. iij.*

de re nos alibi plura.[e] seruis ergo (vt Seneca ait) ad statuam licet confugere.[f] & Tiberio imperante, capitale fuit seruum circa simulachrum Augusti cædere.[g] Ad hæc Decium Magium Campanum ab Annibale contra ius fœderis captum, & in nauim impositum, Chartaginémque missum, cum nauem Cyrenas (quæ tum in ditione regum erat) tempestas detulisset, ibíque ad Ptolemei regis statuam confugisset, refert Liuius à rege liberatum.[h]

Infamis iniuria.

m *Infami iniuria*) † Infamem iniuriam appellat Vlpianus, vt opinor ego, nefariam illam obscœnitatem, quàm principio turpem violationem dixit. planè si ab alio, quam domino seruus iniuria afficiatur, nulla ei datur actio: sed domino eius irrogata censetur contumelia.[i] 8

Serui odio prosequuntur dominos.

n *Cognoueris*) Rectè quidem Vlpianus ei cognoueris dixit: sic innuens seruis de domino querentibus, non esse credendum: † cùm genuinum quoddam odium seruis in dominos insitum videatur, vel admonente prouerbio, *hostes totidem habemus, quot seruos*[k]. Adde quòd seruorum animus, vt Plato, ex Homeri sententia scribit[l], nihil habeat integrum neque sanum, vtpote quibus Iupiter mentis dimidium ademerit, dicente poeta,[m] 9

Dimidio mentis, depriuat Iuppiter illos,
Seruilis quoscunque viros, sors cœperit vnquam.

Ergo seruis nec valdè fidendum, nec temerè credendum.

Vendere quando quis cogatur.

o *Venire iube*) Bonis conditionibus, vt Iustinianus rectissimè addit[n]. ne dominus interim seruo infensior, graues venditioni conditiones adiiciat: veluti vt seruus in vinculis perpetuò contineatur: vt nunquam manumittatur: aut aliud quò fiat potestas domino, etiam post venditionem, suam in seruum crudelitatem effundendi. † Hinc porrò habes posse quem ex causa cogi rem suam vendere[o]. Cum alioqui contractus ab initio liberæ sint voluntatis[p]: ac proinde nemo, vel emere, vel vendere temerè compellatur[q]. 10

Iurisdictione domini priuantur.

p *Non reuertantur*) Cùm serui durissima seruitute oppressi distrahi iubentur, solet conditio hæc adduci, *Ne vnquã in potestatem domini reuertantur*.[r] † vnde & de dominis temporalibus, veluti comitibus, marchionibus & baronibus, argumento ducto de dominio ad iurisdictionem[s], dicere possumus, vt si quando duriores, & asperiores probentur in subditos, quàm æquum est, iurisdictione, & imperio ita priuentur, vt in eorum potestatem subditi nullo vnquam tempore recidant[t]. 11

Fraus legi.

q *Fraudem fecerit*) † Duram aliquam aut onerosam conditionem venditioni adiiciendo, vel purè distrahendo, clanculùm pactus, vt sibi reddatur. fraudem enim legi propriè facere dicitur, qui saluis legis verbis, sententiam circumuenit[u]. 12

r *Seuerius exequuturum* (Neque sanè quicquam antiquius principi debet esse, quàm in legum suarum contemptores, seueriter animaduertere.

e li. Miscel. 5. c. 23.
f Seneca li. j. de clementia.
g Suet. in Augusto.
h Liuius lib. 23.
i l. eum qui. §. j. ff. de iniur. §. seruus. Inst. eo tit.
k Seneca lib. epist. 47. Macro. lib. j. Saturnal. c. 11.
l Plat. li. 6. de legi.
m Homer. Odyssea & Rhon. §. sed & maior. Inst. de ijs qui sunt sui.
o l. si quis sepulchrum. ff. de relegi.
p l. in commodato. §. sicut. ff. cõmoda. l. sicut. C. de act. & obliga.
q l. inuitum. C de contra. emp. l. nec emere. C. de iu. del.
r l. j. §. penu. ff. de quæstio. & hic.
s l. qui furere. suprà ti. j.
t Cy. Bald. & doct. hic. Alex. l. benè à Zenone. C. de quadri. præsc.
u l. contra. cũ l. fra. ff. de legib. l. non dubium. C. eo tit. & vtrobique dixi.

L. III. ITEM IN POTESTATE.

Caius lib. 1. Institutionum.

Item in potestate nostra[a] sunt liberi[b] nostri[c], quos ex iustis nuptiis[d] procreauimus. quod ius[e] proprium ciuium Romanorum[f] est.

SVMMÆ.

1 *Parentum potestas inæqualis.*
2 *Liberorum nomen.*
3 *Emancipati sunt extra familiam.*
4 *Nuptiæ legitimæ.*
5 *Patria potestatis vis.*
6 *Patria potestas an iuris ciuilis.*
7 *Talis qualis.*
8 *Moribus verbo, quid notetur.*
9 *Ciues Romani.*

Nostra

Parentū potestas inæqualis.

1 a NOstra) † Patris videlicet, aui, aut aliorum per lineam masculinam ascendentium. Nam ad fœminas, quæ liberos non habent in potestate,[a] ideóque suis hæredibus carent,[b] non possunt hæc verba referri. licet enim pietas parentibus vtriusque sexus æqualis debeatur: inæqualis tamen est eorum potestas,[c]

Liberorū nomen.

2 b *Liberi*) † Quo vno verbo filij, nepotes, pronepotes, cæteríque in infinitum descendentes,[d] tam masculi, quàm fœminæ[e] continentur. Nam & ij omnes peræquè in potestate nostra sunt.[f]

Emancipati non sunt de familia.

3 c *Nostri*) Quos necdum emancipauimus. † Nam emancipati nec patris familiam seruant,[g] nec agnationem:[h] sed velut extranei habentur:[i] licet liberorum verbo veniant.[k]

Nuptiæ legitimę.

4 d *Iustis nuptiis*) † Hoc est legitimis, & contractis secundum præcepta legum Romanorum:[l] inter liberas nimirum personas:[m] (nam inter seruos nullum vnquam esse potest matrimonium[n]) & eas puberes. Quia masculi annum ætatis decimum quartum, fœminæ duodecimum compleuerint.[o] quæ præterea si adhuc in patris erant potestate, aut alterius ascendentis, eius consensum iussúmque habeant,[p] saltem tacitum.[q] Quoniam verò iustarū nuptiarum hîc Caius meminit, euidens facit susceptos ex improbato coitu liberos in patris potestate non esse.[r]

Patriæ potestatis effectus.

5 e *Quod ius*) † Nempè patriæ potestatis, & id quidem maximum adeo vt vitæ necísque potestatem (quod suprà attigimus[s]) in filium pater quondam habuerit:[t] possítque etiam hodie premente fame eundem distrahere,[u] licet alioqui, nullo titulo possit super filio, cùm sit liber homo, contrahi.[x] facit pręterea hoc ius patriæ potestatis, ne lis vlla inter patrem & filium consistat:[y] néve possit filius sine patris consensu, & authoritate aduersus alium in iudicio contendere.[z] Et quod acquirit filius, ipse (exceptis castrensibus peculiis & quasi[a]) patri quærat, & quidem totum, secundùm veteres leges, vndecunque ad filium res peruenissent[b]. hodie verò ita demùm, si ex bonis patris, aut eius occasione obueniant. Nam aduentitiæ quæsiti proprietas, apud filiū remanet, solo rerum vsufructu patri delato.[c] Deinde efficit potestas patria hæreditatē infanti delatam necdum aditam, pater nanciscatur:[d] Quamuis non soleat hæreditas non agnita transmitti.[e] denique impedit ne testari possit filius,[f] patre etiam volente & expressim concedente.[g] ne prætereà ex voto iniussu patris nuncupato obligetur.[h] Quinimò nec ex mutuo in effectu, suppetias ferente S. C. Macedoniano.[i] Quæ omnia alibi largiore manu excussimus.[k]

Patria potestas an iuris ciuilis.

f *Proprium est ciuium Romanorum*) Neque enim alij sunt homines, inquit Iustinianus, qui talem habeant in liberos suos potestatem, qualem habent ciues Romani.[l] † Sed tamen non ideo censuerim ego cum aliis potestatem patriam iuris ciuilis esse: sed potiùs iurisgentium.[m] Cùm naturalis ratio apud omnes gentes peræquè iubeat parentibus filios parere & subesse[n]. licet multò maiorem vim & præstantiores effectus (quos iam memorauimus) Romani quàm cæteræ nationes potestati patriæ concesserint.[o] respectu quorum dixit Caius, ius istiusmodi proprium esse ciuiū Romanorū.[p] vt perspicuum quoque facit Iustinianus. Illis verbis, † *Talem qualem.*[q] quę relatiua sunt, non rei substantiam, sed vim & naturam exprimentia.[r] Quod autem Vlpianus paulò infra scribit, ius hoc patrię potestatis moribus receptum esse.[s] meam magis confirmat sententiam. si quidem † dictio *moribus*, non ad legem scri-

(Section numbers 6, 7 and 8 stand in the left margin beside the lines beginning "ues Romani.", "quoque facit Iustinianus" and "magis confirmat sententiam" respectively.)

Talis qualis.

Moribus dictio.

a §. fœminæ Inst. de adopt. §. cæteri. de hæred. qual. b l. si illud. §. ad testamenta. ff. de contract. c l. furiosa ff. de cura. furios. d l. liberorum. ff. de ver. sign. e l. sed & si. §. liberos. ff. de in ius voc. f §. fi. Instit. de patr. pot. l. seq. in fi. g l. pronuntiatio. §. idémque ff. de ver. signi. h l. tutelas. ff. de capi. dimin. i §. emācipati. Inst. de hæred. quæ ab inte. k l. cognoscere. §. j. ff. de verb. sign. l §. j. de nup. in Inst. m d. §. j. n l. cum ancillis C. de nup. o l. minorem. ff. de ritu. nup. p l. Paulus. ff. de statu ho. l. ij. ff. de ritu. nup. q l. in sponsalibus. ff. de spon. l. si vt proponis. j. C. de nup. r §. fi. in auth. qui. mo. nat. effic. sui. coll. 7. s l. j. hoc ti. t l. in suis. ff. de lib. & posth. u l. ij. C. de patri. qui filios ec cid. x l. fi. C. quæ res pign. y l. lis nulla. ff. de iud. l. fin. C. de in ius voc.

z l. vlti. §. necessitate. C. de bo. quæ li. a l. cum oportet. l. cum multa. de bon. quæ liber. b l. placet. ff. de acquire. hære. §. igitur. per quas perso. in Inst. c d. l. cum oportet. §. j. d l. si infanti. C. de iur. delibe. e l. vn. §. in nouissimo. C. de cad. tol. f §. j. qui. non est permiss. in Inst. g l. tamis. ff. de dona. cau. mor. h l. si quis rem. §. voto. ff. de pollicita. i l. j. ff. ad Maced. k in l. qui liberos. ff. de ritu. nupt. l §. ius autem Inst. de patria potestate. m l. ij. ff. de iust. & iur. n §. quod verò naturalis Inst. de iur. natu. l. ij. l. omnes. in fi. ff. de iustit. & iur. o l. in suis. ff. de lib. & posthu. p in hac l. q d. §. ius autem. r l. certum. ff. de reb. cred. l. stipulationum quadam. ff. de verb. oblig. s l. patre furioso. j. hoc tit.

ptam, sed ad ius gentium, & naturalem rationem referatur.[t] † Porrò autem 9
ciues Romani, quorum hîc Caius noster meminit, ex Antonini constitutio-
ne dicuntur omnes, qui Romano sunt subditi imperio.[u] Sed de ciuibus Ro-
manis, nos plura superiùs.[x]

Romani ciues.

t l. libertinus. ff. de ritu. nup. u l. in orbe. 3. ti. 3. x l. ij. §. eodem tempore. ff. de orig. iur. & d. l. in orbe.

L. IIII. NAM CIVIVM.

Vlpianus lib. 1. Institutionum.

Nam ciuium Romanorum quidam sunt patresfamiliarum,[a] alij filijfamiliarum, quędam filięfamiliarum. Patresfamiliarum sunt qui suę potestatis sunt, siue puberes, siue impuberes.[b] simili modo, & matresfamiliarum.[c] Filij verò: & filięfamiliarum, qui sunt in aliena potestate.[d] Nam qui ex me, & vxore[e] mea nascuntur, in potestate mea sunt. Item qui ex filio meo & vxore eius nascitur, est nepos męus, & neptis, ęquè in mea sunt potestate[f]: & pronepos, & proneptis, & deinceps cęteri.[g]

SVMMÆ.

1 *Paterfamiliâs.*
2 *Materfamiliâs.*
3 *Mulier familiæ finis.*
4 *Soror cur sic dicta.*

a *Patresfamiliârum*) Alibi idem † Vlpianus patremfamiliâs definit, cum 1
esse qui dominium, hoc est præeminentiam habet in domo, quasi fami
liæ dominum.[a]
b *Impuberes*) Nam & pupillum, inquit Vlpianus, patremfamiliâs dici-
mus.[b]
c *Matresfamiliârum*) Idem tamen Vlpianus alibi,† matremfamiliâs, pro sub- 2
iecta materia interpretatur probam & spectatæ authoritatis fœminam.[c]
d *Potestate*) Nempè patris, potestatis quippè verbo, in persona liberorum,
potestas patria significatur.[d]
e *Ex vxore*) Secus igitur, si ex concubina. nam ex meretricio, aut alio quo-
uis coitu non coniugali nati, non sunt in potestate patris.[e]
f *Sunt potestate*) Non etiam filij mei: qui cùm non sit suæ potestatis, alios sub
suo iure habere non potest.[f]
g *Deinceps cæteri*) Ex filio meo descendentes. nam qui ex filia mea nascun-
tur, in potestatem meam, hoc est aui materni, non cadunt: sed in generi mei,
& eorum patris sunt potestate.[g] Cuius item nomen seruant, non etiam mu-
lieris,† quæ familiæ suæ finis est.[h] Quippè separatur ab ea domo, in qua nata 3
est, & in aliam familiam transgreditur. ob eámque causam Antistius Labeo
dixir,† sororem appellatam, quasi seorsum natam.[i] Vnde sequitur, mulier 4
mariti sui forum[k] & domicilium,[l] eiúsque ciuitatis censetur incola, cuius
maritus.[m] non enim vxoris domus, sed viri, domicilium matrimonij in-
telligitur.[n]

Paterfamiliâs. Materfamiliâs. Mulier familiæ suę finis. Soror cur sic dicta.

a l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de ver. signi. b d. §. familiæ. c l. iij. §. fi. ff. de lib. exhibe. d l. potestatis. ff. de ver. signi. e §. fi. in auth. quib. mod. na. effi. sui. coll. 7. f l. homo liber. §. quicquid. ff. de acq. re. dom. l. sic eueniet. ff. de adult. g §. fi de pat. potestate. in Inst. h d. l. pronunciatio. §. fin. i Gell. li. iij. c. 10. k l. cum quædam. ff. de iurisdict. l l. exigere. ff. de iudic. m l. fi. §. uere- scripserunt. ff. ad municip. n l. mulierem. ff. de rit. nup.

L. V. NEPOTES.

Idem lib. 36. ad edictum.

Nepotes ex filio, mortuo auo,[a] recidere solent in filij potestatem: hoc est patris sui. simili modo & nepotes & deinceps, vel in filij potestatem si viuit, & in familia mansit:[b] vel in eius parentis qui ante eos in potestate est, & hoc tãtùm in naturalibus,[c] verùm quoque in adoptiuis[d] iuris est.

SVM-

a MOrtuo aui) In cuius erant potestate.
1 b *In familia mansit*) Nam si † potestatem aui viuentis exiisset, per e-
mancipationem nepotes, aut pronepotes in eius potestatem non caderent:
sed vel fierent sui iuris, vel in eius parentis reciderent potestatem: qui ante
eos in familia est.[a] nec secus dicendum si posteà filius adoptione in aui po-
testatem reuertitur.[b] neque enim ius semel nepotibus quæsitum, speratæ ni
mirùm post aui mortem exemptionis, potest auus noua receptione in fami-
liam illis adimere.[c] Quæ sanè vera sunt, nisi filius per dignitatem sui iuris fa-
ctus esset.[d] ne quod eius fauore inductum est in eius perniciem conuerta-
tur:[e] néve dignitas sit illi damnosa.[f]
c *Naturalibus*) Obseruaui iampridem hunc locum, & alios permultos, qui-
2 bus euidens fit apud Iurisconsultos,† naturalium verbo demonstrari, quos
naturales simul & legitimos dicere solemus.[g] quo loquendi modo in eum
sensum vtuntur passim, vbi de adoptiuis quoque verba faciunt. Ad eorum
nimirùm differentiam, qui non naturâ filij sunt, sed iuris artificio, loco filio-
rum habentur.[h] Cæterùm & nonnunquàm nulla licet adoptiuorum fiat ab
eis mentio.[i] Sic & patrem naturalem dixit Papinianus ad discrimen arroga-
toris.[k] Calistratus autem simpliciter, & nulla arrogatoris consideratione.[l]
verùm Cæsares, naturalium nomine, eos significare solent, qui legitimi non
sunt.[m]
d *Adoptiuis*) Adoptatus, vt nepos in potestatem filij adoptantis, post eius
mortem recidit.[n]

Filius in cuius recidat potestatem.

Naturalis filius.

a §.j. qui.mod. tiu pat. po. sol. in Instit.
b l.si pater filium. ff. de adopt.
c ar. u.l.si.ff.de pact.
d §.illud quoque in auth. cõsti. quæ de dign.coll.6.
e l.quod fuerit. C. de legib.
f l.si longius. §.si.ff.de iudic.
g l.senatores.j. ff.de senator. l.si.hoc tit.
h l. non potest. j.tit.j.§.j. Instit. de adopt. & d. l.senatores.
i l.si.hoc tit.
k l.causa cognita. ff.de vulga.
l l.si pater naturalis.j.tit.j.
m l.j.& ter.ti. C. de natu. liber.& in auth. qui. mod. nat. col.6.& 7.
n l.si quis nepotem.j.tit.j.

L. VI. FILIVM.

Idem lib. 9. ad Sabinum.

Filium eum definimus, qui ex viro, & vxore[a] eius nascitur. sed si fingamus abfuisse maritum, verbi gratia, per decennium: reuersum anniculum[b] inuenisse in domo sua. placet nobis Iuliani sententia hunc non esse mariti filium. Non tamen ferendum Iulianus ait, eum, qui cum vxore sua assiduè moratus, nolit filium agnoscere, quasi non suum.[c] Sed mihi[d] videtur, (quod & Scæuola probat) si constet[e] maritum aliquandiu cum vxore non concubuisse, infirmitate interueniente, vel alia causa, velut si ea valetudine paterfamiliàs fuit, vt generare non posset: hunc, qui in domo natus est, licet vicinis scientibus[f], filium non esse.

SVMMÆ.

1 *Filius qui.*
2 *Spurius an de familia.*
3 *Anniculus.*
4 *Matris professioni non credendum.*

1 a EX *vxore*) Licet adultera.[a] † Quin imò Scæuola respondit mulierem
grauidam quæ à marito repudiata cùm eo absente parturiret, prolem
2 spuriam, in actis professa est, legitimum nihilominus parere.[b] † Hinc autem
è diuersò cognoscimus, susceptam non ex viro & vxore sobolem, filiorum
numero agregari non posse.[c] vt eorum meritò probem sententiam, qui spu-
rios, seu, vt vulgus loquitur, bastardos, non censeri de domo, stirpe, aut fami-
lia patris aiunt, cùm nec patrem habere intelligantur.[d]
3 b *Anniculum*) Infantem † vnius anni, quem alij vniennem vocant. Quo no-
mine Iurisconsulti eum quoque censeri volunt, qui diem anni postre-
mum attigit, licet non integrum vixerit.[e]
c *Non suum*) Iustum namque. verum & suum filium esse nuptiæ demon-

Filius quis.

Spurius an de familia.

Anniculus Vniennis.

Matris assertioni nõ statur.

a l.miles.§.defuncto.ff.de adulte.
b l.pe.§.mulier ff. de probatio.
c vt hac.l.
d §. si aduersus. Instit. de nup. dixi l. cũ legitima. & l. lex natura. ff. de statu. homi.
e l. anniculus. j.& ti.ff.de ver. sign.

strant.[f] adeo quidem, vt nec contraria matris assertationi, filium spurium in actis professę standum sit.[g] vt inexcusabilis socordiæ & stultitię meritissimò arguatur filius ille regis, cuius hîc interpretes meminerunt: qui nimium credulus, se regno abdicauit, simul atque à matre sibi fuit dictum, se spurium esse.

f l. quia certa ff. de in ius vocan.
g d. l. pen. §. mulier.

d *Sed mihi*) † Cùm suprà docuerit Vlpianus, modum filiationis probandæ, 4
vt videlicet qui in domo mariti, & eius vxore nascitur, coniecturâ sit filius: Hîc tradit quo pacto diuersum, hoc est, quem filium non esse, probari possit, dicens, quòd si constat maritum cum vxore sua non concubuisse, aut eius valetudinis fuisse, vt generare, non potuerit, ex vxore natum filium non esse mariti.

Filiationis probatio.

e *Si constet*) legitimis & exactis probationibus. nam in dubio præsumitur maritum cum vxore concubuisse. Prætereà eum bona fuisse valetudine vt generare posset.

f *Vicinis scientibus*) Alioqui regulare est, vt qui in domo mariti, ex eius vxore, scientibus vicinis nascitur, mariti filius præsumitur.[h]

h l. si vicinis. C. de nup. & hîc.

L. VII. SI QVA POENA.

Idem lib. 26. ad Sabinum.

Si qua pœna pater [a] fuerit affectus, vt vel ciuitatem amittat, [b] vel seruus pœnę[c] efficiatur, sine dubio, nepos filij loco [d] succedit.[e]

SVMMÆ.

1 *Emendata litera.*
2 *Ciuitatis amissio.*
3 *Seruus pœna.*
4 *Ius dicendi nullum.*

a P*Ater*) Veteres codices legebant *paterfamiliâs.* † quam lectionem cùm 1
ego iamdiu nouissem, non posse cohęrere, *filiusfamiliâs* aduersus omniũ codicum fidem, legendum confirmaui. ad hæc pene verba. Quid si nos *filiusfamiliâs* legamus? Nam qui paterfamiliâs effectus est, veluti per emancipationem, eoipso filij sui locum perdit: simúlque nepos in potestate retentus eũ occupat. in suitate autem tollenda, mors tam naturalis, quàm ciuilis & emãcipatio æquiparantur. Vnde nec vllum delictum expectandum erat: vt inde sequuta damnatio, nepoti locum filij tribueret. nullius me fateor codicis authoritatem habere, cæterùm hîc non posse paterfamiliâs legi, vel animæ periculo contendere ausim. Hactenus olim. Nunc verò castigatioribus libris euulgatis, quibus *pater*, non paterfamiliâs, legitur: rationibus meis planè satisfactum est: nisi quod Vlpianus, quem principio patrem dixerat, in fine persona mutata, filium vocat.

Vulgatæ literæ emendatio.

a l. amissione. in prin. & §. j. ff. de capi. dimi. §. minor. il lo tit. in Instit.
b l. in seruorũ. §. qui causa. l. quod ad statũ. & l. quidam. ff. de pœn.

b *Ciuitatem amittit*) † Quia sit ei, aqua & igni interdictum: vel in insulam deportatus sit, aut hostis iudicatus.[a] 2

Ciuitatis amissio.

c *Seruus pœnæ*) Quoniam † vel ad bestias damnatus sit, vel in metallum da- 3
tus, vel in opus metalli.[b] nam istiusmodi homines cùm atrocitate sententiæ serui pœnæ efficiantur: libertatem, nedum ciuitatem amittunt.[c]

Seru' pœnæ.

c l. si. ff. de capi. dimi. §. j. illo. tit. in Insti.

d *Filij loco*) Hæc verba, meam sententiam mirè iuuabant. qua admonebam in contextus principio, *filiusfamiliâs*, non paterfamiliâs legendum. alioqui dixisset Vlpianus hîc *loco patris* non loco filij.

d l. si quis posthumos. §. si filium. ff. de libe. & posth.

e *Succedit*) Vnde ne eo prætérito, qui iam locum filij tenet, inutile fiat testamentum, † ab auo instituendus est, aut exhæredandus.[d] nam 4
præteritus vel ciuili iure testamentum diceret nullum[e]: vel lege prætoris adiutus per bonorum possessionem contra tabulas testamentum expugnaret.[f]

Ius dicendi nullum.

e l. si quis filio. ff. de iniust. test.
f l. j. §. si. ff. de bon. possess. cõt. tab.

L. VIII.

L. VIII. PATRE FVRIOSO.

Idem lib. 26. ad Sabinum.

Patre furioſo, liberi nihilominus in patris ſui poteſtate ſunt: Idem & in omnibus eſt parentibus,[a] qui liberos habent in poteſtate. Nam cùm ius poteſtatis moribus[b] ſit receptum, nec poſſit deſinere quis habere in poteſtate, niſi exierint liberi, quibus caſibus[c] ſolent: nequáquam dubitandum eſt, remanere eos in poteſtate. Quare non ſolùm eos liberos in poteſtate habebit, quos ante furorem[d] genuit: verùm & ſi qui ante furorem concepti in furore editi ſunt. ſed ſi in furore agente eo vxor concipiat, videndum an in poteſtate eius naſcatur filius? Nam furioſus[e] licet vxorem ducere non poſſit, matrimonium tamẽ retinere poteſt.[f] Quod cùm ita ſe habeat, in poteſtate filium habebit.[g] Proinde etſi furioſa ſit vxor, ex ea antè conceptus in poteſtate naſcetur. ſed & in furore eius conceptus ab eo qui non furebat, ſine dubio in poteſtate naſcetur: quia retinetur matrimonium. Sed etſi ambo in furore agant & vxor & maritus, & tunc concipiat: partus in poteſtate patris naſcetur, quaſi voluntatis reliquiis[h] in furioſis manentibus. Nam cùm conſiſtat[i] matrimonium altero furente, conſiſtat & vtroque. Adeo autem retinet ius poteſtatis pater furioſus, vt & acquiratur illi commodum eius quod filius acquiſiuit.

SVMMÆ.

1	*Parentes qui.*	6	*Reliquiæ voluntatis.*
2	*Moribus dictio.*	7	*Exequiæ.*
3	*Furor nuptias impedit.*	8	*Buſtum.*
4	*Cauſa ſuperueniẽs nõ tollit iure factũ.*	9	*Pyra & Rogus.*
5	*Generandi impotentia.*	10	*Vlpiani argumentatio impugnatur.*

Parentes qui. 1 a *PArentibus*) † Veluti auo, proauo, abauo, cæteríſque omnibus ſuperioribus in infinitum:[a] cùm de parẽtum commodis & fauore tractetur:[b] alioqui ſequenda foret ſtricta illa vocabuli ſignificatio ſecundum quam parentes tantùm dicti ſunt, vſque ad tritauum.[c]

Moribus dictio. 2 b *Moribus*) † Non ergo lege, S.C. aut alia parte iuris ſcripti, patria poteſtas primum fuit introducta: ſed moribus, hoc eſt iure gentium.[d] quamuis ius illud à priſcis Romanorum receptum, ſingularibus deinde præceptis, & priuilegiis adornatum ius proprium ciuitatis Romanæ factum ſit.[e]

c *Quibus caſibus*) morte putà, vel emancipatione.[f] adoptione item, ac ſumma illa patritiatus dignitate.[g]

d *Ante furorem*) De quibus non tanta erat dubitatio.

e *Nam furioſus*) Antipophora Iuriſconſultus hîc vtitur, aduerſantis ſententiæ rationem proponens.

Furor nuptias impedit. 3 f *Retinere poteſt*) † Furor nuptiis contrahendis eſt impedimento:[h] cùm nuptias conſenſus faciat,[i] qui in furente non cadit:[k] iure tamen contractas non diſſoluit.[l] † Factum quippè legitimè, non ſolet ex ſuperueniente cauſa retractari.[m] Sic & cæcus, cœptum magiſtratum retinet, ad nouum aſpirare prohibitus.[n] & furioſus, qui iudex creari non poteſt, in eodem tamen officio permanet, ſi cùm eſſet iudex furere cœpit.[o] Et generaliter fieri multa prohibẽtur, quę facta vim obtinent.[p] Quáuis ſi ante perfectionem actus obſtaculum aliquod emergat, paruo negotio impediatur, eius conſummatio.[q]

Legitimè facta non retractantur. 4

a l. appellatione parentis. ff. de verb. ſign.
b l. quisque litigandi. §. j. ff. de in ius voc.
c l. vlt. §. parẽtes. ff. de gradib. affin.
d l. libertinus. ff. de rit. nupt.
e l. iij. vbi dixi ſuprà hoc tit. §. ius autem. Inſtit. de pat. pot.
f l. pupillus. in prin. ff. de ver. ſignif.
g §. filiusfa. militàs. §. præterea & §. fin. Inſtit. quib. mod. ius pa. pot.
h l. oratione. in fi. de rit. nupt.
i l. nuptias. ff. de reg. iur. c. cũ locũ. de ſpõſal.
k l. qui ad certum. ff. locat.
l l. furor. & d. l. oratione. ff. de ſponſal.
m l. de eo. in fi. ff. ad l. Corn. de fal. l. iij. C. de interd. matrimon.
n l. j. §. quamuis. ff. de poſtul.
o l. cùm prætor. §. pen. & l. iudex. ff. de iudi.
p l. fin. ff. vnd. lib. c. ad apoſtolicam. de regula.
q l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de recept. arb. l. pluribus. §. & ſi placuit. ff. de verbor. obligat.

Idémque vbi post perfectionem, si tamen superueniens impedimentum
esset defectus vel materialis causæ.[r] vel finalis.[s] † vnde cùm matrimonij 5
finis sit, procreatio liberorum:[t] satis dici potest, impotentiam coeundi, aut
generandi superuenientem, nuptias iam contractas dirimere: quemadmodum contrahendas impediisset.[u]

g *Filium habebit*) Cùm iustæ sint nuptiæ, & in potestate nostra sint liberi, quos ex iustis nuptiis procreauimus.[x]

h *Reliquiis voluntatis*) † Licet furiosus consensum non habeat:[y] nec vlla sit 6
eius voluntas.[z] quasdam tamen reliquias, hoc est vestigia & notas pristinæ
voluntatis (nimirùm eius quæ fuit in eo, priusquàm fureret) Vlpianus hîc interpretatur esse in furioso. qua ratione idem quoque fingit furiosam filiam
consentire, quę per dementiam contradicere non potest.[a] Porrò verò quod
ad reliquiarum nomen attinet, non ignorandum eo nomine in iure nostro
nonnunquàm ossa & cineres, quódque incenso cadauere superest, significari.[b] Olim enim comburebantur cadauera,[f] & cùm ad ignem deferebantur, 7
pompam illam, prisci vocarunt exequias, & funus.[c] Ossa verò, & quæ supererant, cremati corporis cineres, dixerunt reliquias.[d] locum autem in quo cadauer incensum, & crematum erat, vel etiam sepultum † bustum vocârunt, 8
quasi benè vstum.[e] qua allusione seruata, plerúmque exustum cadauer, bustum dicitur. † Pyra, inquit Seruius, est lignorum congeries. Rogus cùm ar- 9
dere cœperit dicitur. Bustum verò, iam exustum vocatur.[f] Sed hæc veluti parerga, subtilior aliquis fortsitan est incusaturus.

i *Nam cùm consistat*) † Hunc locum si vidisset Valla, qui tam acerbè Iuriscō- 10
sultis diem dixit, ab Vlpiano opinor, non temperasset. Etenim ratiocinatur nescio quo pacto hîc Vlpianus ita, si matrimonium vno ex coniugibus furente, non consistit: ergo & vtroque quasi verò non plus possit ad actus destructionem duplex, quàm vnus defectus. Cæterùm quia in vtroque eadem est quæ in vno ratio, arbitror Vlpianum ita argumentatum.

Generandi impotentia. — Reliquiæ voluntatis. — Reliquiæ — Exequiæ. — Bustum. Pyra. — Rogus. — Vlpiani ratiocinatio.

r l. interstip. §. sacrā. ff. illo tit. — s l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. pat. — t c. fi. de cond. appos. — u c. fraternitatis. de frig. & malef. — x l. iij. vbi dixi hoc titu. — y l. qui ad certum. ff. loca. — z l. in negotiis. ff. de reg. iur. — a l. ij. §. vlt. ff. solu. mat. — b l. quidam. ff. de condi. instit. — c l. ij. ff. de in ius vocand. — d d. l. quidam. — e Cic. ij de legi. — f Seruius in 12. Æneid.

L. IX. FILIVSFAMILIAS.

Pomponius lib. 16. ad Atticum.

Filiusfamiliâs in publicis causis, loco patrisfamiliâs[a] habetur. veluti si vel magistratum gerat,[b] vel tutor detur.[c]

SVMMÆ.

1 *Publicum ius.*
2 *Testamentum an publici iuris.*
3 *Filius quando patri imperet.*
4 *Filiusfamiliâs quos actus explicet.*

a *Loco patrisfamiliâs*) Quia † quod attinet ad publicum ius, non attendimus 1
vinculum patriæ potestatis.[a] nec obstat, quod testamenti factio publici iuris sit:[b] in qua tamen efficit potestas patria, ne filius iure testetur.[c] Nam publicum ius hac in re accipio. pro publici muneris tractatione: cùm filiusfamiliâs videlicet agit, vt publica persona. nempè magistratum gerens, aut tutelam:[d] testator autem vt priuatus disponit. † Tametsi ipsa testamenti factio 2
publici iuris dicatur ratione formæ & solemnium.[e] Et quia reipublicæ interest nouissimas hominum voluntates effectum habere.[f]

b *Magistratum gerat*) Filiusfamiliâs iudicare, & magistratum gerere potest.[g] † 3
Quinimò & in priuatis iudiciis, aduersus patrem cognoscere, & iudicare.[h] vnde & filiusfamiliâs in magistratu positus patrem cogit hęreditatem adire, & restituere.[i] Nec est ignota Tauri philosophi sententia, in publicis locis, atque muneribus patrum iura, cum potestatibus filiorum, qui gerunt magistratus collata, conquiescere, paulùlum & conniuere.[k]

c *Tutor detur*) † Filiusfamiliâs potest dari tutor.[l] Neque enim patriæ pote- 4
statis

Publicū ius. — Testamētum an iuris publici. — Filius in patrem iudex. — Filiusfa. quorum actuum capax.

a l. nam quod. in prin. ff. ad Treb. — b l. iij. ff. de test. — c §. j. Inst. qui. non est permis. facer. test. l. qui in pot. ff. de testa. — d l. j. §. pen. de muner. & hono. §. j. de excu. tut. in Insti. — e d. l. iij. — f l. vel negare. ff. quemad. test. aper. — g l. cùm praetor. §. fi. ff. de iud. l. iij. inf. ti. j. — h l. in priuatis. ff. de iud. — i l. ille à quo. §. fi. ff. ad Trebel. — k Aul. Gel. li. ij. noct. Attic. c. ij. — l l. filiusf. ff. de tu. l. Lucius. ff. de admi. tute. §. j. qui test. tut. in Instit.

ſtatis ratio,ſicuti dictū eſt,in publicis cauſis habetur. [m] Atqui tutela,publicū munus eſt.[n] alioqui nequit aliū in ſua habere poteſtate,qui ſui iuris non eſt.[o]

L. X. SI IVDEX.

Vlp.lib.4.ad leg.Iul.& Papiam.

Si iudex [a] nutriri,vel ali [b] oportere pronunciauerit:dicendum eſt,de veritate quærendum, filius ſit,an non. Neque enim alimentorum cauſa, [c] veritati facit præiudicium.[d]

SVMMÆ.

1 *Exceptio rei iudicatæ.*
2 *Filium apud quem ali debeat.*
3 *Præiudicium.*
4 *Præiudicia an ſint exceptiones.*
5 *Præiudicium pro damno.*

Exceptio rei iudicatæ.

1 a SI iudex) † Quoniam in decernendis alicui tanquam filio alimentis,non plenè,ſed ſummatim,ſuper filiatione iudices cognoſcunt.[a] Si iudex aliquem vt filium pronunciauerit alendum,ea res,inquit Vlpianus,non facit veritati præiudicium.[b] Exceptio quippè rei iudicatæ, in alio iudicio incidenter tractatæ, tunc tantum obiici poteſt,cùm negotium plena cauſæ cognitione diſcuſſum eſt.[c] Non item cùm obiter,ſummarim,& perfunctoriè eſt terminatum.[d]

Filius alēdus à patre.

2 b *Nutriri vel ali*) † Filium parentes alere tenentur.[e] Mater quidem vſque ad triennium,[f] & abinde pater:[g] niſi ex cauſa iudex,diuortio facto,apud matrem locupletem morari,ac nutriri filium debere decernat.[h]

c *Alimentorum cauſa*) Hoc eſt iudicium de alimentis,quæ videlicet decreta ſunt alicui,tanquàm filio alimenta.

Præiudicium.

d *Præiudicium*) Neque enim hoc pronunciatur, filium eſſe (quod caſu pro
3 veritate iudicatum acciperetur[i]) ſed filium ali debere.[k] Solet † autem hic dictio *præiudicium*,& alibi ſæpè pro damno ſimpliciter exponi. nam & præiudicare dicimus,pro damno afficere.[l] Quod & ad hunc locum ſatis probabile eſt,dum rem ſubtiliùs percunctemur.

Præiudicare.

Sciendum itaq; iudicium eſſe,quod litem, & cauſam dirimit.[m] Præiudicium verò à præ,& iudicio dictum,iudicium præcedit: & res eſt vt Pædianus docet, quæ cùm ſtatuta fuerit iudicaturis exemplum adfert, quod ſequantur.[n] Vnde & in Iure noſtro, præiudiciorum verbo incidentes illæ cauſarum cognitiones, quæ ante principalem terminari debent, quò commodior via paretur ad primarij & principalis iudicij deciſionem ſignificantur.[o] Quamuis & non incidens quoque quæſtio, ſed ante iudicata, vel aliquo modo ſtatuta, quæ ad præſens iudicium ita pertinet, vt alterutri litigatorum vel prodeſſe, vel nocere poſſit, præiudicium nonnunquam dicatur.

Præiudicia an exceptiões.

4 † Quoniam verò incidentium negotiorum tractatio, ſemper ab eo qui in ius vocatus eſt, & per viam quodammodò exceptionis plerumque obiicitur[p] præiudiciorum tractatum, ſub exceptionum titulo collocârunt.[q] non quòd exceptiones ſint:nam ab exceptionibus præiudicia iuris authores disertè ſeparant:[r] Sed quoniam manifeſtam rei defenſionem,ſicut exceptiones continēt:nihil tamen interim prohiber, quominus actione propoſita quandoque moueantur.[s] Ac proinde actionis verbo,Vlpianus ex Pomponij ſententia,præiudicia contineri dixit.[t] vt mirum minimè debeat videri, ſi inter actiones quoque à Iuſtiniano referantur:[u] cùm actiones ſignificanter dicantur, vbi præſertim necdum lis aliqua cœpta, aut conteſtata erat.[x] Finge enim Pamphilum mouere Titio de hæreditate controuerſiam: & Titium opponere agentem Pamphilum ſeruum ſuum eſſe:Pāphilus præiudicio experietur,vt liber declaretur.[y] In quo

m l.nam quod. ff.ad Trebel.
n §.) Inſtit.de excuſ.tut.
o l.ſic enenier. ff.de adult.
a l.ſi quis à liberis. §. ſi vel parēs ff.de lib. agnoſ.
b In hac l.
c l.ſi autem.§. fin. ff. de nego. geſt. l.ij. C. de ord.cogn.
d l.quod diem. §.ſi rationem. ff.de compenſa. l.j.§.quid ergo. ff.de contr.act. tut.
e l.ſi §.ipſum. C. de bo. quæ lib. d.§. ſi vel parens.
f l.penul.C.de pat.poteſt.
g l.iij. C.de alend.liber.
h l.vni. C.diuor.fac.§.illud. in auth. vt lic. mat. & auiæ collat.8.
i l.ingenuum. ſuprà tit.j.l.res iudicata. ff.de reg.iur.
k l.ſi quis à liberis. §.meminiſſe. ff. de lib. agnoſc.
l l.ſæpè. ff. de re iud.
m c. forus. de verb.ſign.
n Quintil lib. 5.orat. inſt.c.ij.
o l.fin. ff.ſi lib. inge.eſſe dica.l. ſi poſt litem. l. fundum. ff. de except.
p d.l.fi. ff.ſi liber. inge. eſſe dica.
q ff.de excep. præſcr. & præiud.
r in d. rub ff. de exceptio.

ſ l.j.§ per hanc.ff.de re.vend.l.quoties.ff.de probat.l.imperatores.ff.de priuil.cred. t l.actionis.ff.de act. & oblig. u §.præiudiciales.Inſtit.de act. x d.l.quoties.d.l.Imperatores. y d.l.ſi.d.l.quoties.

si obtinebit, hæreditatis persequetur iudicium. Si verò vincatur, sublata erit hæreditatis petitio.[z] Itaque vt eò redeat oratio nostra, vnde digressa fuit, quia præiudicium, eam causæ cognitionem significat, quæ principale iudicium præcedit: quasi ante iudicatum.[a] vt est alimentorum causa respectu iudicij filiationis.[b] docet hîc Vlpianus, id de alimentis iudicium, non facere omninò præiudicium veritati, hoc est, licet iudex aliquem tanquam filium alendum pronuntiauerit: hoc non præbet necessarium exemplum iudicibus, quod id in filiationis iudicio sequantur, quominus si cognoscant, postea eũ filium non esse, contra eum iudicent[c]. vnde similitudine quadam potest significatio latiùs porrigi: vt † præiudicium accipiatur, pro omni damno, & 5
grauamine, quod præcedens iudicium in principali adferre potest. Neque ad hæc ignorandum, ea præiudicia admittenda non esse, quibus iudicia maioris momenti interpellantur.[d] Vnde proposita exceptione ne præiudicium maiori causæ fiat, excluduntur.[e]

z l. ij. C. de ordin. cog.
a l. fi. ff. si lib. ing. esse dica.
b l. pen. C. de pat. pot.
c l. sæpè. ff. de re iud. l. j. C. res inter alios.
d l. per minorẽ. ff. de iud. l. diuus. §. fi. ff. de excep. l. vlt. C. de ord. cog.

Præiudicium pro damno.

L. XI. INVITI.

Modestinus lib. 1. Pandectῶν.

Inuiti filij[a] naturales,[b] vel emancipati, non rediguntur[c] in patriam potestatem.

a l. vni. C. de ingrati. libe.
b l. nepotes. vbi dixi. 5. hoc ti.
c §. generaliter. auth. qui. mod. nat. effi. sui. colla. 7.
d Cic. pro do. sua.
e vt hac l.
f l. iiij. C. de eman. lib. §. fi. qui. mo. ius pa. in Insti.
g l. non potest. inf. ti. j.
h l. si priuatus. ff. qui & à qui.
i l. fi. in pr. ff. de natal. resti.
k l. fi. si à parent. quis fuer. manumiss.
l l. si lenones. C. de epis. aud. l. fi. C. de spect. & scen. lib. 11.
m l. si cui legatum. ff. de cõd. & demon.
n l. nonnunquã cum l. seq. inf. ti. j.

SVMMÆ.

1 *Naturales filij.*
2 *Filius non reponitur inuitus sub iugo patris.*
3 *Pater non cogitur emancipare.*

a Filij) Non ingrati. alioqui, damno immeritæ libertatis, mulctarentur.[a]

b Naturales) † Hoc quoque loco, naturalium verbo demonstrantur,[b] 1
quos naturales, & legitimos dicimus: & qui patriam potestatem aliter quàm per emancipationem exierunt. Nam emancipatos à naturalibus hîc Modestinus segregat.

c Non rediguntur) † Quinimò nec spurij, natalibus inuiti restituuntur.[c] Ius 2
enim, vt M. Cicero scribit, ita à maioribus comparatum est, vt ciuis Romanus, libertatem inuitus nemo possit amittere.[d] Quemadmodum autem filij nolentes in ditionem & iugum patris non reponuntur:[e] ita nec pater inuitus cogitur è manu sua filium emancipando dimittere.[f] siue naturalem, siue adoptiuum.[g] Sicut nec dominus seruum manumittere,[h] nec patronus restitutioni natalium liberti, consentire.[i] Quod regulariter accipi volumus quippè † certis ex causis filium id petentem, pater emancipare compellitur: Vel 3
uti si filium pater contra pietatem malè afficiat.[k] Si filiabus, prostituendi necessitatem imposuerit.[l] Si legatum sibi relictum, vt liberos suos emancipa ret, agnouerit.[m] Denique si arrogatus impubes probauerit è re sua non esse, vt in adoptantis maneat potestate.[n]

Naturales filij.

Filius nõ redigitur in patriã potestatẽ inuitus. Pater quãdo cogatur emancipare.

IOANNES CORASIUS
Iurisconsultus Tolosæ scripsit, dein
Ferrariæ recognouit.

DE

DE ADOPTIONIBVS, EMANCIPATIONIBVS, ET ALIIS MODIS QVIBVS PATRIA POTESTAS SOLVITVR.

TITVL. VIII.

SVMMÆ RERVM.

1 *Adoptionis origo vetustissima.*
2 *Moses adoptatus à filia Pharaonis.*
3 *Theseus adoptiuus Ægei.*
4 *Adoptio cur introducta.*
5 *Viri praeclari adoptati.*
6 *Platonis lex de filijs.*
7 *Adoptio quid.*
8 *Arrogatio & adoptio.*
9 *Adoptio naturæ imitatrix.*
10 *Emancipatio quid.*
11 *Emancipandi formula.*
12 *Fiduciarius pater.*
13 *Emancipare contracta fiducia.*
14 *Patria potestas quomodo tollatur.*

EX personis, quæ alieni iuris sunt, quasdam in patris, quasdam in domini potestate esse, superiore titulo iuris authores ostenderunt. Et ex ijs, quæ parentum ditioni subijciuntur, alias in naturalis, alias in adoptiui patris esse potestate. Quocirca nūc adoptionum tractatum commodissimè applicant. Et vt cognosceremus, quo pacto vinculum illud patriæ potestatis dissolui possit: de emācipationibus quoq;, & aliis modis, quibus tollitur patria potestas, se dicturos pol

Adoptionis origo.
1 licentur. † Adoptionis autem originem & vsum vel ex eo vetustissimum
Mosis adoptio.
2 constat, quòd † à filia Pharaonis, ante annorum tria millia, Mosem adopta- a *Exodi 2.*
Theseus ab Ægeo adoptatus.
3 tum fuisse, sacræ testantur literæ. [a] deinde Hester à Mardocheo, [b] † The- b *Hester 2.*
seum item fortissimum illum Athenarum regem, Herculeæ virtutis æmu-
Adoptio cur introducta.
4 lum ab Ægeo. † Cuiusmodi genus transitus in alienam familiam, magna
ratione veteres introduxerunt, in solatium nempè eorum, qui nullum, aut
sterile matrimonium experti, liberos non habebant, aut habebant, sed degeneres, & improbos, aut debiles, maláque valetudine affectos: ne familiarum dignitas penuria sobolis naturalis periret. Qua ratione Affricanus maior cùm filium haberet minus benè valentem, & gignendis liberis parum idoneum, Pauli Æmilij filium adoptauit, qui postmodum ob deletam fœliciter

Viri clarissimi adoptati.
5 Carthaginem Affricanus minor dictus est. † Sic Augustum, ab Iulio Cæsa-
re: Tiberium, ab Augusto: Traianum, à Cocceio Nerua: Ælium Adrianum, à Traiano: Ab Adriano, Antoninū: & à Iustino, Iustinianum, adoptatos legimus. Ad quæ præclarā orationem prætereundā non cēsui, quam Vlpius Crinitus dux Illyriciani limitis, & Thracij, cùm Aurelianum Cos. à Valeriano Augusto designatū, ac aliis insuper multis ornatum authoramentis,
« adoptare vellet, habuit. Apud maiores nostros (inquit) Valeriane Auguste,
« quod & familiæ meæ amicum, ac propriū fuit ab optimis quibusque in filio-
« rum locum, fortissimi viri, semper electi sunt: vt vel senescentes familias,
« vel fœtus matrimoniis iam caducos, substitutæ fœcunditatis prolis orna-
« ret. Hoc igitur quod Cocceius Nerua in Traiano adoptando: quod Vlpius

Traianus in Adriano: quod Adrianus in Antonino, & cæteri deinceps pro- »
posita suggestione fecerunt, Iam in arrogando Aureliano quem vicarium »
iudicij tui authoritate fecisti, censui esse referendam. Iube igitur, vt lege »
agatur, sitque Aurelianus hæres sacrorum nominis & honoris, totiúsque iu- »
ris, Vlpio Crinito, iam consulari viro. Ipse ac tu Crinite iudice consularis. »
Hoc ille. Túmque inquit Vopiscus, Crinito actæ sunt à Valeriano gratiæ, & »
adoptio vt solebat impleta.[c] † Tam necessarius autem visus est, sapientibus 6
hic adsciscendi liberos modus, vt Plato constituerit, plures masculus filios
habentem teneri omnes præter vnum, quem sibi retineret, ciuibus qui non
haberent, & id postulantibus tradere.[d] † Est itaque adoptio, actus legiti- 7
mus, quo certa persona in filium eligitur, ad solatium eorum qui liberos
non habent inuentus.[e] Qua in re quod plerunque fit, significamus. nam &
qui liberos habent, adoptare quoque possunt.[f] Cæterùm vix euenit, & dif-
ficulter conceditur.† Adoptio generatim accepta in duas species diduci- 8
tur, in arrogationem, & eam quæ in suo nomine generis stat, adoptionem.[g]
Inter quas hæ præcipuæ traduntur differentiæ. Nam arrogatur, qui sui
iuris est: adoptatur verò, qui in alterius est potestate.[h] vnde triuialis il-
le versus.

Arrogo qui suus est, sed habet mens esse necessum
Patris, adopto suum, sed patris permanet idem.

Rursus arrogatio, quæ olim apud populum perquisita primùm causa à colle-
gio pontificum fiebat:[i] hodie quia lege regia, ius omne populi in principem
translatum est,[k] principis authoritatem desiderat: vt scilicet coram eius ma-
iestate,[l] vel ex ipsius indulgentia speciali, ac rescripto fiat.[m] Cùm tamen in
adoptione solius magistratus imperium sufficiat.[n] Deinde si quis liberos ha-
bens se dederit arrogandum, & ipse & liberi eius arrogatoris potestati sub-
iiciuntur.[o] Quod in adoptione non contingit, nam nepotes ex adoptato in
aui naturalis potestate retinentur.[p] Quin & hodie noua Iustiniani constitu-
tione si filiusfamiliàs extraneæ personæ, in adoptionem datus sit, naturalis
patris iura minimè dissoluuntur. Sed ita permanet adoptatus quasi non fuis-
set translatus in alienam familiam.[q] Verùm & cum impubes paterfamiliàs
arrogatur, id non temerè aut inexploratè, sed causa cognita faciẽdum est.[r] † 9
Planè cùm adoptio naturam imitetur: sitque vt Papinianus ait, imago natu-
ræ.[s] In iis tantùm personis locum habet, in quibus & natura habere potest.[t]
Vnde natu maiores à minoribus adoptari nequeunt.[u] Qua ratione M. Cice-
ro probat, Clodium à Fonteio adoptari nequaquam potuisse.[x] Sic quia per
naturam frater ex fratre non procreatur, adoptare quem loco fratris non
possumus.[y] Effectus autem adoptionis est, quia filius adoptatus iura sui hæ-
redis nanciscitur, & cætera omnia in vniuersum quæ haberet, si eundem ar-
rogatori natura filium fecisset.[z] Ad hæc non prætereundum, tertium quo-
que genus adoptionis, in veterum more fuisse, ex testamento scilicet. Nam
C. Octauius testamẽto Cæsaris in eius nomen, familiámque adoptatus est.[a]
Constat item Liciniæ filium, Crassi testamento adoptatum.[b] à quo adoptã-
di modo, non abhorret mos, quem plerique plus æquo, vt mihi quidem vi-
detur, curio si hodie seruant: hæredem aliquem instituentes, si suum nomen,
& gentilia insignia ferant.† Porrò autẽ emancipatio cuius posterior rubricę 10
pars meminit, est solennis quædam è manu, id est potestate nostra, filiorum
dimissio.[c] Fiebat † autem olim per imaginariam venditionem. Etenim na- 11
turalis pater, apud prætorem præsentibus septem testibus, & libripende, pa-
tri fiduciario, qui loco emptoris erat, & à quo pretij nomine, nummos ali-
quot recipiebat: eidem certis in eam rem prolatis verbis mancipabat: trade-
bátque filium, quem sic emptum,† fiduciarius pater, velut seruum suũ dein- 12
de manumittebat.[d] Et hoc est quod Paulus ait, emancipari neminem posse,

Platonis lex de filiis.

Adoptio quid.

Adoptionis diuisio.

Arrogatio.

Adoptio naturæ æmula.

Adoptionis effectus.

Adoptionis tertia species.

Emancipatio qd.

Emancipandi formula.

Pater fiduciar.

c Fla. Vopiscus. in Aureliano.
d Plato li. 9. de legi.
e l. quæsitum. §. hoc ti. Theoph. §. j. de adop. in Instit.
f l. nec ei. §. præterea. hoc ti.
g l. j. hoc ti. §. adoptio. Inst. de adopt.
h l. ij. hoc ti. & d. §. adoptio.
i Cice. pro domo sua. Gell. li. 5. c. 19.
k l. j. ff. de constitu. princip.
l d. l. ij. d. §. adoptio.
m l. ij. l. arrogationes. C. de adopt.
n d. l. ij. d. §. adoptio.
o l. qui ex liberis. §. si testamento. ff. de bo. poss. secun. tab.
p l. ij. l. si paterfa. l. arrogato. infrà hoc ti.
q l. cum in adoptiuis. C. de adopt. §. sed hodie. illo titu. in Institu.
r l. si paterfamil. l. nec ei. § j. infrà. hoc ti. §. cũ impubes eo. titu. in Insti.
s l. filio quẽ. ff. de lib. & posth.
t l. adoptio. infrà hoc tit.
u §. minorẽ de adoptio. in Inst.
x Cic. pro domo sua.
y l. nec apud. C. de hæred. Inst.
z d. l. cum adoptiuis. §. sed ne articulum. & §. sed pen.
a Tranquil. in Cæsa.
b Cic. de clar. orat.
c §. præterea Inst. quib. mo. ius pa. pot.
d Tit. Caius lib. j. Insti. c. 6. Boet. li. iij. in Top. Cicer.

qui

Emancipare contracta fiducia.

Patria potestas quomodò tollatur.

13 qui non sit in imaginariam seruilem causam antè deductus.[e] † Hæc est præterea emancipatio, quam contracta fiducia, Iustinianus fieri dixit.[f] Verùm hæc superstitiosa solemnium obseruatio Anastasij primùm, deinde Iustiniani lege sublata fuit.[g] quippè constituit Anastasius satis esse rescriptum de emancipatione à principe impetrari: eiúsque authoritate apud competentes magistratus emancipationem fieri.[h] posteà Iustinianus sine etiam rescripto, liberè posse liberos apud magistratum competentem emancipari constituit.[i]
14 † Verùm enimuerò potestatis patriæ dissolutio non tantùm emancipatione contingit, sed etiam morte tam naturali, quàm ciuili, eius in cuius potestate liberi existunt.[k] Captiuitate item si parens scilicet, ab hostibus captus fuerit.[l] quod nos suprà tractauimus.[m] Prætereà per summam illam patriciatus dignitatem, filiosfamiliàs collotam.[n] Et hodie nouella lege Iustiniani per consularem,[o] & episcopalem.[p] quos omnes penè modos, Iustinianus diligenter exequitur.[q] Et Pomponius breuissimè complexus est, cùm ait, quem desinere in patris potestate esse, vel morte, vel emancipatione, vel lege lata.[r]

L. I. FILIOSFAMILIARVM.

Modestinus lib. 2. regularum.

Filiosfamiliarum [a] non solùm natura, verum & adoptiones [b] faciunt. quod adoptionis nomen est quidem generale: in duas autem species diuiditur: quarum altera adoptio similiter dicitur: [c] altera arrogatio. Adoptantur filijfamiliarum, arrogantur qui sui iuris sunt.

SVMMÆ.

1 *Filijfamiliàs qui.*
2 *Adoptatus transit in aliam familiam.*
3 *Adoptatus ab adoptante nomen capit.*
4 *Generis nomen ad speciem contrahitur.*
5 *Iustitia continet virtutes omnes.*

Filijfamiliàs.

Adoptat' migrat in alienam familiã.

Adoptat' nomẽ ab adoptãte capit.

1 a Filiosfamiliârum) Quo verbo † significantur, qui adhuc in parentis ditione, & potestate sunt.[a]

b *Adoptiones*) filios sola natura facit.[b] quippè filium eum definimus qui ex
2 viro & vxore nascitur.[c] † filiosfamiliàs verò facit adoptio,[d] quæ genus est
3 transitus & commigrationis in alienam familiam.[e] † vnde & adoptatus vetusto Romanorum more, ab adoptante nomen accipiebat.[f] Quocirca Octauius à Iulio Cæsare adoptatus, post eius necem, ab exercitu Brundusij Cæsar dictus est. eodémque tẽpore paternum nomen amisit.[g] Quandoque tamen ex prioribus nominibus vnum conseruabat. Vt cùm T. Pomponius Atticus à Q. Cæcilio auunculo suo adoptatus Q. Cæcilius Pomponianus dictus est.[h] Sanè & in adoptiuum filium, vt in naturalem ius vitæ, & necis olim pater habuit.[i]

Generis nomẽ ad speciem contractũ.

Iustitia omnes virtutes continet.

4 c *Similiter dicitur*) † Et ita nomen proprium non assumit, sed in antiquo nomine generis permanet. Nec nouum in iure nostro generis nomen, ad suam
5 speciem contrahi: vt in iure ciuili videre est.[k] Item † in iustitia, quæ vna virtutum est, cùm tamen generatim accepta, virtutes omnes complectatur.[l] Idem quoque in verbo cognatorum: quo specialiter demonstrantur per lineam masculinam coniuncti, quamuis generali appellatione agnati quoque cognati dicantur.[m] Sic in iurisdictione, credito, pœna, pacto, transactione, & aliis id genus sexcẽtis quæ singulatim percẽsere, operæ pretiũ non arbitror.

e l. liberos. §. j. ff. de c p. dimi.
f §. fi. Insti. de legi. agna. suecess. dixi lib. 6. Miscella. c. 9.
g l. pen. & fi. C. de emancip. li.
h d. l. penul.
i d. § fi. de leg. agna. succes. d. l. fi.
k §. cum autẽ qui... o ius pat. pot.
l l. j. §. si pẽdeat. ff. ad Mace. §. si ab hostibus. Inst. quib. mod. ius pa. po.
m In rub. de us qui sunt sui.
n §. filius f. Inst. qui. mo. ius pa. pot.
o §. illud. in authen. Cost. qua de dig. col. 6.
p Aut. sed episcopalis. C. de epis. & cler.
q d. ti. qui. mo. ius pat. po.
r l. pupillus. ff. de ver. sign.

a l. nam ciuiũ. §. ti. j.
b l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur.
c l. filium. suprà ti. j.
d vt bae l.
e l. qui ex liberis. § si testamẽte. ff. de bone. pos. secun. tab.
f Appia. li. 3. bello. ciuil.
g Appia. vbi. suprà.
h Dion. li. 52.
i Cicer. pro do. sua. Gell. libr. 5. noct. Attica. c. 19.
k l. 4. §. his legibus. ff. de ori. iur.
l §. j. in auth. vt omnes obe. iud. pro. col. 5. dixi in rub. ff. de iusti. & iur.
m l. sunt autem. ff. de leg. tu. l. inter agnatos. ff. vnde legit. dicam l. qui in adoptionem. infrà hoc titu.

L. II. GENERALIS.

Caius lib. 1. Institutionum.

Generalis enim adoptio,[a] duobus modis fit, aut principis authoritate, aut magistratus imperio.[b] Principis authoritate [c] adoptamus eos qui sui iuris sunt: quæ species adoptionis dicitur arrogatio. quia & is [d] qui adoptat, rogatur, id est interrogatur,[e] an velit eum quem adoptaturus sit, iustum[f] sibi filium esse: & is qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur. Imperio magistratus[g] adoptamus eos qui in potestate parẽtis sunt: siue primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia: siue inferiorum, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis. Illud vtriúsque adoptionis commune est, quòd & hi qui generare non possunt,[h] quales sunt spadones,[i] adoptare possunt: castrati verò non possunt. Hoc verò proprium est eius adoptionis, quæ per principem fit,[k] quòd is qui liberos in potestate habet, si se arrogandum dederit, non solùm ipse potestati arrogatoris subiicitur: sed etiam liberi eius,[l] in eiusdem fiunt potestate,[m] tanquam nepotes.[n]

SVMMÆ.

1 *Imperium.*
2 *Adoptio apud quem & quomodò fiat.*
3 *Comites Palatini.*
4 *Rogatio populi.*
5 *Interrogari debet dignior.*
6 *Arrogatio & adoptio.*
7 *Eunuchi in deliciis.*
8 *Spadones qui.*
9 *Castrati an Spadonum verbo contineantur.*
10 *Thlibiæ.*
11 *Subijciens se alteri, bona in eum transfert.*
12 *Tiberius ab Octauio adoptatus.*

a GEneralis adoptio) Hoc est adoptio in genere sumpta. quam Modestinus iamiam in duas species partitus est. Quarum altera, arrogatio est, altera proprio nomine carens, generis sui nomen mutuatur.[a]

b *Imperio*) † Imperium hic (vt aliâs in iure sæpè) publicam illam vim, potestatem, & authoritatem, quæ est apud magistratum significat.[b] 1 Imperiũ.

c *Principis authoritate*) † Olim apud populum fiebat arrogatio.[c] percunctata primùm diligenter adoptionis causa, & generum, dignitatis, factorúmque ratione, à collegio pontificum.[d] post translatum verò imperium, à populo in Cæsarem apud principem ipsum: coram quo, vel ex eius indulgentia, ac rescripto solet arrogatio fieri.[e] tantæque est authoritatis, ac si iure antiquo apud populum facta fuisset.[f] Quoniam verò principem conuenire difficilimum est, & quæ à solius principis authoritate pendent, impossibilia penè iudicantur:[g] clarissimis viris huiuscemodi munus princeps demandare solet: quos vulgò † Comites Palatinos dicimus.[h] 2 Adoptio apud quẽ fiat. 3 Comites palatini.

d *Quia & is*) Aliam tamen etymologiam Gellius ex veterum monumentis affert.[i] quia videlicet genus hoc commigrationis in alienam familiam, per populi rogationem, ad hunc propè modum fiebat. *Velitis † iubeatis Quirites vti L. Titio tam iure legéque filius sibi fiet, quàm si ex eo patre, matréque familiâs, eius natus esset. vtique & vitæ, necísque potestas fiet, vti parendo filio est. hoc ita vt dixi, ita vos Quirites rogo.* Ad quam formulam respexisse videtur Diocletianus cùm ait: factam ex indulgentia principis arrogationem perinde valere, ac si apud populum iure antiquo facta esset.[k] Nec dubium, quin Caij Iurisconsulti nostro seculo, vetus ille mos rogationum iandiu ab vsque Tiberij Cæsaris tempore, exoleuisset: vt minimè mirùm debeat videri, si Caius ipse, setem- 4 Rogationis in adoptione formula.

a l. j. §. hoc tit. §. adoptio. de adop. in Inst.
b l. vlt. ff. de offic. procons. l. ij. ff. de in ius voc. l. cùm prætor. §. j. ff. de iud. dixi l. imperium ff. de iurisd. om.
c Gell. lib. 5. noct. Att. c. 19.
d Ci. pro domo sua.
e l. ij. l. arrogationes. C. de adopt.
f d. l. ij. in fi.
g l. apud Iulianum. §. fi. ff. de leg. j.
h Alex. l. j. ff. de offici. eius.
i Gell. lib. 5. noct. Attica. c. 19.
k l. ij. in fi. C. de adoptio.

ſe tempori accommodans etymologia vſus ſit, non vetuſtiore ſeculo, ſed
ſuo magis conuenienti.[l]

Dignior interrogãdus.

5 e *Interrogatur*) † Hinc collige, cùm duo pluréſve ſunt interrogandi, à di-
gniore incipiendum. Semper enim voluit lex amplioris dignitatis homi-
nem inferiori præferri.[m] vnde & eorum morem probo, qui in dandis con-
ſiliis, & litibus iudicandis, priùs loqui iubent antiquiores, & ad experientiam
citatos.[n] Generaliter namque dicimus, iis ſemper, & vbique deferendum,
eorúmque primam eſſe cauſam qui maiori dignitatè refulgent.[o]

f *Iuſtum*) Id eſt verum & legitimum.[p]

Arrogationis & adoptionis differentia.

g *Magiſtratus*) Quoniam hominem ſui iuris alterius ſubiicere poteſtati
6 magnum eſt, & arduum negotium, ac fermè contra naturam,[q] † in arroga-
tione, lex principis authoritatem deſiderauit: in adoptione verò ſufficere
voluit magiſtratus imperium.[r] Cùm enim per hanc adoptentur, qui ſunt
adhuc in ſacris patris, aui, aut alterius aſcendentis,[ſ] non inducitur tam grauis
mutatio: ſed fit tranſitus duntaxat de parente naturali & conſentiente ad ci-
uilem & legitimum. Vt cùm ante filium ille haberet in poteſtate, nunc hic
habeat.

Eunuchorum varia natura.

7 h *Generare non poſſunt*) Non omnes eunuchi, rei venereæ abſtinentes ſunt.†
Nam & nonnulli coëunt, licet non generent: quibus olim pleráſque mu-
lieres, quæ non concipere, ſed iniri cupiebant, vſas fuiſſe, Satyricus con-
queritur.[t]

Sunt quas Eunuchi imbelles, ac mollia ſemper
Oſcula delectent, & deſperatio barbæ.
Et quòd abortiuo non eſt opus.

Qua de re etiam memini Martialem feſtiuiſſimum quoddam, ſed obſcœ-
num diſtichon conſcripſiſſe.[u]

Cur tantùm Eunuchos habeat, ſua Gellia quæris:
Pannice vult futui, Gellia non parere.

Eunuchi in delitiis habiti.

Commendatur multis nominibus Alexander Seuerus: ſed eo potiſſimùm,
quod eunuchos quos Heliogabalus, & in conſiliis turpibus habebat & pro-
mouebat, de miniſterio ſuo abiecerit: & amicis addito elogio donauerit: vt
ſi non ad bonos mores rediiſſent, eoſdem liceret occidi ſine authoritate iu-
dicij: Tertium id eſſe genus hominum dicens, nec videndum nec in vſu ha-
bendum, à viris vixque à fœminis nobilibus.[x]

Spadones

8 i *Spadones*) † Spadones propriè dicuntur, quibus meatus ſeminis ita diſtor-
tus eſt, vt ſemen ferri nequeat. Idque comprobari ipſa curatione medico-
rum doctiſſimus Galenus ſcribit. Nam vinculo illo abſciſſo generant.[y] à
qua ſententia Theophilus noſter non abhorret:[z] Spadones eos appellans
qui propter vitium aliquod, aut membrorum genitalium frigiditatem libe-
ris operam dare nequeunt: ſed eo ſublato liberos ſuſcipere poſſunt. Itaque
quoniam coire poſſunt: & is eis ſpes eſt, vt generent,[a] vxores ducunt: &
poſthumos inſtituunt hæredes: non item caſtrati.[b] Hi adoptare poſſunt, ca-
ſtrati non poſſunt.[c] cùm de his nulla ſpes ſit, vt liberis vnquam dent ope-

Caſtrati.

9 ram.[d] † Sanè verò, ſpadonum generalem eſſe appellationem Vlpianus do-
cet, eóque nomine contineri, tam illos qui natura, quàm alia quacunque ra-
tione ſunt inhabiles ad generandum:[e] vt minimè ſit ambigendum, quin hac

Thlybiæ.

10 ſignificatione accepta, & Thlybiæ, † hoc eſt quibus à nutrice attriti ſunt te-
ſticuli,[f] & caſtrati, Spadonum verbo veniant.[g] nec vllum penè ſit inter Spa-
dones & eunuchos diſcrimen. Nam eunuchorum quoque nomine caſtra-
tos, & non caſtratos contineri, certum eſt.[h] Alios enim eunuchos natura fa-
cit, alios vis hominum, alios propria voluntas.[i] Dicuntur autem propriè ca-

Caſtrati.

ſtrati, quibus exſecta ſunt, & amputata virilia,[k] qui non adoptant: cùm nul-

l Andr. Alcia. li. 9. Parer. c. 5.
m l. ſi. ff. de fi. inſtr.
n l. vlti. C. de præf. præto. lib. 12. c. j. vbi Bal. de contro. feu. apud. par. ter. in feud.
o l. vlt. ff. de al. bo ſcri. c. antiqua de priuile.
p l. Paulus. l. ſe primo. ff. de ſta. ho.
q l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iur. Inne. c. cum P. de fi. inſtru.
r §. adoptio. de adop in Inſtit. & hic.
ſ d. §. adoptio. & hic
t Iuuen. ſaty. 6.
u Mart. li. 7. epigramma.
x Lamp. in Alex. Seuero.
y Galenus li. 19. de vſu part.
z Theophil. §. ſed illud Inſt. de adopt.
a l. Pomponius. in fi. ff. de ædil. edict.
b l. ſi ſerua. §. fi. ff. de iur. dot. l. ſed eſt quæſitũ. §. j. ff. de li. & poſth.
c d. §. ſed illud. & hic.
d d. l. ſi ſerua. §. fi.
e l. ſpadonum. ff. de verb. ſig.
f d. l. ſpadonũ.
g d. l. Põponius in fi. cũ l. ſeq. d. l. ſi ſerua. §. fi.
h l. eunuchos. C. qui teſta. fa. poſ. c. eunuch°. 55. diſtin.
i c. qui ſi. tit. 23. q. 5. Matt. 19.
k l. ſi ſeruus plurium ff. ad l. Aqui. l. iij. & iiij. ff. de ſicar.

la sit, vti dixi, in his spes suscipiẽdæ prolis.[l] Spadones verò quia vitio quo tenentur cessante, liberos gignere possunt, in adoptionem tam filiumfamiliâs, quàm eum etiam qui sui iuris est, rectè accipiunt.[m] spectata magis natura quàm temporali vitio.[n] atque hinc nostri Caij verba lucem recipiunt. vt quod ait Spadones generare non posse, intelligi debeat, quandiu vitio illo possidentur. Nam eo sublato, vt ex Galeno quoque probauimus, liberos gignere possunt.[o]

lz *Per principem*) Aliud in ea certè, quæ fit magistratus imperio, per quam filiusfamiliâs adoptatur, qui cùm nullos in sua potestate liberos habere possit.[p] nec item poterit eosdem alterius ditioni subiicere.[q]

l *Sed & liberi*) Idem ab Vlpiano[r] Iustinianóque[s] traditum extat. quod non similiter inquit Modestinus in adoptione contingit. Nam nepotes ex adoptato in aui naturalis retinentur potestate.[t]

m *Sunt potestate*) † Quia qui se præbet atrogandum cum capite fortunas 11 quoque suas, in familiam & domum arrogatoris transfert:[u] Vnde adnotare licet quòd si alicuius potestati me committo, in eius quoque ditionem omniá mea transfero.[x] Nec obstat quod de vxore nonnulli obiiciunt. Nam ea vt socia, & particeps obsequijque coniugalis ratione se committit: ideóque non trãsfert in maritum bona parapherna: quinimò nec illorum administrationem.[y]

Potestati alterius addictus ei quoque bona addicit.

n *Tanquam nepotes*) † Vnde Cæsar Augustus cum Liuiæ suæ magis impulsu 12 quàm suapte voluntate priuignum Tiberium Neronem adoptare decreuisset, vt eum imperij Romani successorem faceret. non prius id agere voluit, quàm Tiberius Germanicum fratris sui Drusi filium adoptasset:[z] vt vterque in parentis Augusti potestatem iret: ille tanquam filius, hic tanquam nepos.[a]

Tiberius ab Octauio adoptatus.

l d. l. si serua. §. fi. m §. sed illud Inst. de adopt. & ibi. n l. si quis Posthu nos. in prin. ff. de libe. & posth. o Galenus li. 15. de vsu partiũ. p l. si emeset. ff. de a tul. l. na eorum. §. II. j. q l. nemo potest ff. de reg. iur. r l. si paterfa. in prin. hoc ti. s §. illud Inst. de adopt. t l. arrogato. in prin. hoc tit. u l. qui ex liberis. §. ex testa. ff. de bo. poss. secun. tab. x §. illud quoque in auth. de mona. col. j. aut. ingressi. C. de sa. sanct. eccle. y l. hac lege. C. de pact. conuẽt. z Suet. in Tiberio. a l. illud. de adop. & dicta l. si paterfa. hoc ti.

L. III. SI CONSVL,

Paulus lib. 4. ad Sabinum.

Si consul vel præses filiusfamiliâs[a] sit, posse eum apud semetipsum[b] vel emancipari,[c] vel in adoptionem dari constat.[d]

SVMMÆ.

1 *Filiusfamiliâs magistratum gerit.*
2 *Priuata negotia.*
3 *Consul patris potestate liberatur.*
4 *Magistratus quando de re propria cognoscat.*
5 *Officio duplici quando quis fungatur.*

a *Filiusfamiliâs*) [1] Potest filiusfamiliâs, consul & præses esse, & alium quem- 1 cunque magistratum gerere.[a]

Filiusfami. magistratum gerere potest.

b *Apud semetipsum*) Cùm enim adoptio & emancipatio ex mutua parentum ac liberorum voluntate proficiscantur:[b] nihil admodum refert, cuius magistratus authoritate negotia istiusmodi gerãtur[c]: quæ † ideò priuata di- 2 xisse mihi videtur Africanus, quia scilicet de re priuata sint, & familiari, nec ad alium pertinente.[d] In quibus proinde subiungit patrem in causa filij, contráque filium in causa patris, iudicem esse posse. Cùm tamen alioqui constet neminem in sua, suorúmve causa iudicem idoneum esse.[f] Sed de iis alibi commodiùs.

Priuata negotia.

c *Emancipari*) † Hoc ad consulem hodie referri non potest: licet enim nec- 3 dum hoc iure consulatus, quem patris eximeret potestate:[g] Nouella tamen Iustiniani constituit infulis consularibus honoratum, ipso iure patria pote-

Consulatus quem patria potestate eximit.

a l. cũ prætor. §. si. ff. de iud. l. filiusfa. vbi dixi ĩ. tit. j. b l. si. ĩ. tit. j. c l. 1. ff. de offi. proconsul. l. ij. ff. de offic. præsid. d l. in priuatis. ff. de iudi. e d. l. in priuatis. dixi libr. iiij. Miscell. cap 9. f l. qui iurisdictionem vbi dixi. ff. de iurisd. l. vnic. C. ne quis in su caus. g §. filiusfamiliâs. Instit. quib. mod. ius par. pot. sol.

ſtate liberari:[b] ita tamen vt nihil inde filio decedat de commodis, quæ haberet, ſi in ciuitate manſiſſet,[i] ne dignitas ſit ei damnoſa,[k] néve in eius odium, & detrimentum conuertatur, quod lex in gratiam & ſingulari prærogatiua indulſit.[l]

Magiſtratus quando in re propria cognoſcat.

4 d *Dari conſtat*) † Non tamen ipſe tutorem ſe dare poteſt, aut ſpecialem iudicem.[m] nec compromiſſarius item ex ſua ſententia fieri.[n] Sed cùm vnus duorum vicem ſuſtinere prohibeatur,[o] quî fieri poteſt, vt conſul, aut præſes emancipati aut adoptati, magiſtratúſque authoritatem præſtantis munere fungatur? Tu dic emancipationem & adoptionem actus eſſe voluntariæ iuriſdictionis: hoc eſt qui à iudice inter volentes duntaxat exercentur, & ſuper eo in quod ab illis mutuo conſenſum eſt.[p] Cuius ideo iuriſdictionis exercitium liberæ iudicis poteſtati lex committit, nihil ad iudiciariam normam exigens,[q] quapropter in contentioſa iuriſdictione quæ in inuitum redditur:[r] aliud omnino dicendum eſſet.[f] † Neque præterea duplici vetatur quis officio, regulariter fungi:[t] niſi repugnet vnius exercitium alteri:[u] aut vtrique ſine reipublicæ incommodo ſimul intendi nequeat.[x] Veluti in eo qui duobus magiſtratibus aſſidere vult.[y]

Officio duplici quando quis fungatur.

5

b l. ſi. C. de decuri. lib. 10. §. illud in auth. conſti. de digni. col. 6.
i d. §. illud.
k l. ſi longius. §. j. ff. de iudic.
l l. quod fauore C. de legib.
m l. vlti. ff. de offi. prætor. l. præſes. iuy. ff. de offi. præſ.
n l. prætor. ff. de tutor. & cura. dat.
o l. ſi plures. ff. de pact.
p l. y. de officio procon.
q l. y. ff. de off. præſid. d. l. y.
r l. inter ſtipulanten. §. ſacrā ff. de ver. obli.
ſ l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Treb.
t l. fiſtulas. §. j. ff. de contr. emp. l. iij. ff. de ritu nup. l. accipientis. ff. de autho. tutor.
u l. quiſquis. C. de poſtula.

L. IIII. MAGISTRATVM.

Modeſtinus lib. 2. regularum.

Magiſtratum,[a] apud quem[b] legis actio[c] eſt, & emancipare filios ſuos, & in adoptionem dare apud ſe[d] poſſe, Neratij ſententia eſt.

SVMMÆ.

1 *Magiſtratus qui.*
2 *Relatiuum quis.*
3 *Duumviri.*
4 *Lege agere.*
5 *Legis actio.*
6 *Legatus non habet legis actionem.*
7 *Ceſſio in iure.*
8 *Patris & filij perſona.*

Magiſtratus quis.

1 a M*Agiſtratum*) † Magiſtratus verbo ſicut alibi larga manu docui, ſignificatur is qui authoritatem iuris dicendi, & publicè imperandi habet,[a] ſic dictus, vel quòd magiſtret, id eſt moderetur cæteris,[b] vel quod magis cæteris poſſit: factus nimirum per imperium & authoritatem publicam potentior, quàm priuatus.[c]

Relatiuū quis. Duũviri.

2 b *Apud quem*) † Relatiuum quis, vt per manus vulgò traditur, præcedentia reſtringit.[d] Vnde cùm dicat Modeſtinus noſter, *apud quem*, aperte ſentit, non omnes magiſtratus legis actionem habere:[e] veluti municipales, etiam

3 ſi ex† duumviris ſint (quos tamen ſummum honorem, in municipiis habuiſſe conſtat)[f] niſi hoc eis municipij lex, vel longa dederit conſuetudo.[g] Nec me mouet quod Valentinianus ait, municipiorum magiſtratus conficiẽdorum actorum poteſtatem habere.[h] Nam ea poteſtas, longè diuerſa eſt, adeóque minor & inferior actione legis.

Lege agere.

4 c *Legis actio*) † Lege agere, eſt ſecundùm legem iudiciariè aliquid facere & exequi.[i] Vnde Lictores ipſi dicuntur lege agere, cùm ex officio magiſtratuum exequuntur iuſſa. Et Fuluius, inquit Liuius, ita eſſe ratus acceptas literas, neque ſolutas, cùm in gremio repoſuiſſet, præconi imperauit vt lictorẽ lege agere iuberet.[k] Et paulò poſt, ſub hæc dicta iuſſu proconſulis, præconẽ ita pronuntiaſſe, lictor viro forti, adde virgas, & in eum primum lege age.[l] Similiter actor lege agere dicitur qui actionem ex legum præſcripto inten-

x l. hac parte. C. de prox. ſac. ſcri. li. 12.
y l. vlt. C. de aſſeſſ.
a Ariſto. lib. iij. politic. c. 1.
b l. j. §. eodẽ tempore. ff. de orig. iur.
c l. cùs præcipua. ff. de orig. iur.
c l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur.
d l. ea tamen. ff. de leg. iij.
e Paul. lib. 11. ſenten. ti. 26.
f l. j. ff. de alb. ſcri. l. duumvirum. C. de decur. lib. 10.

g l. j. C. de emanci. lib. l. magiſtratibus. vbi dixi. ff. de iuriſdict. h l. y. C. de magiſt. municip. i l. Barbarius. ff. de offi. prætor. k Liuius lib. 26. l Liuius vbi. ſ.

Actor plus petens.

dit & exercent.[m] Alter, inquit M. Cicero, plus lege agendo petebat, quàm quãtum lex in xij. tabulis permiserat, quod cum impetrasset, causa caderet.[n] Rursus eodem loco. Cùm egisset lege in hæreditatem paternam, testamento exhæres filius, quæsitum est de iure ciuili, possétne paternorum bonorum exhæres esse filius.[o] Et Chremes Terentianus ad Phormionem, qui vnam iniuriam, hoc est iniuriarum actionem, cum illo esse dixerat: *Lege agito ergo*, inquit, hoc est vt alibi loquitur, scribito mihi dicam, seu actionem tuam iure legibus constituto, intende.[p] Indeque pars illa iuris, quæ docebat olim legitimam agendi seriem, & certam solemnémque verborum formulam, secundum quam à pontificibus acceptam litigatores experirentur, fuit appellata† 5

Legis actio. Lege agi.

Legis actio.[q] Itidémque lege agere, quatenus ad iudicem verba referimus, significat ex formula, & præscripto legum cognoscere, iudicare, ac decernere.[r] Vnde lege agi, vt opinor ego, id olim significabat, quod nunc ius à magistratu reddi, aut iudicium exerceri dicimus. Ciuile ius (inquit Liuius de Cn. Flauio verba faciens, qui fastos patefecit) repositum in penetralibus pontificum euulgauit: fastósque circa forum in albo proposuit, vt quando lege agi posset sciretur,[s] Et M. Cicero idem argumentum tractans, posset agi lege necne pauci quondam sciebant. Fastos enim vulgò non habebant. Erant in magna potentia qui consulebantur, à quibus etiam dies tanquam à Chaldæis petebantur. Inuentus est scriba Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & ab ipsis cautis Iurisconsultis, eorum scientiam compilarit.[t] Hanc meam quoque sententiam poetæ verba indicant.[u]

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur:
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Quippe tria illa verba, quæ prætori statis diebus fari licebat, hæc erant, *Do, Dico, & addico.*[x] idque præcipuum eius fuit munus, vt actori agendi potestatem faceret, actionem ei præstituens,[y] qua vteretur. Itaque legis actio nomẽ inde mihi accepisse videtur: quæ sicut ex prædictis perspicuum fit, apud eum magistratum esse dicitur, qui liberum habet & plenum iurisdictionis, vel voluntariæ vel contentiosæ (secundum tamen quod leges censent) exercitium: apud quem ideo quacunque actione experiri possumus.[z] Et ideo responsum est, apud proconsulem vrbe egressum, licet necdum prouinciam applicuerit, manumissiones, & adoptiones fieri posse,[a] cùm simul atque ciuitatem Romanam egressus est, iurisdictionem habeat voluntariam.[b] † Apud 6

Legatus an legis actionem habeat.

legatum verò proconsulis, necdum ingresso prouinciam proconsule, nec manumitti, nec adoptari posse quenquam, quod apud eum videlicet, non sit legis actio,[c] Hoc est, libera iurisdictio, vtpote quæ nondum à proconsule potuerit ei mandari:[d] neque possit, nisi apud eum penes quem est, plena legis actio istiusmodi actus confici.[e] Id quod ex Marcellino quoque demonstrari potest. Mamertino consule, inquit, ludos edento, manumittendis de more introductis ipse lege agi dixerat, vt solebat: statímque admonitus, iurisdictionem eo die ad se non pertinere,[f] &c. Meminit quoque Caius, alterius cuiusdam legis actionis, quæ tum in vsu erat, cùm † cessio in iure fieri dicebatur.[g] Eiusce rei formam alibi iuniores 7

Cessio in iure.

exponunt:[h] & nos paulò ante affatim enarrauimus:[i] in præsentia sufficere existimantes, elegantissima de hac re Boetij verba suscribere. Cessio in iure, » inquit, hoc modo fit apud magistratum populi Romani, vel apud præto- » rem, vel apud præsidem prouinciæ, is cui res in iure ceditur, rem te- » nens, ita vendicat, *hunc ego hominem ex iure Quiritum meum esse aio.* Deinde » Prætor interrogat, qui eum cedit, an contra vindicet: quo negante aut tacente ei qui vindicauerit, rem addicit. Idque legis actio vocabatur. Hactenus ille.[k]

d *Apud se*) Si enim magistratus potest apud seipsum emancipari, vel in

ad-

m d. l. Barbarius.
n Cic. lib. j. de orat.
o Cic. vbi. s.
p Terent. in Phormione.
q l. ij. §. deinde ex his. ff. de origin. iur.
r l. j. C. adopt.
s Liuius lib. 9.
t Cic. pro Murena.
u Ouid. lib. j. Fasto.
x Macrob. li. j. Saturn. c. 16.
y l. velut. ff. de verb. obli. Cic. pro Cluent.
z l. iij. ff. de offi. procons. l. j. ff. de offi. iur. Alexand. & hic.
a l. ij. in prin. ff. de offic. procon.
b l. apud procõsulem. ff. de manumiss. vindic.
d. l. ij.
c d. l. ij. & iij. ff. de offi. procon.
d l. obseruare. §. fi. ff. de offic. procon.
e l. j. C. de adop.
f Amm. Marcell. lib. 14. rer. gesta.
g Tit. Caius. lib. ij. instit.
h Guliel. Bud. l. ij. §. & cum placuisset. ff. de orig. iu. Alciat. l. pecuniæ. §. actionis. ff. de ver. signi.
i l. iiij. §. vlt. ff. de stat. homi.
k Boet. in Topic. Cice.

adoptionem dari: [l] multò magis filios suos poterit apud se dare in adoptio-
8 nem, vel emancipare. [m] † Vtcúmque enim filius cum patre vna persona, iu-
ris interpretatione censeatur. [n] Negari tamen non potest, quin re ipsa, & fa-
cti perspecta veritate, alia sit persona patris à persona filij. [o]

l l. praecedenti.
m vt hac l.
n l. vlt. vbi dixi. C. de impub.
o §. ei verò qui. Instit. de inutil. stip.

L. V. IN ADOPTIONIBVS.

Celsus lib. 28. Digestorum.

In adoptionibus[a] eorum, qui suę potestatis sunt, ipsorum duntaxat voluntas exploratur. Sin autem à patre dantur in adoptionem, in iis vtriusque arbitrium[b] expectãdum est, vel consentiendo, [c] vel non contradicendo.

SVMMÆ.

1 *Muti consensus.* 2 *Tacens consentit.* 3 *Consensus tacitus.*

a ADoptionibus) Id est arrogationibus, quæ propriè dicuntur eorum qui sui iuris sunt. [a]
b *Vtriusque arbitrium*) Patris videlicet naturalis & filij adoptandi.
c *Consentiendo*) Hoc ad patrem dantem filium in adoptionem refero, qui
expressim consentire debet, vt adoptio iure facta intelligatur. † Nisi fortè
1 mutus sit, quo casu lex est contenta, si quoquomodò, vel signo, vel literis de-
claret se velle filium in adoptionem dare. [b]
2 d *Non contradicendo*) † Hoc ad filium refertur, quem datum in adoptionem
à patre naturali satis est tacendo non contradicere: sic enim consentire vi-
detur. [c] quod propter affectum paternum constitutum crediderim, quippè
patrem nihil agere, nisi ad commodum filij lex arbitratur. [d] Vt inde meritò
3 colligamus, † taciturnitatem filij præsentis in actibus, qui à patre exercen-
tur, & filium tangunt, vim habere expressi consensus, [e] ac proinde in resti-
tutione natalium, quam legitimationem vocant, satis esse filium (cuius con-
sensum lex requirit) [f] non contradicere. Alioqui regulare est, vt qui non pro-
batur consensisse, contradixisse videtur. [g]

Muti consensus.

Tacens cõsentit.

Nepotis adoptio quando consensum filij requirat.

a l. j. & ij. hoc tit. §. adoptio. Instit. de adoption.
b l. si pater naturalis. hoc tit.
c l. fi. C. de adopt. l. ij. §. voluntatem. ff. sol. matrim.
d l. isti quidẽ. ff. quod met. caus. l. fi. in prin. ff. de cur. furio.
e d. §. voluntatem. & hic.
f §. generaliter. auth. qui. mod. nat. effi. sui. colla. 7.
g l. filiusfam. §. inuitum. ff. de procur.

L. VI. CVM NEPOS.

Paulus lib. 35. ad Edictum.

Cùm nepos[a] adoptatur, quasi ex filio[b] natus, consensus filij exigitur. [c] ídque etiam Iulianus scripsit:

SVMMÆ.

1 *Nepotis adoptio quando filij consensum requirat.* 2 *Adoptio in locum nepotis.*

1 a CVm nepos) † Quoniam in adoptione non est necessaria eorum autho-
ritas, inter quos agnationis iura constituuntur: [a] si quis Titium
filium habens in locum nepotis adoptare velit, vt potest, [b] siquidem
simpliciter ac generaliter sine vlla filij commemoratione, filij con-
2 sensus non exigitur. [c] Cùm † nec adoptatus ei suus hæres agnascatur: nec
cognatus fiat. [d] Vtpotè qui magis quasi ex alio quopiam filio, quem ado-
ptans habere potuit, quàm ex hoc Titio adoptatus intelligatur. [e] Quod si
quasi ex Titio filio nepotem aliquem adoptare cupiat, filium consentire o-
portet, ne absurdè dicamus ei inuito suum hæredem agnasci. [f] Et quoniam
æquum est negotium ab ijs quos caussa contingit, quíque lædi, & ideo con-
tradicere possunt, approbari. [g]

Adoptio in locum nepotis.

a l. seq.
b l. adoptare: l. adoptiones. hoc tit. §. licet autem. Instit. de adoption.
c l. qui in adoptionem. hoc ti.
d d. l. qui in adoptionem.
e l. si quis nepotem. j. hoc tit.
f §. sed si quis. Inst. de adopt.
g l. vno quoq. ff. de re iud. l. nam ita. j. hoc tit.

b *Quasi ex filio*) Expressim nominato, veluti quasi ex Titio filio meo natus esset. A contrario autem innuit hîc Iulius Paulus, vt si quis non quasi ex vno aliquo filio, sed simpliciter, in nepotis locum adoptare velit, filij consensus, vt antè docui, non sit necessarius.

c *Exigitur*) Ne ei inuito suus hæres agnascatur:[h] Quemadmodum agnasceretur, si consisteret adoptio: quia per eam nouum acquireret filium, & suum hæredem, non item adoptanti.[i] Sequitur autem hinc à ratione cessante, nepotem ab auo sine filij consensu in adoptione dati posse: Cùm inde non videatur incommodari pater, cui semper liberum erit filium hæredem scribere, nec eius iura per adoptionem hodie dissoluantur.[k]

h d. §. sed etsi quis.
i l. si quis nepotem. ȷ. hoc tit.
k l. cùm in adoptiuis. C. de adop. § sed hodie. eod. tit. in Instit.

L. VII. CVM ADOPTIO.

Celsus lib. 38. Digestorum.

Cùm adoptio fit, non est necessaria in eam rem authoritas[a] eorum inter quos iura agnationis consequuntur.

SVMMÆ.

1 *Authoritas pro consensu.*
2 *Adoptiuus quibus agnascatur.*
3 *Legitimatio quorum exigat consensum.*

a AVthoritas) † Id est consensus.[a] 1
b *Iura agnationis*) Adoptio, non ius sanguinis, sed agnationis adfert. † 2 Vnde agnascitur adoptatus iis dũtaxat, qui sunt in adoptantis familia.[b] quorum authoritas, vel ex eo necessaria videbatur, quoniam dici vulgò solet, ab omnibus comprobandum, quod tangit vniuersos.[c] Verùm non censetur ad eos pertinere negotium, cũ ius necdum eis quæsitum esset, & ita de iure iam quæsito nihil per adoptionem detrahatur. ideóque diuersum Celsus respondit.[d] † Vnde & receptam confirmo sententiam, quæ habet in legitimatione 3 filij, quę fit à patre viuente, propinquorum consensum non desiderari.[e]

Authoritas pro cõsensu.
Adoptiuus quib⁹ agnascatur.
Legitimatio quorũ cõsensum requirat.

a l. si quis cùm filium vbi dicã hoc tit.
b l. qui in adoptionem. hoc tit.
c l. vl. in fi. C. de auth. præst.
d in hac l. vide quæ dixi l. nã ita. hoc tit. infrà.
e d. l. Gallus. §. & quid si tãtum. ff. de libe. & posth.

L. VIII. QVOD, VT.

Modestinus lib. 2. Regularum.

Quod, vt nec curatoris authoritas intercederet, in arrogatione, antè tenuerat, sub diuo Claudio[a] rectè mutatum est.[b]

SVMMÆ.

1 *Claudij Cæsaris vita & mors*
2 *Macedonianum S.C.*
3 *Curatoris authoritas quando necessaria.*

a DIuo Claudio) † Tyberium Claudium Drusum intelligit, Caligulæ successorem: qui tametsi vecors fuerit, sæuus, ac libidinis portentosæ: plerá- 1 que tamen salubriter constituisse fertur.[a] Nam lege lata creditorum auaritiam coercuit, ne in morte parentum pecunias filiisfamiliârum fœnori darent. Quod & postea Fla. Vespasianum rigidiùs sanxisse, Tranquillus refert.[b] vtpotè qui author senatui fuerit, ne fœnatoribus filiorum familiâs, ius exigendi crediti, ne post patrum quidem mortem esset. † 2 Vnde & Macedonianum, quod in iure habemus S. C. fluxisse videtur.[c] Censuram item intermissam Claudius reuocauit. Ipséque gerere voluit, in qua theatralem populi lasciuiam seueris edictis increpuit. Ius laboriosissimè dixit. Diebus etiam festis, solemnibus, & religiosis.[d] Suborto prætetea graui incendio Romæ, tanta fuit vrbis cura, vt duabus continuis noctibus circa id assiduè excubauerit, & alia plerá- que non indigna bono principe egerit. Liberalibus item disciplinis non medioctiter conditus, græcè ac latinè, impensè doctus. Nam & historias

Claudij Cæsaris vita & obitus.
Macedonianum Senatusc.
Claudij studiatas.

a Suet. in Claudio.
b Sueto. in Vespa.
c l. j. & tot. tit. ff. & C. ad S. C. Macedo.
d Sueto. in Claud.

ſtorias tum græcas, tum latinas conſcripſiſſe dicitur. Quamuis in eo tantam fuiſſe vecordiam hiſtorici conſentiant, vt ab Antonia matre, ſæpè portentum hominis, dictus ſit. quaſi à natura inchoatus quidem, ſed non abſolutus foret. Vini cibíque plus nimio appetens, vſque adeo vt plerunque cogeretur ſtomachum vomitu exonerare. Certè magnum inter cætera præbuit ſtultitiæ ſuæ argumentum: Quòd interempta vix Meſſalina vxore, profuſiſſimè libidinis fœmina, cùm Iuliam Agrippinam, Germanici fratris filiam pallante liberto ſuaſore nouercam liberis duobus, nouo inceſtarum nuptiarum exemplo ſuperinduxiſſet. Neronem priuignum, quem vndecim iam natum annos adoptauerat: & Octauiam filiam eidem collocâràt, Britannico filio naturali in imperij ſucceſſione antepoſuit. Sed vecordiæ ſuæ pœnas luens inſidiis Agrippinæ & Neronis veneno in boleto dato ſublatus eſt, anno ætatis ſuæ lxiij. cum tribus & decem imperaſſet, menſibus octo & dies viginti, vt Ioſephus author eſt. [e] Funeratus eſt tamen ſolemni principum pompa, & in numerum deorum relatus. Vnde hîc eum Modeſtinus, diuum vocat. Quem honorem inquit Tranquillus, à Nerone deſtitutum abolitúmque recepit. Mox per Veſpaſianum. [f] de quo tetraſtichon iſtiuſmodi noſter Auſonius ſcriptum reliquit.

e Ioſeph. libro 19. antiq. Rom.

f Sueton. in Claud. ad fin.

Claudius irriſæ priuato in tempore vitæ,
In regno ſpecimen, prodidit ingenij.
Libertina ferens nuptiarúmque improba facta,
Non faciendo nocens, ſed patiendo fuit.

Quæ verò per præſides Syriæ atque Iudeæ Claudius fecerit, apud Euſebium & Ioſephum legenda relinquimus. [g]

g Euſeb. Caſarien. lib. 2. ſacra hiſtor. Ioſephus lib. 19. antiq. Iud. c. 20.

Curatoris authoritas in adoptione.

3 b *Mutatum eſt*) In arrogatione adulti curatorem habentis. † Non erat olim curatoris authoritas neceſſaria. Quod Modeſtinus ſub diuo Claudio mutatum refert. Et deinde conſtitutum à Iuſtiniano legimus, vt non vnius curatoris authoritas ſufficeret, ſed omnes ſi plures ſint, ſuam præſtare oporteat authoritatem. [h]

h l. vlt. in fi. C. de author. præſ.

L. IX. ETIAM.

Vlpianus lib. 1. ad Sabinum.

Etiam cæcus adoptare, vel adoptari poteſt. [a]

SVMMÆ.

1 *Cæcus adoptat.* 2 *Cæcus cur non poſtulet.*

Cęcus adoptat.

Cæcus an magiſtratū gerat.

1 a Poteſt) Cæcus, id eſt vtroque orbatus lumine, cùm & natura filius eſſe, & filios ſuſcipere poſſit: & adoptio naturam imitetur: [a] adoptare, adoptaríque poteſt. [b] † Poſtulare verò, & ad magiſtratum aſpirare prohibetur, quòd magiſtratus inſignia videre & reuereri non poſſit. [c] Quamuis cœptam iam dignitatem retineat, & officio iudicantis rectè fungatur. [d]

a §. minorem. Inſtit. de adop.
b vt hac l.
c l. 1. §. caſum. & §. quamuis. ff. de poſtulan.
d l. cæcus. ff. de iudic.

L. X. SI QVIS NEPOTEM.

Paulus lib. 2. ad Sabinum.

Si quis nepotem, quaſi [a] ex filio natum quem in poteſtate habet, conſentiente filio [b] adoptauerit: non agnaſcitur [c] auo, vt ſuus hæres: [d] quippè cùm poſt mortem aui, quaſi in patris [e] ſui poteſtatem recidit. [f]

SVMMÆ.

1 *Quasi, dictionis significatio.* 3 *Suus heres qui.*
2 *Agnasci.* 4 *Pelitiani audacia.*

a QVasi) † Id est tanquam.[a] Est autem hic modus Iurisconsultis, frequẽs: vt 1
cùm aliquid significare volunt nõ esse propriè tale, cæterùm legis arti
ficio & potestate, perinde haberi, ac si verè tale esset: vt hac adiectione *qua-
si*, vtantur.[b] Inde quasi possessio,[c] quasi vsusfructus,[d] quasi filius[e], & quasi ne
pos, hoc est qui tametsi reuera nepos non sit, nepos nihilominus noster, ve-
lut ex filio natus, esse videatur.[f]
b *Consentiente filio*) Neque enim consistit aliter adoptio nepotis, quasi ex
filio: nisi consentiat filius ipse.[g]
c *Agnascitur*) † Agnasci propriè dicitur, quod alicui rei, ex postfacto obue- 2 Agnasci.
nit. Vnde & agnasci filij dicuntur, qui nascuntur post conditum testamen-
tum.[h] Et filius agnasci patri, aut nepos auo, in hoc tractatu dicitur, per ad-
optionem. Agnata membra Plinius dixit, quæ præter regularem hominum Agnata membra.
naturam, alicui obueniunt. Membra, inquit, animalibus agnata, inutilia sunt, Suus hæres quis.
sicut homini sextus semper digitus.[i]
d *Suus hæres*) Cùm pater eum gradu præcedat.[k] ex quo patet, cum † pro- 3
priè suum hęredem dici, qui primum in patria potestate locum tenet.[l] Qua-
si proprium, domesticum, & ad eam successionem naturaliter vocatum,[m]
paterna quippè successio illi debetur, qui patre viuente dominus quodam-
modò fuit bonorum paternorum.[n] Qua ratione viuo adhuc patre suus hæ-
res dicitur.[o] non quòd viuentis iam hæres sit,[p] sed quoniam spe penè certa
ducitur ad succedendum, in iis bonis, quæ propria illius esse creduntur.[q] Pe-
culiaris est autem Iurisconsultis, cæterùm valde frequens hæc locutio. † Cu- 4
ius interpretationem cùm à Politiano (qui se in glosematis iuris ciuilis Ac-
cursium superare posse nimis confidenter iactauerat) Bartholomeus Soci- Politiani temeritas
nus rogasset, miserè & infœliciter Politianus obmutuit.[r]
e *Quasi in patris*) Filius adoptantis, non est verus pater nepotis adoptiui, cæ-
terùm in eius potestatem, tanquàm patris naturalis adoptatus, vt nepos est
recasurus, ac proinde noster Paulus ait, *Quasi in patris.*
f *Recidit*) Nepotes mortuo auo recidere solent in filij potestatem siue na-
turalis siue adoptiui:[s] modò consenserit adoptioni filius.[t]

L. XI. SI QVIS CVM FILIVM.

Idem lib. 24. ad Sabinum.

Si is qui cùm[a] filium haberet, in nepotis locum[b] adoptasset, perinde atque si ex filio natus esset, & filius author factus[c] non esset, mortuo auo non esse nepotem in potestate filij.[d]

SVMMÆ.

1 *Author.* 2 *Authoritas pro consensu.*

a SI is qui cùm) Quod Iulius Paulus antè dixerat, adoptatum vt nepotem, mortuo auo, in potestatem filij quasi patris sui recidere. Hoc loco verum interpretatur, si filius adoptantis authoritatem suam adoptioni interposuerit.

b *Ne-*

a l. vbi ita. vbi dixi. ff. de don. eau. mor.
b l. item eorum in pr. ff. quod cu iuf. vniuer. l. nec vllam. §. fi. ff. de petitio. hære. l. sij. in pr. ff. de condi. c. au. dat.
c l. si quis diuturno. ff. si ser. vendi.
d l. ij §. fi. ff. de vsufruct. e. a. re.
e l. emancipatũ ff. de senator.
f l. cùm nepos. l. adoptiones. l. seq. hoc tit. & ibi.
g d. l. cùm nepos. vbi dixi.
h l. posthumorum. ff. de iniust. test. §. posthumorum Inst. de exhære la. libe.
i Plin. li. 11. natu. histor. c. 52.
k §. sui. de hæred. qualit. in Insti.
l §. Ita demum Inst. de hæred. quæ ab intest. d. §. sui.
m l. vlt in prin. ff. de bo. dam.
n l. in suis. ff. de libe. & post. l. vl. §. j. C. de cura. fur.
o l. Gallus. eum suis §§. vbi dixi. ff. de liber. & posth.
p l. j ff. de hær. vel act. ven.
q d. l. in suis. cũ simi.
r Alciat. lib. iiij. de ver. sig. in fi.
s l. nepotes. in tit. j.
t l. seq.

b *Nepotis locum*) Non simpliciter, sed quasi ex filio, vt sequitur: alioqui nulla esset dubitatio. [a]

Author.
1 c *Author factus*) Hoc est non consensisset, [b] ex quo obseruandum, † authorem fieri alicuius negotij, qui ei consentit, ratum habet, & comprobat. Credo enim (inquit M. Cicero ad Clodium) quanquam in illa adoptione tamen legitimè factum est, nihil tamen te esse interrogatum, authórne esses, vt in te P. Fonteius vitæ necísque potestatem haberet, vt in filio. [c] Si-
2 militer † Celsus authoritatem in hoc tractatu pro consensu vsurpauit. [d]

Authoritas pro cõsensu.

d *Potestate filij*) Cùm adoptio tota nullius sit momenti. Nam si consisteret filio inuito, nouus filius tribueretur, & suus hæres agnasceretur. [e]

a l. præcedenti.
b l. cùm adoptio. s. hoc tit.
c Cic. pro dom. sua.
d d. l. cùm adoptio.
e §. sed & si quis. Instit. de adopt. l. cùm nepos. vbi dixi supr. hoc tit.

L. XII. QVI LIBERATVS.

Ulpianus lib. 14. ad Sabinum.

Qui liberatus est patria potestate, [a] is postea in potestatem honestè [b] reuerti non potest, nisi adoptione. [c]

SVMMÆ.

1 *Ingratus filius.* 2 *Variatio improbata.* 3 *Libelli mutatio.*

a P*Atria potestate*) Per emancipationem putà, aut dignitatem. [a]

1 b *Honestè*) Significat à contrario turpiter, & inhonestè. † Veluti propter ingratitudinem, & delictum posse filium patris potestate liberatum, in pristinum parentis iugum reuerti. [b] vt & ingrati liberti, in seruitutem reuocantur: [c] ex veteri Atheniensium instituto, apud quos conuictus ingratitudinis libertus prærogatiua libertatis exuebatur. Erántque eius exemptionis, solemnia verba, dicebat autẽ patronus, *Supersedeo habere te ciuem tanti muneris impium æstimatorem. Abi igitur & esto seruus quoniam liber esse nescisti.*

Ingratitudo.

Atheniensium lex de ingratis.

c *Adoptione*) In vulgatis anteà codicibus, hæc verba prætereà legebantur. *Sed si semel fuerit adoptatus, amplius adoptari non potest.* Quibus consentit Paulus dum ait, eum quem quis adoptauit, emancipatum vel in adoptionem da-
2 tum, iterum non potest adoptare. [d] Et † sanè fastidiosa est tam frequens variatio: [e] qua leges ludificari facilè possent, [f] vt non iniuria receptum mihi
3 videatur † emendationem & mutationem libelli, quo casu conceditur, semel tantum permitti. [g] Nam ludibrio leges habere videtur, qui plus quàm semel earum vti vult beneficio. [h]

Variatio improbata.

Libelli mutatio.

a l. pupillus. ff. de verb. sign. §. præterea. cum seq. Instit. qui. mod. ius patr. pot. §. illud. in auth. const. quæ de dig. colla. 6.
b l. vnic. C. de ingr. liber.
c l. ij. C. de libert. & eo. libe.
d l. adoptare. in fi. s. hoc tit.
e l. si quis iusiurandum. C. de reb. credit.
f l. cum alijs. §. fin. C. de cur. furio. l. fi. §. nõ autem. C. de bon. quæ libe.
g d. l. edita. C. de edend.
h d. §. non autem. cum similib.

L. XIII. IN OMNI.

Papinianus lib. 38. Quæstionum.

In omni ferè iure finita [a] patris adoptiui potestate nullum [b] ex pristino iure, [c] retinetur vestigium. [d] Denique & patria dignitas [e] quæsita per adoptionem, finita ea deponitur. [f]

SVMMÆ.

1 *Emancipatus omnia iura perdit.*
2 *Nuptiæ spectant quod honestum.*
3 *Vestigium.*
4 *Patris dignitas quando filijs quæratur.*
5 *Causa cessans.*

1 a F*Inita*) † Per emancipationem putà, adoptiuus quippe filius, si emancipetur, adoptionis omnia in vniuersum iura perdit, adeò vt filij nomen amittat. [a]

Emancipatus omnia iura perdit.

a l. senatoris. ij. ff. de senato. l. ij. ff. vnde libe.

b *Nullum*) Præterquàm in nuptiis. Nefas ſiquidem veteres exiſtimaue
runt, inquit Caius, eam vxorem ducere, quæ per adoptionem filia neptíſve
eſſe cœperit. adeo quidem, vt ſi per emancipationem adoptio diſſoluta ſit,
idem iuris maneat.[b] † cùm in nuptiis perpetuò ſit ſpectandum, quod decens 2
eſt, & honeſtum magis, quàm quod iure ſummo licere poteſt.[c]
c *Priſtino iure*) Adoptionis ſcilicet.
d *Veſtigium*) † Nota, ſignum. Aſiam iſtam, inquit M. Cicero, refertam & 3
eandem delicatum ſic obiit, vt in ea neque auaritiæ, neque luxuriæ veſtigiũ
reliquerit.[d] & alibi, vnæ tabulæ proferantur in quibus ſit veſtigium aliquod,
quod ſignificet pecuniam Fonteio datam.[e] Idem quoque, Non vidiſſes, in-
quit, fratrem quem reliqueras, nec veſtigium quidem eius, nec ſimulachrũ:
ſed quandam effigiem ſpirantis mortui.[f] Plinius item morum ſigna, ex Tro-
go commemorans Frons magna, inquit, ſegnem animum ſubeſſe ſignificat:
quibus parua, inobrlem: quibus rotunda, iracundum: velut hoc veſtigio tu-
moris apparente.[g] Sed de iis ſatis, ne in iſtis minutulis nimij videa-
mur.
e *Patria dignitas*) † Patris dignitas, veluti ſenatoria, non modo naturali filio 4
quæritur: verùm etiam adoptiuo,[h] eámque filius adoptiuus quandiu manet
in adoptantis familia, retinet: emancipatus confeſtim amittit.[i]
f *Deponitur*) Finita quippè † cauſſa fauoris, vel odij, quod in fauorem vel 5
odium inductum eſt, perimitur,[k] & generale eſt, ceſſante cauſa effectum
extingui.[l]

b l.quin etiam. ff.de rit. nup.§. & hac adeo. Inſt.de nup.
c l.ſemper.ff. de ritu.nup.
d Cic.pro Murena.
e Cic.pro Fõte.
f Cic.lib.j. ad Q.fratrem.
g Pli.lib.11.natu.hiſtor.c.52.
h l.ſenatoris.j. ff.de ſenat.
i l.ſenatoris.ij. ff.eo titu.
k l.vlt.C.qui. ad libert. procla.non licet.
l l.adigere.§. quamuis.ff. de iur.pat.c.cum ceſſante.de appel.

In nuptiis quod honeſtũ eſt ſpectam.

Veſtigiũ.

Patris dignitas quando filiis quæratur.

Cauſſa ceſſans.

L. XIIII. SED ET NEPOS.

Pomponius lib. 5. ad Sabinum.

Sed & nepos ex filio apud adoptiuum patrem conceptus, & natus, per emancipationem [a] omnia iura perdit.

SVMMÆ.

1 *Emancipatus omnia iura perdit.*
2 *Nepos non cenſetur emancipatus filio emancipato.*

a EMancipationem) Filij eius, qui adoptauit. Vt ſubordinatè veniat hæc 1
lex ad præcedentem, quia dictum eſt † adoptiuum filium finita pote-
ſtate per emancipationem iura omnia adoptionis amittere. Hoc enim adeò
verum docet hîc Pomponius, vt non tantùm filius ipſe adoptiuus: verum
etiam nepos ex eo adoptionis iura quoque perdat. Alioqui, ſi cum Ioanne
exponeremus, *emancipationem*, ſcilicet ſuiipſius, nullam haberet contextus
noſter dubitationẽ. Et quod iam deciſum erat, faſtidioſè Iuriſconſultus hîc
inculcaret. Nec me mouerit, quòd emancipato filio non ideò cenſeatur e-
mancipatus ex eo nepos. Nam id vtcunque in naturali filio verum ſit; † in a- 2
doptiuo non obtinet:[a] niſi eo tempore, quo emancipatus eſt adoptiuus fi-
lius, in poteſtate hoſtium nepos eſſet.[b] Habet autem hæc noſtra interpre-
tatio manifeſtam differentiæ rationem. Quod enim nepos ex adoptitto filio
in ius & ditionem patris adoptiui transferatur, in cauſſa eſt adoptio: Et ita
filij adoptiui, eiuſdem patris nepotis, factum & voluntas.[c] Qua ceſſante, ef-
fectus omnes conquieſcere par eſt.[d] Non ſic in nepote ex naturali filio, qui
nolit, pater ſuus, in aui ſemper eſt poteſtate: niſi ab eo nominatim e-
mancipetur.

a l.pe.ff.de cõiun.cum emancip.lib.
b l.ſi me tibi.ff. de capti.
c l.ij.§.fi.cum l.ſeq.ī.hoc tit.
d l.adigere.§. quamuis.ff. de iu.patr.c.cum ceſſante.de appel.

Emancipatus iura omnia perdit.

Nepos quando cenſeatur emancipatus.

L. XV.

Vlpianus lib.26.ad Sabinum.

[1] Si paterfamiliâs[a] adoptatus sit,[b] omnia quæ eius[c] fuerunt,[d] & acquiri possunt,[e] tacito iure,[f] ad eum transeunt,[g] qui adoptauit. Hoc ampliùs liberi eius, qui in potestate eius sunt, cum sequuntur.[h] Sed & hi qui postliminio redeunt,[i] vel qui in vtero fuerunt, cum arrogaretur, simili modo in potestatem arrogatoris rediguntur.

SVMMÆ.

1 *Filiusfamiliâs nihil habet.*
2 *Arrogatori quæ non quærantur.*
3 *Tacitum ius.*
4 *Acquisitio per arrogationem.*
5 *Tiberij adoptio.*
6 *Postliminium.*

Filiusfa. nihil habet. 1 a *PAterfamiliâs*) Sanè dixit *paterfamiliâs* quia paterfamiliâs cum † nihil hoc iure haberet, vtpotè totum patri quærens,[a] nec vllos in sua potestate liberos habere possit,[b] velut alieno iuri ipse subiectus:[c] neque res, neque liberos alterius dominio nempe arrogatoris submittere potest.[d]

b *Adoptatus sit*) Idest arrogatus qui enim sui iuris sunt, arrogari propriè dicuntur.[e]

c *Eius*) Patrisfamiliâs arrogati.

d *Fuerunt*) Tempore arrogationis.

Arrogatori quæ quærātur. 2 e *Acquiri possunt*) Sunt enim quæ non possunt quæri arrogatori.† Ideoque non transeunt, vt societas, nequis, cui nolit, socius efficiatur.[f] Operæ item, quæ libertus patrifamiliâs arrogato debebat.[g] Denique ius agnationis, hoc est succedendi prioribus agnatis.[h] Inter quæ tamen est differentia. Quia operarum obligatio, & ius agnationis, per mutationem status ita pereunt,[i] vt nec quidem ipsi arrogato competant, aut conseruentur.[k] Cuius tamen arrogatus ipse socius permaneat.[l]

Tacitum ius. 3 f *Tacito iure*) † Hoc est legis artificio, & potestate. Tametsi nihil in arrogatione, de bonis expressum sit.[m] Quasi dicat Vlpianus, eum qui se dat arrogandum cum capite fortunas quoque suas, etsi de iis nihil cauerit, dixeríve, in familiam, domúmque arrogatoris transferre.[n] bona quippè sua multo magis committere videtur, qui seipsum alteri permisit.[o]

Acquisitio per arrogationem. 4 g *Ad eum transeunt*) † Hoc iure, cùm paterfamiliâs sese in arrogationem dabat, omnes res eius corporeæ & incorporeæ, quæque ei debitæ erant, arrogatori quærebantur.[p] Sed Iustinianus postea acquisitionem istiusmodi, quæ per arrogationem fiebat, in angustum contrahens, similem eam fecit acquisitioni naturalium parentum, vt proprietate rerum filiis seruata, solus vsusfructus, & naturali & adoptiuo patri quæratur, In iis rebus videlicet, quas liberi non ex re patris, sed extrinsecus acquirunt.[q]

h *Eum sequuntur*) Sunt enim in arrogatoris potestate, tanquàm nepotes.[r]

Tiberij adoptio. 5 Vnde Cęsar Augustus, quantumvis vrgeret Liuia vxor, non† tamen ante Tiberium, qui ei in imperio successit, adoptare voluit, quàm is Germanicum, ex Druso fratre mortuo Tiberij nepotem adoptasset. Cùm enim vellet Augustus, filij loco Tiberium habere, & Germanicum loco nepotis, vt is hęres fieret, & successor Tiberio, curauit vt prius Germanicus à Tiberio adoptaretur: & ita ipse Tiberium subinde adoptauit.[s]

Postliminium. 6 i *Postliminio redeunt*) Retro † namque creduntur in ciuitate fuisse, qui ab hostibus aduenerunt.[t] Atqui si in vrbe reuera fuissent, in arrogatoris dubio procul commigrassent potestatem. Sed de postliminij iure, satis multa aliàs à nobis dicta sunt.[u]

a l.placet.ff. de acquir. hæred.
b l.homo liber. §.quicquid. ff. de acqu.re.do.
c l.sic euenset. ff. de adult.
d l.nemo plus. ff. de reg.iur.
e l.j.in fi.l.ij.§.j.ī.hoc tit.
f l.actione.§.societas.ff.pro so.
g §.j.de acqui. per arroga. in Instit.
h d.§.j.
i l.tutelas.ff.de capit.dimin. §.vlt.Inst.de leg. ag.tut.
k l.vlt ff.vnde lib.
l d.§ societas.
m l.his solis.C. de reuo. dona.
n l.qui ex liberis. §. si testamento.ff.de cōtra tab.
o l.fi.C.ne fide. vel mandat. do.dīt. aut.ingressi.C.de sac. sanct.eccle.
p l.ij.§.fi.ī. hoc ti.§.illud.de adopt.in Instit.
q § j.de acquis. per arroga. in Insti.
r d.l.ij.§.fi.vbi dixi d.§.illud.
s d.§.illud. dixi d.l.ij.§.fi.
t l.retrò.ff. de cap.§.si ab hostibus.qui. mo. ius pa.pot.soluitur in Inst.
u lib. epist. quæst. c.17. & in l.pen.ff. de stat.homi.

§. QVI DVOS.

Qui duos filios,& ex altero eorum nepotem habet: si vult nepotem quasi ex altero natum adoptare, potest hoc efficere, si cum emancipauerit,[a] & sic adoptauerit, quasi ex altero natum. Facit enim hoc, quasi quilibet, non quasi auus.[b] & qua ratione, quasi ex quolibet natum potest adoptare[c], ita potest & quasi ex altero filio.

SVMMÆ.

1 *Auus quomodo adoptet.*
2 *Quasi quilibet.*
3 *Quasi alius facere.*

a EMancipauerit) Alioqui non.† Nam in adoptione eorum qui in potesta- 1
te sunt, alius dat in adoptionem alius accipit.[a] ac proinde non potest a-
uus qui duos filios & ex altero eorum nepotem habet, nepotem, quasi ex al-
tero natum adoptare: nisi emanciper.

Auus quo modo adopte.

b *Non quasi auus*) † Potest quis facere tanquam quilibet extraneus quod 2
quasi auus agere prohibetur. Sic dat aliquis tanquam decutio quod tãquam
coniuncta persona dare non potest.[b] Et mater, quod accepit, non quasi ma-
ter, retinet. sed tanquam hæres:[c] Vt dubium non sit, quin plerúnque possit
quis, tanquam alius,† quod quasi ipse nequiret. nisi tamen qui tanquam a- 3
lius facere cupit, proprium tentaret impugnare factum,[d] aut alioqui veniret
contra fidem, vel ex contractu debitam,[e] vel ex fideicommisso susce-
ptam.[f]

Tanquã quilibet.

Quasi alius.

c *Potest adoptare*) Adoptare proculdubiò potest extraneum in locum nepotis, quasi ex filio natum.[g]

a l.ij.l. in adoptionibus.§. hoc tit.

b l. item eorũ. in prin. ff. quod cuiusf. vniuer.

c l. debitor. §. fi. ff. ad Trebe.

d l. si non fortẽ. §. si filiusfam. ff. de cond. inde. l. si propenas. §. pe. ff. de inof. testa.

e l. y ff de distract. pig. l. j. C. de dol.

f l. vlt. §. quatuor. ff. de lega. ij.

g l. si quis nepotem. l. adoptiones. hoc tit.

§. IN ARROGATIONIBVS.

In arrogationibus cognitio vertitur,[a] num fortè minor sexaginta annis[b] sit, is qui arrogat, qui magis liberorum procreationi[c] studere debeat. nisi fortè morbus, aut valetudo,[d] in causa sit, aut alia iusta caussa arrogandi: veluti si coniunctam sibi personam[e] velit adoptare. Item non debet quis plures arrogare, nisi ex iusta caussa: sed nec libertum alienum,[f] neque maiorem minor.[g]

SVMMÆ.

1 *Caussa cognitio in arrogatione.*
2 *Ætas idonea generationi.*
3 *Lex Papia Poppea.*
4 *Septuagenary quandòque gignunt.*
5 *Cato censorius.*
6 *Masinissa.*
7 *Corasiorum familia fœcunda.*
8 *Fœtus imperfecti.*
9 *Libertorum arrogatio.*
10 *Libertas quomodò quæratur.*
11 *Minor maiorem non adoptat.*
12 *Plena pubertas.*

a COgnitio vertitur) Latè † profectò patet hæc caussæ cognitio, quam Vl- 1
pianus eleganter non vno in loco descripsit.[a] Ante quem M. Cicero.
rem ipsam ex antiquitatis fonte tractans, quod est, pontifices, inquit, ius ad-
optionis, nempè vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit, &
cùm potuerit, sit expertus. Quæ deinde caussa, cuique sit adoptionis, quæ
ratio generum ac dignitatis, quæ sacrorum à pontificum collegio quæri
solet.[b]

Caussæ cognitio in arrogatione.

a l. nec ei. j. hoc tit.

b Cic. pro domo sua ad põtifices.

b *Sexa-*

2 b *Sexaginta annis*) Vt ætatem † quinquaginta annorum in fœminis,[c] ita in
3 maribus sexaginta, generationi minimè aptam, veteres existimauerũt.[d] Ac†
proinde lege Poppea, à Tiberio Cæsare cautum est, ne sexagenarij vxorem
ducerent: cui tamen legi postmodum Claudius Cæsar abrogauit,[e] ac dein-
4 de Iustinianus noster[f] iure meritóque,† Cum alioqui multi sint iuuenes, qui
5 septuaginta, adeóque plures annos nati genuerint.[g] † Nam & Catonem Cē-
6 sorium, anno iam octogesimo exacto è Salonia filium genuisse constat.[h] †
Et Masinissam regem post octoginta sex annos generasse filium, nomine
7 Methymathuum, Plinius author est.[i] † Et ne meos ipse prætercam, Do. Ioã-
nes Corasius, pater meus obseruandissimus, septuagesimum plus annum na-
tus, in dies ex secunda vxore liberos procreat. Cuius pater, & mihi pater-
nus auus, Arnaldus Corasius nonagesimum circiter annum agens filiolam
genuit, adeò imbecillem tamen, languidam, debilem, & viribus defectam, vt
octauo vix anno posset per se ipsa pedibus ambulare. Nec sanè diu vixit,
8 qua in re verum esse animaduerti, quod philosophus scribit, † Fœtus senio-
rum sicut iuniorum, imperfectos corporibus & ingeniis.[k] Verum hæc rarò
contingũnt, frequentiúsque videmus sexagenarios, ad generandum minus
idoneos, quod & hîc subsentit Vlpianus.

c *Liberorum procreationi*) Magnæ curæ priscis Romanorum fuisse, semper li-
berorum procreationem, affatim superiùs ostendi.[l]

d *Aut valetudo*) Quorum alterum minori lx. annis fortè est impedimento,
ne gignendis liberis, operam dare possit.

e *Coniunctam personam*) Si coniuncta sit persona, quam arrogator adoptat,
affectus in eam naturali propensione præsumitur[m], quæ caussa affectionis o-
mnem fraudis suscipionem tollit.[n]

9 f *Libertum alienum*) † Suum libertum quis arrogat:[o] alienum non item, nisi
iusta caussa intercedente (quia veluti libertus alienus, arrogatoris filius est)[p]
& principis id fiat beneficio.[q] Sanè verò potest non modò patronus, pro-
prium adoptare libertum,[r] sed etiam dominus seruum: non quidem vt ad-
optione (quæ in liberis duntaxat personis rata est) filius efficiatur: sed vt li-
10 bertatem acquirat.[s] Quemadmodum † enim qui seruum suum hæredem
scribit,[t] aut filiis suis tutorem dat:[u] tametsi de libertate nihil dixerit,
libertatem reliquisse ei intelligitur: ita si à proprio domino seruus adopte-
tur, protinus libertas seruo data censetur.[x] Cùm etsi dominus seruum apud
acta & quasi in iudicij figura filium suum nominauerit, eo ipso seruus liber-
tatem acquirat.[y]

11 g *Neque maiorem minor.*) † Est enim adoptio, velut imago naturæ,[z] & natu-
ram ipsam iugiter imitatur.[a] vnde sicuti pater, natura filio semper senior est:
ita oportet eum qui in adoptionem accipit, maiorẽ esse eo, qui adoptatur.[b]
Quocirca eùm Clodius ex gente patritiorum, vt tribunus plebis fieret, se P.
Fonteio homini plebeio atrogandum dedisset, hac inter cæteras maximè ra-
tione, M. Cicero probauit, contra ius, fas, morémque maiorum factam ad-
optionem. Factus es, inquit, filius eius contra fas, cuius per ætatem pater esse
potuisti. Dico apud pontifices, nego istam adoptionem, pontificio iure fa-
ctam. Primum quòd hæ vestræ sint ætates, vt is qui te adoptauit, tibi loco fi-
lij per ætatem esse potuerit.[c] Porrò necessum est eum qui adoptat, octode-
12 cim saltem annis adoptatum præcedere.[d] † quod ea ætate, diffinita sit plena
pubertas, qua potissimum homo reperitur aptus ad generandum.[e]

L. XVI. ADOPTIO.

Iabolenus lib. 6. ex Cassio.

Adoptio enim in iis personis locum habet, in quibus etiam natura potest.[a]

Ætas generationi apta. PapiaPoppea lex. Septuagenarij quandoque gignunt. Cato Censorius. Masinissa. Ioannes Corasius pater. Fœtus imperfecti. Libertorum arrogatio. Libertatẽ quomodò seruus acquirat. Minor maiorem non adoptat. Plena pubertas.

c l. si maior. C. de legit. hered.
d vt hac l.
e Suet. in Claudio.
f l. pen. C. de nupt.
g Aristo. lib. 7. de nat. animal.
h Plutar. in Catone Censorino.
i Plin. lib. 7. c. 14.
k Aristo. li. 7. Polit.
l l. 4. §. post deinde. ff. de orig. iur.
m l. Nesennius ff. de ne. gest. l. si forte. ff. de cast. pec.
n l. fi. §. si verò pater naturalis. C. de adop.
o l. vl. ff. de stat. hom. l. sciendũ. ff. de rit. nupt.
p l. si domus. §. qui confitetur. ff. de leg. j.
q l. fi. j. hoc tit.
r d. l. sciendum.
s d. l. fi. ff. de stat. hom.
s §. fi. Inst. de adopt.
t §. idémque iuris Inst. qui. ex cau. ma. non li.
u §. j. Inst. qui test. a. tu.
x d. §. fi. de adop.
y l. j. §. simulque modo & l. 4. C. de lati. lib. toll.
z l. filio quem. ff. de liber. & posth.
a l. seq. & §. minorem Inst. eo. & hic.
b d. §. minorem & hic.
c Cice. in orat. pro domo sua.
d l. arrogato §. j. j. hoc ti. d. §. minorem.
e l. Mela. § j. ff. de alimen. & cib. le.

SVMMÆ.

1 *Natu maior non adoptatur.* 2 *Spadones cur adoptent.*

a *l.filio quem. ff. de libe. & posthu.* b *§. minorem. Inst.de adop.l. preced.in fi.* c *l. nec apud. C.de her.Inst.* d *§.sed & illud. de adopt. in Insti.* e *l.ij.§.fi.sup. hoc tit.* f *dixi. d.§.fin.*

a NAtura potest) Est enim vti sæpè dixi naturæ imitatrix adoptio.[a] † Vnde neque maiorem minor adoptat:[b] neque per adoptionem frater fieri quis potest,cùm natura frater non nascatur ex fratre.[c] denique qui natura generare impediuntur,adoptare nequeunt.[d] † Quod enim dicitur spadones,qui gignere non possunt,posse nihilominus adoptare.[e] de iis accipiendum docuimus,qui non omninò impediuntur. Et in quibus spes est, vt aliquando generent:nimirùm vitio,quo tenentur cessante.[f]

1 Maior nõ adoptatur.

2 Spadones cur adoptent.

L. XVII. NEC EI.

Vlpianus lib. 26. ad Sabinum.

Nec ei[a] permittitur arrogare,qui tutelam vel curam alicuius administrauit,si minor viginti quinque annis[b] sit, qui arrogatur, ne fortè eum ideo arroget,ne rationes reddat.[c] Item inquirendũ est,ne fortè turpis causa arrogandi subsit.

SVMMÆ.

1 *Tutor an pupillum adoptet.* 2 *Vitricus in priuignum affectus.*

a *Gel. lib. 5. noct. Attic.c. 19.* b *§.sequenti. c l.fi.C.de contra.iud.tutel.l. nonnunquam. vbi dicã hoc tit.* d *l.lex Cornelia. in prin. ff. de iniur.* e *l.libertum.§. j. ff. de ritu. nupt.*

a EI tutori) † Cui nec impuberem arrogare, nec eundem in adoptionem alteri dare posse,Gellius ostendit. Et tutoribus,inquit,in pupillos tantam esse authoritatem, potestatémque fas non est: vt caput liberum fidei suæ commissum,alienæ ditioni subiiciat.[a] nisi fortè tutor,qui arrogare vult, persona talis sit,quæ honesta potiùs affectione duci præsumatur,quàm vt pupillum in re familiari circunscribere velit,[b] † Qua fortè ratione, à Tito Antonino rescriptum est,tutori permittendum adoptare priuignum suum,[c] in quem vitricus benè affectus præsumitur.[d]

1 Tutor an pupillum adoptet.

2 Vitricus in priuignum affectus.

b *Minor 25. annis*) Maior ergo non vetatur arrogari ab eo,qui tutelam vel curam administrauit:nec arrogatus potest se circumscriptum dicere, sed sibi debet imputare.

c *Nec rationes reddat*) Hac de causa tutores quoque, & filij eorum pupillas prohibentur vxores ducere:ne videlicet circunscribantur puellæ, ab iis qui gestæ tutelæ rationes eis reddere compelluntur.[e]

§. IIS DVNTAXAT.

Iis duntaxat pupillorum arrogatio permittenda est, qui vel naturali cognatione,vel sanctißima affectione ducti adoptarẽt. Cæterorum prohibenda,ne sit in potestate tutorum,& finire tutelam,[a] & substitutionem à parente factam, extinguere.[b] Et primùm quidem excutiendum erit, quæ facultates pupilli sint, & quæ eius,qui adoptare eum velit:vt æstimetur ex comparatione earum, an salubris adoptio poßit pupillo intelligi. deinde cuius vitæ sit is,qui velit pupillum redigere in familiam suam. Tertiò cuius demùm ætatis sit:vt ęstimetur,an melius sit[c] de liberis procreandis eum cogitare,[d] quàm ex aliena familia quenquam redigere in potestatem suam. Pręthereà videndum est, an non debeat

beat permitti ei qui vel vnum habebit, vel plures liberos, adoptare alium,[e] ne aut illorum quos ex iustis nuptiis procreauit, diminuatur spes, quam vnusquisque liberorum, obsequio parat sibi: aut qui adoptatus sit, minùs percipiat, quàm dignum erit eum consequi. Interdum & ditiorem permittitur adoptare pauperiori, si vitę eius sobrietas[f] clara sit, vel affectio honesta, nec incognita. Satisdatio[g] autem his casibus[h] dari solet.[i]

SVMMÆ.

1 *Tutela finitur arrogatione.*
2 *Arrogatio testamentum rumpit.*
3 *Vitæ integritas.*
4 *Paupertas an malum.*

Tutela finitur arrogatione.

1 a **F***inire tutelam*) † Quam solui constat, si pupilli sese arrogandos præbuerint.[a] Nam arrogatus se & sua in arrogatoris transfert potestatem.[b] filiusfamiliâs autem, & qui alieni iuris est, tutorem habere non potest.[c]

Arrogatio testamentum vitiat.

b *Extinguere*) Pupillaris substitutio, quia testamentum impuberis est:[d] si 2 pupillus se dederit arrogandum, finitur.[e] † Nam arrogatio testamentum rescindit.[f]

c *Melius sit*) Hinc Baldus colligit, magis studendum nuptiis, & liberis procreandis, quàm capitibus cucullandis, seu monachismo.[g]

d *Cogitare*) Quia fortè minor sexaginta annis sit, quem magis liberorum procreationi, quàm adoptandis liberis, operam dare oportet.[h]

e *Adoptare alium*) Difficulter conceditur, liberos habenti alium adoptare. Cæterùm causa cognita, permitti solet.[i]

Vitæ integritas.

3 f *Vitæ sobrietas*) † Prudentissimè lex non tam vult spectari facultates, quàm fidem, probitatem, & integros alicuius mores.[k] Vnde nec tam patrimonio, quàm fide, & vitæ integritate, fideiussorem æstimamus.[l] & tutor fidelis, probus, & diligens non remouetur quasi suspectus, propter inopiam:[m] nec eius hominis, quem alioqui boni mores commendant, misera fortuna nuncupanda est.[n]

Paupertas an de genere malorum.

4 Quamuis † enim paupertas infelicitatum, & malorum (vt Asinius Marcellus dicebat) præcipuum sit:[o] nihil tamen per se ipsa turpitudinis haber: quin & permultos excellentis virtutis homines, eo nomine plurimum commendari vidémus, quod inopia adeo laborarint, vt nec mortui haberent, vnde funeris pompa fieri posset: quales Valerius Publicola, Menenius Agrippa, Aristides, & Epaminundas fuere. de Masurio Sabino Iurisconsulto constat, tanta eum egestate pressum, vt ab auditoribus suis ali, sustentarique eum oportuerit.[p]

g *Satisdatio*) Hoc est cautio, cum fideiussoribus.[q]

h *His casibus*) Cùm videlicet impubes ob vnam ex causis prædictis, arrogatur.

i *Dari solet*) Ea nimirùm forma, quæ sequentibus capitibus præscribitur.

L. XVIII. NON ALITER.

Marcellus lib. 26. Digestorum.

Non aliter enim voluntati eius qui arrogare pupillum volet (Si causam eius[a] ob alia probabit) subscribendum erit,[b] quàm si cauerit seruo publico[c] se restiturum, quæ ex bonis eius consecutus fuerit, illis ad quos res peruentura esset, si arrogatus permansisset in statu suo.[d]

a §. item finitur. §. sed pupilli. Inst. qui. me. tut. finit.
b l. qui ex liberis. §. ex testamento. ff. de cōtr. tabu. l. si paterfa. vbi dixi. 3. hoc ti.
c § j. Instit. de tutel.
d l. Papinia. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. testa. §. igitur. Inst. de pupill.
e l penul. §. testamento. ff. de secund. tabul.
f §. alio. §. non tamen. qui. mo. test. infir. in Instit.
g Bald. hic.
h l. si paterfa. §. fi. 3. hoc tit.
i l. qui adoptionem in fi. l. si is qui nepotem. hoc ti.
k l. scire oportet. §. pen. ff. de excu. tuto.
l l. si quis stipulatus. §. fi. ff. de verb. oblig.
m l. suspectum. ff. de suspect. tutori. §. fi. Inst. eo ti.
n d. l. scire oportet §. penul.
o Cornel. Taci. li. 14. Annalium.
p l. ij. § & ebiter. ff. de orig. iur.
q l. j. ff. qui satisd. cog.

SVMMÆ.

1 *Arrogationis causa.*
2 *Subscribere, subscriptores.*
3 *Seruus publicus.*
4 *Tabellio cur publicus seruus.*

a C*Ausam eius*) † Causa enim arrogationis, antè omnia diligenter exqui- 1
renda est, an videlicet sit honesta, & expediat pupillo,[a]
b *Subscribendum*) † Assentiendum. Subscribere nanque propriè dicitur, qui 2
alteri consensum suum accommodat.[b] Quod si voto, inquit Iunius Colu-
mella, fortuna subscribit, agrum habebimus salubri cœlo.[c] vnde pro subno-
tare vsurpatum ex principum more, qui quæ approbant, subsignare solent.[d]
Cum Pinarium equitem, ait Tranquillus, subscribere quædam animaduer-
tisset Augustus.[e] Propriè tamen verbum hoc forense est, & iudiciis accom-
modatum, idem olim significans, quod propositam ab alio accusationem cō-
probare. Gabinium, inquit M. Cicer. de ambitu P. Syllareum fecit, subscri-
bente priuigno Meminio.[f] ad vitandam quippè præuaricationem accusato-
rum, exacuendámque eorum diligentiam, solebant dari subscriptores: ve-
luti testes, & custodes accusationis, qui se auxilio futuros accusatori, ad rēū
peragendum profiterentur.[g] hi autem id impunè faciebant. hodie verò sub-
scriptiones ab accusatoribus ipsis fiunt. Veritatem delati criminis con-
firmantibus. & pœnales sunt, si falsum crimen intendisse dolo malo pro-
bentur.[h]
c *Seruo publico*) † Hóc est tabellioni, sicuti Iustinia. interpretatur.[i] & sanè cō 3
stat, scribas, quorum in publicis, priuatísque negotiis cautiones, & acta con 4
scribere munus erat: † frequenter in iure ciuili, seruos publicos nuncupari.[k]
propterea quod olim muneri præponi solerent serui: donec Arcadius Impe-
rator, id fieri vetuit, rigidè præcipiens ad eam functionem liberos homines
ordinari,[l] quos hodie tabelliones nuncupamus.[m]
d *In statu suo*) Quia sese non dedisset arrogandum.

a §. cum autem Inst. de adopt. l. præced. §. j. b l. j. § sed etsi ser. ff. quod iussu. l. subsignatū ff. de ver. sig. c Columella. li. j. de re rust. d l. subsignatū. e Suet. in Augu. f Cic. ad Qui. fratrem. g Asco. Pædia. in j. Verr. h l. vlt. ff. de priuat. delic. l. libellorum. §. Item subscribere, & l. si cui. ff. de accusa. i d. §. cū antē. k l. j. §. pe. ff. de magist. conue. l. ij. ff. rem pup. sal. fo. & bic. l l. generali. C. de tabu. lib. 10. m l. vniuersas. C. de decurio. libr. 10. §. j. & tot. tit. in auth. de tabel. col. 5.

Arrogationis causa. Subscribere subscriptores. Seruus publicus. Tabelliones qui.

L. XIX. HIS VERBIS.

Vlpianus lib. 26. ad Sabinum.

His verbis[a] satisdationis, quæ ab arrogatore præstari debet, *ad quos ea res pertinet*, & libertatibus prospectum esse, quæ secundis tabulis[b] datæ sunt.[c] Et multo magis substituto seruo,[d] item legatariis, nemo dubitat.[e] quæ satisdatio si omissa fuerit,[f] vtilis actio[g] in arrogatorem datur.[h]

SVMMÆ.

1 *Tabulæ.*
2 *Pupillares tabulæ.*
3 *Directa actio.*
4 *Vtilis actio.*
5 *Actio in factum.*

a H*Is verbis*) Satisdationis verba, satis liquent ex precedenti Marcelli re-
sponso.
b *Secundis tabulis*) † Id est pupillaribus: quæ nisi præstita fuisset satisdatio 1
extinguebantur arrogatione.[a] Sanè verò quia veterum mos fuit suam po-
stremam voluntatem, scribendi in tabulis (quo nomine omnis materiæ fi-
gura continetur, siue lignum sit, membrana, charta, siue corium cuiusuis a-
nimalis.[b]) Tabularium verbo, solet in iure nostro testamentum significari.
vnde & bonorum possessio secundum, & contra tabulas nomen accepit.
Quia verò testator primo sibi, deinde filio suo, testamentum facit.[c] † Primas 2
tabu-

a l. nec ei. §. j. vbi dixi suprà hoc tit. b l. j. in pr. ff. de bono. poss. sec. ta. c l. ij. §. quisquis. ff. de vulg.

Tabulæ.

Tabulæ primæ & secundæ.

tabulas testamenti dixerunt, in quibus de hæreditate sua testator priore loco disponebat hæredem instituendo, aut etiam substituendo. Neque enim vsquam me legisse memini vulgarem aut precariam substitutionẽ, per quas succeditur testanti, [d] secundarum tabularum verbo contineri: eam verò testamenti partem, qua pater filio pupillo, & in eius bonis substituebat, si intra pupillarem ætatem decederet, secundas tabulas vocârunt.[e]

c *Datæ sunt*) Quia finge, in pupillaribus reliquit testator Damę & Pamphilo libertatem.

d *Substituto seruo*) Pupillariter: si enim succurrendum lex censuit iis seruis, quibus libertatem duntaxat testator relinquit: multò magis iis, quos vltra libertatem, secundos hæredes, qui testabatur, scripsit.

e *Nemo dubitat*) Et ideò Papinianus respondit, si impubes causa cognita atrogatus, decesserit, quemadmodum legitimis hæredibus, vinculo cautionis prospicitur: ita si fortè substituat naturalis pater impuberi, succurrendum erit substituto.[f]

f *Omissa fuerit*) Imprudentia eorum, qui pupilli curam habebant.

g *Vtilis actio*) Sanè dixit vtilis actio, quia directa dari non potest. Si quidem
3 tunc directa competat, † cùm ea facti species se offert, de qua nominatim lex scripta est: aut actionis certa proposita formula: [g] sic dicta, quòd ad legis verba, aut vulgarem actionis formulam directa sit, & accommodata.[h] Vbi
4 † verò lex de re controuersa expressim scripta non extat, & ita nulla eius rei nomine specialiter prodita est actio, quæ tamen æquitate aliqua & vtilitate communi suadente, datur: quod idem sensisse de casu omisso, legislatorem verisimile sit: illa actio vtilis dicitur:[i] quasi vtilitatis communis causa, aduersus strictam iuris rationem introducta.[k] vt & alia multa pro vtilitate communi contra subtilem disputandi rationem iure ciuili recepta esse Iulianus scribit.[l] Est enim publica ciuiũ vtilitas, finis & scopus iuris ciuilis.[m] vt præclarè Lyricus cecinit, *Iusti propè, mater & æqui.*[n] Cùm autem non ex lege tantùm esse censeatur, quod verba demonstrant: sed etiam, quod ex sententia per interpretationem voluntatis colligitur:[o] bellissimè Paulus docuit, in extraordinariis iudiciis, vbi formularum conceptio non obseruatur, directa
5 quis, an vtili actione conueniatur, non referre.[p] † Cæterùm vbi non satis exploratum habuere Iurisconsulti, an de casu lege non expresso, eadem fuerit legis sententia, subesse tamen æquitatem animaduerterunt, actionẽq; in factum subsidiariam prodidêre:[q] cùm nec directa, repugnantibus verbis: nec vtilis, ob incertam legis sententiam competere possit.

Directa actio. Vtilis actio. Actio in factum.

h *Datur*) Nec est nouum omissa cautione perinde aliquam conueniri, acsi reipsa cauisset.[r]

d l.ij.l.coheredi §. cum filia. ff. de vulg.
e l. quod si filius. ff. de capt. & hic.
f l. causa cognita. ff. de vulg.
g l. actio. ff. de neg. gest. l. ex legato. C. de legat.
h l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & postu. §. cæterùm. Instit. de leg. Aquil.
i l. quoties. ff. de præscr. verb. l. curatores. C. de neg. gest.
k l. penul. ff. si quadrup. paup. l. quia actionũ. ff. de præscript. verb.
l l. ita vulnera tus. ff. ad l. Aquil.
m Cicer. lib. iij. de legib.
n Horat. lib. j. serm. sat. iij.
o l. nominis. in fi. ff. de verbo. sign. § j. Instit. de legit. patr. tutel.
p d. l. actio.
q §. fin. de leg. Aquil.
r l. nisi. §. item sciendum. ff. si cui plus quàm per l. fal. l. vnic. in princ. C. de rei vxo. actio.

L. XX. HÆC AVTEM.

Marcellus lib. 26. Digestorum.

Hæc autem satisdatio [a] locum habet,[b] si impubes decesit. Sed etsi de pupillo loquitur: tamen hoc etiam in pupilla [c] obseruandum est.

SVMMÆ.

1 *Masculinum concipit fœmininum.* 2 *Fœmininum vocabulum.*

a *SAtisdatio*) Cuius præcedentibus capitibus mentio facta est.

b *Locum habet*) Vt arrogator conueniri posit mortuo arrogato, ab ijs ad quos ea res pertinet, in vim præstitæ satisdationis, aut suppletæ à lege.

c *In pupilla*) Pupillorum quippè & puerorum verbo, pupilli continentur.
1 [a] † Et masculino verbo, fœmininum venit:[b] quamuis dispositio odium con-
2 tineat,[c] nisi de mente disponentis contraria constet euidenter.[d] † Fœmineo

Masculinum concipit fœmininũ.

a l. seruis legatis §. j. ff. de legat. iij.
b l. si quis id. ff. de iurisd. l. j. l. pronuntiatio. l. iusta. ff. de verb. sign.
c l. aut Diuus. ff. de iur. fis.
d l. Lucius. §. pe. ff. de leg. iij.

tamen vocabulo Pomponius dicebat masculinum comprehendi, exemplo turpissimum.[e] Cuius sententiæ causam nouissimi putant, quia veteres irrisionis causa, effœminatos homines, solerent nomine fœminino vocare.[f]

Fœminei vocabuli

e l. si is a scriptum. in pr. ff. de leg. ij.
f Alcia. lib. ij. parerg. cap. 48.

L. XXI. NAM FOEMINAE.

Caius lib. singulari regularum.

Nam & fœminæ,[a] ex rescripto principis arrogari possunt.

SVMMÆ.

1 *Fœminæ non adoptant.*
2 *Fœminæ arrogantur.*
3 *Comitiorum solemnia.*

a FOeminæ) † Fœminæ non possunt, nisi ex indulgentia principis adopta- 1
re:[a] cùm liberos in sua potestate non habeant,[b] ac proinde nec suos hę
redes.[c] ad solatium tamen amissorum pro republica puta liberorum, aut a-
lia magna quapiam ex causa,[d] adoptandi facultas eis à principe conceditur.[e]
quomodò legimus, Ioannæ Reginæ Romanum Pontificem permisisse, vt
Andium ducem sibi adoptaret.[f] † Ex rescripto item principis fœminas arro 2
gari posse Caius hîc docet: alioqui secùs innuens. Id quod Gellius tradit a-
pertius. Neque pupillus (inquit) neque mulier, quæ in parentis potestate
est, arrogari possunt.† quoniam & cum fœminis nulla comitiorum commu 3
nio est, & tutoribus in pupillos tantam esse authoritatem potestatémque
fas non est, vt caput liberum fidei suæ cōmissum, alienæ ditioni subiaceant.[g]
Quamuis autem, translato in principem imperio, comitiorum vsus, & so-
lemnia paulatim desierint:[h] mansit tamen vetus hæc prohibitio, de fœminis
non arrogandis, nisi speciali principis rescripto, vt omnis occasio turpitudi-
nis arceatur.[i]

Fœminæ non adoptant.
Fœminæ arrogantur.
Comitiorum solemnia.

a §. fœmina. de adopt. in Inst.
b §. cæteri. Inst. de her. qualit. & diffe.
c l. illud. §. ad testamenta. ff. de contratab. l. nulla. ff. de suis & legit.
d l. si suspecta. §. fi. ff. de inoff. testa.
e l. mulierem. C. de adopt. d. §. fœmina.
f Angel. & Fulgo. d. l. si suspecta. §. fi.
g Gel. li. 5. noct. Attic. c. 19.
h l. j. ff. ad l. Iul. ambit.
i l. nec ei. §. j. vbi dixi. 3. hoc tit.

L. XXII. SI ARROGATOR.

Vlpianus lib. 26. ad Sabinum.

Si arrogator[a] decesserit impubere relicto filio adoptiuo,[b] & mox impubes decedat, an hæredes arrogatoris teneantur?[c] Et dicendum est hæredes quoque[d] restituere[e] bona arrogati, & prę terea quartam partem.[f] Sed an impuberi arrogator substituere possit, quæritur? Et puto non admitti substitutionem, nisi fortè ad quartam solam,[g] quam ex bonis eius consequitur, & hactenus,[h] vt ei vsque ad pubertatem[i] substituat. Cęterùm si fidei eius committit, vt quandóque[k] restituat, non oportet admitti fideicommissum:[l] quia hoc non iudicio eius,[m] ad eum peruenit, sed principali prouidentia.[n] Hæc autem omnia dicenda sunt, siue in locum filij, siue in locum nepotis, aliquis impuberem arrogauerit.

SVMMÆ.

1 *Arrogatoris hæredes ad quid teneantur.*
2 *Pupillares tabulæ arrogatione pereunt.*
3 *Arrogando quasi contrahitur.*
4 *Quarta arrogati quanta.*
5 *Transmissio de quibus rebus fiat.*
6 *Substitut. pupillaris.*
7 *Pubertas quo tempore contingat.*
8 *Plena pubertas.*
9 *Quandóque dictio.*
10 *Fideicommissum est onus.*
11 *Principale quid.*

Si arro-

a *SI arrogator*) Vult hîc Vlpianus, quòd ſi arrogator impuberis deceſſerit aliis hæredibus inſtitutis quam adoptiuo filio, ſatiſdatio præſtita vel à lege ſuppleta[a] contra ſcriptos hæredes committitur, qui tenentur ideo bona arrogati reſtituere, & amplius quartam partem bonorum, quæ mortis tempore fuerunt arrogatoris.[b] In qua ſola poteſt arrogator pupillariter impuberi arrogato ſubſtituere, non item per fideicommiſſum. cum pupillus adoptiuus non conſequatur eam quartam arrogatoris beneficio, ſed ex conſtitutione diui Pij.[c]

b *Filio adoptiuo*) Non inſtituto. alios enim hæredes inſtitutos fuiſſe, Iuriſc. verba indicant.

Arrogatoris hæredes. *Arrogatione tabulæ pupillares euaneſcũt.*

1 c *Teneantur*) † Illis ſcilicet, qui ſi facta non fuiſſet adoptio, ſucceſſuri pupillo erant.[d] quales ſunt agnati, aut pupillariter ſubſtituti à patre naturali, ſi ſecundæ tabulæ factæ reperiuntur.
2 Nec † tumultuetur quiſpiam ex eo quòd cùm impubes capite minutus ſit, per arrogationem tabulæ pupillares euanuerint:[e] id enim fateor, neque ſanè credo rectè venire ſubſtitutũ ex ſecundis tabulis: quæ nec quidem Prætorio iure arrogatore etiam mortuo conualeſcunt.[f] Sed noua voluntate opus eſt.[g] quæ non conſideratur in pupillo.[h] Cęterùm ſubſtituto proſpectum eſt vinculo cautionis interpoſitæ ab arrogatore.[i]

Arrogatio quaſi cõtractus.

d *Hæredes quoque*) Implicat Vlpia. non arrogatorem modò, qui cauit ſe reſtituturum iuxta formam ſtipulationis,[k] teneri reſtituere: ſed etiam hęredes eius, ex quorum perſona non conuenit obligationem variari.[l] Nam obligationes, quæ ex contractu vel quaſi deſcendunt, ad hæredes regulariter commigrant.[m]
3 † At qui pupillum arrogat, contrahit ille quidem ſine dubio, cùm ſatiſdat de reſtituendis arrogati bonis, iis ad quos ea res pertinet.[n] & ſimpliciter arrogando, ſaltem quaſi contrahere dicitur.[o]

e *Reſtituere debere*) Et moram facientes cogentur, vel actione directa ex ſtipulatu, ſi cautum ſit publicæ perſonæ, id eſt tabellioni, vel vtili, ſi omiſſa fuerit ſatiſdatio.[p]

Quartã arrogati quanta.

4 f *Quartam partem*) † Bonorum arrogatoris, hoc eſt eorum quæ mortis eius tempore fuerunt:[q] niſi ſuccederet arrogatus cum filiis naturalibus, quorum conditionem non oportet deteriorem eſſe.[r] Ideò tunc vt in illis, in arrogato quoque crederem hoc iure quartam eſſe quadrantem eius quod habiturus erat ab inteſtato.[ſ] & nouella Iuſtiniani, quemádmodum in naturalibus aucta.[t]

Tranſmiſſio quartũ rerũ fiat.

5 † Eam autem quartam licet non agnitam, arrogatus ad hæredes tranſmittit:[u] Quod eam ſcilicet, vt hîc Vlpianus ſcribit, non teſtantis iudicio, ſed ſingulari principis prouidentia conſequatur.[x] Et leges, quæ tranſmiſſionem vetant, de iis agunt, quæ iudicio teſtatoris, & titulo vniuerſali deferuntur:[y] vt hæreditas, & bonorum poſſeſſio.[z]

Pupillaris ſubſtitutionis effectus.

6 g *Quartam ſolam*) † Si ſolam videlicet quartam ab arrogatore conſequutus fuerit: Nam ſi vltra quartam ei quicquam dederit arrogator, item & ſi quid impubes contemplatione aut arrogatoris beneficio, quęſiuit liberalitate puta cognatorum, vel amicorũ parentis adoptiui, id totum ſubſtitutus capiet.[a] non etiam alia pupilli bona: quamuis ſecus dicendum in pupillari à patre naturali facta.[b] per quam ſubſtitutus omnia in vniuerſum impuberis mortui bona vendicat.[c]

h *Hactenus*) Licet arrogatori ſubſtituere arrogato.

Pubertas quãdo incipiat.

7 i *Ad pubertatem*) † Quæ in maſculis quartodecimo: in fœminis, duodecimo anno, æſtimatur.[d] verere illa indagatione, nudi corporis quę olim fiebat, velut inhoneſta ceſſante.[e] Cuiuſmodi tempus ab Ethnicis quoque religioſè ſeruari Tertulianus author eſt. Etenim ij iura ſua ætatibus ita reddunt,

a l. non aliter. l. his verbis. ſ. hoc tit.
b l. ſi. ff. ſi quid in fraud. patro.
c l. Papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inoff. teſta. l. j. §. ſi impuberi. ff. de col. bo. d. l. fin.
d §. cum autẽ. in fi. de adopt.
e §. alio. §. non tamen. Inſtit. quib. mod. teſt. infir.
f d. §. non tamen.
g l. pen. §. teſtamento. ff. de ſecund. tab.
h l. j. in fi. C. de fal. moneta.
i l. cauſa cognita. ff. de vulg. d. §. cum autẽ.
k l. non aliter. l. his verbis. ſupra hoc tit.
l l. ij. §. ex his ff. de verb. obl.
m l. ex contractibus. ff. de actio. & oblig.
n d. l. non aliter. cum l. ſeq.
o §. j. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contrac.
p d. l. non aliter. d. l. his verbis.
q l. ſi. ff. ſi quid in fraud. patr. §. cum autem. Inſtit. de adop.
r l. nec ei. §. ſi. hoc tit.
ſ l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. teſt.
t authent. nouiſſima. C. de inoff. teſt c.
u vt hac l.

x l. j. §. ſi impuberi. ff. de col. bo. d. l. fin. y l. vnic. §. in nouiſſimo. C. de caduc. tol. z l. iij. §. penul. de bonor. poſſeſ. l. ſi antea. C. de iur. deliber a l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulgar. b d. l. ſed ſi plures. c §. primo. Inſtitut. de pupil. d. §. ad ſubſtitutos. d l. fin. C. quemadm. tut. vel cur. eſſe deſi. e §. j. Inſtitut. quib. mod. tut.

vt fœminas confestim post duodecimum, masculos post decimum quartum ad negotia mittunt.[f] † Plenam tamen pubertatem Iurisconsulti diffinierunt, 8
in masculis annorũ duodeuiginti spacio: in fœmellis quatuordecim.[g] quod in ea ætate, tardiùs etiam pubescentes integram corporis habitudinem nanciscantur.[h]

Plena pubertas

lz *Quandoque*) † Id est aliquando seu aliquo tempore.[i] Ego me Asturæ, inquit M. Cicero, diutiùs arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat.[k] & Horatius.[l] 9

Quandoque.

Quandoque bonus dormitat Homerus.

Cuius rei licet purgatissimis auribus obuiæ lectorem passim admonui: ne cum interpretibus nostris, eum in luce tam aperta, luminibus obstrui contingat.

l *Fideicommissum*) † In quarta quippè fideicommissum onus est & grauamen.[m] In quarta autem non potest arrogatus ab arrogatore grauari, cùm non eam, sicuti dictum est, illius beneficio, sed ex lege consequatur.[n] & quem non honoro, grauare non possum.[o] 10

Fideicommissum est onus.

m *Iudicio eius*) Arrogatoris scilicet, qui magis debitam quartam præstitisse, quàm vllum in arrogatum contulisse beneficium videtur.[p] Cùm & eam arrogatus, velut æs alienum capiat.[q] Innuit autem hîc locus à contrario, posse arrogatorem in eo quod impuberi vltra quartam reliquerit, eum fideicommisso grauare.[r]

n *Principali prouidentia*) Constitutionem Diui Pij intelligit: Qua pars quarta bonorum arrogatoris, filio impuberi arrogato, præfinita pridem fuit.[s] † 11
Porrò principale dici in iure nostro quod est principis, complusculi loci perspicuum faciunt: & annotauimus alibi.[t] Inde constitutiones principales,[u] principalis maiestas,[x] principalis authoritas,[y] principales libri,[z] principalis prouidentia,[a] principale decretum,[b] & alia id genus permulta. Pœnitentiam simulans (inquit Tranquillus) quod principalium rerum priuatis copiam faceret.[c]

Principale.

f Tertu. li. de virginibus velandis. g l. Mela. § j. ff. de alimẽ. & cib. leg. h l. arrogato. § j. j. hoc tit. i l. debitor. ff. de nego. gest. l. res in dotem. ff. de iur. do. § j. qui. mo. re. cont. oblig. k Cic. lib. 5. episto. l Hor. in arte poe. m l. cohæredi. § cum filia. ff. de vulg. n l. Papinianus. § si quis impubes. ff. de inoffi. testa. o l. ab eo. C. de fideic. p l proximè. ff. de rit. nu. l. vnĩ ex famil. § j. ff. de leg. ij. l. si seruo. ff. de here. Insti. q l. j. § si impuberi. ff. de col. bonor. l. si. ff. si quid in frau. pat. r § vlt. de pupil. in Instit. s l. Papinianus. § si impuber. ff. de inoff. testa. d. l. Pa. d. § si impuberi. t l. ij. § ita in ciuitate. ff. de orig. iur. u l. principalib. ff. si cert. pet. x l. pe. ff. de ha. Instit. y l. acta. ff. de re iud. z l. vnic. ff. de offi. quæst. a h. sel. b l. ij. ff. de offi. asse. c Suet. in Caligula.

L. XXIII. QVI IN ADOPTIONEM.

Paulus lib. 36. ad edictum.

Qui in adoptionem[a] datur iis quibus agnascitur,[b] cognatus fit:[c] quibus verò non agnascitur, nec cognatus fit. Adoptio enim non ius sanguinis,[d] sed ius agnationis affert. Et ideò si filium[e] adoptauero, vxor mea illi matris loco non est.[f] Neque enim agnascitur ei propter quod, nec cognatus *aliàs cognata* eius fit. Item nec mater mea auię loco illi est. Quoniam iis qui extra familiam[g] meam sunt non agnascitur: sed filiæ meæ, is quem adoptaui, frater fit. quoniam in familia mea est filia, nuptiis tamen *etiam* eorum[h] prohibitis.

SVMMÆ.

1 *Cognatio generale nomen.*
2 *Agnati qui.*
3 *Ius agnationis.*
4 *Ius sanguinis.*
5 *Sanguis.*
6 *Familia pro agnatione.*

a *Qui in adoptionem*) Præcognoscendum hîc † cognationis generale nomen, parentes, liberos, & transuersales continens:[a] quatenus ad personas, quæ ex transuerso veniũt, refertur, in agnatos, & cognatos † deduci.[b] Agnati dicuntur, qui per virilis sexus personas nobis sunt coniuncti. Cognati verò, qui per fœminam.[c] † Cæterùm non per generationem modò, sed per adoptionem quoque, ius agnationis contrahitur.[d] Veluti si cùm 1 2 3

Cognatio nomẽ. Agnati. Ius agnationis.

a l. nõ facilè. § j. ff. de grad. affi. b § j. Inst. de legi. agna. tutel. c § sunt autem. Inst. de leg. agna. success. d. § j. d l. j. § j. ff. vnde cognat.

filium

filium naturalem haberem, adoptiuum acceperim, hi sese mutuo non tantùm agnatos, verumetiam consanguineos vocabunt.[e] ius tamen cognationis nō quæritur. & hoc est quod summatim hoc loco Iulius Paulus docet: Adoptionem videlicet adferre ius agnationis, non item cognationis, & sanguinis. efficitur quippè filius adoptiuus de familia, hoc est agnatione adoptantis, id est eisdem fit agnatus, quibus pater adoptiuus est, & legitimam hæreditatem eorum habebat, vel ipsi eius.[f] Veluti patri, auo paterno, fratri, filio, filiæ, & aliis, qui ex familia sunt adoptantis, & nomen idem familiæ ferunt. adoptiuus fit, nempè filius, nepos, filius fratris, frater.[g] vxori verò auiæ & cæteris, qui patri per fœmineum sexum coniunguntur, adoptiuus non fit cognatus.[h] Neque enim (vt scriptum reliquit Paulus noster) ius sanguinis, sicut agnationis, adfert adoptio, & ex cognationes in adoptionibus duntaxat contrahuntur, quæ legitimæ sunt, id est quæ agnatorum ius habent.[i]

b *Agnascitur*) Id est agnatus, præter naturam fit.[k] Sic enim agnata membra, Plinius dixit, quæ natura præter solitum vsum humano corpori inuexit.[l] planè qui agnascuntur, non matris, sed patris sequuntur familiam.[m]

c *Cognatus fit*) Cognationem inquit Vlpianus, facit etiam adoptio. quibus namque fiet agnatus, qui adoptatus est, eisdem & cognatus fiet.[n]

Ius sanguinis. 4 d *Ius sanguinis*) † Id est naturalis coniunctionis:[o] quæ ex solo maris & fœminæ complexu, proficiscitur: comprehenditque, omne necessitudinis genus, consanguinitatis videlicet & affinitatis. vt meritò dicat hîc Paulus, ius istiusmodi per adoptionem non adferri: quia adoptatus, licet agnatus & cognatus fiat patri adoptiuo, cæterisque qui sunt in adoptātis familia.[p] nemini tamen fit affinis,[q] vt suprà declaraui.

Sanguis. 5 † Nemini autem non cognitū puto sanguinis verbo ius & consanguinitatis, & affinitatis, significari.[r] Magnam vim, inquit M. Cicero magnam necessitatem, magnam religionem possidet paternus maternúsque sanguis.[s] Inde sanguine coniunctos, M. Cicero, & Fabius Quintilianus cum Vlpiano dixerunt.[t]

e *Filium*) Hoc est aliquem loco filij.

f *Matris loco non est*) Sed potiùs nouercæ.[y]

Familia pro agnatione. 6 g *Familiam*) Id est agnationem. † Verbum quippè familiæ, quod pro subiecta materia variè vsurpatur: agnationem quoque designat.[x]

h *Eorum*) Nimirum adoptiui filij, & naturalis filiæ. inter quas personas nuptiæ nnn consistunt, quandiu constat adoptio.[y] at si earum alterutra, vt puta, filius adoptiuus, vel filia naturalis, à parente emanciperur: quia sublatum est per emancipationem ciuile adoptionis vinculum, nihil erit tunc nuptiis impedimento.[z] Et eò spectat, quod Paulus ait, posthumum ex sorore mea adoptiua, rectè à me hæredem institui, quod eam possem aliquando iustam vxorem habere,[a] Quamuis in tempus emancipationis stipulatio nuptiarum, velut contra bonos mores inutiliter conferatur.[b]

L. XXIIII. NEQVE ABSENS.

Vlpianus lib. 1. disputationum.

Neque absens[a] neque dissentiens,[b] arrogari potest.

SVMMÆ.

1 *Absentis arrogatio.*
2 *Nerua Traianum adoptauit.*
3 *Spurius absens an legitimetur.*

Absentis arrogatio. 1 a ABsens) † Si absens nec quidem per aliū, vel adoptare, vel arrogare potest:[a] multominùs arrogari.[b] cum arrogandi voluntas sit personaliter explorāda.[c] Iure quidem, & solemniter interrogatione videlicet præcedente.[d] Cuiusmodi solemnitas inter absentes peragi nō potest.[e] Subsequēs tamē

e d. §. sunt autem.
f l. ij. §. paruí. ff. de suis & legi.
g vt hic. & d. §. parui.
h l. patris. ff. de in ius vocan.
i l. si qua mihi. §. fin. ff. de ritu nupt.
k l. si quis nepotem. ʒ. hoc tit.
l Plin. lib. 11. c. 52.
m §. ij. de leg. agna. tutel. in Instit.
n l. j. §. cognationem. ff. vnd. cog.
o l. iura sanguinis. ff. de regu. iur.
p l. ij. §. parui. ff. de suis & legitim.
q l. non facilè. §. pe. ff. de gradib. affinit. l. si qua mihi. §. fi. ff. de ritu nupt.
r l. vel si sanguine. ff. de man. vir. &c.
s Cic. pro Rosc. Ameri.
t Cic. lib. ij. de inuent. Quintil. lib. 8. c. iij.
y d. l. vel si sanguine.
u l. adoptiuus. in prin. ff. de ritu nupt.
x l pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verb. sign.
y l. per adoptionem. ff. de ritu nupt.
z §. inter eas. Instit. de nup. l. quinetiam. §. fi. ff. de rit. nupt.
a l. si quis posthumos. §. fin. ff. de lib. & posth.
b l. si stipuler. §. j. ff. de ver. obl.
a l. seq. in fi.
b vt hac l.
c l. in adoptionibus. vbi dixi ʒ. hoc tit.
d l. ij. ʒ. hoc tit.
e l. j. in prin. ff. de verb. oblig.

arrogati consensus,arrogationem fortè confirmaret.[f] † Quandoquidem M. 2
Vlpium Traianum,cùm in Germania esset à Coccelo Nerua, legitimè adoptatum Dion & reliqui historici scribant.[g] Sed tamen quia principis solemnium legibus soluti,[h] id factum est: ad consequentias temerè producendum non venit.[i] Ideò hac in re ampliùs deliberandum.† An autem Spurius 3
absens constituto in id specialiter procuratore natalibus restitui,seu, vt vocant,legitimari possit,vetus est interpretum hoc loco controuersia. In qua breuiter ego puto,posse.[k] cùm enim in omni causa quámlibet graui & ardua,regulariter procurator admittatur:[l] Et tutor ipse possit per procuratorem peti:[m] natalium restitutionem, seu, vt loquuntur, legitimationem per procuratorem postulari,recipíque posse non dubito.[n] Nam nec patris præsentia desideratur.[o] Igitur nec filij:vt relatiuorum idem iudicium constituatur.[p] Et quoniam vbi consensus,aut voluntas alicuius requiritur, non valdè refert ab initio consentiat ipse,vel ratum habeat ex post facto.[q] Neque me mouerit,quòd absens arrogari nequeat etiam per procuratorem.[r] diuersa namque longè est adoptionis causa,in qua nominatim constitutum est, arrogandi voluntatem,personaliter exquirendam.[s] & id quidem,non temerè, sed solemniter interrogatio nimirùm proposita.[t] cuiusmodi formula non potest ab absentibus tractari.[u]

b *Dissentiens*) Hoc dubitationem nullam habet. Cùm iam ex Celso intellexerimus, explorandum arrogandi voluntatem, [x] ídque solemniter.[y]

Traianus à Nerua adoptat°.
Spurius absens an legitimetur.

f c.cura.de iur. pa.e.fi.16.q.j.
g Dion in Traia.
h l.princips.ff. de legi. l.ex im perfecto. C. de testa.
i l.j. in fi.ff.de constitu. pr.
k l.quis in prouincia. §. Diuus.ff. de ritu. nup.c.per venerabilem. in pr. qui fil.sint legi.
l l.j.§.vsus.ff. de procu.c.fi. illo.ti.in 6.
m l.cum à matribus. C. qui pet.tutor.
n §.sit igitur licentia in auth. quis. mo. natu. effi.sui col.7.
o Ant vem si-ue.C.de nat.li.
p l.fi.ff.de acceptil.
q l.fi.C.ad Maced.d.c.cura.
r l.post mortē.§.fi.hoc tit.& hic.
s l.in adoptionibus.§.hoc tit.
t l.u.3.hoc tit.
u l.j.in princi.ff.de ver.obl.
x d.l.in adoptionibus.
y d.l.y.3.hoc ti.

L. XXV. POST MORTEM.

Idem lib. 5. opinionum.

Post mortem [a] filiæ suę,quę vt materfamiliâs,quasi iure emancipata vixerat,& testamento scriptis hęredibus [b] decessit: aduersus factum suum,quasi non iure eam,nec pręsentibus testibus [c] emancipasset,pater mouere controuersiam prohibetur.[d]

SVMMÆ.

1 *Emancipatio quomodò fiat.*
2 *Testes in emancipatione necessarij.*
3 *Factum suum nemo impugnat.*
4 *Pater factam emancipationem non infirmat.*

a *Post mortem*) Si pater minus solenniter emancipauerit filiam,eáque quasi iure emancipata, vt materfamiliâs vixerit, non potest pater deinde causari emancipationem non iure factam: & aduersus proprium istiusmodi factum mouere controuersiam.

b *Scriptis hæredibus*) Inter quos fortassis pater non erat scriptus:aut erat, sed in modico institutus.Ideoque allegabat filiam non iure testatam:quia in potestate posita.Nam quid ad emancipationem attinebat, ea cùm facta sit inutiliter,dicebat pater,nullum effectum producere potuit: perinde atque si facta non fuisset.[a]

c *Præsentibus testibus*) † Cùm emancipatio apud acta iudicis fiat:[b] & in actis 1
iudiciariis testes minimè sint necessarij:[c] vana videtur hæc patris allegatio, defectis testibus subnixa ad infirmandam donationem. † Nisi dicas quòd ve- 2
rum est,speciale in emancipatione, vt in ea licet in actis fiat,[d] præsentia testium,olim quidem quinque,[e] desideretur, propterea quòd grauissimè damnosa sit vtrique, nimirùm emancipanti, qui patriam potestatem,rem inæstima-

Emancipatio quomodò fiat.
Testes in emancipatione necessarij

a l.quoties. cū vule.ff. qui satisd.cog.
b l.emancipatione.C.de fid. instru. l.vlt.C. de emanc. liber.
c l.in donationibus. C.de donationib.
d d. l.emancipatione. d. l.fi.
e Theoph. §. praeterea. quib. mo.ius pat.pot. in Insti.

æstimabilem,[f] ac futuram omnem filij acquisitionem [g] amittit. Item emanciparo, qui deinceps velut extraneus patri iudicatur.[h]

Factum proprium impugnare.

3 d *Prohibetur*) † Contrarium prima fronte videri poterat: nempè patrē possé factam à se inutiliter emancipationem impugnare.[i] non obstante etiam lapsu temporis.[k] Quod ego in alio quocunque non grauatè concesserim, quemcunque scilicet, præter ipsum patrem, admitti ad probandum emancipationem non iure factam.[l] † Cæterùm pater qui se filiam emancipasse agnoscit, eámque quasi rectè emancipatam viuere passus est, post filiæ mortem non auditur.[m] Quamuis filia adhuc viuente, (quæ tamen sui iuris existentiam longa quasi possessione non quæsiisset.[n] pater contendens se non ritè emancipasse, ob magnum illud naturæ vinculum, cum reliquiis patriæ potestatis coniunctum audiendus sit.[o]

Pater emancipatione nō infirmat.

4 (margin number at "cipationem non iure factam")

f l. filiusfa. §. secundum. ff. de leg. j.
g l. j. ff. si quis à par. er. fuer. manumiss.
h l. quumetiā. §. fi. ff. de rit. nup. §. emancipati. de her. quæ ab intest. in Inst.
i l. ij. C. si aduers. rem iudic.
k l. quod est cōstitutum. C. ne de stat. defunct.
l l. ab ea parte. ff. de prob. d. l. quod est.
m vt hac l.
n l. j. C. de pat. pot.
o d. l. ij. C. si aduer. rem iudi.

§. NEQVE.

Neque adoptare, nec arrogare quis absens,[a] nec per alium,[b] eiusmodi solemnitatem [c] peragere potest.

SVMMÆ.

1 *Factum personæ cohærens.* 2 *Arrogationum solemnia.*

a A*Bsens*) Sic nec absentem arrogari posse Vlpianus respondit.[a]

Factum personæ cohærēs.

1 b *Per alium*) † Cùm enim factum istiusmodi personæ cohæreat: meritò non potest per alium explicari.[b] Licet alioqui per se facere videatur, qui per alium agit.[c]

Arrogationis solemnia.

2 c *Solemnitatem*) † Inter arrogationis solemnia à nobis superiùs commodiore loco tractata,[d] præcedens est interrogatio, & subsequens responsio. Cuiusmodi solemne contrahentium sine dubio præsentiam desiderat.[e]

a l. præced. l. vbi dixi.
b l. vnic. §. ne autem. C. de ea. tol. l. Arethusa. in fi. vbi dixi. ff. de sta. hom.
c l. ita autem. §. gessisse. ff. de adminis. tutor.
d l. ij. §. 2. hoc tit.
e l. j. in pr. ff. de ver. oblig. dixi l. præced.

L. XXVI. QVEM FILIVS.

Iulianus lib 25 Digestorum.

Quem filius meus emancipatus adoptauerit, is meus nepos non erit.[a]

SVMMÆ.

1 *Emancipatus nouā fit familia.*

Emancipatus nouam quęrit familiam.

1 a N*On erit*) † Emancipatus enim per emancipationem esse desiit in familia patris sui.[a] Cœpítque nouam habere familiam.[b] adeo quidem vt emancipatione filij nomen amiserit.[c] Atqui filius adoptiuus non fit agnatus iis qui sunt extra familam adoptantis.[d] Itaque adoptatam à filio meo emancipato, libertus meus in ius vocare poterit, vel vt mihi alienum.[e]

a l. quumetiā. §. fi. ff. de ritu. nup.
b l. pronuntiatio. versi. idémque. ff. de ver. signifi.
c l. senatoris. ff. de senato.
d l. qui in adoptionem suprà hoc tit.
e l. sed & si. §. si filius. ff. de in ius voc.

L. XXVII. EX ADOPTIVO.

Idem Iulianus lib. 85. Digestorum.

Ex adoptiuo [a] natus adoptiui[b] locum obtinet [c] iure ciuili.[d]

a A*Doptiuo*) filio meo.
b *Adoptiui*) Patris sui mortui.
c *Locum obtinet*) Hoc est patrem suum refert, ac representat. idcóque per-

inde mihi succedit, atque filius meus adoptiuus. idémque pater eius succederet, si non mortem obiisset.

d *Iure ciuili*) Quo constitutum est, nepotes ex filio, parentis sui præmortui locum subintrare.[a]

a §. cùm filius. de heredi. qua ab intest. in Inst.

L. XXVIII. LIBERVM.

Caius lib. I. Institutionum.

Liberum arbitrium,[a] est ei, qui filium & ex eo nepotem in potestate habet: filium quidem potestate dimittere, nepotem verò in potestate retinere: vel ex diuerso, filium quidem in potestate retinere, nepotem verò manumittere:[b] vel omnes sui iuris efficere. eadem & de pronepote dicta esse intelligimus.[c]

SVMMÆ.

1 *Libertas de rebus suis disponendi.*
2 *Emancipatio.*
3 *Manumissio quandoque liberorum dicitur.*

a L*iberum arbitrium*) Iustum † lex semper putauit, vnicuique suarum rerum 1 dispositionem liberam committere.[a] vnde cùm filiorum, nepotum, cæterorúmque liberorum parens, ius habeat, & dominium:[b] sicuti in patrimonio moderando,[c] ita in emancipandis, aut retinendis sub potestate sua liberis, quamlibet voluit arbitrij sui plenam habere libertatem.[d] Hæc enim M. Cicero, fundamenta esse Romanæ libertatis firmissima, quondam luculenter ostendit: sui quemque iuris scilicet, & dimittendi, & retinendi dominum esse.[e] Quod & hoc loco Caius probat.

b *Manumittere*) † Manumissionis quippè verbum, licet propriè & signifi- 2 canter ad seruos referatur? vt ad liberos emancipatio[f] per abusionem: † ta- 3 men ipsi quoque filij manumitti nonnunquam dicuntur.[g] propterea quod è parentis manu, & potestate per emancipationem dimittantur.[h] Et manumissio sit, de manu, id est potestate dimissio.[i]

c *Intelligimus*) Cùm eadem sit potestas parentis, idémque ius & dominium in pronepotem, ac cæteros omnes ex filio descendentes liberos, atque in filium ipsum, & natum ex eo nepotem.[k] Hunc porrò locum ad verbum Iustinianus totum descripsit.[l]

a l. nemo exterus. C. de Iude. l. si re mandata. C. manda.
b l. in suis. ff. de suis & leg. l. iij. & iiij. ff. de iis qui sunt sui.
c l. sed & si. §. consuluit. ff. de peti. heredi.
d §. admonendi. Inst. qui. mo. ius pa. po. sol.
e Cicero pro Cor. Balbo.
f l. §. j. alienat. ff. quand. de pecu. act.
g l. y. ff. de offi. procons. & hic.
h §. præterea. qui. mo. pa. pot. sol.
i l. manumissiones. ff. de iusti. & iur.
k l. iij. cum l. seq. s. tit. j.
l d. §. admonendi.

1 Libertas de rebus suis disponendi.
2 Emancipatio. Manumissio liberorum.

L. XXIX. SI PATER NATVRALIS.

Callistratus lib. 2. Institutionum.

Si pater naturalis[a] loqui quidem non possit, alio tamen modo[b] quàm sermone manifestum facere possit, velle se filium suum in adoptionem dare: perinde confirmatur adoptio,[c] acsi iure[d] facta esset.

SVMMÆ.

1 *Nutu quis voluntatem exprimit.*
2 *Adoptio an verba requirat.*
3 *Iure facere.*

a N*aturalis*) Filium suum in adoptionem alteri daturus, & cuius maximè voluntas in adoptionibus exploranda venit.[a]

b *Modo*) † Nutu puta quo mutus, qui tamen auditus capax est, satis suum 1 animi

a l. in adoptionibus. §.

1 Nutu voluntas exprimitur.

animi conceptum exprimit.[b] aut scriptura, quæ non minus voluntatem, quàm voces lingua figuratè demonstrat.[c]

Adoptio non requirit verba.

2 c *Confirmatur adoptio*) † Cùm sermone opus non sit ad substantiam adoptionis, sed consensu:[d] quem quoquomodò per se tamen [e] declarare sufficit:[f] in arrogatione secùs: quæ cùm interrogationem arrogare volentis, & responsionem arrogandi, ex solemni more requirat.[g] aliter acta ruet: nisi à principe confirmetur.[h]

Iure fieri.

d *Iure*) Id est solemniter, & expressis à naturali patre, qui dat in adoptio-
3 nem verbis. † iure autem fieri in iure nostro dici, quod seruatis religiosè legis solemnibus agitur manifestiùs est, quàm vt longa egeat probatione.[i] Inde iure factum testamentum, quod requisita habet iuris solemnia.[k] econtrà verò, non iure factum dicitur, in quo solemnia legis defuerunt.[l]

b l. seruo inuite. §. pe. ff. ad Trebel.
c l. non figura. ff. de act. & oblig.
d d. l. in adoptionibus.
e l. post mortem §. fi. ℥. hoc tit.
f l. in quibuscunque. ff. de act. & obl. l. vbi non voce. ff. de reg. iur.
g l. y. ℥. hoc tit.
h l. adoptio. y. hoc tit.
i d. l. adoptio. ij.
k l. si iure. ff. de le. iij.
l l. j. ff. de inust. testamen.

L. XXX. EI QVI.

Paulus lib. 1. regularum.

Et qui vxores non habent, filios adoptare possunt.[a]

SVMMÆ.

1 *Sacerdos an adoptet.* 2 *Spurius an à patre sacerdote arrogetur.*

a Possunt) Adoptio quippè, quoniam vt dixi, est velut imago naturæ.[a] in iis personis autē locū habet, in quibus natura potest.[b] At qui hactenus in cœlibatu vixit, vxorem ducere, & si matrimonium non optet, liberos tamen natura potest procreare. vtpote nullo vitio, aut impedimento disten-
1 tus. † Qua ratione cùm nostros sacerdotes, (magno Christianæ reipublicæ malo) videamus quotidie ex scortis filios gignere: tametsi vxorem ducere
2 vetitos, vel † ex hoc loco videtur, adoptare filios rectè posse. Indéque non pauci putârunt, patefactam sacrificulis fenestram, ad vocandos spurios in suam successionem: modò principis authoritate fiat arrogatio. Ex quo de adoptando eo, qui sui iuris est, tractatur.[d] Quod tamen non putauerim ipse, ne fraus legi fiat.[e] prohibitum ad successionem vna via, venire per aliam admittendo.[f] vnde sacerdos, qui filios adoptare non prohibetur,[g] si quos per adoptionem liberos quærere velit, eos adoptet, quos ipse non genuit, ne alioquin prohibitionem legis circunuenire possit.[h]

Sacerdos an adoptet.
Spurij adoptio.

a l. filio quē. ff. de libe. & post.
b l. adoptio. j. ℥. hoc tit.
c Angel. hîc & Alex. l. Gallus §. quid si is. in fi. ff. de libe. & posth.
d l. ij. ℥. hoc tit.
e l. non dubiū. C. de legib.
f l. iij. §. liberi. l. si post mortem §. pen. ff. de cōtratabul.
g vt hac l.
h c. vni. de cler. coniug. in 6. d. §. liberi. d. l. nō dubium.

L. XXXI. NON POTEST.

Martianus lib. 5. regularum.

Non potest filius, qui in patris potestate est, vllo modo [a] compellere eum, ne sit in potestate, siue naturalis,[b] siue adoptiuus.[c]

SVMMÆ.

1 *Pater quando cogatur emancipare.* 3 *Adoptiui & naturalis par causa.*
2 *Naturalis filius.* 4 *Naturalibus quando magis faueatur.*

Pater quādo cogatur emancipare.

1 a Vllo modo) Sine causa,[a] † Vnde temperatiùs alibi Papinianus loquitur, dum ait, nō facilè patrem cogi posse filium emancipare.[b] certis namque casibus pater compellitur. veluti si malè & contra pietatem in filium sæuiat.[c] Si leno sui sanguinis, impurè factus, peccandi necessitatem filiabus

a l. sequenti.
b l. pen. ff. vnd. lib.
c l. fi. ff. si à parent.

ſuis imponat.[d] Si relictum ſub modo, vel conditione emancipationis liberorum vltrò agnouerit.[e] Et ſi arrogatus impubes damno ſibi eſſe probet, in parentis adoptiui poteſtate manere.[f] Alioquin perpetuum videtur, patrem ea dere, licet teſtamento rogatum,[g] filios ſuos nullatenus cogi emancipare.[h] inæſtimabilémque illam poteſtatis patriæ authoritatem, inuitus amittere.[i]

b *Naturalis*) † Indies, vel potiùs in horas offendo verum eſſe, quod ſuperius 2
docui, & dicere ſolitus ſum: naturalis filij verbo, paſſim Iuriſconſultos eum ſignificare, quem naturalem & legitimum ſimul vocamus, hoc eſt ex iuſtis nuptiis procreatum.[k]

Naturalis filius.

c *Siue adoptiuus*) † Eiuſdem ergo iuris habentur adoptiui filij cuius ſunt na- 3
turales, id eſt, ex legitimis nuptiis quæſiti.[l] vnde præteriti, naturalium exemplo teſtamenta rumpunt.[m] eiſdem (iudicio patris per bonorum poſſeſſionē contra tabulas reſciſſo) legata, ſicuti iuſtis liberis, præſtantur, & conſeruantur.[n] Decurionatus honores, ac priuilegia, non minus quàm naturales liberi
conſequuntur.[o] † Plus autem iuris nanciſci adoptiuos iuſtis filiis iniquum ni- 4
mis eſſet, & contra vim naturæ, quæ nec accidenti, nec legis artificio cedere ſolet:[p] quinimò pleiúmque præualet.[q] vt & in propoſito, certis caſibus videmus, plus naturalibus liberis, quàm adoptiuis faueri. Neque enim conditionem ſi ſine liberis, adoptiui deficere faciunt.[r] nec complent numerum liberorum ad parentis de publico munere excuſationem[ſ] nec parenti proficiunt ad conſequutionem legati, in tempus liberorum relicti.[t]

Adoptiui & naturalis par cōdatio.

Naturali quando plus ſi- u catur.

d l. ſi lenones. C. de epiſ. aud. e l. ſi cui. ff. de cōd. & demō. f l. ſeq. inſ. hoc tit. g d. l. penul. h l. iiij. C. de emancip. lib. §. fi. Inſt. qui. mo. ius pat. po. i l. filiusfa. §. ſecundum. ff. de leg. j. k l. nepotes. v-bi dixi. ī. hoc ti. l §. in plurimis de adoptio. in Inſt. m §. adoptiui. de exher. libe. n l. j. §. fi. ff. de leg. præſtand. o l. cùm adoptiuum. C. de decurio. lib. 10. p l. filio quem. ff. de libe. & poſth. q l. iij. ff. de tutel. r l. fideicommiſſum. ff. de cond. & demonſt. ſ l. ij. §. adoptiui. ff. de vaca. mune. t l. ſi ita quis. §. fi. ff. de leg. ij.

L. XXXII. NONNVNQVAM.

Papinianus lib. 31. Quæſtionum.

Nonnunquàm autem impubes, qui adoptatus eſt, audiendus erit, ſi pubes factus emancipari deſideret.[a] ídque cauſa cognita,[b] per iudicem ſtatuendum erit.

SVMMÆ.

1 *Veſtalis monachiſmum reſpuens.* 2 *Cauſa cognitio.*

a DEſideret) † Hinc quandoque reſpondi, veſtalem, aut ſi mauis ſancti- 1
monialem audiendam, quæ magis parentum (vt hodie multæ) quàm propria voluntate monachiſmum impubes profeſſa erat, ſi pubes facta doceat, non expedire ſibi in iugum cœnobij permanere.

Monialis religionē abiurans.

b *Cauſa cognita*) † Non enim temerè iudex ad petitionem adoptiui filij cō- 2
pellet patrem, vt eum emancipet: Sed ita demùm, ſi diligenti cauſæ cognitione adhibita, & cunctis perpenſis intelligat, adoptionem filio non expedire.[a] Quid enim ſi iuuenili leuitate ductus, & auidus effrenatæ libertatis, ſe poſtulet filius emancipari.[b]

Cauſæ cognitio.

a l. ſequenti. b l. iij. §. ſi quis minor. ff. de minor.

§. IMPERATOR.

Imperator Titus Antoninus[a] reſcripſit, priuignum[b] ſuum tutori[c] adoptare permittendum.

SVMMÆ.

1 *Priuignus.*
2 *Tutor pupillum non adoptat.*
3 *Nouercarum fatale in priuignos odium.*
4 *Mater quando in tutela ſuſpecta.*
5 *Vitricus an ſit tutor.*

Anto-

Antoninus Pius.

a ANtoninus) De hoc Tito Aurelio Antonino, qui Pij quoque à summa morum suauitate & clementia cognomen nactus est: multa superiùs dicta sunt.[a]

Priuign^o.

1 b Priuignum) † Priuignus est vxoris meæ filius, ex alio viro natus.[b] sic dictus quemadmodum nonnulli volunt, quòd prius quàm mater secundò nuberet, genitus sit.

Tutor nō adoptat pupillū. Nouercarum fatale odium.

2 c Tutori) † Tutor nec pupillum adoptat, nec eum cuius tutelam gessit.[c] nisi verisimile sit ex qualitate personæ, eum honesta, & incorrupta affectione duci.[d] Qua ratione, id vitrico, hoc est altero matris meæ marito, permissum videtur.[e] Cùm soleant vitrici priuignos diligere, & in eos esse non leuiter af-
3 fecti.[f] † tametsi nouercis omnibus innatum sit fatale quoddam odium in priuignos: vt pro capitali acerbo & irreconciliabili vox illa, Nouercale odium, in diuerbium abierit: eam quoque sententiam exprimente eleganter Euripide.[g]

Hostis, nouerca est ante natis liberis,
Nihiloque mitior nocente vipera.

Et Calimacho poeta Græco quem magnus ille Erasmus sic vertit.[h]

Exiguo lapidi puer addit serta nouercæ,
Mutasse vt vitam, sic ratus ingenium.
At puerum extinguit tumulo hæc illapsa nouercæ.
Priuigni exanimem vel tumultum fugite.

Mater quando in tutela suspecta. Vitricus quando tutor esse possit.

4 Sed certè mirum videtur, † quod cùm mater quæ nupsit secundò propter vitricum suspecta sit adeo in filij tutela,[i] vt eam quàm citissimè lex eo munere arceri præcipiat:[k] ipse tamen vitricus priuigni sui tutor esse non pro-
5 hibeatur.[l] † Dicendum igitur, quòd si pater eum filio tutorem dederit, cui postmodum mater secundo nupsit, non propterea tutor vitricus esse desinat:[m] Cùm non debeat temerè fides, à testante probata in dubium reuocari:[n] nisi nouè tutoris improbitas emergat:[o] Cæterùm qui iam vitricus est, tutor à iudice dari non potest.

a l. Imperator. j. ff. de sta. hom.
b l. non facilè. §. priuignus. ff. de grad. l. adoptiuus. §. fi. ff. de rit. nup.
c l. nec ei in pr. & hoc tit.
d d. l. nec ei. §. j.
e l. vlt. C. de contr. iud. tutel.
f l. lex Cornel. in pr. ff. de iniu.
g Euripides in Alcestide.
h Erasm. in prouer. Odiū nouercale.
i l. omnem. C. ad Tertyllia.
k §. praeterea. in aut. vt si ne. prohib. mat. coll. 7. l. aut sacramentum C. quand. mul. tu.
l l. fi. C. de contra. ind. tutel. & hic.
m d. l. fi. & hic.
n §. j. de satisd. tut. in Inst.
o l. in confirmādo. l. vtilitatem ff. de confir. tut.

L. XXXIII. ETSI PVBES.

Martianus lib. 5. regularum.

Etsi pubes factus,[a] non expedire sibi in potestatem eius redigi probauerit,[b] æquum est emancipari eum à patre adoptiuo, atque ita pristinum ius[c] recuperare.

a PVbes factus) Qui emancipari desiderat, iuxta præcedens Papiniani responsum.[a]

b Probauerit) Nam nisi probet, sicuti suprà docui, succumberat.[b] quippe præsumitur in dubio iure facta adoptio. Cùm vel principis, vel magistratus authoritate fiat.[c]

c Pristinum ius) Libertatis scil. vt videlicet omninò sui iuris sit: quemadmodum ante adrogationem.

a l. praecedenti.
b d. xxi. l. praecedenti.
c c. in presentia de renuntiat. c. sicut. de re. iud. ext.

L. XXXIIII. QVÆSITVM.

Paulus lib. 11. quæstionum.

Quæsitum est, si tibi filius in adoptionem hac lege sit datus, vt post triennium puta, eundem mihi in adoptionem des: an actio vlla sit.[a] Et Labeo nullam putat esse actionem:[b] nec enim mori-

bus nostris conuenite filium temporalem habere.[d]

SVMMÆ.

1 *Præscriptis verbis actio.*
2 *Moribus dictio.*
3 *More maiorum.*
4 *Filius temporalis.*

a *VIla sit*) Id est detur. Et † videbatur actionem præscriptis verbis competere: tanquam ex contractu do vt des: do tibi filium meum in adoptionem, vt post tres annos eundem Titio pariter des adoptandum.[a] 1 Actio præscriptis verbis.

b *Actionem*) Quo Titius ille petere possit, elapso triennio, dari sibi ex lege conuentionis filium in adoptionem. prima namque adoptio, sublato temporis vitio, manet.[b]

c *Moribus nostris*) † Hoc est iurigentium, & rationi naturæ.[c] ad quam, dictio moribus in iure nostro, nonnunquam refertur.[d] frequentiùs tamen ad legis ciuilis constitutiones, quæ post legem xij. tabul. ex singularibus veterum Romanorum moribus per manus receptis, in ius nostrum redactæ sunt.[e] vnde & illa locutio, † More maiorum.[f] 2 Moribus dictio. More maiorum. 3

d *Habere*) † Sicuti nec filius naturalis ad tempus nobis esse potest: ita nec adoptiuus, cùm sequatur naturam adoptio.[g]

a l. naturalis. §. j. ff. de præscrip. ver. b l. hereditas ex die. ff. de hered. Inst. c l. libertinus. ff. de ritu. nupt. d vt hac l. e l. y. ff. de vulg. l. more. ff. de acq. hered. f l. pe. ff. de iust. & iu. l. more. ff. de iurisd. g §. minorem. Inst. de adoptio l. adoptio. j. 5. hoc tit.

L. XXXV. PER ADOPTIONEM.

Idem lib. 1. responsorum.

Per adoptionem dignitas non minuitur,[a] sed augetur.[b] Vnde senator, etsi à plebeio[c] adoptatus est, manet tamen senator, similiter manet senatoris filius.[d]

SVMMÆ.

1 *Adoptio non minuit ius.*
2 *Senatoria dignitas adoptione non perditur.*
3 *Plebeius qui.*
4 *Clody adoptio fraudulenta.*

a *Non minuitur*) Quia per † adoptionem fit transitus in agnationem, & familiam adoptantis,[a] perdit adoptatus agnationis iura. Cæterùm cognationes quascunque, & affinitates retinet.[b] nec eius præterea dignitas, adoptione minuitur: siue de subeundis honoribus, siue de suscipiendis muneribus tractetur.[c] vnde nec claritatem generis amittit, licet ab inferioris dignitatis viro sit adoptatus.[d] 1 Adoptio non minuit ius.

b *Sed augetur*) † Et ideo si plebeius à senatore, aut patricio adoptetur, nouam acquirit dignitatem.[e] 2 Senatoria dignitas adoptione nō perditur.

c *Plebeio*) Plebem à populo, eo modo differre, quo species à genere, satis constat.[f] siquidem in populo, omnes in vniuersum ciues cuiuscunque conditionis existant, continentur. plebs verò non nisi viles, ignobiles, & vulgus, complectitur.[g] Est enim, vt Capito dicebat, in qua gentes patriciæ non insunt.[h] † Ergo Plebeius dicitur, qui est ex vulgari illa ciuitatis parte, & vt ita dicam, fece. Vnde Plautini aduocati ad Agorastoclem.[i] Plebs. Plebeius. 3

Heus tu quamquam nos videmus tibi plebeij & pauperes:
Si nec rectè dici nobis, diues de summo loco,
Diuitem audacter solemus mactare infortunio.

Duplicis verò ordinis, senatorij, nimirùm, & plebeij, ac super additi postmodum equestris rationem, abundè suprà exposui.[k]

d *Senatoris filius*) Vnde alibi idem Paulus à senatore, inquit, in adoptionem datus

a l. pen. §. testamento. ff. de secund. tab. b l. non facilè. §. pe. ff. de grad. c l. ordine. §. fi. ff. ad municip. d l. senatoris. y. §. j. ff. de senato. e vt hac l. f l. y. §. deinde. ff. de orig. iur. g l. plebs. ff. de verb. sig. §. plebiscitum. Inst. de iur. natu. h Gel. lib. 10. c. 20. i Plaut. in Pœnul. k l. y. §. deinde cum esset. & §. ex his auditoribus. ff. de orig. iur.

datus filius, et qui inferioris dignitatis est, quasi senatoris filius videtur. Quia
4 non amittitur senatoria dignitas adoptione inferioris.[l] † Et ideò cùm olim
P. Clodius, quo à patriciis exiret, & tribunus plebis fieri posset, P. Fonteio se arrogandum præbuisset, atque ita plebeius factus, plebis tribunatum gessisset: huius adoptionis commentum, M. Cicero, pluribus euertere tentat,[m] ac illo potissimũ modo, quòd negat Clodium patritium hominem, secundum leges tribunum fuisse. Cùm tribunatus plebeiis tantùm daretur. Et patricius, aut senator à plebeio adoptatus, claritudinem patritiatus, aut ordinis senatorij, non amittat. Nimirùm adoptione dignitatem non minuente.[n]

Clodij adoptio fraudulenta.

l l. senatoris. ij. §. j. ff. de senator.
m Cic. pro domo sua.
n d. l. senatoris. ij. §. j. & hac l.

L. XXXVI. EMANCIPARI.

Idem lib. 18. Responsorum.

Emancipari filium à patre, quocunque loco[a] posse, constat: vt exeat de patria potestate. Etiam apud proconsulem in ea prouincia, quam sortitus[b] non est, & manumitti & in adoptionem dari posse placet.[c]

SVMMÆ.

1 *Voluntaria & contentiosa iurisdictio.* 2 *Sortitio prouinciarum.*
3 *Collatio sacerdotij.*

a. QVocunque loco) Siue in prouincia in qua domicilium habent: siue in
1 alia,[a] dum coram iudice fiat.[b] † Cùm enim emancipatio iurisdictionis sit voluntariæ: semper & vbique fieri potest.[c] adeò quidem, vt non sedentem pro tribunali iudicem, in balneum etiam, aut theatrum abeuntem, vel alia de causa in publicum prodeuntem, & in ipso transitu possit adire pater, & filium emancipare.[d] de iis tamen quæ contentiosæ sunt iurisdictionis, non ita morem gerere partibus iudex potest: cum nec illis quidem consentientibus, die festo ferre possit sententiam.[e] aut in loco priuato,[f] sed pro tribunali sedere debeat,[g] saluáque maiestate imperij, ius dicere.[h]
2 b *Sortitus est*) † Sortitione olim designabantur qui prouinciis præessent.[i] Vnde sortè Quæstores, Prætores, Consules, prouincias obtinebant: eámque sortem superstitiosi veteres, diuinitùs fieri crediderũt.[k] Ideóque M. Cicer. non sortem simpliciter dixit, sed sortis religionem.[l] Senatus tamen iudicio potiùs quàm sorti, nonnunquam prouinciarum comparationem permissam cæterùm consentientibus magistratibus designaris, ostendit Liuius.[m]
c *Posse placet*) Manumissio nanque, & adoptio volũtariæ sunt iurisdictio-
3 nis. ac proinde possunt extra territorium exerceri.[n] † Quia pariter ratione pontificij tradunt Episcopum vbique posse extra etiam suæ diœcesis terminos sacerdotia vacantia conferre.

Volũtaria & contentiosa iurisdictio.

Sortitio prouinciarum.

Collatio beneficij.

a l. etiam. §. fi. ff. de manumi.
b l. fin. C. de emancip. lib. l. emancipatione. C. de fid. instr. §. nostra. Inst. quib. mod. ius pat. pot.
c l. ij. ff. de offi. procons.
d § serui. Inst. de libert.
e l. si feriatis. ff. de fer. vbi Accur.
f l. cùm sententiam. C. de senten.
g l. fi. C. de offic. diuer. iud.
h l. penul. ff. de iust. & iur.
i §. j. in auth. de consulib. col. iiij.
k Cicer. de diuinat.
l Cicer. j. Ver.
m Liuius libro 37. in prin.
n l. ij. ff. de offi. procons. l. j. C. de emancip. liber.

L. XXXVII. ADOPTARE.

Idem lib. 2. Sententiarum.

Adoptare quis nepotis loco potest, etiam si filium non habet.[a] Eum quem quis adoptauit emancipatum, vel in adoptionem datum, iterum non potest[b] adoptare.

SVMMÆ.

1 *Adoptio quomodo naturam imitetur.* 2 *Variatio reprobata.*
3 *Adoptiuus non readoptatur.*

1 a NOn habet) † Cùm natura filium, & ex filio nepotem habere possit.[a] Vnde non obstat, q; in iis tãtùm personis cõsistat adoptio, in quibus natura potest:[b] Id enim ad potestatem generãdi sæpè docuimus referẽdum.

Adoptatio imitatrix naturæ.

a §. licet autẽ. Instit. de adop.
b l. adoptio. §. suprà hoc tit.

vt videlicet,qui natura gignere nequeunt,non adoptent. Qui verò possunt, tametsi vitio aliquo impediantur, adoptare liberè valeant.[a]

b *Non potest*)† Tædet quippè legem huius quotidianę variationis:vt nunc 2 in potestate, nunc extra potestatem pater filium habere velit.[d] præsertim quod repetita istiusmodi adoptio, vel fraudis, vel leuitatis suspitionem ingerit. Quocirca licet naturalis emancipatus in patris ditionem adoptione reponi possit:[e] adoptiuus † tamen semel emancipatus, non potest rursus adoptari.[f] 3

Variatio odiosa. Adoptiu non readoptatur.

a l.ij.§.illud.v. hi dixi.3.eod. d l.fi. C.de remissio.pig.dixi. l. qui liberatus hoc tit. e l.filio quem.ff de liber. & posth. l.si pater filium hoc tit. f vt hic & d.l. qui liberatus.

L. XXXVIII. ADOPTIO.

Marcellus lib.16. digestorum.

Adoptio non iure [a] facta,à principe confirmari potest.[b]

a NOn iure) Id est non solenniter,nec secundùm præcepta legum.[a] quia puta,non apud magistratum,[b] aut apud eum qui legis actionem non habeat.[c]

b *Confirmari*) Roborari,& firma fieri,quæ anteà omninò inutilis erat.[d]

a l.j.ff. de iniust.testa.l.si pater natur. vbi dixi.3. hoc tit. b l.fi. C.de emanci.lib. c l.magistratū. hoc ti. d l.si donate.§.fi. ff. de donat. int. vir. §.fi.de tutel.

L. XXXIX. NAM ITA.

Vlpianus lib 3.de offic.procons.

Nam ita diuus Marcus,[a] Eutychiano [b] rescripsit. Quod desideras,an impetrare debeas,ęstimabunt iudices, adhibitis [c] etiam iis,qui contradicerent, id est qui lęderentur [d] confirmatione adoptionis.

SVMMÆ.

1 *M.Philosophi Imp.vita.*
2 *Imperium apud duos.*
3 *Metianus Marci Imp.preceptor.*
4 *Scæuola in consiliis Marci.*
5 *Fisco non fauendum.*
6 *Philosophi imperare debent.*
7 *Status lateranensis.*
8 *Citandi sunt quorum interest.*
9 *Vocari qui in adoptione debeant.*

a DIuus Marcus)† T.Antoninus Pius,ab Ælio Adriano ea lege adoptatus 1 fuit,vt ipse M.Antoninum,fratris vxoris suæ filium sibi adoptaret. Adriano itaque Pius in imperio successit.& T.Pio,M.Antoninus vir omnigena virtutum splendens claritate,vitę sanctimonia, & bonitate ingenii philosophię studiis obnixè deditus, vnde & philosophi cognomentum accepit.[a] tanta charitate L.Aurelium Verum fratrem suum complexus,vt eum 2 in imperio sibi participem designârit:eóque primum tempore (cùm anteà semper singuli rexissent Augusti) duo Cęsares,ęqua potestate imperare cœperunt: adeptíque imperium,ambo tam se moderatè, ciuilitérque gesserũt: vt defuncti Pij nemo bonitatem desideraret. Non solum autem M. Antoninus,philosophię studiis strenuã operam dedit:verumetiã iure ciuili,†in quo 3 præceptorem habuit L.Volusium Metianum,† in cõsiliis factus imperator, 4 Scæuola Iurisconsulto,præcipuè vsus cum populo non aliter agens,quàm actum quondam fuerit, sub vrbe libera, eo semper spectans, vt ex malis, bonos,& ex bonis,optimos faceret.† Fisco in causis compendij,nunquam iudicans fauit. ad Macedonicum bellum gerendum profecturus, cùm pecunia in stipendium deesset, neque in animum inducere posset, vt prouincialibus extra ordinem aliquid imperaret: in foro diui Traiani auctionem vniuersæ supellectilis suę fecit. vasa etiam regia, & vestem vxoris sericam, & auratam, gemmásque etiam (quas multas in sanctiore Adriani repositorio repererat) distrahens, Platonis in omnibus respondens 5 sen-

a Iul.Capitoli. in Anto. Pio, & in M.Philosopho.

M.Philosophi vita. Imperiũ apud duos. Metianus preceptor M.Philosophi. Scæuola in consiliis Philosophi. Fisco minimè fauendum. Philosophi imperent.

6 ſententiæ, (quam & eum in ore ſemper habuiſſe ferunt) † tunc demum florere ciuitates aientis, cùm aut philoſophi imperarent, aut Imperatores philoſopharentur. Et ſanè niſi hic tum Romano orbi præfuiſſet, facilè concidiſſet maieſtas Romani nominis. Parthis, Britannis, Cattis, Marcommanis, Sarmatis, Vuandalis, & Quadis hinc & inde Orientem Septẽtrionẽmq; vaſtantibus, interímque crebra lue, magna Tyberis inundatione, & vi locuſtarum numeroſa, ſummis angoribus, vrbem agróſque infeſtante, & atterente mortales, quæ tamen incommoda, mirabili prouidentia temperauit: vt benè reliquerit ſcriptum Aurelius Sextus, M. Antoninum, velut ærumnatum publicarum defenſorem, Romanę ciuitati datum, obiectúmq; fuiſſe. Et vt randem finiam, tanta fuit hic princeps ingenij bonitate, ſapientia, & integritate, vt exemplum deſit: fœliciſſimus ille quidem, niſi Commodum filium, libidine, auaritia, & crudelitate, Neroni anteferendum, hæredem reliquiſſet. Id etiam teſtante Auſonio noſtro in noſtri M. Philoſophi tetraſticho.

Poſt Marco tutela datur, qui ſcita Platonis,
Fecit ad imperium patre Pio melior,
Succeſſore ſuo moriens, ſed à principe prauo
Hoc ſolo patriæ, quod genuit, nocuit.

Mors philoſophi. Obiit autem prudentiſſimus & integerrimus hic princeps, quinquageſimo nono anno vitæ, aut vt alij malunt, 61. & imperij duodeuigeſimo: tantúſque illius amor (inquit Capitolinus) eo die funeris regij claruit, vt nemo cenſuerit, illum plangendum. certis omnibus, quod à diis accommodatus, ad deos rediiſſet. In eius honorem templa columnæ, aliáque multa decreta fuêre, viſitúrque etiamnum Romæ apud Baſiliçam Lateranenſem, vbi natus creditur, & educatus: Statua Lateranẽſis. 7 † ſtatua eiuſdem pacificatoris equeſtris. Sed nós ad Vlpiani contextum redeamus.

b *Eutychiano*) Deſiderabat Euthychianus, qui ſe in adoptionem ſolennibus non ſeruatis dederat, eam non iure factam à D. Marco confirmari.

8 c *Adhibitis*) Hoc eſt vocatis, accerſitis, &, vt dicimus, citatis. † Vnde & illud vulgò iactatum, in omnibus negotiis iudiciariis, eos vocandos, quorum intereſſe poteſt.[b] Negotiorum quippè merita, quẽmadmodum Arcadius dicebat, partium aſſertione panduntur.[c] & Paulus, præſentibus iis quos cauſa contingit, de negotio iudicari iubet.[d]

Citandi quorũ intereſt.

9 d *Qui læderentur*) † Veluti filij naturales adoprantis, qui patri in vniuerſum alioqui ſucceſſuri erant.[e] Nec nos mouere debet, quòd agnatos & cognatos ab inteſtato ſucceſſuros vocari non oporteat:[f] nam id ideò, quia pater eos omninò, & liberè potuit ſuis bonis teſtamento priuare, non item filios ſine cauſa,[g] qui ad bona penè propria vocantur.[h]

Vocandi in adoptione.

b l. in cauſa. §. cauſa. ff. de minor. §. ad hæc. in auth. vt ſpõſ. larg. col. 9.
c l. vlt. C. ſi per vim.
d l. de vnoquoque. ff. de re iud.
e l. nec ei. §. j. ſ. hoc tit.
f l. cùm adoptio. ſuprà hoc tit.
g §. aliud. in auth. appel. col. 8. authent. non licet. C. de lib. preter.
h l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. l. fin. ff. de bon. damnat.

L. XL. ARROGATO.

Modeſtinus lib. 1. Differentiarum.

Arrogato patrefamiliàs,[a] liberi qui in eius[b] poteſtate erant, nepotes apud arrogatorem efficiuntur.[c] ſimúlque cum patre in eius recidunt poteſtatẽ, quod non ſimiliter[d] cõtingit in adoptione.[e] nam nepotes ex eo, in aui naturalis retinentur poteſtate.[f]

SVMMÆ.

1 *Liberi patrem ſequuntur.* 2 *Arrogationis & adoptionis differentia.*
3 *Filius in cuius recidat poteſtatem.*

a P*aterfamiliàs*) Quòd fit principis authoritate.[a]
b *Ius*) Patrisfamiliàs nimirùm arrogari.
Filij patrem ſequuntur. 1 c *Efficiuntur*) † Liberi quippè ſequuntur patrem arrogatum:[b] qui dando

a l. ij. §. j. ſuprà hoc tit.
b l. liberos. in prin. ff. de cap. dimin.

vt videlicet, qui natura gignere nequeunt, non adoptent. Qui verò possunt, tametsi vitio aliquo impediantur, adoptare liberè valeant.[e]

b *Non potest)*† Tædet quippè legem huius quotidianę variationis: vt nunc 2
in potestate, nunc extra potestatem pater filium habere velit.[d] præsertim quod repetita istiusmodi adoptio, vel fraudis, vel leuitatis suspicionem ingerit. Quocirca licet naturalis emancipatus in patris ditionem adoptione reponi possit:[e] adoptiuus † tamen semel emancipatus, non potest rursus ad- 3
optari.[f]

Variatio odiosa. Adoptiuus non readoptatur.

c l. ij. §. illud. vbi dixi. 3. eod.
d l. fi. C. de remissio. pig. dixi. l. qui liberatus hoc tit.
e l. filio quem. ff de liber. & posth. l. si pater filium hoc tit.
f vt hîc & d. l. qui liberatus.

L. XXXVIII. ADOPTIO.

Marcellus lib. 16. digestorum.

Adoptio non iure [a] facta, à principe confirmari potest.[b]

a NOn iure) Id est non solenniter, nec secundùm præcepta legum.[a] quia puta, non apud magistratum,[b] aut apud eum qui legis actionem non habeat.[c]

b *Confirmari)* Roborari, & firma fieri, quæ anteà omninò inutilis erat.[d]

a l. j. ff. de inoff. testa. l. si pater natur. vbi dixi. 3. hoc tit.
b l. fi. C. de emanci. lib.
c l. magistratũ. hoc ti.
d l. si donata. §. fi. ff. de donat. int. vir. §. fi. de tutel.

L. XXXIX. NAM ITA.

Vlpianus lib 3. de offic. procons.

Nam ita diuus Marcus,[a] Eutychiano [b] rescripsit. Quod desideras, an impetrare debeas, ęstimabunt iudices, adhibitis [c] etiam iis, qui contradicerent, id est qui lęderentur [d] confirmatione adoptionis.

SVMMÆ.

1 *M. Philosophi Imp. vita.*
2 *Imperium apud duos.*
3 *Metianus Marci Imp. præceptor.*
4 *Sceuola in consiliis Marci.*
5 *Fisco non fauendum.*
6 *Philosophi imperare debent.*
7 *Status lateranensis.*
8 *Citandi sunt quorum interest.*
9 *Vocari qui in adoptione debeant.*

a DIuus Marcus)† T. Antoninus Pius, ab Ælio Adriano ea lege adoptatus 1
fuit, vt ipse M. Antoninum, fratris vxoris suæ filium sibi adoptaret. A-
driano itaque Pius in imperio successit. & T. Pio, M. Antoninus vir omnige-
na virtutum splendens claritate, vitę sanctimonia, & bonitate ingenii phi-
losophię studiis obnixè deditus, vnde & philosophi cognomentum acce-
pit.[a] tanta charitate L. Aurelium Verum fratrem suum complexus, vt eum 2
in imperio sibi participem designârit: eóque primum tempore (cùm anteà
semper singuli rexissent Augusti) duo Cęsares, ęqua potestate imperare cœ-
perunt: adeptíque imperium, ambo tam se moderate, ciuilitérque gesserũt:
vt defuncti Pij nemo bonitatem desideraret. Non solum autem M. Antoni-
nus, philosophię studiis strenuã operam dedit: verumetiã iure ciuili, † in quo 3
præceptorem habuit L. Volusium Metianum,† in cõsiliis factus imperator, 4
Scæuola Iurisconsulto, præcipuè vsus cum populo non aliter agens, quàm a-
ctum quondam fuerit, sub vrbe libera, eo semper spectans, vt ex malis, bo-
nos, & ex bonis, optimos faceret.† Fisco in causis compendij, nunquam iudi 5
cans fauit. ad Macedonicum bellum gerendum profecturus, cùm pecu-
nia in stipendium deesset, neque in animum inducere posset, vt prouin-
cialibus extra ordinem aliquid imperaret: in foro diui Traiani auctio-
nem vniuersæ supellectilis suę fecit. vasa etiam regia, & vestem vxo-
ris sericam, & auratam, gemmásque etiam (quas multas in sanctiore A-
driani repositorio repererat) distrahens, Platonis in omnibes respondens
sen-

M. Philosophi vita.

Imperiũ apud duos.

Metianus præceptor M. Philosophi.

Scæuola in consiliis Philosophi.

Fisco minimè fauendum.

Philosophi imperent.

a Iul. Capitol. in Anto. Pio, & in M. Philosopho.

6 sententiæ, (quam & eum in ore semper habuisse ferunt) † tunc demum florere ciuitates aientis, cùm aut philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur. Et sanè nisi hic tum Romano orbi præfuisset, facilè concidisset maiestas Romani nominis. Parthis, Britannis, Cattis, Marcommanis, Sarmatis, Vuandalis, & Quadis hinc & inde Orientem Septétrionémq; vastantibus, interímque crebra lue, magna Tyberis inundatione, & vi locustarum numerosa, summis angoribus, vrbem agrósque infestante, & atterente mortales, quæ tamen incommoda, mirabili prouidentia temperauit: vt benè reliquerit scriptum Aurelius Sextus, M. Antoninum, velut ærumnarum publicarum defensorem, Romanę ciuitati datum, obiectúmq; fuisse. Et vt tandem finiam, tanta fuit hic princeps ingenij bonitate, sapientia, & integritate, vt exemplum desit: fœlicissimus ille quidem, nisi Commodum filium, libidine, auaritia, & crudelitate, Neroni anteferendum, hæredem reliquisset. Id etiam testante Ausonio nostro in nostri M. Philosuphi tetrasticho.

Post Marco tutela datur, qui scita Platonis,
Fecit ad imperium patre Pio melior,
Successore suo moriens, sed à principe prauo
Hoc solo patriæ, quod genuit, nocuit.

Mors philosophi. Obiit autem prudentissimus & integerrimus hic princeps, quinquagesimo nono anno vitæ, aut vt alij malunt, 61. & imperij duodeuigesimo: tantúsque illius amor (inquit Capitolinus) eo die funeris regij claruit, vt nemo censuerit, illum plangendum, certis omnibus, quod à dijs accommodatus, ad deos rediisset. In eius honorem templa columnæ, aliáque multa decreta fuère, visitúrque etiamnum Romæ apud Basilicam Lateranensem, vbi natus creditur, & educatus: † statua eiusdem pacificatoris equestris. Sed nos ad Vlpiani contextum redeamus.

Statua Lateranésis. 7

b *Eutychiano*) Desiderabat Euthychianus, qui se in adoptionem solennibus non seruatis dederat, eam non iure factam à D. Marco confirmari.

8 c *Adhibitis*) Hoc est vocatis, accersitis, &, vt dicimus, citatis. † Vnde & illud vulgò iactatum, in omnibus negotiis iudiciariis, eos vocandos, quotum interesse potest.[b] Negotiorum quippè merita, quemadmodum Arcadius dicebat, partium assertione panduntur.[c] & Paulus, præsentibus iis quos causa contingit, de negotio iudicari iubet.[d]

Citandi quorũ interest.

9 d *Qui læderentur*) † Veluti filij naturales adoptantis, qui patri in vniuersum alioqui successuri erant.[e] Nec nos mouere debet, quòd agnatos & cognatos ab intestato successuros vocari non oporteat:[f] nam id ideò, quia pater eos omninò, & liberè potuit suis bonis testamento priuare, non item filios sine causa,[g] qui ad bona penè propria vocantur.[h]

Vocandi in adoptione.

b l. in causa. §. causa. ff. de minor. §. ad hec. in auth. vt spōs. larg. col. 9.
c l. vlt. C. si per vim.
d l. de vnoquoque. ff. de re iud.
e l. nec ei. §. j. ĩ. hoc tit.
f l. cùm adoptio. suprà hoc tit.
g §. aliud. in auth. appel. col. 8. authent. non licet. C. de lib. prater.
h l. in suis. ff. de lib. & posth. l. fin. ff. de bon. damnat.

L. XL. ARROGATO.

Modestinus lib. 1. Differentiarum.

Arrogato patrefamiliàs,[a] liberi qui in eius[b] potestate erant, nepotes apud arrogatorem efficiuntur.[c] simúlque cum patre in eius recidunt potestatē, quod non similiter[d] cōtingit in adoptione.[e] nam nepotes ex eo, in aui naturalis retinentur potestate.[f]

SVMMÆ.

1 *Liberi patrem sequuntur.* 2 *Arrogationis & adoptionis differentia.*
3 *Filius in cuius recidat potestatem.*

a *P*aterfamiliàs) Quòd fit principis authoritate.[a]
b *Ius*) Patrisfamiliàs nimirùm arrogati.
1 c *Efficiuntur*) † Liberi quippè sequuntur patrem arrogatum:[b] qui dando

Filij patrem sequuntur.

a l. iij. §. j. suprà hoc tit.
b l. liberos. in prin. ff. de cap. dimin.

ſe arrogandum vniuerſas ſuas fortunas cum capite, in familiam,& domum transfert arrogatoris.[c] Cùm itaque parens arrogatus ſit tanquàm filius arrogatori: non dubium quin eius filij ſint tanquàm nepotes.[d]

d *Non ſimiliter*)† Hîc vides ſcriptam aliam inter arrogationem & adoptionem differentiam. 2

e *Adoptione*) In ſpecie ſumpta, quæ eſt filijfamiliâs.[e]

f *Poteſtate*)† Adeò, vt auo naturali mortuo, non recidant in poteſtatem adoptantis, ſed ſui iuris fiant.[f] Cùm enim filius ſemel exiuit familiam per adoptionem, nunquam reuertitur nepos in poteſtatem.[g] 3

c l.penul. §. ex teſtamento. ff. de bon. poſſ.ſec. tab.
d l.ij.§.fi.l.ſi paterfa. in pr. ſ. hoc ti.
e d.l.ij.§.j.
f l. ſi pater filium. ſ. hoc tit.
g l. nepotes. ſ. tit.j.

Differentia inter arrogationē & adoptionē.

Filius in cuius recidat poteſtatem.

§. NON TANTVM.

Non tantum[a] cùm quis adoptat, ſed & cum arrogat, maior eſſe debet eo, quem ſibi per arrogationem, vel per adoptionem filium facit, & vtique plena pubertate,[b] id eſt decem & octo annis[c] præcedere[d] debet.

SVMMÆ.

1 *Pubertas.*
2 *Plena pubertas.*
3 *Ætas arrogatoris.*
4 *Ætas apta generationi.*

a NOn tantùm) Commemoratis aliquot differentiis inter arrogationem & adoptionem, oſtendit hoc loco Modeſtinus, quædam inter eas eſſe communia.

b *Plena pubertate*) † Pubertas, vt iam ſuprà memini,[a] in maribus eſt 14. annorum, in fœminis 12. Quod in ea ætate viri potens vtérque eſſe credatur.[b]† Plenam tamen pubertatē Modeſtinus, duodeuiginti annis concluſit.[c] quod (vt opinor ego) in iis qui tardiùs pubeſcunt, tunc omninò corporis habitus concurrat. & ita ſit perfecta & abſoluta pubertas. 1 2

c *Decem & octo annis*)† Vbi ſcilicet maſculus arrogat. Nam ſi fœmina, ſatis eſſet eam 14. annis maiorem, cùm eo temporis ſpacio, plenam pubertatem in fœmellis Iuriſconſulti metiantur.[d] 3

d *Præcedere*) Non modò neceſſum eſt, eum qui adoptat, natu maiorem eſſe:[e] verùmetiam vt adoptiuum filium duodeuiginti annis præcedat.[f]† Licet enim pubes, id eſt 14. annum natus, generare poſſit, ac proinde nuptias contrahere.[g] rarum tamen eſt, vt ante plenam pubertatem liberos gignant, experientiáque edocemur, ætatem 18. annorum in maribus, & 14. in fœminis, generationi aptam & idoneam. Vnde confirmo quod ante ſubieci in muliere indulgentia principis arrogante,[h] (neque enim aliter poteſt:[i]) ſatis eſſe eam adoptiuum filium, annis 14. præcedere: cùm eiuſmodi ætas qua frequentiùs generare incipiunt, in fœminis ſit plena pubertas.[k] 4

a l.ſi arrogator. ſ. hoc tit.
b §.j. Inſt. qui. mo. tut. fin.
c l. Mela. ff. de alimen. leg. & hic.
d d.l. Mela. §.j.
e l.ſi paterfam. in fi. ſ. hoc tit.
f §. minorem. Inſt. de adopt.
g l. minorem. ff. de ritu. nup. & hic.
h l. mulierē. C. de adop. & hic.
i §. fœmina. de adopt.
k l. Mela. ff. de alimen. leg.

Pubertas.

Plena pubertas.

Arrogatoris ætas.

Ætas idonea proli ſuſcipiendæ.

§. SPADO.

Spado,[a] arrogando ſuum hæredem adſciſcere[b] poteſt, nec ei corporale vitium,[c] eſt impedimento.[d]

SVMMÆ.

1 *Spado quis.* 2 *Accerſere aſciſcere.* 3 *Vitium.*

a SPado)† Spadones qui ſint, cur illi adoptare poſſint, Caſtrati non item, ac alia permulta, quæ hûc etiam pertinere poſſunt, ſuprà diſſeruimus.[a] 1

b *Adſciſcere*) Alij *accerſere* legunt. quod idem eſt.† Accerſere enim, & adſciſcere, vocare, accire, aſſumere, & adiungere idem ſignificant. Sacra, inquit M. Cicero, adſcita, atque accerſita, ab exteris nationibus.[b] 2

a l.ij.§.j.ſ. hoc tit.
b Cicero in Verrem.

Spado.

Accerſere. Aſciſcere.

Corpo-

Vitium. 3 c *Corporale vitium*) † Vitium, non ad animum modò, verùmetiam ad cor-
pus refertur.[c] Vnde Cicero, deformitatem corporis, vitium dixit.[d]
d *Impedimento est*) Quominus adoptare possit.[e]

c l.j.§.vitiūq. ff.de adil.edic. l.si quis posthumos. in princ. ff.de liber. & posthum.
d Cic. lib. iiij. Tusc.
e §.sed & illud. Instit. de adop. d.l.y. vbi dixi.

L. XLIX. SI PATER FILIVM.

Idem lib. 2. Regularum.

Si pater[a] filium ex quo nepos illi est, in potestate emancipauerit, & posteà eum[b] adoptauerit: mortuo eo,[c] nepos in patris potestatem non reuertitur.[d] Sed nec[e] is in patris potestatem reuertitur, quem[f] auus retinuerat[g] filio dato in adoptionem, quem denuò adoptauit.[h]

SVMMÆ.

1 *Nepos in filij recidit potestatem.* 2 *Adoptio post emancipationem.* 3 *Readoptare.*

a *SI pater*) Si pater filium ex quo nepotem in potestate habebat, emancipauerit, eumdémque deinde adoptauerit, mortuo patre Modestinus scribit, nepotem in filij, eiusdémque patris sui potestatem non reuerti.
b *Eum*) Filium emancipatum.
c *Eo*) Patre respectu filij emancipati, posteà adoptati, & auo respectu nepotis.
Nepos in filij potestatem recidit. 1 d *Non reuertitur*) Contrà videbatur prima fronte. † Cùm mortuo auo, ne-
pos ex filio recidat in filij potestatem.[a] Verū id sic accipiendū venit, si filius
in familia perpetuò manserit.[b] Nam si vel ante patrē mortuus est, vel per e-
Adoptio post emancipationem. 2 mancipationē patriæ potestati exēptus fuit, nepos sui iuris efficitur.[c] † Cui
non poterit obesse sequuta filij post emancipationē adoptio: cum ei semel
ius quæsitum sit.[d] quod ideò sine eius facto tolli nō potest.[e] Quātumuis itaque filius per adoptionem in priorem statum reuertatur: ius tamen speratæ post aui mortem exemptionis nepotibus auferre non potuit.[f]
e *Sed nec*) Eandē habet rationē hoc posterius responsum, quam præcedēs.
f *Quem*) Nepotem.
g *Retinuerat*) ipso iure. Nam si cùm dabat in adoptionem filium, nihil dixerit de nepote, lex nihilominus vult, eum in aui sui conseruari potestatem.[g]
Readoptare. 3 h *Adoptauit*) In aliis † codicibus, *readoptauit* legitur, sed cùm nimis noua, vel
potiùs insolens vox, hæc mihi videretur, circunducta syllaba *re adoptauit*, simpliciter legendum censui. Sic enim in simili Papinianus, Filio quem pater (inquit) post emancipationem à se factam, iterum arrogauit.[h] non enim dicit *rearrogauit*: sed *arrogauit*. Adde quòd nec in specie nostra potest dici filium à patre naturali readoptatū, cùm non fuerit nisi semel filius ab eo adoptatus.

a l. nepotes. 3. tit. j.
b d.l.nepotes.
c §.j.sn fi. Instit. qui.modis pa.pot.sol.
d l.filiam.ff.de senator. l.generali.§.vlt.ff.de rit.nupt.
e l.fi. ff.de pactis.
f l.sed quod nostrum.ff.de reg. iur.
g l.arrogato.§. j.supra hoc tit.
h l filio quem. ff. de liber. & posth.

L. XL. ETIAM.

Idem lib. I. Παν∂εκτῶν.

Etiam infantem[a] in adoptionem[b] dare possumus.

SVMMÆ.

1 *Infans.*
2 *Historia infans.*
3 *Loqui quando dicatur quis.*
4 *Infans non arrogatur.*
5 *Tutoris consensus in adoptione.*

Infans. 1 a *INfantem*) † Hoc est, minorem septem annis.[a] in qua ætate puerili, quia
nondū fari, id est, probè loqui cœperunt, infantes dicuntur.[b] vnde metaphoricôs stultū, indisertū, & quasi loqui nescientē appellamus infantem.[c]
Historia infans. 2 † orationémque ac historiā infantē, M. Cicero dixit pro ieiuna neque planè
Loqui quando quis dicatur. 3 diserta. † Porrò Chrysippus dicebat, pueros qui primo iam fari incipiētes, & vocabula & verba proferūt, quasi loqui, nequaquam verò dicere, aut loqui,

a l. si infanti. C.de iur.delib.
b l.j. §.j. ff.de adm. tut. l.cum quasi. §.si plures.ff.de fid.liberta.
c Cic.de clar. orat.& lib.j.de inuen.

d Laert. in Chryſi. e Liuius lib. 21. f l. in adoptionibus §. hoc tit. g l. infans. ff. ad l. Corn. de ſica. h Gell. lib. 5. noct. Attic. c. 19. i l. ij. C. de adop. l. nec ei. §. j. §. hoc ti.

niſi id prodigioſè contingat.[d] Quemadmodum Romæ Liuius refert, ſub annum 537. Cn. Seruilio Gemino, & C. Flaminio Coſſ. ingenuum infantem ſemeſtrem, in foro olitorio expedita voce triumphum clamaſſe.[e]

b *In adoptionem*) In arrogatione diuerſum.† Non enim infans paterfamiliàs ſeſe arrogandum dare poterit. Cùm in arrogatione eorum voluntas, qui ſuæ poteſtatis ſunt, explorari debeat.[f] Et infantis nulla ſit voluntas.[g] † Sed nec tutoris conſenſum ſufficere crediderim, cui tantam in pupillum noluerunt veteres eſſe authoritatem, vt caput liberum fidei ſuæ commiſſum, alienæ ditioni ſubiiciant.[h] Diligentior itaque & magis exacta cauſſæ cognitio, in impuberis arrogatione, erit adhibenda.[i]

4 Infans nō arrogatur

5 Tutoris conſenſus in adoptione.

L. XLIII. ADOPTIONES.

Pomponius lib. 21. ad Q. Mutium.

Adoptiones non ſolùm filiorum, ſed & quaſi nepotum[a] fiunt, vt aliquis nepos noſter eſſe videatur, perinde quaſi ex filio,[b] vel incertè[c] natus ſit.

a l. adoptare. in pr. §. hoc tit. b l. cùm nepos. l. ſi quis nepotē. l. ſi quis eum §. hoc tit. c l. ſequen. d §. licet autem Inſt. de adopt. d. l. adoptare. vbi dixi.

a QVaſi nepotum) Etiam ſi filios non habeāt qui adoptant.[a] vbi tamen ſunt filij, conſenſus eorum exigi videtur.[b]

b *Ex filio*) Certo, ſi filium habeat, & tanquam ex illo, nempè Titio natum, velit adoptare.

c *Incertè*) Si filium puta, non habeat: poteſt quippè in locum nepotis generaliter, & incertè, tanquam ex filio aliquo natum, adoptare.[c] Nam eum uoque qui liberis caret, probatum eſt adoptare poſſe.[d]

L. XLIIII. SI IS QVI NEPOTEM.

Proculus lib. 8. ἐπιστολῶν.

Si is qui[a] nepotem ex filio habet, loco nepotis aliquem adoptauit:[b] non puto mortuo auo iura conſanguinitatis[c] inter nepotes[d] futura eſſe.[e] Sed ſi ſic adoptauit, vt tam iure, legéque[f] nepos ſuus eſſet, quaſi ex Lucio (puta) filio ſuo,[g] & ex matrefamiliàs[h] eius natus eſſet, contrà puto.[i]

SVMMÆ.

1 *Nepotes an adoptione fiant conſanguinei.*
2 *Conſanguinei qui.*
3 *Ius conſanguinitatis.*
4 *Lex in quo à iure differat.*

a SI is qui) † Vult ſalebtoſus hic contextus quòd ex filio nepotem habens, 1
aliū loco nepotis ſimpliciter adoptauerit: ij nepotes, naturalis ſcilicet, & adoptiuus, non cenſeantur inter ſe conſanguinei, ac proinde non habeāt inuicem iura conſanguinitatis: ſecùs ſi non ſimpliciter, ſed tanquàm ex filio certo nepos fuerit adoptatus: puta quaſi ex Lucio filio ſuo, tunc enim inter eum & naturalem ſucceſſionis & alia conſanguinitatis iura, perinde atque inter germanos fratres erunt.

Nepos an adoptione nat cō ſanguineus.

b *Adoptauerit*) Simpliciter, & incertè in nepotis locum non adiiciens, vt natum ex Lucio, aut alio certo filio.

c *Iura conſanguinitatis*) † Conſanguinei propriè dicuntur, eodem patre na- 2
ti, licet matre diuerſa: vnde adoptiui, reſpectu naturalium, impropriè conſan-

Conſanguinei qui.

Ius cõsanguinitatis. 3 sanguinei vocantur.[a] inter eos tamen leges voluerunt iura† consanguinitatis esse, hoc est perinde haberi, atque si fratres essent, eodem prognati patre, ac proinde inter se quasi fratres succedere.[b]

d *Inter nepotes*) Secùs respectu adoptantis: inter adoptatum enim simpliciter, & eum qui adoptauit, agnationis ius sine dubio contrahitur: cùm adoptare quis loco nepotis possit, etiam si filium non habeat.[c]

e *Futura esse*) Vt inter se succedant tanquàm fratres, aliáque iura nanciscantur.

Ius & lex. f *Iure legéque*) Hoc loquendi modo, *iure lege*, M. Cicero vsus est. fuerit sanè 4 tribunus, tam iure lege, quam fuit hîc ipse Rullus.[d] † Porrò autem inter ius & legem hoc interesse videtur, quòd lex scripta sit, ius verò etiam de non scripto dicatur.[e] sed superuacaneum esset hoc loco pluribus inculcare, ius in quo à lege differat, cùm iam à nobis superiùs affatim sit ostensum.[f]

g *Filio suo*) Ex quo erat illi nepos: vt enim inter nepotem naturalem & adoptiuum, sint consanguinitatis iura, hunc desidero in locum nepotis, ex eodem filio ex quo est naturalis nepos, adoptatum esse.

h *Ex matrefamiliâs*) Hoc redundat: quoniam is qui adoptat, non habet necessum nurus, hoc est vxoris filij, mentionem facere: cùm illi adoptiuus non agnascatur.[g]

i *Contrà puto*) Iura consanguinitatis videlicet, inter nepotes istiusmodi non futura.

a §. *sunt autē. Instit. de leg. agn. succes.*
b *l. j. §. fi. ff. de suis & leg. c. per adoptionem 30. q. iiij.*
c *l. adoptare. §. hoc titul.*
d *Cicero pro domo sua ad pōt.*
e *§. constat. de iur. natur.*
f *l. ij. in pr. ff. de orig. iur.*
g *l. qui adoptionem. §. hoc tit.*

L. XLV. ONERA.

Paulus lib. 3. ad l. Iuliam & Papiam.

Onera eius, qui in adoptionem datus est, ad patrem adoptiuum transferuntur.[a]

SVMMÆ.

1 *Pater nurum alere tenetur.*
2 *Pater adoptiuus ex quo contractu tenetur.*
3 *Actio de peculio in patrem adoptiuum.*

Pater nurum alere cogitur. 1 a **T***Ransferuntur*) Alimenta cæteráque liberorum onera, pater agnoscere tenetur.[a] Vnde † & alere non modò filium, verùmetiam nurum, vniuersámque filij familiam obstrictus est.[b] Quamuis conflatum à filio æs alienum pater non possit cogi persoluere: nisi quatenus est in peculio.[c] Exemplo itaque patris naturalis, tradit hîc Iulius Paulus, vniuersa onera in adoptiuum patrem transferri: vt meritò patrem eum quoque cogi filio, nurui, 2 familiæque filij alimenta subministrare.[d] † Quod verò spectat ad æs alienum ex antè gesto, hoc est ex contractu præcedente adoptionem, nec quidem de peculio post adoptionem concesso tenetur,[e] nisi quatenus in eius rem 3 seu vtilitatem versum probaretur.[f] Ex gesto † autem post adoptionem in eum qui adoptauit, actionem de peculio dandam ambigendum non est.[g]

Pater quâ do ex cõtractu tenetur. Actio de peculio.

a *l. si quis à liberis §. non tantum. ff. de lib. agnos.*
b *l. si filia. §. si filiusfamil. ff. fa mi. erci.*
c *l. j. C. ne fil. pro pat. §. actiones. de actio. in Instit.*
d *d. §. si filiusfamil.*
e *§. vlti. de acquis. per arrog. in Inst.*
f *l. si quis creditori. ff. de peculeg.*
g *l. in arrogato rem. ff. de pecu.*

L. XLVI. IN SERVITVTE.

Vlpianus lib. 4. ad l. Iuliam & Papiam.

In seruitute mea,[a] quæsitus mihi[b] filius in potestatem meam redigi, principis beneficio potest:[c] libertinum tamen eum manere non dubitatur.[d]

SVMMÆ.

1 *Libertus quando arrogetur.*
2 *Adoptione libertinus non fit ingenuus.*
3 *Natalium restitutio.*

a *SEruitute mea*) Cùm videlicet, seruus essem.
b *Mihi*) Nunc manumisso.
c *Potest*) Poterat contrarium, prima fronte videri.† quandoquidem filius 1
ex me natus cùm seruus essem, & posteà mecum manumissus, sit patroni
mei libertus. atqui non potest libertus alterius arrogari.[a] nec huic arroga-
tioni videbatur posse suffragari principis beneficium, cum incommodo, &
damno patroni.[b] Sed tamen Vlpiano hîc, non immeritò aliter visum est, si-
quidem non sit damnosa istiusmodi arrogatio patrono.† Ex quo arrogatus, 2
non ideò desinit esse libertus, cùm nec ingenuus quidem, adoptando eum,
qui libertinæ conditionis est, ingenuum faciat.[c] Quod autem dicimus alie-
num libertum arrogari non posse:[d] non obtinet, si arrogare cupiens, pater
sit naturalis libertini. hæc enim iusta causa est, qua princeps moueatur, vt ar-
rogationem fieri permittat.[e]
d *Non dubitatur*) Sola namque arrogatione, nec quidem ingenuus (sicuti 3
dixi) libertinum facit ingenuum.[f] † Quinimò nec princeps eius conditionis
homines, solet ingenuos facere, nisi natalibus restituendo.[g]

Libertia rogatio.

Adoptione liberti nus non fit ingenuus.

Natalium restitutio

a l. si paterfa. §. fi. ĩ. hoc tit.
b l. j. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. publ.
c l. fi. ff. de sta. ho.
d d. l. si paterfamil.
e l. si domus. §. qui confitetur. ff. de lega. j. l. pe. C. eo vtrusque iud. & hic.
f l. fi. ff. de sta. hom.
g l. sed & si. §. sed si ius anulorum. ff. de in ius vocand.

IOANNES CORASIUS
Iurisconsultus Tolosæ scripsit, & Ferrariæ recognouit.

* *
*

DE RERVM DIVISIONE ET QVALITATE.

TITVL. VIII.

SVMMÆ RERVM.

1 *Qualitas pro conditione.*
2 *Res verbum generale.*
3 *Terminus transcendens.*
4 *Pecunia verbum.*
5 *Pecunia vnde dicta.*
6 *Sacra & Religiosa res.*
7 *Sancta res.*
8 *Publica res & priuata.*
9 *Res corporea & incorporea.*

OMNE ius quo vtimur, Caius ante docuit, vel ad per-
sonas, vel ad res, vel ad actiones pertinere.[a] Cùm itaque
iuris authores quædã de personis hucusque tractassent:
nunc de rebus nonnulla dicere parantes ab earum diui-
sione principium faciunt.[b] † Rerum qualitatem, id est 1
statum & conditionem,[c] mox explanaturi.† Rei autem 2
verbum est generale,[d] atque ita vt id dialectici † termi- 3
num

Qualitas pro conditione.

Res generale verbum.

Termin° transcendens.

a l. j. ff. de stat. ho.
b §. j. Inst. de rer. diuisi.
c l. Pedius. ver. pe. ff. de incẽd.
d l. j. ff. si cert. peta. l. rei. j. & 9. ff. de ver. sig.

num dicant transcendentem, hoc est cætera omnia significata excedentem, & superantem. Etenim ad vniuersa accommodatur, non solùm quæ tangi, viderique possunt: sed etiam quæ oculo & intellectu concipiuntur. Vnde poeta noster Aquitanus.[e]

Imperium, litem, Venerem, cur vna notat res.

Et Horatius.[f]

Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet.

Pecuniæ verbum.

Qua ratione puto Iulium Paulum dixisse, appellationem rei latiorem, quàm
4 pecuniæ.[g] † Quandoquidem pecuniæ verbum, licet extensissimum sit: cùm
omnes res mobiles & immobiles eo nomine contineantur:[h] non tamen nisi
copora, hoc est ea quæ videri, tangi, palparique possunt propriè complecti-
5 tur.[i] Quod & etymologia vocabuli commonstrat.† Dicta est enim à peco-
re, pecunia, quod veterum opes in pecoribus præcipuè consisterent.[k] testan
te poeta.[l]

Pecunia vnde dicta.

Cætera luxuriæ, nondum instrumenta vigebant:
Aut pecus, aut latam, diues habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.
Sed iam de vetito, quisque parabat opes.

Rei propria ac varia significatio.

At res appellatur, quicquid omninò in rerum natura est. Verbum porrò rei, quàmuis generale sit, pro subiecta tamen materia, coangustatur,[m] vt eas potissimùm res tantùm comprehendat, de quibus solent inter homines enasci & esse controuersiæ.[n] Quarum hoc titulo Iureconsulti, diuisiones quatuor proposuerunt, Alias res cumprimis diuini iuris, alias humani constituē-

Sacræ & religiosæ res.

6 tes.† Diuini iuris sunt res sacræ, hoc est publica principis aut pontificis au-
thoritate, sacratæ.[o] Religiosæ item, quæ priuata videlicet alicuius volunta-
te, & facto religioni dicantur:[p] vt sepulchrum. Nam eo ipso quòd quis cada-
7 uer infert in locum proprium, illum religiosum facit.[q] † Sanctæ denique
res diuini iuris sunt, hoc est, quæ neque sacræ, neque profanæ etiam existūt:
sanctione tamen quadam subnixæ, vt ab hominum iniuria tutæ sint, ac mu-
nitæ.[r] veluti leges, legati, muri, & portæ ciuitatum.[s] Humani iuris sunt res
merè profanæ, hoc est quæ nulla religione, nullaque singulari sanctione te-
nentur, vt aqua, terra, domus, ager, cæteræque res in hominum vsu & pote-
8 state positę.[t] Quarum (& hîc traditur altera rerum diuisio) † aliæ publicæ
sunt, aliæ priuatæ.[u] Publicæ dicuntur, quarum vsus communis est & publi-
cus: vt aer, mare, aqua profluens, portus, littora, ripæ, & similia.[x] Contrà pri-
uatæ sunt, quæ in particulari priuatorum vsu, proprietate & dominio exi-
9 stunt.[y] Vt fundus, vestis, domus, & id genus cætera.[z] † Tertia diuisio rerum,
quædam sunt corporales, vt quæ tangi, palparique possunt: vt lapis, lignum,
ager, domus,[a] quædam incorporales, quæ nec videntur, nec tanguntur: sed
in censura, & intellectu animi consistunt, vt successio, seruitus, obligatio, re-
liquaque iura.[b] Posterior diuisio, quædam sunt omnium communia: vt aer,
mare, aqua fluminis, littus, & cætera huiuscemodi,[c] quędam vniuersitatis: vt
theatra, amphyteatra, stadia, & serui ciuitatum.[d] Quædam nullius in bonis
sunt; vt res diuini iuris,[e] & habitæ pro derelicto.[f] Postremò quędam singu-
lorum, vt domus, prędium, vestis, & iis similes, quas in patrimonio nostro
habemus.[g]

Sanctæ res.

Publicæ res & priuatæ.

Res corporeæ & incorporeæ.

L. I. SVMMA.

Caius lib. 2. Institutionum.

SVmma[a] rerum diuisio in duos articulos deducitur. Nam aliæ sunt diuini iuris: aliæ humani. Diuini iuris sunt, res sacræ[b] & religiosæ.[c] Sanctæ[d] quoque res, veluti muri,[e] & portæ,[f] quodammodò[g] diuini iuris sunt.

e Auso. in Eidyllia.
f Hora. lib. j. serm.
g l. rei appellatio. ff. de ver. sig.
h l. ij. §. fi. ff. de cōsti. pec. l. pecunia. j. & ij. ff. de ver. sig.
i l. pecuniæ verbum. ad pr. ff. de ver. sig.
k c tot. j. q. iij.
l Ouidius lib. 5. Faster.
m l. si in rem. ff. de rei vend.
n §. j. Inst. & tot. ti. de rē. diu.
o l. in tantum. §. sacra. hoc tit.
p §. religiosū. de re. diui. in Inst.
q d. l. in tantū. §. penul.
r l. sanctū. l. sacra. §. propriè. hoc ti.
s §. sancta. de rer. diui. d. §. propriè.
t l. j §. j. hoc tit.
u d. l. j. §. j.
x l. ij. l. iij. hoc ti. §. & hæc quidē cū seq. de rer. diuis. in Instit.
y §. singulorū. de re. di. d. l. j. §. j.
z l j. & tot. ti. ff. de acqu. re. do.
a l. j. §. quadā. hoc tit.
b d. l. j. §. fin.
c l. ij. iij. iiij. & 5. hoc tit.
d l. in tantum. §. j. hoc tit. §. vniuersitatis. de re. diui.
e l. j. hoc tit. §. nullius. de rer. diui.
f § pen. de rer. diuis.
g d. l. j §. j. d. §. singulorum.

res sacrę [b] & religiosæ.[c] Sanctę[d] quoque res, veluti muri,[e] & portę,[f] quodammodò [g] diuini iuris sunt. Quod autem diuini iuris est, id nullius in bonis est.[h] Id verò quod humani iuris est, plerunque [i] alicuius in bonis est. Potest enim & in nullius bonis esse. Nam res hęreditarię, antequam aliquis hęres existat, nullius in bonis sunt.[k] Hę autem res, quę humani iuris sunt, aut publicę [l] sunt, aut priuatę. Quę publicę sunt, nullius [m] in bonis esse creduntur. Quę autem priuatę sunt, singulorum existunt.

SVMMÆ.

1 *Muri cur sancti.*
2 *Pomœrium.*
3 *Paries.*
4 *Portæ.*
5 *Ianuæ.*
6 *Portæ an sanctæ.*
7 *Occupantis an fiant res in nullius bonis.*
8 *Plerunque dictio.*
9 *Nullius in bonis res quando occupantis.*
10 *Publicæ res.*
11 *Regum origo.*

a SVmma) Præcipua, & cæteris præstantior compendiosiórque.[a]

b *Sacræ*) Quæ dicantur res sacrę, Martianus Iustinianusque disertè docent.[b] Nósque suo loco obseruabimus.

c *Religiosæ*) Dicemus quoque cum Martiano paulò infra, quæ res sint religiosæ.[c]

d *Sanctæ*) Sanctum quid sit, Iustinianus tractat.[d] Et nos loco magis idoneo, sub eodem tractatu dicturi sumus.[e]

e *Muri*) † Muros antiqui sanctos esse voluerunt. Muri vrbis, inquit Cice- 1
ro, quos vos pontifices sanctos esse dicitis.[f] Quia scilicet capitalis pœna aduersus eos constituta esset, qui aliquid in muros vrbis Romæ ausi fuissent. Veluti si quis inde lapides sustulisset.[g] & attingenti muros alterius ciuitatis, pœna extra ordinem arbitrio iudicis pro facinoris qualitate moderanda.[h] Capitaliter etiam si hostili animo aliquid tentatũ appareat.[i] Sanctũ autẽ dicitur, quod ab hominum iniuria aliqua ratione defensum atque munitum
est.[k] Neque verò muri tantùm, sed ipsum quoque Pomœrium† (hoc est lo- 2
cus ille iuxta murum vrbem circundans)[l] sanctum intelligitur. Cùm id spa-
cium neque habitari, neque arari fas sit.[m] † Hoc porrò interest inter muros, 3
& parietes, quòd muri & mœnia publica sint.[n] Est enim murus propriè, lapideus vrbis ambitus: parietes verò priuatorum sunt ædificiorum.[o] Quamuis & nonnunquam larga iuris significatione, parietis verbo murus continea- tur.[p]

Muri cur sancti.

Pomœriũ. Paries.

f *Portæ*) † Portę proprię sunt vrbis, aut aliorum publicorum locorum, † Ia- 4
nuę verò priuatorum. Enimuerò librum ipse vetustissimum, aliquando legi, 5
in quo hæc verba, *& portæ*, deerant. vt † ita Caius muros sanctos scripsisset, 6
non item portas. Cui lectioni Plutarchus opitulatur, rationem anxiè quęrens, cur antiqui muros omnes putauerint sanctos, non item portas, éique tandẽ rationi, videtur assentiri, quòd cadauera per eas efferrẽtur, nec sanctũ esse poterat, quod funestum esset.[q] Verum quoniam & Hermogenianus,[r] & Iustinianus [s] vulgarem huius loci lectionem confirmant, portas & ipsi sanctas nominatim dicentes, nihil hac in re aduersus receptam literam decernere ausim.

Portæ. Ianuæ. Portæ an sanctæ.

g *Quodammodò*) Hoc est aliquo modo, q.d. sanctę res verè non sunt diuini iuris, sed aliquo respectu tales dici possunt. Quasi enim Deo dicatę, nõ licet eas attingere citra publicam authoritatem.[t]

h *Nullius in bonis est*) Sed† nonne quod in nullius bonis est, naturali ratione 7
fit occupantis? † Quod de rebus sacris & aliis, quę diuini iuris sunt, nemo dixerit. Tu dic, quòd in nullius bonis est, tam iuris, quàm possessionis ratione, hominis

Occupantis quæ res fiant.

a l. iij. vbi dixi. ff. de stat. homi.
b l. in tantum. vers. sacræ. hoc tit. & §. sacræ. de rer. diui.
c d. l. in tantum vers. si pen.
d §. sanctæ. de rer. diui.
e l. sanctum. l. sacra. §. pe. hoc tit.
f Cice. lib. ij. de natu. Deo.
g d. §. sanctæ.
h l. pe. & fi. ff. ne quid in lo. sac.
i l. vlt. ff. ad l. Iul. maiest.
k z. d. l. sanctũ. vbi dicam.
l Gell. lib. 14. noct. Atti. c. 14.
m Liuius lib. j.
n d. §. sanctæ.
o l. parietem. l. quidam Hyberus. ff. de seruit. vrba.
p l. quantũ. ff. de verb. sign.
q Plutarch. in problemat.
r l. ij. ff. ne quid in loc. sacr.
s §. sanctæ. de re. diui. in Inst.
t l. sanctũ. l. sacra. l. fi. hoc tit. §. sanctæ. de re. diui.
u l. iij. ff. de rer. diui. §. feræ. de rer. diui.

hominis tamen facto alicuius esse potest (quia res non est commercio homi
num exempta) id occupantis fieri. vt feræ, volucres, pisces.[x] res habitæ pro
derelicto,[y] vt thesaurus inuentus.[z] At qui diuini iuris sunt, quoniam in no-
stro commercio non habentur: neque in vllius bonis sunt, neque facto ho-
minis effici possunt.[a]

Plerúque dicto. 8 i *Plerunque*)† Id est ferè semper, quod vt latinis protritum & triuiale, no-
stris sic interpretibus incognitum, ac proinde non semel ab illis in grauiori-
bus erratum.[b]

Nullius in bonis res quãdo occupãtis 9 lz *In bonis sunt*)† Sed cur hac ratione, non fiunt occupantis? cùm constet
res hæreditarias in hominum esse commercio?[c] Respondeo, licet in nullius
bonis ratione possessionis existant:[d] ratione tamen iuris quod in istiusmodi
rebus hæres habet, in eius bonis esse intelliguntur.[e] Vnde secuta aditione vi
detur ex mortis tempore successisse defuncto.[f] Prætereà, cum hæreditas ia-
cens defuncti personam sustineat.[g] in alicuius bonis hæreditariç res, semper
fuisse creduntur.

Publicæ res. 10 l *Publicæ*)† Solæ res populi Romani, significanter publicæ dicuntur, quasi
populicç, & omnibus de populo parentes:[h] Quòd vniuersum ius imperij
Romani spectaret olim ad populum vsque ad translatum regia lege, in Cæ-
sarem principatum.[i] Verum & quæ sunt in vsu publico aliarum ciuitatum,
per abusionem publicç dictç sunt.[k] Ad Romanorum vt verisimile est simili-
tudinem. Nam apud alias quascunque nationes suprema potestas, vniuer-

Regna quando cœperint. 11 sumque ius reipublicæ, penes populum initio semper fuit.† Neque enim re-
ges principio fuêre, neque ex subditorum consensu delecti, sed violenter, &
tyrannica potestate dominationes inuaserunt, tumque populus necessitate
quadam adauctus, in vnius principatum consensit, vt sine tumultu ciues cer-
tum haberent moderatorem, qui reipublicç consuleret, & ipsi tranquillè, iu
stitia fruerentur.[l] Et hoc est, quod Herodotus ait, fruendæ iustitiç caussa, be
nè moratos olim reges constitutos.[m]

m *Nullius*) Priuati scilicet. Nam in bonis ciuitatis, vel vniuersi populi pu-
blicç res sunt.[n]

x d.l.iij.d.§ fe-
ra.
y l.j.ff.pro de
relis.
z l.nunquã.§.j.
ff.de acq.re.do.
a l.inter stipu.
§.sacram.ff.de
verb.oblig.
b l.iiij.§.j.ff.de
of.prefect.vigi.
vbi dixi.
c l.iij.ff.de acq.
re. d.§.& fere.
de rer.diuis.
d l.j.§.Scæuola
ff.si quis test.&
hic.
e l.fi.ff.de cri.
expi.hæred.
f l.si ex re.§.il-
lud.ff.de stip.
seruo.
g l.hereditas.
ff.de acq.re.do
min.
h l.j.§.conse-
quens.ff.de su-
spect.tut.§.j de
pub.iud.in In-
stit.
i l.ij.§.nouissi-
mè.ff.de orig.
iur.l.j.de cõst.
prin.
k l.bona ciuita
tis.ff.de verb.
sig.
l Cicer.lib.ij.of
fic. dixi l. ex
hoc iure.ff.de
iust.& iur.
m Herodotus
lib.j.qui Clio
inscribitur.
n l.is qui pu-
teũ.§.j.ff.quod
vi aut clam.

§. QVÆDAM.

Quædam præterea[a] res corporales sunt, quçdam incorpora-
les. Corporales hç sunt quç tangi possunt.[b] Veluti fundus, homo,
vestis, aurum, argentum, & denique aliç res innumerabiles. In-
corporales sunt quç tangi non possunt:[c] qualia sunt ea quç in iu-
re[d] consistunt. Sicut hçreditas,[e] vsusfructus, obligationes, quo-
quomodò contractç sunt. nec ad rem pertinet, quòd in hçredi-
tate res corporales continentur:[f] nam & fructus qui ex fundo
percipiuntur, corporales sunt: & id quod ex aliqua obligatione
nobis debetur, plerunque[g] corporale est, veluti fundus, homo,
pecunia. Nam ipsum ius successionis, & ipsum ius vtendi fruen-
di, & ipsum ius obligationis incorporale est. Eodem numero[h]
sunt iura prçdiorum vrbanorum, & rusticorum, quç etiam serui-
tutes[i] vocantur.

SVMMÆ.

1 *Res quæ sunt & non sunt.*
2 *Idea.*
3 *Vox an corporea.*
4 *Vox quid.*
5 *Ius pro animi censura.*
6 *Hæreditas quid.*
7 *Hæreditas cur nomen iuris.*
8 *Via seruitus an corporea.*

a *Quædam præterea*) M. Cicero † tamen, res corporales tantùm esse ait: in- 1
corporeas non esse, sed intellectu comprehendi.[a] Res enim diuidit in
res quæ sunt, & eas quæ intelliguntur. Esse ea dici vult, quæ cerni tangíque
possunt, vt fundus, paries, mancipium: non esse quę tangi demonstraríve ne-
queunt, sed animo tantum, & cogitatione comprehenduntur. Cuius gene-
ris sunt vsucapio, tutela, gens, agnatio, iisque similia, quarum rerum nullum
subest quasi corpus: sed in animis nostris impressa tantùm quædam notio
est, forma atque intelligentia, quam † Platonici Ideam dixerunt.[b] Fuit autē 2
Plato primus, qui Ideas induxit. Eo verbo significans simulachra, imagines,
& veluti exemplaria cæterarum rerum quæ intuens Deus opt. Maxi. ad eo-
rum similitudinem, manum, veluti in fingendis rebus dirigeret, nihílque ni-
si perfectum, & absolutè elaboratum faceret.[c] Quæ res vt commodiùs intel-
ligatur, præter omnes homines intelligere oportet quendam hominem, &
præter omnes equos, vnum imaginari equum: ex quo vno vel homine, vel
equo, sexcenta hominum, aut equorum milia formentur: quemadmodum
ex vno sigillo innumeræ fiunt impressiones. Aristoteles tamen à Platone
dissentiens nullas asseuerauit esse Ideas, nullumque in Deo rerum exem-
plar æternum.

b *Tangi possunt*) Corporales sanè res dicuntur, quæ tangi, palparíque pos-
sunt. Nam vt ait ille.[d]

Tangere enim aut tangi, nisi corpus, nulla potest res.

Sed tamen Stoici † vocem (quæ neque visibilis est) corpus esse hac potissi- 3
mum ratione contendunt. Quòd omne agens, aut faciens corpus sit. Atqui † 4
vox quam esse dicunt ictum aëra: & facit & agit.[e] Verum præstantissimi
philosophorum, Pythagoras, Plato & Aristoteles hanc iandiu sententiam
exploserunt, vocem incorpoream merito confirmantes. Non enim
inquiunt, percussus aër vox est, sed aëris superficies, certo quodam pul-
su facta. Atqui nulla superficies, tametsi cum corpore agitetur, cor-
pus est.[f]

c *Tangi non possunt*) Vnde nec tradi,[g] nec possideri,[h] nec vsucapi,[i] nec vllo
denique loco concludi, continerive possunt.[k]

d *In iure*) † Hoc est in sola animi censura, cogitatione & intellectu. Quia 5
eorum videlicet, nulla subsint corpora, quæ sensibus nostris subiiciantur: sed
in animis tantum impressa quædam species est, atque intelligentia.

e *Hæreditas*) † Hoc est ius vniuersum, quod defunctus habuit.[l] Sic e- 6
nim hæreditas, à nostratibus Iureconsultis accipi solet, † quam ideo no- 7
men esse iuris aiunt:[m] & sine vllo corpore iuris intellectum habere.[n] Ve-
teres tamen non tam successionem illam in vniuersum ius defuncti, quàm
res ipsas à defuncto relictas, hæreditatis verbo significarunt. Hæreditas,
inquit M. Cicero, est pecunia quæ morte alicuius ad quempiam per-
uenit.[o]

f *Continentur*) Et ita res hæreditariæ, seu corpora, quæ in patrimonio de-
functi reperiuntur, aliud sunt ab ipsa hæreditate, quæ propriè demonstrat
ius vniuersum defuncti: sicut statim dictum est.[p]

g *Plerunque*) Plerunque dicit: quia aliquando quod nobis aliqua obligatio-
ne debetur, incorporale est. Veluti si vsusfructus, vsus, via, iter, aut alia serui-
tus, vel personæ, vel rei debita sit.

h *Eodem numero*) Incorporalium videlicet rerum.

i *Seruitutes*) † Viæ tamen seruitutem, Paulus videtur corporibus annumera- 8
re. Sed si antè viam, inquit, deinde fundum Titianum petam, quia diuersa
corpora sunt, &c.[q] Nisi dicamus corpora pro rebus, illîc Paulum posuisse,
quasi dicat, res de quibus agitur diuersas esse.

L. II. QVÆDAM.

Martianus lib. 3. Institutionum.

Quædam

a Cic. in Topi.
b Cice. li. j. de ora. & j. Acade. quæstio.
c Cic. de orat. de vniuersi. & in Topic.
d Lucret. lib. ij. de nat. philoso.
e Gell. lib. 5. noct. Attic. c. 15.
f Plutar. libr. 4. de placit. Philosoph. c. 20.
g l. seruus. §. j. ff. de acq. re. do.
h l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuca.
i d. l. seruus. §. j.
k l. si fideicommissum. §. j. ff. de iud. l. Cassiu. ff. de leg. ij.
l l. nihil aliud. ff. de ver. sig. l. hæreditas. ff. de re. iur.
m l. hæreditatis appellatio. ff. de ver. sig.
n l. hæreditas. ff. de pet. hære.
o Cice. in topi.
p l. nihil aliud. ff. de ver. sig. l. hæreditas ff. de re. iur.
q l. sed si ante. ff. de except.

Res quæ sunt & nō sunt.
Idea.
Vox an corporea.
Vox quid
Ius pro animi censura.
Hæreditas.
Hæreditas nomē iuris.
Viæ seruitus an corporea.

Quædam [a] naturali iure [b] communia sunt omnium, [c] quędam vniuersitatis, [d] quædam nullius, [e] pleráque singulorum, [f] quæ variis ex causis [g] cuique acquiruntur. Et quidem naturali iure communia sunt illa aër, [h] aqua profluens, [i] mare [k] & per hoc littora maris. [l]

SVMMÆ.

1 *Naturale ius pro iure gentium.*	5 *Aqua vsu communis.*
2 *Aer cur omnibus communis.*	6 *Mare cunctis commune.*
3 *Chameleon.*	7 *Littus quid.*
4 *Lupus terra vescitur.*	8 *Littu quando commune dicatur.*

a QVadam) Altera rerum diuisio hîc scribitur, quatuor membra continens. Quorum tria hoc titulo pertractat: postremum longo post interuallo. [a]

Ius naturale. 1 b *Naturali iure*) † Hoc est gentium. [b] Nam quemadmodum suis admonui locis, ius gentium, quia totum fluit ex ratione, & æquitate naturæ, qua gentes omnes imbuuntur, à Iureconsultis, cæterísque probatis authoribus, ius naturale passim dicitur. [c]

c *Omnium*) Vt aër, aqua, mare, quod mox subnectit.

d *Vniuersitatis*) Vt theatra, stadia, & id genus alia, quæ communia sunt ciuitatum. [d]

e *Nullius*) Vt res sacræ, religiosæ, & sanctæ. Quod enim diuini iuris est, id in nullius bonis est. [e]

f *Singulorum*) Veluti prædium, domus, vestis, equus, cæteræque res priuatorum: quarum dominium, vel gentium, vel ciuili iure sibi quæsierunt. [f]

g *Varijs ex causis*) Quarũ aliæ ex iure gentiũ, aliæ ex iure ciuili descendunt: omnes à iuris authoribus affatim suis locis tractatæ. [g]

2 h *Aer*) † Est aër in promiscuo omnium animantium vsu, vtpotè citra cuius assiduã repercussionẽ, neq; homines, neq; bruta viuere possunt. Et cùm vnum sit ex quatuor elementis, præ cæteris cuicunq; animanti necessarium est. (Aër vnũ ex elemẽtis.) 3 † Cuius solo alimento, Chameleontem (qui solus animalium nec cibo, (Chameleon.) 4 nec potu vescitur) ali Plinius author est. [h] † De lupo quoque Accursius noster scribit eum vento viuere, [i] quod an verum sit, naturalibus disputandum relinquo: eundem certè in fame vesci terra, Plinius prodidit. [k]

i *Aqua profluens*) Vt fluuius, flumen, torrens, & aliæ aquæ profluentes: Id (Aquæ vsus communis.) 5 est procul facilè, & perpetuò fluentes, † quarum vsus sicuti Aëris, omnium communis est: ideóque Poëta ait, [l]

Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est:
Nec solem proprium natura, nec aëra fecit.

(Maris vsus cõmunis.) 6 k *Mare*) † inquit Vlpianus, cõmune omnium est, sicut aër. [m] Et alibi, mare omnibus natura patere dixit, [n] id est eius communem vsum, promiscuum & æquè patentem, cunctis animantibus, nedum hominibus ipsis, snaptè natura præbuit. [o]

(Littus quid.) 7 l *Littora maris*) Cùm à Gallo Aquilio quæreretur, † littus quid esset? Ita definire solebat, quà fluctus eluderet. hoc est, inquit M. Cicero, quasi qui adolescentiam florem ætatis, senectutem occasum vitę, velit definire. [p] Equidem littus terra est, mari propinqua, quæ videlicet à mari tangitur. Vnde littus propriè maris est, (Ripa.) ripa fluminum: quamuis & nonnunquam de fluminibus dicatur. Vergilius. [q]

Undique quæ nostris, pulsatis littora Lymphis,
Littora, quæ dulces auras, diffunditis agris.

(Littus quando commune.) 8 Vult itaque hoc loco Iurisconsultus, littora † maris naturali iure communia omnium hominum. Et ideò neminem ad littus accedere prohiberi. [r] Licet quantum, ad protectionem, & iurisdictionem, eius principis intelligatur,

a in titul. ff. de acq. rer. domin.
b l. nemo. §. hoc tit.
c §. singulorũ. de rer. diuis. Cicer. lib. 1. de legib. & pro Archia poeta. dixi l. j. §. fin. de iust. & iur.
d l. in tantum. §. j. §. hoc tit. §. vniuersitatis, de rer. diuis.
e l. ij in prin. & hoc tit.
f §. singulorũ. de rer. diuis.
g in tit. ff. de acq. re. do. & in §. singulorum. vsque ad fi. d. tit de rer. diuis.
h Plin. lib. 8. c. 33.
i Accurs. l. fi. C. de alim. pu. præst.
k Plin. lib. 8. c. 22.
l Ouid. libr. 6. Metamor.
m l. iniuriarũ. §. fi. de iniur.
n l. venditor. ff. com. præd.
o l. ij. ff. ne qd in loc. pub.
p Cic. in Top.
q Verg. in carmine execratorio. in Battarum.
r l. nemo. infrà hoc tit.

cuius vicinum est territorium.[f] Eatenus autem publicum littus intelligendum, quatenus maximus fluctus, hoc est hybernus excurrit, & exæstuat.[t] Quod M.Ciceronem, cùm arbiter esset, primùm constituisse ferunt.[u] Vnde & in æstate, vsque ad eum locum littus quoque præfiniemus:[x] eatenúsque iure gentium finitimis inuitis nos vti posse sentit hîc Marcianus. Sed de littoris communi vsu mox pluscula.

f l.littera.ff.ne quid in lo.pub. t l.littus j. & ij.ff.de ver.sig. u d. l. littus. j. x §.flumina.in fi.de re.diui. in Insti.

L. III. ITEM LAPILLI.

Florentinus lib.1.Institutionum.

Item lapilli,[a] gemmæ,[b] & cętera quę in littore[c] inuenimus[d] iure naturali,[e] statim nostra fiunt.[f]

SVMMÆ.

1 *Lapillus.*
2 *Gemma.*
3 *Inuenta res cuius fiant.*
4 *Menythrum.*
5 *Inuentor domino non apparente quid agere debeat.*
6 *Ius naturale.*

a *Lapilli*) † Lapillus inquit Valla generale nomen est omnium paruorum 1 Lapillus.
lapidum, sed subintellectione pretiosus.[a]
b *Gemmæ*) † Gemma lapillus est pretiosus, cæterùm à lapillis, ita à Pompo- 2 Gemma.
nio ex Seruij & Sabini sententia distinguitur, vt Gemmę sint perlucidæ materiæ: veluti Smaragdi, Chrysoliti, & Amthysti: Lapilli autem contrariæ superioribus naturæ: vt Obsidiani, & Veientani.[b] Id quod Vallæ præbuit ansam Iurisconsultos calumniandi, existimantis, omnem lapidem pretiosum, siue translucente, siue non lucidum, si magnus est, gemmam vocari: si paruus gemmulam, aut lapillum,[c] sed ab eius morsibus, Pomponium nouissimi grauiter & eruditæ vindicarunt.[d]
c *Littore*) † Secus ergo in iis rebus, quæ in priuato loco, aut publicis itineri- 3 Inuentæ res cuius fiant.
bus inueniuntur: quas lucri faciendi caussa tollens, furti obstringitur: vt eas suas faciat, tantùm abest.[e] Quippè debuit existimare alienas esse, & imprudenti domino excidisse, quas suas non esse cognouit.[f] Tum igitur debet inuentor, proposito publicè libello, populum admonere, inuenisse se, & redditurum ei qui suas esse docuerit.[g] quamuis apparente domino, & ei re re-
stituta, † Menythrum (hoc est inuentionis: & iudicij premium ab eo vltro 4 Menythrum.
oblatum) honestè recipere possit: turpiter tamen id petiturus.[h] Nemine † 5 Inuentor domino non apparente quid agere debeat.
verò sese offerente, qui rem suam esse contendit, poterit inuentor, si paupertate prematur, eam velut delatum Dei munus, & fortunæ beneficium, retinere.[i] alioqui debet in pios vsus, velut in Christi pauperes erogare.[k]
d *Inuenimus*) Nec antea in alicuius bonis erant: nam si mihi in littore maris obambulanti pecuniæ sacculus excidisset, non efficeretur inuentoris: cùm habuerim ego, & retinuerim dominium.
e *Iure naturali*) † Quod ius gentium quoque vocamus, sed propterea, quod 6
totum fluat à recta ratione naturæ, ius naturale dicitur.[l]
f *Nostra fiunt*) Quia in nullius bonis sunt, & quod in nullius bonis est, natu- Ius naturale.
rali ratione fit occupantis.

a Lauren.Valla.li.6.c.vlt. b l. & si non sunt. §.pen.ff. de aur. & arg. leg. c Valla vbi. d Alc.li.iij.ad fi.de ver.sig. e l.falsus.§.qui alienum.ff. de furt. c. si quid. 14.q.5. f l.si. C. vnde vi. g d.§.qui alienum.in fi. h l.idem. §.vl. ff. de cond. ob. tur.c.tu.d.§.qui alienum. i l.si is qui.§.j. ff.de acq.re.do. k auth. omnes peregrini. vers. j. C. commun. de succes. l l.j.ff. de inst. & iu.l.j. §.hoc ti. & vtrobiq. dixi.

L. IIII. NEMO.

Martianus lib.3. Institutionum.

Nemo igitur[a] ad littus maris accedere prohibetur[b] piscandi caussa[c], dũ tamen villis[d], monumẽtis[e], & ędificiis[f] abstineat, quia nõ sunt iurisgentiũ: sicut & mare[g]. Idque diuus Pius piscatoribus

For-

Formianis[h] & Capenatis[i] rescripsit. Sed & flumina penè[k] omnia,& portus[l] publici[m] sunt.

SVMMÆ.

1 *Littus accedere nemo vetatur.*
2 *Piscari quando quis prohiberi possit.*
3 *Villa quid,& quotuplex.*
4 *Monumentum quid.*
5 *Sepulchra extra vrbem.*
6 *Funeris pompa.*
7 *Formiarum vrbs.*
8 *Capena oppidum.*
9 *Flumina publica & priuata.*
10 *Portus.*
11 *Nauigare in portu.*
12 *In portu impingere.*

Littoris vsu nemo arcendus.

a NEmo igitur) Ex eo quod iam antè docuerat Martianus[a], littora maris, omnium communia esse,Florentinus infert,vt sequitur.

1 b *Prohibetur*) † Vt maris,ita littorum mari adhærentium,communem,liberum,& æquè patentem omnibus hominibus vsum esse naturæ ratio nos docuit,[b] ac proinde nullo iure possumus prohiberi ad littus maris accedere.[c] Quod & Vergilius ipse de Pœnorum iniuria questus disertè significat.[d]

Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ:
Bella cient,primáque vetant consistere terra.

Piscari an quis prohibeatur.

c *Piscandi caussa*) Aut alia. Quacunque enim de caussa, ad maris littus quis
2 accedere velit,arceri iure non potest[e] † Piscatus autem exemplum proposuit,quòd ea fuerit olim à Formianis & Capenatis piscatoribus,sicut aduertit proposita quæstio:at exemplis non coarctari regulam constat.[f] Ergo nemo piscari,quemadmodum,nec aucupari prohiberi iure potest,[g] quinimò prohibitus,iniuriarum actionem habet:[h] nec illi possessionis longæ præscriptio obiici potest, ab eo qui fortè solus in certo loco, pluribus annis piscatus sit.[i] quando non soleant istiusmodi exceptiones concedi ad obtinenda publica iurisgentium loca.[k] Et hoc si in mari,aut aliquo flumine publico quis piscari velit.[l] Nam in priuato flumine, puta in lacu meo, alterum piscari rectè prohibere possum.[m]

Villa.

3 d *Villa*) Id est tuguriis rusticis. † Sunt quippè villæ, domus extra vrbem extructæ. sic dictæ inquit Varro, quod à villico in eas contrahantur fructus, & euehantur,cùm veneunt.[n] Sunt tamen qui villam, triplicem faciant, vrbanam,quam dominus ipse ad inhabitandum sumit.[o] rusticam,quam villici incolunt,aut in quibus instrumenta rustica reponuntur:[p] & fructuariam in quam deuehuntur,& custodiuntur fructus.[q]

Vrbana. Rustica. Fructuaria.

Monumenta.

4 e *Monumentis*) † Hoc est sepulchris,aut aliis locis, memoriæ caussa extructis,[r] Velutì statuis, tropheis,& pyramidibus,quæ omnia à monendo,quòd alicuius prætetitæ rei nos moneant, monimenta dicuntur, quod suprà do-
5 cui.[f] † Sepulchra autem, quoniam in vrbe corpora sepeliri lege xij. tabul. vetitum erat, ruri ædificari solebant: Eisdémque si clarorum essent virorum, superimponi statuæ. Scipiones enim in Appia via,& intra primum ab vrbe milliarium,sepulturæ suæ monumenta habuerunt: trésque illis statuas superimpositas,Liuij seculum vidit. Quarum duæ P.& L.Scipionum, tertia, poëtæ Q.Iunij esse dicuntur,[t] M. Æmilius tamen homo minimè ambitiosus,qui tamen princeps senatus, sextis iam censoribus lectus erat,filiis prius-
6 quàm expiraret, † præcipit,lecto se strato sine linteis,sine purpura efferrēt. In reliquum funus ne plus quàm æris denos consumerent, Virtutum splendore & imaginum specie non sumptibus, dicens, maximorum virorum funera nobilitari.[u]

Sepulchra extra vrbem.

Funeris pompa.

f *Ædificijs*) Casam piscatori licet in littore ponere,in quam se recipiat, sicuti retia in mari,ibidem deducere,ac siccare.[x] Potest præterea vnusquisq; in littore ædificare, dum non impediat publicum vsum,[y] & sine cuiusquam

a l.ij.hoc tit.
b §. littorum. Inst. de rer.diuis.
c d.§.littorum. & hic. su
d Vergi.lib.8. Æneid.
e d.§.littorum. & hic.
f l. damni. §. Sabinus. ff. de damn.infect.
g d.§.littorum. & hic.
h l. iniuriarū. §.pen. & fi.ff. de iniur. l.ij. §. si quis in mari. ff. ne quid in loc.pub.
i l. si quisquā. ff.de diuer.præscr.
k l.fi. in pr.ff. de vsucap.
l §.flumina. de rer.diuis.
m d.l.iniuriarum.§.fi.
n M.Varro lib.j.de re rust.
o l.plenū. ff.de vsu & habit.
p l. videamus. ff.locat.
q l. arboribus. in pr.ff.de vsufruct.
r l. monumentum ff.de relig.
f l.ij.§.post hos fuerunt.ff.de origin.iur.
t Liuius li.38. & dicā.l.sintantum. §. religiosum.j.hoc tit.
u Liuius li.45.
x §.litorū. Instit.de re.diuis. l.seq. vbi dicā.
y l.in litore. ff. ne quid in loc. publ.

incommodo id fiat.[z] Cæterùm ab aliorum debet ædificiis abstinere.[a]

z l. flumini. §. in pr. ff. de damno infect.

g *Mare*) Maris vsum, vt aëris, omnibus animantibus, nedum hominibus natura communem, promiscuum, & æquè parentem præbuit.[b]

a vt hac l.
b l. 13. vbi dixi §. hoc tit.

h *Formianis*) † Formiæ, quas Lacones condidere: prius formiæ, à portus cōmoditate, Straboni dictæ. Vrbs est maritima iuxta Caietam, vbi villa quondam Ciceroniana, insignis. id oppidum nunc Molam vocari, sunt qui putent. 7 Formiæ. Mola.

i *Capenatis*) † Capena, oppidum esse constat Romæ vicinum, & mari propinquum. ab Italo Rege, vt Solinus ait, extructum. vnde & Capenates populi, & Capena porta Romę dicta, quę & postea Appia. 8 Capena. Capenates.

lz *Flumina penè*) † Penè dixit, quia non omnia in vniuersum flumina publica sunt. Nam & priuata quędam repetiuntur, nihil à cęteris priuatis locis differentia.[d] Cuiusmodi sunt lacus priuatorū, qui proinde vendi iure possunt.[e] Et ab iis prohibet dominus alium piscari.[f] Flumen porrò publicum, Cassius apud Vlpianum definiuit, quod peremne est.[g] 9 Flumina publica & priuata.

d l. 1. §. hoc interdictum. ff. de flum.
e l. Rutilia. ff. de contr. emp.
f l. iniuriarum. §. si. ff. de iniu.
g d. l. 1. §. flumi- num.

l *Portus*) † Hoc est nauium stationes, quibus conclusę naues à ventis tutę redduntur.[h] Cuiusmodi loca libera sunt, & omnibus promiscuè patent.[i] Significat quoque portus, locum in littore tutum, quo importantur merces, & inde exportantur, à portando sic appellatus.[k] sed certè magis huic loco conuenit superior acceptio, quę prętereà frequentior est. Portus Caietę inquit M. Cicero, celeberrimus est.[l] Et alibi, in nauigādo tempestati obsequi, artis est: etiam si portum tenere non queas.[m] & Plinius iunior ad Cornelianum, In ore portus ait, insula adsurgit, quę illatum vento mare obiacens frangat, tutúmque ab vtroque latere decursum nauibus pręstet.[n] Inde prouerbiales illę figurę: † *in portu nauigare*, & *in portu impingere*: nauigare in portu dicitur, qui iam est in tuto, & ab omni periculo abest, prętereà quòd qui in mediis fluctibus, & ventorum procellis agunt, continuò periclitantur: qui verò iam portum applicuerunt, iam effugere periculum ne mergantur. Vnde Simo Terentianus.[o] 10 Portus. 11 Nauigare in portu.

h l. portus. ff. de verb. sig.
i l. Cæsar. ff. de public. §. flumina. de rer. diui. & hic.
k d. l. portus.
l Cice. pro lege Manilia.
m Cic. lib. 1. epist. famil.
n Plin. lib. 6. epist.
o Teren. in Andr.

Hiccine me, si imparatum in veris nuptiis.
Adortus esset, quos mihi ludos reddiderit.
Nunc huius periculo fit. Ergo in portu nauigo.

Impingere† verò in portu, alij (vt Hieronymus[p] & Quintilianus)[q] pro eo quod est statim in ipso negocij ingressu, & principio peccare. alij contrà, pro eo quod est opere iam propè confecto, in extremo deficere & quasi naufragium in portu facere.[r] 12 In portu impingere.

p Hieronym. ad Pammachium & apolog. 1. in Ruffin.
q Quintil. li. 4. institu.
r Papyr. Fabianus citante Erasmo.

m *Publici*) Id est communes omnibus, quippè toto hoc diuisionis rerum tractatu, vt & alibi sępè, Iurisconsulti communia cum publicis confundunt.[s]

s l. quod in littore cum seqq. ff. de acq. rer. do. §. & quidem. de rer. diuisio. in Instit.

L. V. RIPARVM.

Caius lib. 2. rerum quotidianarum siue Aurearum.

Riparum[a] quoque vsus publicus est iuregentium, sicut ipsius fluminis. Itaque naues ad eas appellere, & funes ex arboribus ibi natis religare, retia siccare, & ex mari deducere onus aliquod, & in iis reponere, cuilibet liberum est: sicuti per ipsum flumen[b] nauigare, sed proprietas[c] illorum est, quorum prædiis hærent.[d] quā de caussa, arbores quoque in iisdem natę, eorundem sunt. In mari piscantibus liberum est casam[e] in littore ponere,[f] in quam se recipiant.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Ripa quid.*
2 *Riparij.*
3 *Riparenses milites.*
4 *Piscari cuique liberum.*
5 *Casa.*
6 *Ptolomaeus rex Ægypti.*

Ripa. 1 a RIparum) † Ripam id esse deffiniuit Vlpianus, quod flumen continet,
naturalem sui cursus rigorem tenens, [a] sic à veteribus dicta, quòd a-
quarum & fluctuum agitatione rumpatur. Est autem ripa propriè fluminis:
Riparij. 2 littus verò maris. † Vnde & Riparij qui in ripis habitant appellati. Riparias
Ripariæ aues. namque aues eas dici, quæ in riparum cannis nidificant, Plinius author est. [b]
Riparenses milites. 3 Et Riparenses † milites Arcadius Imper. vocat, qui tuendis imperij limiti-
bus destinati fluuiorum ripis insidebant. [c]
4 b *Per ipsum flumen*) Cùm † enim natura liberum, & æquè parentem vsum
omnibus hominibus maris & profluentium aquarum fecerit: [d] Et ita cuique
Piscari cuique liberum. piscandi ius potestatémque præbuerit: [e] nauigandi quoque facultatem, ac
omnia denique sine quibus ea commodè exerceri non possent, intelligitur
concessisse. [f]
c *Proprietas*) Riparum. Et ita considerato vsu ripæ, verum est Ripas omni-
bus communes esse. At earum proprietas illorum est, qui prædiorum his
proximorum domini sunt. [g] Magna quidem ratione: Cùm enim plerunque
vi fluminis contingat ripas & his contiguos agros inundatione conteri, de-
populari & vellicari, [h] naturæ consentaneum fuit, vt vicinorum prædiorum
dominos riparum proprietas, quadam veluti compensatione, subleuaret. [i]
quæ sanè futura non est illis inutilis, siquidem arboribus ibidem natis, ac ea-
rum fructibus plena libertate frui possit. Et in ripa liberè ædificare modò ne
quid fiat cum incommodo accolentium: [k] aut quo nauium statio, vel naui-
gatio deterior reddatur. [l]
d *Hærent*) Id est viciniores sunt. Neque enim intermedia via huic proprie-
tati esset impedimento. [m]
Casa. 5 e *Casam*) † Casa tuguriolum est rusticum, & vilis quædam domuncula, stra-
mentis, arundinibus, alióve simili genere plerunque constructa: vel ad fru-
6 ctus pro tempore custodiendos, vel ad repentinos imbres vitandos. [n] † Pto-
Ptolemæus rex Ægypti. lemæo Regi Ægyptum peragranti, comitibus non sequutis refert M. Cice-
ro, cibarium panem in casa datum. [o]
f *In littore ponere*) Quippe licet vnicuique iure gentium in littore ædifica-
re, si non vsus publicus impediatur. [p]

a l. j. §. ripa. ff. de fluminib.
b Plin. lib. 30. nat. histor. c. iij.
c l. cætera. C. de re milit. lib. 12.
d l. iij. suprà hoc tit.
e l. praced.
f l. vi. ff. de off. eius. l. ij. ff. de iurisdict.
g §. riparũ. de rerum diuis. & hîc.
h l. vn. §. sunt autẽ. ff. ne quid in flu. pub.
i l. eum qui. ff. de iureiur.
k d. §. sunt autem.
l l. j. §. non autem omne. ff. de flumin.
m l. Martius. in fi. ff. de acq. rer. domin.
n l. si area. ff. de vsuf. & hîc.
o Cicer. lib. 5. Tuscul.
p l. in littore. ff. ne quid in loc. pub.

L. VI. IN TANTVM.

Martianus lib. 3. Institutionum.

In tantùm, [a] vt soli domini constituantur, [b] qui ibi ædificant: sed quandiu ædificium manet: alioquin ędificio dilapso, quasi iure [c] postliminij, reuertitur locus in pristinam caussam. Etsi alius in eodem loco ædificauerit, eius fiet.

SVMMÆ.

1 *Solum quando ædificio cedat.*
2 *Postliminij propria natura.*
2 *Ædificia an soli conditionem sequantur.*

a INtantùm) Adeò verum est, littorum, fluminum, portuum, & riparum
vsum communem omnibus esse: vt soli domini constituantur, qui ibi
ædificant. & cætera quæ sequuntur.
Solum quádo cedat ædificio. 1 b *Constituantur*) † Et ita solum cedit ædificio, ab eodémq; rapitur. Cùm ta-
men soleat vulgò dici, omne quod solo inædificatur, solo cedere. [a] hoc est
Ædificia an soli cõditionem sequátur. ædificia, quæ alienis locis imponuntur, eius fieri cuius est solum [b] naturali,
2 ciuilíque iure: quemadmodum Caius scribit. [c] † Neque solum ædificij cõdi-

a l. adeo. §. cũ in suo. ff. de acqui. rer. dom. §. cum in suo. Instit. de re. diui.
b l. ij. C. de re. ven. l. si is contra. C. de adif. priuat.
c l. fin. ff. de superfi.

incommodo id fiat.[z] Cæterùm ab aliorum debet ædificiis abstinere.[a]

g *Mare*) Maris vsum, vt aëris, omnibus animantibus, nedum hominibus natura communem, promiscuum, & æquè parentem præbuit.[b]

h *Formianis*) † Formiæ, quas Lacones condidere: prius formiæ, à portus cō- 7 Formiæ.
moditate, Straboni dictæ. Vrbs est maritima iuxta Caietam, vbi villa
quondam Ciceroniana, insignis, id oppidum nunc Molam vocari, sunt qui Mola.
putent.

i *Capenatis*) † Capena, oppidum esse constat Romæ vicinum, & mari pro- 8 Capena. Capenates.
pinquum. ab Italo Rege, vt Solinus ait, extructum. vnde & Capenates po-
puli, & Capena porta Romę dicta, quę & postea Appia.

k *Flumina penè*) † Penè dixit, quia non omnia in vniuersum flumina publi- 9 Flumina publica & priuata
ca sunt. Nam & priuata quędam reperiuntur, nihil à cęteris priuatis locis dif-
ferentia.[d] Cuiusmodi sunt lacus priuatorũ, qui proinde vendi iure possunt.[e]
Et ab iis prohibet dominus alium piscari.[f] Flumen porrò publicum, Cassius
apud Vlpianum definiuit, quod peremne est.[g]

l *Portus*) † Hoc est nauium stationes, quibus conclusę naues à ventis tutę 10 Portus.
redduntur.[h] Cuiusmodi loca libera sunt, & omnibus promiscuè patent.[i] Si-
gnificat quoque portus, locum in littore tutum, quo importantur merces, &
inde exportantur, à portando sic appellatus.[k] sed certè magis huic loco
conuenit superior acceptio, quę prętereà frequentior est. Portus Caietę in-
quit M. Cicero, celeberrimus est.[l] Et alibi, in nauigãdo tempestati obsequi,
artis est: etiam si portum tenere non queas.[m] & Plinius iunior ad Cor-
nelianum. In ore portus ait, insula adsurgit, quę illatum vento mare
obiacens frangat, tutúmque ab vtroque latere decursum nauibus prę-
stet.[n] Inde prouerbiales illę figurę: † *in portu nauigare*, & *in portu impingere*: 11 Nauigare in portu.
nauigare in portu dicitur, qui iam est in tuto, & ab omni periculo abest, pro-
ptereà quòd qui in mediis fluctibus, & ventorum procellis agunt, continuò
periclitantur: qui verò iam portum applicuerunt, iam effugêre periculum
ne mergantur. Vnde Simo Terentianus.[o]

Hiccine me, si imparatum in veris nuptiis.
Adortus esset, quos mihi ludos reddiderit.
Nunc huius periculo fit. Ergo in portu nauigo.

Impingere[p] verò in portu, alij (vt Hieronymus[p] & Quintilianus)[q] pro eo 12 In portu impingere.
quod est statim in ipso negocij ingressu, & principio peccare. alij contrà, pro
eo quod est opere iam propè confecto, in extremo deficere & quasi naufra-
gium in portu facere.[r]

m *Publici*) Id est communes omnibus, quippè toto hoc diuisionis rerum tractatu, vt & alibi sępè, Iurisconsulti communia cum publicis confundunt.[f]

L. V. RIPARVM.

Caius lib. 2. rerum quotidianarum siue Aurearum.

Riparum[a] quoque vsus publicus est iuregentium, sicut ipsius fluminis. Itaque naues ad eas appellere, & funes ex arboribus ibi natis religare, retia siccare, & ex mari deducere onus aliquod, & in iis reponere, cuilibet liberum est: sicuti per ipsum flumen[b] nauigare, sed proprietas[c] illorum est, quorum prædiis hærent.[d] qua de caussa, arbores quoque in iisdem natę, eorundem sunt. In mari piscantibus liberum est casam[e] in littore ponere,[f] in quam se recipiant.

z l. flumin. ĩ. in pr. ff. de damno infect.
a vt hac l.
b l. ij. vbi dixi ĩ. hoc tit.
d l. j. §. hoc interdictum. ff. de flumi.
e l. Rutilia. ff. de contr. emp.
f l. insularum. §. fi. ff. de vsu.
g d. l. j. §. fluminum.
h l. portus. ff. de ver. sig.
i l. Cæsar. ff. de public. §. flumina. de rer. diui. & hic.
k d. l. portus.
l Cic. pro lege Manilia.
m Cic. lib. j. epist. famil.
n Plin. lib. 6. epist.
o Ter. in Andr.
p Hieron. ad Pammachium & apolog. ij. in Ruffin.
q Quinti. li. iij. institu.
r Papyr. Fabianus citante Erasmo.
f l. quod in littore cum seqq. ff. de acq. rer. do. §. & quidem. de rer. diuisio. in Instit.

SVMMÆ.

1 *Ripa quid.*
2 *Riparij.*
3 *Riparenses milites.*
4 *Piscari cuique liberum.*
5 *Casa.*
6 *Ptolemaeus rex Ægypti.*

Ripa. 1 a RIparum) † Ripam id esse deffiniuit Vlpianus, quod flumen continet, naturalem sui cursus rigorem tenens, [a] sic à veteribus dicta, quòd aquarum & fluctuum agitatione rumpatur. Est autem ripa propriè fluminis: littus verò maris. † Vnde & Riparij qui in ripis habitant appellati. Riparias namque aues eas dici, quæ in riparum cannis nidificant, Plinius author est. [b] Et Riparenses † milites Arcadius Imper. vocat, qui tuendis imperij limitibus destinati fluuiorum ripis insidebant. [c]

Riparij. 2 Ripariæ aues. Riparenses milites. 3

4 b *Per ipsum flumen*) Cùm † enim natura liberum, & æquè parentem vsum omnibus hominibus maris & profluentium aquarum fecerit: [d] Et ita cuique piscandi ius potestatémque præbuerit: [e] nauigandi quoque facultatem, ac omnia denique sine quibus ea commodè exerceri non possent, intelligitur concessisse. [f]

Piscari cuique liberum.

c *Proprietas*) Riparum. Et ita considerato vsu ripæ, verum est Ripas omnibus communes esse. At earum proprietas illorum est, qui prædiorum his proximorum domini sunt. [g] Magna quidem ratione. Cùm enim plerunque vi fluminis contingat ripas & his contiguos agros inundatione conteri, depopulari & vellicari, [h] naturæ consentaneum fuit, vt vicinorum prædiorum dominos riparum proprietas, quadam veluti compensatione, subleuaret. [i] quæ sanè futura non est illis inutilis, siquidem arboribus ibidem natis, ac earum fructibus plena libertate frui possit. Et in ripa liberè ædificare modò ne quid fiat cum incommodo accolentium: [k] aut quo nauium statio, vel nauigatio deterior reddatur. [l]

d *Hærent*) Id est viciniores sunt. Neque enim intermedia via huic proprietati esset impedimento. [m]

Casa. 5 e *Casam*) † Casa tuguriolum est rusticum, & vilis quædam domuncula, stramentis, arundinibus, aliòve simili genere plerunque constructa: vel ad fructus pro tempore custodiendos, vel ad repentinos imbres vitandos. [n] † Ptolemæo Regi Ægyptum peragranti, comitibus non sequutis refert M. Cicero, cibarium panem in casa datum. [o] 6

Ptolemæus rex Ægypti.

f *In littore ponere*) Quippe licet vnicuique ingredientium in littore ædificare, si non vsus publicus impediatur. [p]

a l. j. §. ripa. ff. de fluminib.
b Plin. lib. 30. nat. histor. c. uy.
c l. cõtra. C. de re milit. lib. 12.
d l. y. supra hoc tit.
e l. praced.
f l. vl. ff. de off. eius. l. y. ff. de iur. dict.
g § riparũ. de rerum diuis. & hic.
h l. vn. §. sunt autẽ. ff. ne quid in flu. pub.
i l. cum qui. ff. de iureiur.
k d. §. sunt autem.
l l. j. §. non autem omne. ff. de flumin.
m l. Martius. in fi. ff. de acq. rer. domin.
n l. si area. ff. de vsuf. & hic.
o Cicer. lib. 5. Tuscul.
p l. in littore. ff. ne quid in loc. pub.

L. VI. IN TANTVM.

Martianus lib. 3. Institutionum.

In tantùm, [a] vt soli domini constituantur, [b] qui ibi ædificant: sed quandiu ædificium manet: alioquin ędificio dilapso, quasi iure [c] postliminij, reuertitur locus in pristinam caussam. Etsi alius in eodem loco ædificauerit, eius fier.

SVMMÆ.

1 *Solum quando ædificio cedat.*
2 *Postliminij propria natura.*
2 *Ædificia an soli conditionem sequantur.*

a INtantum) Adeò verum est, littorum, fluminum, portuum, & riparum vsum communem omnibus esse: vt soli domini constituantur, qui ibi ædificant. & cætera quæ sequuntur.

Solum quãdo cedat ædificio. 1 b *Constituantur*) † Et ita solum cedit ædificio, ab eodémq; rapitur. Cùm tamen soleat vulgò dici, omne quod solo inædificatur, solo cedere. [a] hoc est ædificia, quæ alienis locis imponuntur, eius fieri cuius est solum [b] naturali, ciuilíque iure: quemadmodum Caius scribit. [c] † Neque solum ædificij cõdi- 2

Ædificia an soli cõditionem sequãtur.

a l. adeo. §. cũ in suo. ff. de acqui. rer. dom. §. cùm in suo. Instit. de re. diui.
b l. ÿ. C. de re. ven. l. si is contra. C. de ædif. priuat.
c l. fin. ff. de superfi.

d l.si precario. ff.de con.pred.
e l.j. §.quod si quis.ff.de no.o-per.
f vt hac l.

tionem, sed per contrarium ædificia soli conditionem sequi; & æmulari.[d] Quæ tamen accipi volumus, vbi in solis priuatis ædificatur: non etiam vbi in locis, quorum vsus publicus & communis est. Quandiu enim eo loco quis vti quomodocunque vult, solum suum facit,[e] tantisper videlicet, vt Martianus ait, dum ædificium manet. Nam eo collapso res ad naturalem caussam redit.[f]

c *Quasi iure*) Quasi dicit, † quia non est hoc verum aut proprium post li- 3
minij ius: quod in captis ab hostibus, vti suprà fusiùs disserui, proptiè locum habet.[g]

g l.postliminij. l.postliminiũ.ff. de capti.dixi.l. pe.ff.de stat.homi.

§. VNIVERSITATIS.

Vniuersitatis[a] sunt, non singulorum, quæ in ciuitatibus sunt theatra,[b] stadia,[c] & si qua alia[d] sunt communia ciuitatum. Itémque nec seruus communis ciuitatis, singulorum pro parte intelligitur: sed vniuersitatis. Et ideo tàm contra ciuem,[e] quàm pro eo posse seruum ciuitatis torqueri,[f] diui fratres[g] rescripserunt. Et libertus ciuitatis, non habet necesse veniam edicti[h] petere, si vocet, in ius aliquem ex ciuibus.[i]

SVMMÆ.

1 *Theatrum.*
2 *Amphyteatrum.*
3 *Arena, Arenarius.*
4 *Bestiarius.*
5 *Athenensium deliciæ.*
6 *Orchestra.*
7 *Stadium.*
8 *Catadromus.*
9 *Stadiodromi.*
10 *Seruus quando torquetur in caput domini.*
11 *Diui fratres qui.*
12 *Antestari.*
13 *Ciuis an testis in causa ciuitatis.*

a VNiuersitatis) Hoc est vniuersorum inter se ciuiũ, non quasi singulorum, aut quasi propria cuiusque, sed iure ciuitatis.[a]

a l.ij. §.j.ff.ne quid in loco pub.
b l.j.§.bestiar. ff. de postul. l. qui iudicio.ff. de accus.
c Vitruuius li. 5. Dion. li. 52. Plin.li.36.c.15.
d l.hæ demum. ff. de oper. libert.l.in arenã. C. de inof. test.
e Iul. Capitol. in M. philoso.
f d.l.hæ demũ. d.§.bestia.s.d.l. in arenam.

b *Theatra*) † Theatrum ædificium est ad videnda spectacula paratum, in 1 Theatrũ.
formam hemycicli, seu semicirculi dispositum, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι hoc est à viden
do: vnde Cassiodorus theatrum interpretatur Visorium, quasi videndi & spe
ctandi locum.† Amphyteatrum verò forma erat rotunda ex duobus veluti 2 Amphyteatrum.
theatris constans:[b] sic appellatum, quod circumquaque speculas haberet, &
sedilia,[c] quod metonimicôs, † Arena quandoque dictum est: propterea 3 Arena.
quòd in gladiatorum maximè dimicatione soleret Amphyteatrum arena
spargi, ne vel fœdarentur pugnantes, occisorum cruore, vel sparsus cruor,
spectantibus esset horrori. vnde & Arenarij in iure nostro nuncupati, qui o- Arenarij. Bestiarij.
peras suas elocabant, vt cùm bestiis depugnarent.[d] † quos ideo bestiarios 4
Capitolinus appellat:[e] eos æquè ac scænicos, infames esse significans: quòd
passim iure nostro cautum legimus. Sanè verò hoc spectaculorum genere,
Athenienses primùm vsos fuisse constat, † qui tantum studij ludis impende- 5 Atheniensium voluptas.
bant, vt quæ in classis exercituumque apparatum, absumenda erant, in thea
tricas, vt dicebat Lacon, erogarent voluptates. Iis deinde spectaculis vti Ro
mani cœperunt, ac demùm vniuersa propè Italia. Nanque nulla fermè ciui-
tas Italiæ fuit nobilis, quæ theatris careret. Idque principio promiscuè quip
pè patribus, equitibúsque, ac plebi fuere confusa loca, vnde spectarent: do-
nec P. Cornelio Scipione, & T. Sempronio Longo, Coss. per Ædiles Curu-
les Sextum Ælium Pætum, & C. Cornelium Cethegum, anno vrbis condi-
tæ Dlx. vt suus cuique honos seruaretur, discreta loca senatoria, à populo fue
re,[g] lege lata, vt senatoribus proxima darentur subsellia. Fuítque ille locus, † 6
Or-

g Liuius li.34.

Orcheſtra appellatus, ab ὀρχεῖσθαι quod eſt ſalto, & tripudio: quòd in eo ſaltaretur, & chorus induceretur.[h] Ex qua ludos ſcænicos, quos C. Attilius Seranus & L. Scribonius Libo Ædiles curules primi fecerunt. Senatus à populo ſecretus, primum ſpectauit, anno ab vrbe Dlxj. L. Cornelio Merula, & Q. Minucio Thermo Coſ. Quæ res ſicuti omnis nouitas ſolet, inquit Liuius, varios ſermones prębuit.[i]

7 c *Stadia*) † Stadium locus erat in quo curulia certamina exercebantur in-
ter homines, equóſve currentes, & Athletas certantes.[k] latinè decurſorium,
8 aut curriculum, dici poteſt. Græcè † Catadromus. Qui ſtadium currit, eniti,
inquit M. Cicero, & contendere debet, quàm maximè poſſit vt vincat,[l] &
9 alibi. Curſores (ait) in ſtadio exclamant, quàm maximè poſſunt.[m] † Inde
Stadiodromi dicuntur curſores in ſtadio. ſignificatur quoque ſtadij verbo dimenſio centum viginti quinque paſſuum.[n] ſed hæc acceptio huic loco non quadrat.

d *Alia ſunt*) Vt Statuæ, Coloſſi, Pyramides, & Trophea in loco publico ciuitatis affixa.[o] Rurſus balnea publica, circi, forum, fana, & porticus.[p] quæ M. Cicer. refert, inter ea quæ ciues inuicem communia habent.[q]

e *Contra ciuem*) Quia non ſit eius ſeruus, ſed corporis reipublicæ, & vniuerſitatis.[r]

10 f *Torqueri*) † Noluerunt veteres ſeruum in caput domini poſſe torqueri,[ſ] e-
tiam ſi à domino ad quæſtionem offeratur.[t] Et quamuis nunc ſeruus illius non ſit: ſi ei aliquando ſeruiuit, in prioris dominij, priſtinæque reuerentiæ memoriam,[u] exceptis tamen læſæ maieſtatis, adulterij, fraudati cenſus, & aliis quibuſdam, à lege expreſſis caſibus: quibus iure ſingulari conſtitutum eſt, ſeruos in caput domini poſſe interrogari & torqueri.[x] ita tamen ſi alia documenta deficiant. hoc eſt alio genere probationis facti veritas haberi nõ poteſt.[y] Seruum porrò ciuitatis in caput ciuium torqueri poſſe, docet hic Martianus. perſæpéque, ita fuiſſe reſcriptum Vlpianus memorat.[z] quia ſcilicet ciuium ſeruus non ſit, ſed reipublicæ.[a]

11 g *Diui fratres*) † M. Antoninum Philoſophum, & L. Aurelium Verum fra-
tres intelligit, qui primi omnium bini imperare cœperunt. Cùm enim M. Antoninus ſingulari pietate, probitate & virtute excellens, Antonino Pio mortuo, vel inuitus à ſenatu reipublicæ gubernacula coactus eſſet: nouo charitatis & beneuolentiæ exemplo fratrem ſibi participem in imperio deſignauit:[b] Cæſarémque ac Auguſtum, dixit: Luciumque Aurelium Verum Commodum, appellari iuſſit. Et ex eo tempore pariter rempublicam mira concordia, & ciuilitate ambo rexerunt: ſimulque annis vndecim, imperârunt. fuítque in diuorum numerum, poſt mortem vtérque relatus. Et hi ſunt diui fratres, quorũ in iure tam frequens mentio:[c] quos & nonnunquàm ſuis exprimunt nominibus Iuriſconſulti.[d]

h *Veniam edicti*) Olim priuata cuiuſuis authoritate, nullóque prætoris aut alterius magiſtratus imperio implorato poterat aduerſarius in ius vocari. Et ſi moram faciebat, inuitus ad tribunal duci dum vocans aliquem ex præſen-
12 tibus in teſtem rogaret, quod † anteſtari dicebatur, vt à nobis alibi diſputa-
tum extat.[e] Hodie porrò ſine apparitore, & iudicis præcepto in ius vocari nemo poteſt.[f] videbatur itaque libertum ciuitatis, qui veniam edicti non impetraſſet, non poſſe ſingulos ciues in ius vocare.[g] Cuius contrarium hoc loco Martianus ſumma ratione tradit: quia ſcilicet, manumiſſus à ciuitate, aut alio corpore, non ſingulorum fit libertus, ſed corporis.[h]

13 i *Ciuibus*) † Sic in ſimili dicendum ciuem in negotio ciuitatis, teſtem eſſe i-
doneum: niſi tamen emolumentum ſuo nomine referre poſſit. Tunc enim propria eius cauſa cenſeretur.[i] in qua facultatem dicendi teſtimonium, ci-

Orcheſtra.

Stadium. Decurſorium. Catadromus. Stadiodromi.

Seruus quãdo in caput domini torqueatur.

Diui fratres.

Anteſtari.

Ciuis an teſtis in cauſa ciuitatis.

h Vitruuius li. 5. de architectura, dixi l. ij. §. ex his. ff. de orig. iur.
i Liuius lib. 34.
k l. ciuitatibus in pr. ff. de leg. j.
l Cic. lib. iij. offi.
m Cicer. lib. ij. Tuſc.
n Pet. Crinit. pulchrè lib. 21. c. 10.
o l. is qui in puteũ. §. j. ff. quod vi aut clã. l. ſtatuas. ff. de acq. re. do.
p l. ſed Celſus. ff. de cõtr. emp.
q d. l. ciuitatibus.
q Cic. lib. j. offi.
r l. j. §. ſeruum. ff. de quæſtio.
ſ l. j. §. ſi ſeruus. j. & ij. ff. de quæſt. l. j. l. pridem. C. eo tit.
t l. vnius. §. ſeruus. ff. eodem.
u l. vlt. ff. de decurio. d. §. ſeruus.
x l. fi. § fi. C. ad l. Iul. maieſt. l. etſi certus. verſ. j. ff. ad S. C. Syl la. d. l. j. C. de quæſtio.
y l. conſenſu. §. ſin autẽ alter. C. de repud.
z l. j. §. ſeruũ. ff. de quæſtio.
a l. ij. ff. quod cu iuſ. vniuerſit.
b dixi. l. nã ita. ff. de adoptio.
c l. de quare. ff. de inof. teſt. l. cõgruit. §. fin. ff. de offi. præſ. l. pen. §. fi. ff. ad l. Põ. de parricid. l. ſed diui. inf. hoc titu.
d l. Diuus. ff. de of. præſ. l. Diuus Pius. ff. ad l. Cor de fal.

e dixi. §. pœnol. de actio. in Inſtitut. f l. vl. C. de exhib. re. g l. iiij. §. j. ff. de in ius voc. l. §. ij. & iij. C. illo tit. h l. ſed ſi hac. §. qui manumit. ff. de in ius voc. c. qui manumit. 12. q. ij. i l. j. §. biduum. ff. quand. app. ſit

a *Quædam præterea*) M. Cicero † tamen, res corporales tantùm esse ait: in- 1 Res quæ sunt & nõ sunt.
a Cic. in Topi. corporeas non esse, sed intellectu comprehendi.[a] Res enim diuidit in
res quæ sunt, & eas quæ intelliguntur. Esse ea dici vult, quæ cerni tangíque
possunt, vt fundus, paries, mancipium: non esse quę tangi demonstrative ne-
queunt, sed animo tantum, & cogitatione comprehenduntur. Cuius gene-
ris sunt vsucapio, tutela, gens, agnatio, iisque similia, quarum rerum nullum
subest quasi corpus: sed in animis nostris impressa tantùm quædam notio
b Cice. li. j. de est, forma atque intelligentia, quam † Platonici Ideam dixerunt.[b] Fuit autẽ 2 Idea.
ora. & j. Aca- Plato primus, qui Ideas induxit. Eo verbo significans simulachra, imagines,
de. quæstio. & veluti exemplaria cæterarum rerum quæ intuens Deus opt. Maxi. ad eo-
rum similitudinem, manum, veluti in fingendis rebus dirigeret, nihílque ni-
c Cic. de orat. si perfectum, & absolutè elaboratum faceret.[c] Quæ res vt commodiùs intel-
de vniuersi. & ligatur, præter omnes homines intelligere oportet quendam hominem, &
in Topic. præter omnes equos, vnum imaginari equum: ex quo vno vel homine, vel
equo, sexcenta hominum, aut equorum milia formentur: quemadmodum
ex vno sigillo innumeræ fiunt impressiones. Aristoteles tamen à Platone
dissentiens nullas asseuerauit esse Ideas, nullúmque in Deo rerum exem-
plar æternum.

b *Tangi possunt*) Corporales sanè res dicuntur, quæ tangi, palparíque pos-
d Lucret. lib. ij. sunt. Nam vt ait ille.[d]
de nat. philoso. *Tangere enim aut tangi, nisi corpus, nulla potest res.*
Sed tamen Stoici † vocem (quæ neque visibilis est) corpus esse hac potissi- 3 Vox an corporea.
mum ratione contendunt. Quòd omne agens, aut faciens corpus sit. Atqui† 4 Vox quid
e Gell. lib. 5. vox quam esse dicunt ictum aëra: & facit & agit.[e] Verum præstantissimi
noct. Attic. c. 15. philosophorum, Pythagoras, Plato & Aristoteles hanc iandiu sententiam
f Plutar. libr. exploserunt, vocem incorpoream merito confirmantes. Non enim
4. de placit. inquiunt, percussus aër vox est, sed aëris superficies, certo quodam pul-
Philosoph. c. 20. su facta. Atqui nulla superficies, tametsi cum corpore agitetur, cor-
g l. seruus. §. j. ff. pus est.[f]
de aeq. re. do.
h l. sequitur. §. c *Tangi non possunt*) Vnde nec tradi,[g] nec possideri,[h] nec vsucapi,[i] nec vllo
si viam. ff. de denique loco concludi, continerive possunt.[k]
vsuca.
d *In iure*)† Hoc est in sola animi censura, cogitatione & intellectu. Quia 5 Ius pro animi censura.
i d. l. seruus. §. j. eorum videlicet, nulla subsint corpora, quæ sensibus nostris subiiciantur: sed
k l. si fideicom in animis tantum impressa quædam species est, atque intelligentia.
missum. §. j. ff.
de iud. l. Caius. e *Hæreditas*) † Hoc est ius vniuersum, quod defunctus habuit.[l] Sic e- 6 Hæreditas.
ff. de leg. ij. nim hæreditas, à nostratibus Iureconsultis accipi solet, † quam ideo no- 7 Hæreditas nomẽ iuris.
l l. nihil aliud. men esse iuris aiunt:[m] & sine vllo corpore iuris intellectum habere.[n] Ve-
ff. de ver. sig. l. teres tamen non tam successionem illam in vniuersum ius defuncti, quàm
hæreditas. ff. de res ipsas à defuncto relictas, hæreditatis verbo significarunt. Hæreditas,
re. iur.
m l. hæreditatis inquit M. Cicero, est pecunia quæ morte alicuius ad quempiam per-
appellatio. ff. uenit.[o]
de ver. sig.
f *Continentur*) Et ita res hæreditariæ, seu corpora, quæ in patrimonio de-
n l. hæreditas. functi reperiuntur, aliud sunt ab ipsa hæreditate, quæ propriè demonstrat
ff. de pet. hære. ius vniuersum defuncti: sicut statim dictum est.[p]
o Cice. in topi.
p l. nihil aliud. g *Plerunque*) Plerunque dicit: quia aliquando quod nobis aliqua obligatio-
ff. de ver. sig. l. ne debetur, incorporale est. Veluti si vsusfructus, vsus, via, iter, aut alia serui-
hæreditas. ff. de tus, vel personæ, vel rei debita sit.
re. iur.
h *Eodem numero*) Incorporalium videlicet rerum.
i *Seruitutes*)† Viæ tamen seruitutem, Paulus videtur corporibus annumera- 8 Viæ seruitus an corporea.
re. Sed si antè viam, inquit, deinde fundum Titianum petam, quia diuersa
q l. sed si ante. corpora sunt, &c.[q] Nisi dicamus corpora pro rebus, illic Paulum posuisse,
ff. de except. quasi dicat, res de quibus agitur diuersas esse.

L. II. QVÆDAM.

Martianus lib. 3. Institutionum.

Quædam

Quædam [a] naturali iure [b] communia sunt omnium, [c] quędam vniuersitatis, [d] quædam nullius, [e] pleráque singulorum, [f] quæ variis ex causis [g] cuique acquiruntur. Et quidem naturali iure communia sunt illa aër, [h] aqua profluens, [i] mare [k] & per hoc littora maris. [l]

SVMMÆ.

1 *Naturale ius pro iure gentium.*	5 *Aqua vsus communis.*
2 *Aer cur omnibus communis.*	6 *Mare cunctis commune.*
3 *Chameleon.*	7 *Littus quid.*
4 *Lupus terra vescitur.*	8 *Littus quando commune dicatur.*

a *QVædam*) Altera rerum diuisio hîc scribitur, quatuor membra continens. Quorum tria hoc titulo pertractat: postremum longo post interuallo. [a]

Ius naturale.

1 b *Naturali iure*) † Hoc est gentium. [b] Nam quemadmodum suis admonui locis, ius gentium, quia totum fluit ex ratione, & æquitate naturæ, qua gentes omnes imbuuntur, à Iureconsultis, cæterísque probatis authoribus, ius naturale passim dicitur. [c]

c *Omnium*) Vt aër, aqua, mare, quod mox subnectit.

d *Vniuersitatis*) Vt theatra, stadia, & id genus alia, quæ communia sunt ciuitatum. [d]

e *Nullius*) Vt res sacræ, religiosæ, & sanctæ. Quod enim diuini iuris est, id in nullius bonis est. [e]

f *Singulorum*) Veluti prædium, domus, vestis, equus, cæteræque res priuatorum: quarum dominium, vel gentium, vel ciuili iure sibi quæsierunt. [f]

g *Varijs ex causis*) Quarũ aliæ ex iure gentiũ, aliæ ex iure ciuili descendunt: omnes à iuris authoribus affatim suis locis tractatæ. [g]

Aër vnũ ex elementis. *Chameleon.*

2 h *Aer*) † Est aër in promiscuo omnium animantium vsu, vtpotè citra cuius assiduã repercussionẽ, neq; homines, neq; bruta viuere possunt. Et cùm vnum sit ex quatuor elementis, præ cæteris cuicunq; animanti necessarium
3 est. † Cuius solo alimento, Chameleontem (qui solus animalium nec cibo,
4 nec potu vescitur) ali Plinius author est. [h] † De lupo quoque Accursius noster scribit eum vento viuere, [i] quod an verum sit, naturalibus disputandum relinquo: eundem certè in fame vesci terra, Plinius prodidit. [k]

Aquæ vsus communis.

i *Aqua profluens*) Vt fluuius, flumen, torrens, & aliæ aquæ profluentes: Id
5 est procul facilè, & perpetuò fluentes, † quarum vsus sicuti Aëris, omnium communis est: ideóque Poëta ait, [l]

Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est:
Nec solem proprium natura, nec aëra fecit.

Maris vsus cõmunis.

6 k *Mare*) † inquit Vlpianus, cõmune omnium est, sicut aër. [m] Et alibi, mare omnibus natura patere dixit, [n] id est eius communem vsum, promiscuum & æquè patentem, cunctis animantibus, nedum hominibus ipsis, suaptè natura præbuit. [o]

Littus quid. *Ripa.*

7 l *Littora maris*) Cùm à Gallo Aquilio quæreretur, † littus quid esset? Ita definire solebat, quà fluctus eluderet. hoc est, inquit M. Cicero, quasi qui adolescentiam florem ætatis, senectutem occasum vitę, velit definire. [p] Equidem littus terra est, mari propinqua, quæ videlicet à mari tangitur. Vnde littus propriè maris est, ripa fluminum: quamuis & nonnunquam de fluminibus dicatur. Vergilius. [q]

Undique quæ nostris, pulsatis littora Lymphis,
Littora, quæ dulces auras, diffunditis agris.

Littus quando commune.

8 Vult itaque hoc loco Iurisconsultus, littora † maris naturali iure communia omnium hominum. Et ideò neminem ad littus accedere prohiberi. [r] Licet quantum, ad protectionem, & iurisdictionem, eius principis intelligatur,

a in titul. ff. de acq. rer. domin.
b l. nemo. ĵ. hoc tit.
c §. singulorũ. de rer. diuis. Cicer. lib. 3. de legib. & pro Archia poëta. dixi l. j. §. fin. de iust. & iur.
d l. inantum. §. j. ĵ. hoc tit. §. vniuersitatis, de rer. diuis.
e l. ij in prin. ĵ. hoc tit.
f §. singulorũ. de rer. diuis.
g in tit. ff. de acq. re. do. & in §. singulorum. vsque ad fi. d. tit. de rer. diuis.
h Plin. lib. 8. c. 53.
i Accurs. l. fi. C. de alim. pu. præst.
k Plin. lib. 8. c. 22.
l Ouid. libr. 6. Metamor.
m l. iniuriarũ. §. fi. de iniur.
n l. venditor. ff. com. præd.
o l. iij. ff. ne q. d in loc. pub.
p Cic. in Top.
q Verg. in carmine execratorio. in Battarum.
r l. nemo. infrà hoc tit.

cuius vicinum est territorium.[f] Eatenus autem publicum littus intelligendum, quatenus maximus fluctus, hoc est hybernus excurrit, & exæstuat.[t] Quod M.Ciceronem, cùm arbiter esset, primùm constituisse ferunt.[u] Vnde & in æstate, vsque ad eum locum littus quoque præfiniemus:[x] eatenúsque iure gentium finitimis inuitis nos vti posse sentit hîc Marcianus. Sed de littoris communi vsu mox pluscula.

f l.littora.ff.ne quid in lo.pub. t l.littus j. & ij.ff.de ver.sig. u d. l. littus. j. x §.flumina.in fi.de re.diui. in Insti.

L. III. ITEM LAPILLI.

Florentinus lib.1. Institutionum.

Item lapilli,[a] gemmæ,[b] & cętera quę in littore[c] inuenimus[d] iure naturali,[e] statim nostra fiunt.[f]

SVMMÆ.

1 *Lapillus.*
2 *Gemma.*
3 *Inuenta res cuius fiant.*
4 *Menythrum.*
5 *Inuentor domino non apparente quid agere debeat.*
6 *Ius naturale.*

a Lapilli) † Lapillus inquit Valla genetale nomen est omnium paruorum 1
lapidum, sed subintellectione pretiosus.[a]
b *Gemmæ*) † Gemma lapillus est pretiosus, cæterùm à lapillis, ita à Pompo- 2
nio ex Seruij & Sabini sententia distinguitur, vt Gemmę sint perlucidæ materiæ: veluti Smaragdi, Chrysoliti, & Amthysti: Lapilli autem contrariæ superiotibus naturæ: vt Obsidiani, & Veientani.[b] Id quod Vallæ præbuit ansam Iurisconsultos calumniandi, existimantis, omnem lapidem pretiosum, siue translucenre, siue non lucidum, si magnus est, gemmam vocari: si paruus gemmulam, aut lapillum,[c] sed ab eius morsibus, Pomponium nouissimi grauiter & eruditæ vindicarunt.[d]
c *Littore*) † Secus ergo in iis rebus, quæ in priuato loco, aut publicis itineri- 3
bus inueniuntur: quas lucri faciendi caussa tollens, furti obstringitur: vt eas suas faciat, tantùm abest.[e] Quippè debuit existimare alienas esse, & imprudenti domino excidisse, quas suas non esse cognouit.[f] Tum igitur debet inuentor, proposito publicè libello, populum admonere, inuenisse se, & redditurum ei qui suas esse docuerit.[g] quamuis apparente domino, & ei restituta,† Menythtum (hoc est inuentionis: & iudicij premium ab eo vltro 4
oblatum) honestè recipere possit: turpiter tamen id petiturus.[h] Nemine† 5
verò sese offerente, qui rem suam esse contendit, poterit inuentor, si pauper tate prematur, eam velut delatum Dei munus, & fortunæ beneficium, retinere.[i] alioqui debet in pios vsus, velut in Christi pauperes erogare.[k]
d *Inuenimus*) Nec antea in alicuius bonis erant: nam si mihi in littore maris obambulanti pecuniæ saeculus excidisset, non efficeretur inuentoris: cùm habuerim ego, & retinuerim dominium.
e *Iure naturali*)† Quod ius gentium quoque vocamus, sed propterea, quod 6
totum fluat à tecta ratione naturæ, ius naturale dicitur.[l]
f *Nostra fiunt*) Quia in nullius bonis sunt, & quod in nullius bonis est, naturali ratione fit occupantis.

a Lauren.Valla.li.6.c.vlt. b l. & si non sunt. §.pen.ff. de aur. & arg. leg. c Valla vbi. d Alc.li.iij.ad fi.de ver.sig. e l.falsus.§.qui alienum.ff. de furt. c. si quid. 14.q.5. f l.fi. C. vnde vi. g d.§.qui alienum.in fi. h l.idem. §.vl. ff. de cond. ob. tur.c.au.d.§.qui alienum. i l.si is qui.§.j. ff.de acq.re.do. k auth. omnes peregrini. vers. j. C. commun. de succes. l l.j.ff. de iust. & iu.l.j. Iiiec ti. & vtrobiq. dixi.

Lapillus. Gemma. Inuentæ res cuius fiant. Menythrum. Inuentor domino non apparente quid agere debeat. Ius naturale.

L. IIII. NEMO.

Martianus lib.3. Institutionum.

Nemo igitur[a] ad littus maris accedere prohibetur[b] piscandi caussa[c], dũ tamen villis[d], monumẽtis[e], & ędificiis[f] abstineat, quia nõ sunt iurisgentiũ: sicut & mare[g]. Idque diuus Pius piscatoribus

For-

Formianis[h] & Capenatis[i] reſcripſit. Sed & flumina penè[k] omnia,& portus[l] publici[m] ſunt.

SVMMÆ.

1 *Littus accedere nemo vitatur.*
2 *Piſcari quando quis prohiberi poſſit.*
3 *Villa quid,& quotuplex.*
4 *Monumentum quid.*
5 *Sepulchra extra vrbem.*
6 *Funeris pompa.*
7 *Formiarum vrbs.*
8 *Capena oppidum.*
9 *Flumina publica & priuata.*
10 *Portus.*
11 *Nauigare in portu.*
12 *In portu impingere.*

Littoris vſu nemo arcendus.

a *NEmo igitur*) Ex eo quod iam antè docuerat Martianus[a], littora maris, omnium communia eſſe,Florentinus infert,vt ſequitur.

1 b *Prohibetur*) † Vt maris,ita littorum mari adhærentium,communem,liberum,& æquè patentem omnibus hominibus vſum eſſe naturæ ratio nos docuit,[b] ac proinde nullo iure poſſumus prohiberi ad littus maris accedere.[c] Quod & Vergilius ipſe de Pœnorum iniuria queſtus diſertè ſignificat.[d]

Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ:
Bella cient,primáque vetant conſiſtere terra.

Piſcari an quis prohibeatur.

c *Piſcandi cauſſa*) Aut alia. Quacunque enim de cauſſa, ad maris littus quis
2 accedere velit,arceri iure non poteſt.[e] † Piſcatus autem exemplum propoſuit,quòd ea fuerit olim à Formianis & Capenatis piſcatoribus,ſicut aduertit propoſita quæſtio:at exemplis non coarctari regulam conſtat.[f] Ergo nemo piſcari,quemadmodum,nec aucupari prohiberi iure poteſt,[g] quinimò prohibitus,iniuriarum actionem habet:[h] nec illi poſſeſſionis longæ pręſcriptio obiici poteſt, ab eo qui fortè ſolus in certo loco, pluribus annis piſcatus ſit.[i] quando non ſoleant iſtiuſmodi exceptiones concedi ad obtinenda publica iuriſgentium loca.[k] Et hoc ſi in mari,aut aliquo flumine publico quis piſcari velit.[l] Nam in priuato flumine, puta in lacu meo, alterum piſcari rectè prohibere poſſum.[m]

Villa.

3 d *Villa*) Id eſt tuguriis ruſticis. † Sunt quippè villæ, domus extra vrbem extructæ. ſic dictæ inquit Varro, quod à villicis in eas contrahantur fructus, & euehantur,cùm vęneunt.[n] Sunt tamen qui villam, triplicem faciant, vrbanam,quam dominus ipſe ad inhabitandum ſumit.[o] ruſticam,quam villici incolunt,aut in quibus inſtrumenta ruſtica reponuntur:[p] & fructuariam,in quam deuehuntur,& cuſtodiuntur fructus.[q]

Vrbana. Ruſtica. Fructuaria.

Monumenta.

4 e *Monumentis*) † Hoc eſt ſepulchris,aut aliis locis, memoriæ cauſſa extructis,[r] Veluti ſtatuis, tropheis,& pyramidibus,quæ omnia à monendo,quòd alicuius præteritæ rei nos moneant, monimenta dicuntur, quod ſuprà do-
5 cui.[ſ] † Sepulchra autem, quoniam in vrbe corpora ſepeliri lege xij. tabul. veritum erat, ruri ædificari ſolebant: Eiſdémque ſi clarorum eſſent virorum, ſuperimponi ſtatuæ. Scipiones enim in Appia via,& intra primum ab vrbe milliarium,ſepulturæ ſuæ monumenta habuerunt: tréſque illis ſtatuas ſuperimpoſitas,Liuij ſeculum vidit. Quarum duæ P.& L.Scipionum, tertia, poetæ Q.Iunij eſſe dicuntur,[t] M. Æmilius tamen homo minimè ambitioſus,qui tamen princeps ſenatus, ſextis iam cenſoribus lectus erat,filiis priuſ-
6 quàm expiraret, † præcipit,lecto ſe ſtrato ſine linteis,ſine purpura efferrēt. In reliquum funus ne plus quàm æris denos conſumerent, Virtutum ſplendore & imaginum ſpecie non ſumptibus, dicens, maximorum virorum funera nobilitari.[u]

Sepulchra extra vrbem.

Funeris pompa.

f *Ædificijs*) Caſam piſcatori licet in littore ponere,in quam ſe recipiat, ſicuti retia in mari,ibidem deducere,ac ſiccare.[x] Poteſt præterea vnuſquiſq; in littore ædificare, dum non impediat publicum vſum,[y] & ſine cuiuſquam

a l.ij.hoc tit.
b §. littorum. Inſt. de rer.diuiſ.
c d.§.littorum. & hic.
d Vergi.lib.8. Æneid.
e d.§.littorum. & hic.
f l. damni. §. Sabinus. ff. de damn.infect.
g d §.littorum. & hic.
h l. iniuriarũ. §.pen. & fi.ff. de iniur. l.ij. §. ſi quis in mari. ff. ne quid in loc.pub.
i l. ſi quiſquã. ff.de diuer.praſcr.
k l.fi. in pr.ff. de vſucap.
l.§.flumina. de rer.diuiſ.
m d.l.iniuriarum.§.fi.
n M.Varro libro j.de re ruſt.
o l.olenũ.ff.de vſu & habit.
p l. videamus. ff.locat.
q l. arboribus. in pr.ff.de vſufruct.
r l. monumentum ff.de relig.
ſ l.ij.§.poſt hos fuerunt.ff.de origin.iur.
t Liuius li.38. & dicã.l.intantum. §.religioſum.j.hoc tit.
u Liuius li.45.
x §.litorũ. Inſtit.de re.diuiſ. l.ſeq. vbi dicã.
y l.in litore.ff. ne quid in loc. publ.

incommodo id fiat.[z] Cæterùm ab aliorum debet ædificiis abstinere.[a]

g *Mare*) Maris vsum, vt aëris, omnibus animantibus, nedum hominibus natura communem, promiscuum, & æquè parentem præbuit.[b]

h *Formianis*) † Formiæ, quas Lacones condidere: prius formiæ, à portus cõ- 7 Formiæ.
moditate, Straboni dictæ. Vrbs est maritima iuxta Caietam, vbi villa quondam Ciceroniana, insignis. id oppidum nunc Molam vocari, sunt qui putent. Mola.

i *Capenatis*) † Capena, oppidum esse constat Romæ vicinum, & mari pro- 8 Capena. Capenates.
pinquum. ab Italo Rege, vt Solinus ait, extructum. vnde & Capenates populi, & Capena porta Romę dicta, quę & postea Appia.

lz *Flumina penè*) † Penè dixit, quia non omnia in vniuersum flumina publi- 9 Flumina publica & priuata
ca sunt. Nam & priuata quędam reperiuntur, nihil à cęteris priuatis locis differentia.[d] Cuiusmodi sunt lacus priuatorũ, qui proinde vendi iure possunt.[e] Et ab iis prohibet dominus alium piscari.[f] Flumen porrò publicum, Cassius apud Vlpianum definiuit, quod peremne est.[g]

l *Portus*) † Hoc est nauium stationes, quibus conclusę naues à ventis tutę 10 Portus.
redduntur.[h] Cuiusmodi loca libera sunt, & omnibus promiscuè patent.[i] Significat quoque portus, locum in littore tutum, quo importantur merces, & inde exportantur, à portando sic appellatus.[k] sed certè magis huic loco conuenit superior acceptio, quę pręterea frequentior est. Portus Caietę inquit M. Cicero, celeberrimus est.[l] Et alibi, in nauigãdo tempestati obsequi, artis est i etiam si portum tenere non queas.[m] & Plinius iunior ad Cornelianum. In ore portus ait, insula adsurgit, quę illatum vento mare obiacens frangat, tutúmque ab vtroque latere decursum nauibus pręstet.[n] Inde prouerbiales illę figurę: † *in portu nauigare*, & *in portu impingere*: 11 Nauigare in portu.
nauigare in portu dicitur, qui iam est in tuto, & ab omni periculo abest, propterea quòd qui in mediis fluctibus, & ventorum procellis agunt, continuò periclitantur: qui verò iam portum applicuerunt, iam effugêre periculum ne mergantur. Vnde Simo Terentianus.[o]

Hiccine me, si imparatum in veris nuptiis
Adortus esset, quos mihi ludos reddiderit.
Nunc huius periculo fit. Ergo in portu nauigo.

Impingere† verò in portu, alij (vt Hieronymus[p] & Quintilianus)[q] pro eo 12 In portu impingere.
quod est statim in ipso negocij ingressu, & principio peccare. alij contrà, pro eo quod est opere iam propè confecto, in extremo deficere & quasi naufragium in portu facere.[r]

m *Publici*) Id est communes omnibus, quippè toto hoc diuisionis rerum tractatu, vt & alibi sępè, Iurisconsulti communia cum publicis confundunt.[s]

L. V. RIPARVM.

Caius lib. 2. rerum quotidianarum siue Aurearum.

Riparum[a] quoque vsus publicus est iure gentium, sicut ipsius fluminis. Itaque naues ad eas appellere, & funes ex arboribus ibi natis religare, retia siccare, & ex mari deducere onus aliquod, & in iis reponere, cuilibet liberum est: sicuti per ipsum flumen[b] nauigare, sed proprietas[c] illorum est, quorum prædiis hærent.[d] qua de caussa, arbores quoque in iisdem natę, eorundem sunt. In mari piscantibus liberum est casam[e] in littore ponere,[f] in quam se recipiant.

z l. flumin. i. in pr. ff. de damno infect.
a vt hac l.
b l. ij. vbi dixi i. hoc tit.
d l. j. §. hoc interdictum. ff. de flumi.
e l. Rutilia. ff. de contr. emp.
f l. Insularum. §. fi. ff. de usu.
g d. l. j. §. fluminum.
h l. portus. ff. de ver. sig.
i l. Cæsar. ff. de public. §. flumina. de rer. diui. & hic.
k d. l. portus.
l Cice. pro lege Manilia.
m Cic. lib. j. epist. famil.
n Plin. lib. 6. epist.
o Terent. Andr.
p Hieron. ad Pammachium & apolog. ij. in Ruffin.
q Quinti. li. iij. institu.
r Papyr. Fabianus citante Erasmo.
s l. quod in littore cum seqq. ff. de acq. rer. do. §. & quidem. de rer. diuisio. in Instit.

SVMMÆ.

1 *Ripa quid.*
2 *Riparij.*
3 *Riparenses milites.*
4 *Piscari cuique liberum.*
5 *Casa.*
6 *Ptolemæus rex Ægypti.*

Ripa. 1 a R*Iparum*) † Ripam id esse deffiniuit Vlpianus, quod flumen continet, naturalem sui cursus rigorem tenens,[a] sic à veteribus dicta, quòd aquarum & fluctuum agitatione rumpatur. Est autem ripa propriè fluminis: Riparij. 2 littus verò maris. † Vnde & Riparij qui in ripis habitant appellati. Riparias (Ripariæ aues.) namque aues eas dici, quæ in riparum cannis nidificant, Plinius author est.[b] Riparenses milites. 3 Et Riparenses † milites Arcadius Imper. vocat, qui tuendis imperij limitibus destinati fluuiorum ripis insidebant.[c]

Piscari cuique liberum. 4 b *Per ipsum flumen*) Cùm † enim natura liberum, & æquè parentem vsum omnibus hominibus maris & profluentium aquarum fecerit:[d] Et ita cuique piscandi ius potestatémque præbuerit:[e] nauigandi quoque facultatem, ac omnia denique sine quibus ea commodè exerceri non possent, intelligitur concessisse.[f]

c *Proprietas*) Riparum. Et ita considerato vsu ripæ, verum est Ripas omnibus communes esse. At earum proprietas illorum est, qui prædiorum his proximorum domini sunt.[g] Magna quidem ratione. Cùm enim plerunque vi fluminis contingat ripas & his contiguos agros inundatione conteri, depopulari & vellicari,[h] naturæ consentaneum fuit, vt vicinorum prædiorum dominos riparum proprietas, quadam veluti compensatione, subleuaret.[i] quæ sanè futura non est illis inutilis, siquidem arboribus ibidem natis, ac earum fructibus plena libertate frui possit. Et in ripa liberè ædificare modò ne quid fiat cum incommodo accolentium:[k] aut quo nauium statio, vel nauigatio deterior reddatur.[l]

d *Hærent*) Id est viciniores sunt. Neque enim intermedia via huic proprietati esset impedimento.[m]

Casa. 5 e *Casam*) † Casa tuguriolum est rusticum, & vilis quædam domuncula, stramentis, arundinibus, alióve simili genere plerunque constructa: vel ad fru- 6 ctus pro tempore custodiendos, vel ad repentinos imbres vitandos.[n] † Ptolemæo Regi Ægyptum peragranti, comitibus non sequutis refert M. Cicero, cibarium panem in casa datum.[o] (Ptolemæus rex Ægypti.)

f *In littore ponere*) Quippe licet vnicuique iure gentium in littore ædificare, si non vsus publicus impediatur.[p]

a l.j.§.ripa.ff. de fluminib.
b Plin.lib.30. nat.histor.c.xij.
c l.cōtra. C. de re milit. lib. 12.
d l.ij.suprà hoc tit.
e l.praced.
f l.vl.ff.de offic. l.ij.ff.de iurisdict.
g §.riparū. de rerum diuis.& hîc.
h l.vn. §.sunt autē.ff.ne quid in flu.pub.
i l.cum qui.ff. de iureiur.
k d.§.sunt autem.
l l.j.§.non autem omne.ff.de flumin.
m l.Martius. in fi.ff. de acq. rer.domin.
n l.si area.ff. de vsufr.& hîc.
o Cicer. lib. 5. Tuscul.
p l.in littore.ff. ne quid in loc. pub.

L. VI. IN TANTVM.

Martianus lib. 3. Institutionum.

In tantùm,[a] vt soli domini constituantur,[b] qui ibi ædificant: sed quandiu ædificium manet: alioquin ędificio dilapso, quasi iure[c] postliminij, reuertitur locus in pristinam caussam. Etsi alius in eodem loco ædificauerit, eius fiet.

SVMMÆ.

1 *Solum quando ædificio cedat.*
2 *Postliminij propria natura.*
2 *Ædificia an soli conditionem sequantur.*

a I*Ntantùm*) Adeò verum est, littorum, fluminum, portuum, & riparum vsum communem omnibus esse: vt soli domini constituantur, qui ibi ædificant. & cætera quæ sequuntur.

Solum quādo cedat ædificio. 1 b *Constituantur*) † Et ita solum cedit ædificio, ab eodémq; rapitur. Cùm tamen soleat vulgò dici, omne quod solo inædificatur, solo cedere.[a] hoc est ædificia, quæ alienis locis imponuntur, eius fieri cuius est solum[b] naturali, Ædificia an soli cōditionem sequātur. 2 ciuilíque iure: quemadmodum Caius scribit.[c] † Neque solum ædificij cōdi-

a l.adeo.§.cū in suo.ff.de acqui.rer.dom.§.cùm in suo.Instit. de re.diui.
b l.ij.C.de re.ven. l.si is contra.C.de ædif.priuat.
c l.fin.ff.de superfi.

tionem, ſed per contrarium ædificia ſoli conditionem ſequi; & æmulari.[d] Quæ tamen accipi volumus, vbi in ſolis priuatis ædificatur: non etiam vbi in locis, quorum vſus publicus & communis eſt. Quandiu enim eo loco quis vti quomodocunque vult, ſolum ſuum facit,[e] tantiſper videlicet, vt Martianus air, dum ædificium manet. Nam eo collapſo res ad naturalem cauſſam redit.[f]

d l. ſi precario. ff. de con. pred.
e l. j. §. quod ſi quis. ff. de no. oper.
f vt hac l.

c *Quaſi iure*) Quaſi dicit, † quia non eſt hoc vetum aut proprium poſt li- 3
minij ius: quod in captis ab hoſtibus, vti ſuprà fuſiùs diſſerui, propriè locum
habet.[g]

g l. postliminij. l. postliminiū. ff. de capti. dixi, l. pe. ff. de ſtat. homi.

§. VNIVERSITATIS.

Vniuerſitatis [a] ſunt, non ſingulorum, quæ in ciuitatibus ſunt theatra,[b] ſtadia,[c] & ſi qua alia [d] ſunt communia ciuitatum. Itémque nec ſeruus communis ciuitatis, ſingulorum pro parte intelligitur: ſed vniuerſitatis. Et ideo tàm contra ciuem,[e] quàm pro eo poſſe ſeruum ciuitatis torqueri,[f] diui fratres [g] reſcripſerunt. Et libertus ciuitatis, non habet neceſſe veniam edicti [h] petere, ſi vocet, in ius aliquem ex ciuibus.[i]

SVMMÆ.

1 *Theatrum.*
2 *Amphyteatrum.*
3 *Arena, Arenarius.*
4 *Beſtiarius.*
5 *Athenienſium delicia.*
6 *Orcheſtra.*
7 *Stadium.*
8 *Catadromus.*
9 *Stadiodromi.*
10 *Seruus quando torquetur in capua domini.*
11 *Diui fratres qui.*
12 *Anteſtari.*
13 *Ciuis an teſtis in cauſa ciuitatis.*

a V*niuerſitatis*) Hoc eſt vniuerſorum inter ſe ciuiū, non quaſi ſingulorum, aut quaſi propria cuiuſque, ſed iure ciuitatis.[a]

b *Theatra*) † Theatrum ædificium eſt ad videnda ſpectacula paratum, in 1 Theatrū.
formam hemycicli, ſeu ſemicirculi diſpoſitum, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι hoc eſt à viden
do: vnde Caſſiodorus theatrum interpretatur Viſorium, quaſi videndi & ſpe
ctandi locum.† Amphyteatrum verò forma erat rotunda ex duobus veluti 2 Amphyteatrum.
theatris conſtans:[b] ſic appellatum, quod circumquaque ſpeculas haberet, &
ſedilia,[c] quod metonimicôs, † Arena quandoque dictum eſt: propterea 3 Arena.
quòd in gladiatorum maximè dimicatione ſoleret Amphyteatrum arena
ſpargi, ne vel fœdarentur pugnantes, occiſorum cruore, vel ſparſus cruor,
ſpectantibus eſſet horrori. vnde & Arenarij in iure noſtro nuncupati, qui o- Arenarij. Beſtiarij.
peras ſuas elocabant, vt cùm beſtiis depugnarent.[d] † quos ideo beſtiarios
Capitolinus appellat:[e] eos æquè ac ſcænicos, infames eſſe ſignificans: quòd 4
paſſim iure noſtro cautum legimus. Sanè verò hoc ſpectaculorum genere,
Athenienſes primùm vſos fuiſſe conſtat, † qui tantum ſtudij ludis impende- 5 Athenienſium voluptas.
bant, vt quæ in claſſis exercituumque apparatum, abſumenda erant, in thea
tricas, vt dicebat Lacon, erogarent voluptates. Iis deinde ſpectaculis vti Ro
mani cœperunt, ac demùm vniuerſa propè Italia. Nanque nulla fermè ciui-
tas Italiæ fuit nobilis, quæ theatris careret. Idque principio promiſcuè quip
pè patribus, equitibúſque, ac plebi fuere confuſa loca, vnde ſpectarent: do-
nec P. Cornelio Scipione, & T. Sempronio Longo, Coſſ. per Ædiles Curu-
les Sextum Ælium Pætum, & C. Cornelium Cethegum, anno vrbis condi-
tæ DLx. vt ſuus cuique honos ſeruaretur, diſcreta loca ſenatoria, à populo fue
re,[g] lege lata, vt ſenatoribus proxima darentur ſubſellia. Fuítque ille locus, † 6
Or-

a l. ij. §. j. ff. ne quid in loco pub.
b l. j. §. beſtias. ff. de poſtul. l. qui iudicio. ff. de accuſ.
c Vitruuius li. 5. Dion. li. 52. Plin. li. 36. c. 15.
d l. hę demum. ff. de oper. libert. l. in arenā. C. de inof. teſt.
e Iul. Capitol. in M. philoſo.
f d. l. hę demū. d. §. beſtias. d. l. in arenam.
g Liuius li. 34.

Orchestra. Orchestra appellatus, ab ὀρχεῖσθαι quod est saltò, & tripudio: quòd in eo saltaretur, & chorus induceretur.[h] Ex qua ludos scænicos, quos C. Attilius Seranus & L. Scribonius Libo Ædiles curules primi fecerunt. Senatus à populo secretus, primum spectauit, anno ab vrbe DLxj. L. Cornelio Merula, & Q. Minucio Thermo Cos. Quæ res sicuti omnis nouitas solet, inquit Liuius, varios sermones præbuit.[i]

Stadium. Decursorium. Catadromus. Stadiudromi.
7 c *Stadia*) † Stadium locus erat in quo curulia certamina exercebantur inter homines, equósve currentes, & Athletas certantes.[k] latinè decursorium,
8 aut curriculum, dici potest. Græcè † Catadromus. Qui stadium currit, enim, inquit M. Cicero, & contendere debet, quàm maximè possit vt vincat,[l] &
9 alibi. Cursores (ait) in stadio exclamant, quàm maximè possunt.[m] † Inde Stadiodromi dicuntur cursores in stadio. significatur quoque stadij verbo dimensio centum viginti quinque passuum.[n] sed hæc acceptio huic loco non quadrat.

d *Alia sunt*) Vt Statuæ, Colossi, Pyramides, & Trophea in loco publico ciuitatis affixa.[o] Rursus balnea publica, circi, forum, fana, & porticus.[p] quæ M. Cicer. refert, inter ea quæ ciues inuicem communia habent.[q]

e *Contra ciuem*) Quia non sit eius seruus, sed corporis reipublicæ, & vniuersitatis.[r]

Seruus quādo in caput domini torquetur.
10 f *Torqueri*) † Noluerunt veteres seruum in caput domini posse torqueri,[f] etiam si à domino ad quæstionem offeratur.[t] Et quamuis nunc seruus illius non sit: si ei aliquando seruiuit, in prioris dominij, pristinæque reuerentiæ memoriam,[u] exceptis tamen læsæ maiestatis, adulterij, fraudati census, & alijs quibusdam, à lege expressis casibus: quibus iure singulari constitutum est, seruos in caput domini posse interrogari & torqueri.[x] ita tamen si alia documenta deficianr. hoc est alio genere probationis facti veritas haberi nō potest.[y] Seruum porrò ciuitatis in caput ciuium torqueri posse, docet hîc Martianus. persæpéque, ita fuisse rescriptum Vlpianus memorat.[z] quia scilicet ciuium seruus non sit, sed reipublicæ.[a]

Diui fratres.
11 g *Diui fratres*) † M. Antoninum Philosophum, & L. Aurelium Verum fratres intelligit, qui primi omnium bini imperare cœperunt. Cùm enim M. Antoninus singulari pietate, probitate & virtute excellens, Antonino Pio mortuo, vel inuitus à senatu reipublicæ gubernacula coactus esset: nouo charitatis & beneuolentiæ exemplo fratrem sibi participem in imperio designauit:[b] Cæsarémque ac Augustum, dixit: Luciumque Aurelium Verum Commodum, appellari iussit. Et ex eo tempore pariter rempublicam mira concordia, & ciuilitate ambo rexerunt: simulque annis vndecim, imperârunt. fuítque in diuorum numerum, post mortem vterque relatus. Et hi sunt diui fratres, quorū in iure tam frequens mentio:[c] quos & nonnunquàm suis exprimunt nominibus Iurisconsulti.[d]

h *Veniam edicti*) Olim priuata cuiusuis authoritate, nullóque prætoris aut alterius magistratus imperio implorato poterat aduersarius in ius vocari. Et si moram faciebat, inuitus ad tribunal duci dum vocans aliquem ex præsen-

Antestari.
12 tibus in testem rogaret, quod † antestari dicebatur, vt à nobis alibi disputatum extat.[e] Hodie porrò sine apparitore, & iudicis præcepto in ius vocari nemo potest.[f] videbatur itaque libertum ciuitatis, qui veniam edicti non impetrasset, non posse singulos ciues in ius vocare.[g] Cuius contrarium hoc loco Martianus summa ratione tradit: quia scilicet, manumissus à ciuitate, aut alio corpore, non singulorum fit libertus, sed corporis.[h]

Ciuis an testis in causa ciuitatis.
13 i *Ciuibus*) † Sic in simili dicendum ciuem in negotio ciuitatis, testem esse idoneum: nisi tamen emolumentum suo nomine referre possit. Tunc enim propria eius causa censeretur.[i] in qua facultatem dicendi testimonium, ci-

h Vitruuius li. 5. de architectura, dixi l. ij. §. ex his. ff. de orig. iur.
i Liuius lib. 34.
k l. ciuitatibus in pr. ff. de leg. j.
l Cic. lib. iij. offi.
m Cicer. lib. ij. Tusc.
n Pet. Crinit. pulchrè lib. 21. c. 10.
o l. si qui in puteũ. §. j. ff. quod vi aut clã. l. statuas. ff. de acq. re. do.
p l. sed Celsus. ff. de cōtr. emp.
d. l. ciuitatibus.
q Cic. lib. j. offi.
r l. j. §. seruum. ff. de quæstio.
s l. j. §. si seruus. j. & ij. ff. de quæst. l. j. l. pridem. C. eo tit.
t l. vnius. §. seruus. ff. eodem.
u l. vlt. ff. de decurio. d. §. seruus.
x l. fi. § fi. C. ad l. Iul. maiest. l. etsi certus. vers. j. ff. ad S. C. Syllan. l. j. C. de quæstio.
y l. consensu. §. sin autē aliter. C. de repud.
z l. j. §. seruũ. ff. de quæstio.
a l. ij. ff. quod cuius. vniuersit.
b dixi. l. nā ita. ff. de adoptio.
c l. de quare. ff. de inof. test. l. congruit. §. fin. ff. de offi. præs. l. pen. §. fi. ff. ad l. Pō. de parricid. l. sed diui. inf. hoc titu.
d l. Diuus. ff. de of. præs. l. Diuus Pius. ff. ad l. Cor. de fal.
e dixi. §. pœnol. de actio. in Institut.
f l. vl. C. de exhib. re.
g l. iiij. §. j. ff. de in ius voc. l. j. §. ij. & iij. C. eo tit.
h l. sed si hac. §. qui manumis. ff. de in ius voc. c. qui manumis. 12. q. ij.
i l. j. §. biduum. ff. quand. app. sit

uibus leges nostræ submouerunt.[k]

k l. idonei. l. nullus. ff. de test. l. omnibus. C. illo titul.

§. SACRÆ.

Sacræ res & religiosæ, & sanctæ, nullius in bonis sunt.[a] Sacræ autem res sunt,[b] quæ publicè[c] consecratæ sunt,[d] non priuatim. Siquis ergo priuatum sibi sacrum constituerit, sacrum non est:[e] sed profanum.[f] Semel autem ęde sacra[g] facta, etiam diruto ędificio, locus sacer manet.[h]

SVMMÆ.

1 *Sacrare, sacrum.*	8 *Sacra priuata.*
2 *Leges sacratæ.*	9 *Denicales feriæ.*
3 *Sanctiones.*	10 *Funerandi ritus.*
4 *Sacer homo.*	11 *Hereditas sine sacris.*
5 *Consecrationis solemnia.*	12 *Profanum.*
6 *Opiferæ verbum.*	13 *Ædes.*
7 *Christianorum consecratio.*	14 *Sacer locus an maneat diruto ædificio.*

a l. j. vbi dixi hoc titul. a NVllius in bonis sunt) Neque facto hominis vllo esse possunt.[a]
b *Sacræ res sunt*) † Sacrare, est Deo aliquid dedicare. vnum quodcun- 1
que siue ara, siue signum, siue ædes, siue locus Dei ministerio secundùm mo- *Sacrare.*
rem institutúmque ciuitatis dicatum sit, sacrum dici potest. Et breuius Tre- *Sacrum.*
b Trebatius li. j. de religionibus. Macrob. libr. iij. Satur. c. iij. batius, Quicquid est, inquit, quod Deorum habetur, sacrum est.[b] † vnde & 2 *Sacratæ leges.*
sacratæ leges, quibus sancitum erat, vt si quis aduersus eas fecisset, sacer ali-
cui Deorum foret, hoc est, execrãdus. & ita vt eum occidi ius fásque esset. † 3
Vnde & sanctiones, aut leges sanctæ appellatæ, quibus scilicet, adiuncta est *Sanctiones.*
c Cic. pro Corn. Balb. & libr. ij. de inuentio. pœna: quia caput eius qui contrà facit, consecratur.[c] Cur autem hominem
sacrum necari ius olim fuerit, Macrobius perbellè disserit. Veteres, inquit,
nullum animal sacrum in suis finibus esse patiebantur, sed abigebant ad fi-
nes Deorum, quibus sacrum esset. Animas verò sacratorum hominum, diis
d Macrob. li. iij. Satur. c. 7. debitas esse, dicebant.[d] † Sacrum hominem Festus diffiniuit, quem populus 4 *Sacer homo.*
iudicauit ob maleficium. Moris siquidem olim fuit in publicis calamitatibus
vnum aliquem scelestum hominem diis sacrare cum imprecationibus, vt in
eum reciderent mala omnia, quæ reipublicæ impendebant.
e l. vl. ff. vt in poss. legator. c *Publicè*) Id est publica authoritate: permissu nempè Cæsaris,[e] & per pon
tifices ipsos.[f]
f § sacra. de re. diuis. in Instit. d *Consecratæ*) † Fiebat autem olim consecratio istiusmodi à Consule iussu 5 *Consecrationis solemnia.*
populi. Translato verò in principem imperio per Cæsarem ipsum, aut illius
g §. j. & tot. ti. in auth. vt nul. fab. orat. col. 5. c. j. & tot. tit. de cõsecra. distin. authoritate,[g] per pontifices, qui concione aduocata, & ritu quodam singu-
lari adhibito, capite velati foculum accendebant: In quo carmen præfaban-
tur, & tibicine præeunte concepta quædam, & selecta verba enuntiabant.
Idque ritè, & vsque adeò religiosè, vt ne quidem verbo aut syllaba caderent.
Vnde Metellus pontifex, ædem dedicaturus, multum laborauit, vt † *Opiferæ* 6 *Opiferę verbum.*
verbum ritè exprimere & sine offensione posset. † Hodie verò apud nos per 7 *Consecrãdi mos apud christianos.*
solos religionis nostræ antistites, & pontifices, fit rerum, locorúmve sacro-
rum consecratio: certis tamẽ, & solemnibus præfatis verbis, ac ritu quodam
singulari religiosè obseruato: quem pontificia lex præscripsit.
e *Sacrum non est*) Quod priuati religionis etiam causa sacrabant, noluerũt
veteres sacrum esse. Idque etiam nunc seruatur. Equidem Platonis fuit ea
sententia, vt deorum delubra nemo priuatus constitueret. satis esse putantis
publica templa patere. † Sed tamen sacra priuata fuisse noster Paulus indi- 8 *Sacra priuata.*
h l. sacrilegi. ff. ad l. Iul. peculat. cat:[h] nimirùm illa, quę singulis hominibus, familiis, gentibus sunt attributa,
vt quotannis celebrentur. veluti diebus natalibus lustricis, nuptialibus, &
deni-

Denicales dies. 9 denicalibus. Sunt† autem denicales dies feriæ illæ funerales, nomen dierum, quorum septem primis, cadauer domi deplorabatur. octauo efferebatur. nono tumulabatur. quibus fas non erat, propinquos, familiares, horúmve fideiussores, in ius vocare.[i] Et hoc est quod Vlpianus ait, funus familiare ducentem, iustáve mortuo facientem, in ius vocari non posse,[k] nec abhorret Iustinianus.[l]

Funerandi mos apud veteres. 10 † Porrò autem hic apud Veteres funerandi ritus fuit, vt vbicunque quis diem obiisset, domum referretur: septémque illîc reseruaretur cadauer diebus. Quod interim aqua calida abluebatur. & per interualla conclamabatur. quòd vitalis spiritus plerumque falsò putaretur exclusus, & homines falleret.

Lex de sacris priuatis. De sacris autem priuatis hanc fuisse legem constat. *Sacra priuata perpetua manento.*[m] Quæ verba M. Cicero sic interpretatur, vt omnis ad quem defuncti patrisfamiliâs pecunia perueniret, sacra celebrare teneretur. hoc est, quæ à defuncto, vt annis singulis celebrarentur, instituta erant.

Fũdationes. Anniuersaria. Nos vulgò fundationes dicimus. Latini anniuersaria sacra.[n] quod singulis annis, & stato tempore recurrant. Pro his autem priuatis sacris prædia nostra obnoxia esse cõstar.

Hæreditas sine sacris. 11 Vnde iactatum à veteribus adagium.† *Sine sacris hæreditas*. cùm scilicet, nobis aliquid lucri contingit inopinatò, & citra nostrum vllum incommodum.

Profanũ. 12 f *Profanum*) † Hoc est nihil habens sacri, aut religionis quasi procul à fano, & religione.[o] Quamuis Trebatius censuerit, id dunraxat profanum dici, quod ex religioso vel sacro ad hominum vsum conuersum est.[p] Et generaliùs Plato, quod diis exosum esset, profanum appellauit.[q]

Ædes. 13 g *Aede sacra*) † Ædes in plurali, priuatam domum significat. nec vnquam si Vallæ credimus, aliter accipitur.[r] in vtroque autem numero pro templo, sacello, aut alio loco sacro. qua de re alibi.[s]

h *Sacer manet*) Ideóque vendi non potest.[t] vno tamen casu ædes sacra, profana fit: cùm videlicet ab hostibus est capta. sicut & homines liberi, cum in seruitutem peruiunt. Quod si ab hac calamitate, inquit Pomponius, fuerit liberata, quasi quodam postliminio reuersa, pristino statui restituitur.[u]

Sacer locus an maneat ædificio collapso. 14 † At verò iure pontificum diruto ædificio templi locus non manet sacer. ideóque rursus consecrari debet:[x] nisi tectum duntaxat corruisset, parietibus illæsis manentibus.[y]

i §. pen. in auth. vt cùm de appel. col. 8.
k l. j. in fi. ff. de in ius vocand.
l §. j. in auth. vt defuncti. seu funer. col. 5.
m Cicer. lib. ij. de legib.
n Cic. 6. Verri.
o l. nemo. vbi Accur. C. de summa trinit.
p Trebat. libr. 10. de religio.
q Macr. lib. iij. Satur. c. iij.
q Plato in Euthyphrone, vel de sanctitate.
r Laurent. Valla. lib. iij. c. 7.
s l. ij. § itémque vt offent. ff. de orig. iur.
t l. æde sacra. ff. de cont. emp.
u l. cùm loca. ff. de religios.
x c. ecclesiis. de consecra. dist. j.
y c. ligneis. de consecra. eccle.

§. RELIGIOSVM.

Religiosum[a] autem locum vnumquemque sua voluntate[b] facere, dum mortuum[c] infert[d] in locum suum[e]. In commune autem sepulchrum. etiam inuitis cęteris[f] licet inferre. Sed & in alienum locum, concedente domino, licet inferre. & licet postea ratum habuerit,[g] quàm illatus est mortuus, religiosus locus fit. Cenotaphium[h] quoque magis placet[i] locum esse religiosum: sicut testis est[k] in ea re Vergilius.[l]

SVMMÆ.

1 *Religio, religiosum.*
2 *Sepelitur nemo in vrbe.*
3 *Syllæ sepultura.*
4 *Traiani sepultura.*
5 *Locus christianus quomodò religiosus.*
6 *Socius re communi quando inuito socio vti possit.*
7 *Cenotaphium.*
8 *Locus ab authoritate.*
9 *Vergilij mores & vita.*
10 *Parthenias.*

Religio. 1 a R*Eligiosum*) † Seruius Sulpitius, religionem dictam esse tradidit, quæ propter sanctitatem aliquam remota, ac seposita à nobis est: quasi à relinquendo dicta: vt à carendo, Ceremonia.[a] *Religiosum.* indéque religiosum, Masurius

a Macrob. lib. iij. Satur. c. iij.

rius Sabinus, diffiniuit, quod ob aliquam sanctitatem, disiunctum est à nobis, & separatum.[b] Qua ratione dici potest Iurisconsultos nostros locum religiosum appellasse, in quo cadauer illatum est.[c] † Quoniam lege xij. tabula- 2
rum,[d] aliisque permultis legibus, ne in vrbe, locóve publico cadauer inferretur, aut fieret sepulchrum vetitum esset.[e] Quod si aliquos, vt Publicolam, Tubertum, C. Fabricium, & alios nonnullos legimus in vrbe sepultos: illis ante hanc legem, vel post honoris, & virtutis causa concessum intelligi de-
bet.[f] † Siquidem Syllæ à senatu honos habitus est, vt in campo Martio sepe- 3
liretur.[g] Idémque de Iulia Cæsaris filia & Pompeij vxore populi iussu factitatum Dion & Liuius testantur:[h] L. Domitio tamen consule, vel ex eo fortiter repugnante, quod fas non esse diceret nullo senatus decreto, quem in
loco sacro sepeliri.[i] † Porrò Traianus, si Eutropio credimus, solus omnium 4
Imperatorum in vrbe sepultus est: ossaque eius in auream vrnam collata in foro, quod ædificauit, sub columna posita fuerunt. Quamquam autem Gellius & Macrobius existiment religionem à relinquendo, sicut cerimonias à carendo dictas:[k] Seruius tamen Grammaticus & Lactantius ab eo quòd ne rem religet, appellatam putant, quibus consentiens Aggenus Vrbicus religiosum dictum scribit à religando mentes, ne malè agant homines.[l] at M. Cicero à relegendo.[m] Qua de re suprà diximus.[n]

b *Sua voluntate*) Facilius est igitur locum religiosum, quàm sacrum facere. Cùm sacer non fiat, nisi publica authoritate per pontifices ritè consacretur.[o]

c *Mortuum*) Aut quòd in eo principale est caput.[p]

d *Infert*) Sepulturæ causa.[q]

e *In locum suum*) Vel defuncti, si fortè antè sepeliatur, quàm aliquis hæres
existat.[r] † Sanè verò, nostra christianorum religio non admittit, illatione ca- 5
daueris, locum anteà profanum solius priuati arbitrio, & voluntate religiosum fieri: sed ita demum, si per pontificem, solemni ritu destinetur locus sepeliendis mortuis.[f]

f *Inuitis cæteris*) Quandoquidem re vtatur ad vsum destinatum. vnde non
obstat, † quòd in re communi, non possit vnus dominorum aliis inuitis, iu- 6
re quicquam facere:[t] adeo quidem, vt nec in communem lucum purum, hoc est neque sacrum, neque sanctum, neque religiosum,[u] prohibente socio, mortuum inferre liceat,[x] nisi vnius ex dominis defuncti, reliquiæ essent.[y] Nam id verum, vbi socius re vti vult ad vsum in quem non est destinata.[z] Qua ratione dici potest, scholarem inuito hospite, aut contubernali posse quidem commilitones suos, & amicos, in cubiculum introducere: non item scortum, mymos, histriones, & istiusmodi personas, ad quarum vsum hospitium verisimiliter destinatum non est.[a]

g *Ratum habuerit*) Sic iampridem docui legendum, circunducta negatiua. „
suppetias in eam sententiam mihi ferente Theophilo.[b] Sed & si quis (in- „
quit) inscio, vel inuito domino intulerit: & id ille cùm rescisset, ratum ha- „
buerit: fiet & ita locus religiosus. Vnde & apud Iustinianum, negatio pariter expungenda venit.[c] vt hîc sit vtriusque literæ sensus. locum alienum fieri religiosum, si permitente domino cadauer illatum sit: atque etiam, si non concedente domino, cadauer illatum sit: modò postea dominus ratum habuerit, hoc est approbauerit. Quippè satis est consensum ex post facto interuenire.[d]

h *Cenotaphium*) † Cenotaphium, sunt qui putent esse sepulchrum, in quo 7
necdum sit illatum cadauer: alij verò honorarium, & imaginarium.[e] Quod Vergilius inanem tumulum dixit.[f] Idque mihi magis arridet. Cùm ex Florentino sciam, Cenotaphium sepulchrum esse, aut monumentum, quod

Sepeliri extra vrbem.

Sylla in campo Martio sepultus.

Traiani sepultura.

Religio vnde dicta.

Religiosus locus quomodò apud christianos.

Communi re quando quis vti possit.

Cõsensus ex postfacto.

Cenotaphium.

b Gel. lib. iiij. noc. Attic. c. 9.
c l. ij. ff. de relig. & hîc.
d Cicer. libr. ij. de legib.
e l. iij. §. diuus Adrianus. ff. de sepul. viola. l. mortuorum. C. de religios.
f Cic. lib. iij. de legib.
g Liuius lib. 90.
h Dion. lib. 39. in fi. Liuius li. 160.
i Dion vbi suprà.
k Gellius & Macrob. vbi s.
l Lactantius lib. de vera sapientia c. 28.
m Cic. lib. ij. de nat. Deo.
n l. ij. ff. de iust. & iur.
o §. sacra. Instit. de rer. diuis. & precedenti.
p l. cùm in diuersis. ff. de religios.
q l. ij. §. prætor. ff. de religios.
r l. scriptus. ff. de religios.
f c. ad hæc. de religios. domib.
t l. Sabinus. ff. comm. diuid. l. parietem. ff. de seruit. vrb. prædio.
u l. ij. §. purus. ff. de religios.
x §. religiosum. de rer. diuis. in Instit.
y l. si plures. ff. de religios.
z d. l. Sabinus.

a l. si pendentes. §. j. ff. de vsufruc. l. non aliter. ff. de vsu & habit. b Theophil. d. §. religiosum. c d. §. religiosum. d l. vlt. C. ad Macedo. c. cura. de in. patr. c. fi. 16. q. j. e Guliel. Bud. hîc. f Vergilius. lib. iij. Æneid.

memo-

memoriæ duntaxat seruandæ gratia,extructum est. [g] Veluti si mihi Tolosæ mortuo,honoris & memoriæ causa,Valentini,aut Ferrarienses (Quibus relicta patria,multam in iure ciuili interpretando operam,nec vt arbitro ego inutilem, præbui) tumulum honorarium ædificarent. Inanis hic, & imaginarius tumulus in quo cadauer,aut cineres meæ non essent, Cenotaphiũ diceretur.[h] Ad hæc Lampridius scribit, Cùm senatus Alexandrum Seuerum in Britannia mortuum,aut vt alij malunt, in Galliæ vico, cui Sicilia nomen,relatis Romam cineribus,in deos retulisset,extructum illi fuisse Romę sepulchrum amplissimum, in Gallia Cenotaphium.[i] Halicarnasseus item scribit,Illustris fortunę virorum cadauera,loco quidem vno condi solita.At monumenta alia,ab his à beneficiariis extruebantur honoris gratia,& ingrati animi argumentum.[k]

g l. monumentum ff. de reli. glos.

h d.l. monumẽtum.

i Lampridius in Alexand. Seuero.

k Dionis. Halicarnass.lib.j.

i *Magis placet*) & malè: vt Vlpianus mox docebit,diuos fratres referens rescripsisse, Cenotaphium non facere locum religiosum.[l] & sanè cum illatione cadaueris locus religiosus fiat, & in tumulum illum inanem mortui nullum corpus,nullæve cineres illatæ sint, non potest locus ille dici religiosus.[m]

l l.sequenti.

m l.vel quæ.ff. de religios.

Locus ab authoritate. 8 k *Testis est*) † Ecce locum ab authoritate, de quo satis multa scripsimus suprà.[n]

n l. septem. ff. de stat.hom.

l *Vergilius*) Quo loco Vergilius dixerit Cenotaphium,locum esse religiosum,non satis compertum habeo: nisi cum Budæo nostro, ex illis verbis excerpere velimus,quibus Æneas dicebat.[o]

o Vergil. lib. iij. Æneid.

Progredior portu,classes & littora linquens.
Solennes tum fortè dapes, & tristia dona,
Ante vrbem in loco falsi Simeontis ad vndam
Libabat cineri Andromache,manésque vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite inanem,
Et geminas causam lachrymis sacrauerat aras.

Verum eo loco Vergilius,non de simplici Cenotaphio verba facit: hoc est de inani, & imaginario tumulo, sed de eo, ad quem extructis geminis aris, iisdémque sacrans, præterea solemnibus factis sacrificiis, Hectorei manes vocabantur.quod & ab aliis animaduersum video.[p] Admonet autem hic locus, vt pauca quædam de Vergilio dicamus: non quidem vt eius vitam accuratè percensere velim: quam Seruius,Crinitúsque diligentissimè conscripserunt:sed ne tanti viri, poetæque seculorum omnium facilè principis memoriam silentio sepelire prorsus velle videar. † Vergilius itaque obscuro loco natus in vico Ande, qui non procul est ab vrbe Mantua: Natalem suum habuit Idibus Octobris, M. Licinio Crasso, & Cn. Pompeio magno Consf.anno ab vrbe condita DCXCIX.[q] Singularis modestię & moribus tam verecundis, † vt vulgò Parthenias diceretur. Is amissis possessionibus Mantuæ(quæ sanè perexiguæ fuerunt)ob vicinitatem Cremonæ Antonianæ.Et ideò fari versum illum solitus,

Hectorei manes.

Vergilij vita. 9

Parthenias. 10

p Alcia.lib.parerg.10.c.12.

q Euseb.Casarien.in chronica temporum.

Mantua ve miseræ nimium vicina Cremonæ.

Romam se contulit.vbi Octauius,qui tum rerum potiebatur, miris officiis eum est complexus. tantam esse laudem, gloriámque Vergilij dicunt, qui vitam eius memorant: vt nullius laudibus crescere, nullíúsque vituperatione minui possit.Quem tamen tardiusculum, & subagrestem in loquendo, penéque indoctum,prodit historia. mortuus est tandem Brundusij, aut vt alij volunt, Tarenti: contracto ex itinere morbo propter calores & nimios æstus dum ad visendum Metapontum proficisceretur. Cuius cadauer, Neapolim delatum est. Et sepulchro iniectum, superaddito hoc disticho.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini pascua, rura, Duces.

Pascua cecinit in buccolicis: Rura, in Georgicis: Duces verò, in opere, cui nomen Æneidos dedit. quódque testamento cauit, vt velut imperfectum, atque inemendatum cremaretur.

L. VII. SED DIVI.

Vlpianus lib. 25. ad Edictum.

Sed diui fratres,[a] contrà rescripserunt.[b]

a *Diui fratres*) Marcus scilicet Antoninus Philosophus, & L. Verus Commodus fratres qui simul eodem imperârunt tempore. Et de quibus nostræ leges, quæ passim diuorum fratrum meminerunt, accipiendas suprà probaui.[a]

a l. præcedenti. §. vniuersitatis.

b *Rescripserunt*) Et melius, ratione quam attigi paulo antè: quoniam in cenotaphium cadauer nullum coniectum est, cuius solius illatione, locus fit religiosus.[b]

b l. vel qua. §. fi. ff. de religios. dixi. l. præcedenti. §. fi.

L. VIII. SANCTVM.

Martianus lib. 4. Regularum.

Sanctum est, quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est.[a] Sanctum autem dictum est, à sagminibus.[b] Sunt enim sagmina quædam herbæ, quas legati populi Romani, ferre solebant, ne quis eos violaret.[c] Sicut legati Græcorum, ea quæ vocantur Κηρυκεῖα [d] ferunt.

SVMMÆ.

1 *Sanctum quid.*
2 *Sacrosanctum.*
3 *Tribuni plebis sacrosancti.*
4 *Sagmen herba.*
5 *Verbena, verbenarius.*
6 *Facialis.*
7 *Fœderis percutiendi ritus.*
8 *Pater patratus.*
9 *Magorum vanitas.*
10 *Herba sancti Ioannis.*
11 *Legati inuiolabiles.*
12 *Teucra regina Illyricorum.*
13 *Mythridates.*
14 *Pœna violantis legatos.*
15 *Deditionis pœna.*
16 *Legati quando impunè occidantur.*
17 *Cyricia.*
18 *Caduceum, Caduceator.*

a *Munitum est*) Et ideo Iuuenalis, ostensurus, nihil esse quod à Græcorum libidine tutum foret, ait,[a] — *Sanctum quid.*

a Iuuenal. satyr. iij.

Præterea sanctum nihil est, ab inguine tutum,
Non matrona laris, non filia virgo, neque ipse
Sponsus leuis adhuc, non filius antè pudicus.

Sanctum † itaque dicimus, hoc est inuiolandum. Sit igitur, inquit M. Cice- 1
ro, sanctum, apud vos, hoc poëtæ nomen.[b] † Vnde & sacrosanctum veteres 2 — *Sacrosanctum.*
dixerunt, quod ita, inquit Sextus Pompeius, iureiurando interposito institutum erat, vt si quis id violasset, morte pœnas penderet. Cuius † generis, 3 — *Tribuni plebis sacrosancti.*
tribunos plebis fuisse Ædiles, item iudices & decemuiros, vel ex eo licet intelligere, quòd Liuius latam olim legem referat, vt qui istiusmodi maiestatibus nocuisset, eius caput Ioui sacrum esset familię in ædem Cereris, liberi liberæque vænum irent.[c] Cùm P. Scipioni, qui ab Africa deuicta nomẽ Africani nactus est, dies esset dicta, Tib. Sempronius Graccus trib. pleb. ad po-

b Cice. pro Archia poeta.

c Liuius lib. iij.

ad populum. Vos de P. Africano palmam peteretis, nullísve meritis suis, nul-
lis vestris honoribus, vnquam in arcem tutam, & velut sanctã, clari viri per-
uenient. vbi si non venerabilis, inuiolata saltem senectus eorum considat.[d] d Liuius li. 38.
Sagmen. 4 b *Sagminibus*) † Sagmen herba est vulgaris, & nota vbiq; sine semine cre-
Verbena. 5 scens, vulgus † Verbenam nuncupat,[e] quæ sacra existimata est, propterea, e Plinius lib.
quòd ex loco sacro, hoc est, ex arce Capitolij, à cõsule, vel prætore cum sua 22. c. 2.
terra, euellebatur: ideò sagmen dicta, quoniam è sacro agebatur: & eam sem
Clarino. per legati cùm ad hostes clarigatum accederent, id est ad ea clara voce re-
petenda, quæ ad ius populi Romani pertinerent, aut ad fœdus, bellúmq; in-
Verbenarius. dicendum mitterentur, gestare, eáque coronari solebant. Quorũ vnus Ver-
Fæcialis. 6 benarius dicebatur.[f] † Fæciales inquit Liuius: cùm in Africam ad fœdus fe- f Plin. lib. 25.
riendum ire iuberentur, S.C. in hæc verba factum est, vt priuos lapides sili- c. 9.
ces, priuásque verbenas secum ferrent: vti prætor Romanus his imperaret,
vt fœdus ferirent. Illi prætorem sagmina poscerent. Herbæ id genus ex arce
sumptum, dari Fæcialibus solet.[g] Inde illud Næuij poëtæ, g Liuius lib. 30

Ius sacratum Iouis iurandum sagmine.

Fœderis percutiendi mos. 7 Et alibi, † Fœdus ictum inter Albanos & Romanos, tractans à Fæciali, Re-
gem Tullum, ita rogatum refert. Iubésne me Rex, cum patre Patrato popu-
li Albani fœdus ferire? Iubente rege, Sagmina inquit, Te Rex posco. Rex ait
Puram tollito: Fæcialis ex arce graminis herbã purã attulit: posteà Regem
rogauit, Rex facítne me tu Regium nuntiũ, populi Romani, Quiritium, vasa
comitésque meos. Rex respondit, quod sine fraude mea, populíque Roma-
Pater patratus. ni, Quiritium fias facio. Fæcialis erat M. Valerius, is patrem patratum, SP. Fu-
8 sium fecit. Verbena, caput capillósque tangens † (pater patratus ad iusiurán-
dum patrandum, id est sanciendum fit.) fœdus multísque id verbis, est ope-
Magorũ vanitas. 9 ræ referre peragit.[h] † Circa hanc herbam, Plinius scribit, magos insanire.[i] h Liuius lib. 1.
credentes si ea sub canis ortum, neque luna, neque sole conspiciente, effatis i Plin. lib. 25.
solemnibus, collecta fuerit, se posse quæ velint impetrare: amicitias conci- c. 9.
10 liare, & quoscunque morbos abigere. † Nec dissimilis est hodie quorundam
Herba diui Ioãnis. superstitio, in herba diui Ioannis appellata: quam ante solis ortum, eo die so-
lemni suo ritu lectam arbitrantur incredibilem vim habere.
Legati sancti. 11 c *Violaret*) † Fuit legatorum ius semper antiquis sanctum, & inuiolabi-
le; humano diuinóque iure munitum. Quod etiam inter bella & hostium
tela incolume seruabatur. atque hinc dicti sunt legati sancti, hoc est ab om-
ni hominum iniuria tuti, & defensi.[k] quibus iniuriam faciens lege Iulia de k l. vlt. ff. de lega.
Teucra Regina. 12 vi publica tenetur.[l] Nam & is contra ius gentium facit. †[m] vnde & Teu-
cræ Reginæ Illyricorum factum grauiter à Romanis vltum refert Polybius: l lege j. §. fin. ff. ad l. Iul. de vi publ.
quæ gentium iure neglecto, Coruncanium vnum ex legatis, qui liberiuscu-
Mythridates. 13 lè illi responderat, obtruncari iussit.[n] † Cùm item Mythridates, Manium m d. l. fi.
Aquilium Romanorum legatum in asino hærentem, vinctum traduci ius- n Polyb. lib. 2. historiar.
sisset tibicine præcedente, qui spectantes admoneret, eum esse Manium: e-
iúsque os, auro oppressisset, Romanis auaritiam obijciens.[o] M. Cicero plu- o Appianus Alexandr. in Mythrid.
ribus, populum adhortatus est, ne tam grauem iniuriam linqueret inultam.[p]
Pœna violantis legatos. 14 † Hócque in veterum more positum fuit, vt qui legatos hostium, vel mini- p Cic. pro lege Manlia.
mum violasset, hostibus ipse dederetur. Sic enim L. Minucius Mirtilus,
& L. Manlius, quod legatos Carthaginienses, pulsasse dicerentur, iussu M.
15 Claudij præfect. vrb. per Fæciales, Carthaginem missi sunt.[q] † Verum nec q Liuius li. 38.
Deditionis pœna. ipsi legati sub eadem deditionis pœna contra hostes durante legatione, ar-
ma capere poterant: vnde cùm tres Fabij filij omnes M. Fabij ambusti à
S. P. Q. ad Gallos, pro Clusinis missi essent, in conflictúq; tumultuario Gal-
lorum & Clusinorum arma cœpissent, contra Gallos, Romani Galli lega-
tos miserunt questum iniurias, & postulatum, vt pro iure gentium violato,
Fabij dederentur: iúsque (inquit Liuius) Galli postulare videbantur.[r] r Liuius lib. 5.
Sed nec illud prætereundum, quod Theodatus Gothorum princeps in

Petrum Iustiniani oratorem, inducit.† Inuiolabiles esse legatos, quò ad ipsi 16 *Legati quando impunè violētur.*
legationis suæ officio honestè funguntur. Nam si cùm muliere alteri nupta
cubatent, aut alios grauibus contumeliis præsertim principem ipsum, affice
rent: iure liceret eos occidere.[f]

d Κηρύκεια) † Cyricia, quemadmodum & Budæus noster docet à Græcis di- 17 *Cyricia.*
cuntur, quæ Latini Caducea, nuncupant.† Est autem caduceum, aurea vir- 18 *Caducea.*
ga, qua bellum dirimitur. Poëtæ sceptrum esse Mercurij fingunt:[t] Sic appel-
latum, quòd cadere faciat contentiones & certamina.[u]

f Procop. li. j. de bello Gotho.
t Liuius li. 38.
u Dixi l. ij. §. fuit post eos. ff. de orig. iur.

§. IN MVNICIPIIS.

In municipiis[a] quoque muros esse sanctos[b] Sabinum rectè respondisse Cassius refert: prohiberíque oportere ne quid in his immitteretur.[c]

SVMMÆ.

1 *Municipia.*
2 *Ius municipij.*
3 *Colonia.*
4 *Muri cur sancti.*
5 *Sancire.*
6 *Fabula.*
7 *Pomærium.*

a IN *municipijs*) Quoniam suprà docuerat Iurisconsultus muros sanctos
esse:[a] ne ad muros vrbis Romæ coangustandum quis puraret: hoc loco
Martianus scribit, non in Romana modò ciuitate, sed etiam in municipiis,
muros haberi sanctos.† Erant autem olim propriè municipia, vrbes in Ita- 1 *Municipia.*
lia, quibus beneficij loco, militandi ius à Romanis dabatur. Sic dicta quasi
munera simul capientia cum populo Romano.[b] Nam à cæteris muneribus
publicis liberi erant, qui militabant. atque hinc patet,† ius municipij, solitū 2 *Ius municipij.*
dici illis dari, qui ex alienis ciuitatibus accersiti munerum vrbis Romæ par-
ticipes fiebant: nisi quòd suffragium ferre, aut magistratus creari non pote-
rant: cùm ciues Romani non essent, donec T. Antoninus constituit, vt qui- *Municipes.*
cunque Romano subditi imperio essent, Romani ciues efficerentur.[c] Ho-
die portò constat ciuitates quascunque, municipia per abusionem vocari, &
municipes, suæ cuiusque ciuitatis ciues.[d]† In quo autem differt municipium 3
à Colonia, Gellius perbellè tractat.[e] Nobis id dicere satis erit ex ciuitate Co *Colonia.*
lonia, aliò traducitur: municipes verò, extrinsecus & aliundè in ciuitatē ve-
niunt. mittebantur namque Coloniç ad vrbem multitudine oppressam ex-
onerandam, & vt socios haberent, tāquam eiusdem generis, populo Roma-
no fideliores.

a l. j. in prin. ff. hoc titul.
b l. j. ff. ad munic.
c l. in orbe. vbi dixi ff. de stat. hom.
d d. l. j. ff. ad munic.
e Gell. lib. 16. c. 13.

b *Muros sanctos*) † Quoniam sancta loca, dixit antiquitas, quę pœnis adie- 4 *Muri cur sancti.*
ctis inuiolata manent: & capitalis pœna est constituta ciuitatis Romanę
muros attingentibus.[f] & violantibus muros alterius ciuitatis extraordina-
ria pro modo delicti,[g] atque adeo capitalis, si hostiliter in rempublicam
animati aliquid tentauerint, violatione murorum.[h] Optima ratione, vt
superius probaui, muros antiqui sanctos dixerunt, non solùm vrbis Ro-
mę, sed etiam reliquarum ciuitatum, ac municipiorum.[i] Possunt &
illa ratione sancti dici † quòd sancire, idem quod firmare signifi- 5 *Sancire.*
cet.[k] Muri autem nos firmè tueantur, & ab hostium iniuriis, tutos
reddant. Neque verò prętereunda appellationis causa, quam, licet ri-
diculam, Theophilus commemorat.[l] † Quippè veteres fabulantur, 6 *Fabula.*
versatos inter homines aliquando Deos esse: qui genus humanum à
malis incolume vndique seruabant: sed hominum pertęsos proceden-
te tempore ad cęlum remeasse. Ab his igitur, cùm se viderent homi-
nes

f l. fi. ff. hoc tit.
g l. pen. & fi. ff. ne quid in loc. sacro.
h l. fi. ff. ad l. Iul. maiest.
i § sancta. Inst. de rer. diuis.
k Cicer. lib. ij. de nat. Deo. dixi l. j. ff. hoc tit.
l z. l. sacra. §. fin. hoc titul.
l Theophi. d. §. sancta.

nes destituti ad imitationem custodiæ, quàm ab his haberent, mœniorum ambitum, seu muros excogitârunt: qui cùm Deorum loco fuerint, sunt dicti sancti.[m] Hæc ille.

c *Immitterentur*) Quo damnum, aut incommodum aliquod irrogati possit. Sed nec habitari possunt ob inopinata incendia sine permissu principis.[n] Nec item refici, nisi præsidis saltem authoritas accedat.[o] vsque adeo antiquis visum est à priuatorum contactu muros, sartos tectos & inuiolatos esse

Pomœrium. 7 oportere. † Quinimò & ipsa pomœria sancta esse priscos Romanorum, vel ex eo voluisse constat, quòd ea, neque habitari, neque arari fas esse constituerint.[p] atque ita, vt nec cuiquam principum, Pomœrio quicquam addere liceret: nisi ei, qui hostilis agri Romanum imperium, aliquatenus locupletasset.[q]

m *l.ij.ff.ne q.d in loc. sac.*
n *l.fi.ff. ēo tit.*
o *l.seq.§.fin.*
p *Liuius lib.j. dixi.l.j.hoc tit.*
q *Vopiscus in Aureliano.*

L. IX. SACRA.

Vlpianus lib. 69. ad Edictum.

Sacra loca sunt, quæ publicè[a] dedicata[b] sunt, siue in ciuitate, siue in agro. Sciendum est locum publicum, tunc sacrum fieri posse, cùm princeps[c] eum dedicauit, vel dedicandi dedit potestatem. Illud notandum est, aliud esse sacrũ locum, aliud sacrarium. Sacer locus est, locus consecratus. Sacrariũ est, locus in quo sacra reponuntur. Quod etiam in ædificio priuato esse potest.[d] Et solẽt qui liberare eum locũ religione volunt, sacra inde euocare.[e]

SVMMÆ.

1 *Consecratio à quo fiat.*
2 *Sacrarium.*
3 *Lararium.*
4 *Larua, lemures.*
5 *Lares, lara nympha.*
6 *Genij.*
7 *Christus à Seuero cultus.*
8 *Iurandum non est temerè.*
9 *Numa congressus cum Ægeria.*
10 *Fidei templum.*
11 *Euocatio sacrorum.*
12 *Carmen solemne euocationis.*
13 *Dij Romanorum.*
14 *Degradatio.*

PVblicè) Hoc est publica authoritate, nimirùm per principem, aut principis permissu:[a] vt sequitur.

b *Dedicata*) Id est diuino cultui mancipata & consecrata.

Consecratio quomodo olim fieret. 1 c *Princeps*) † Olim consul populi Romani iussu, & Pontifice maximo carmen solenne præfante, peculiarísque quodam ritu adhibito super accensum foculum loci consecrationem faciebat.[b] Translato verò in Cæsarem imperio princeps ipse suscepto pontificatu maximo: (quippè nullus ferè princeps quondam fuit, qui non idem, & pontifex maximus fuerit[c]) aut is, cui sacrandi faciebat potestatem idem præstabat.[d] Hodie verò apud nos per pontifices, & antistites Christianæ religionis,[e] neque enim solent nunc principes pontificatum gerere.

Sacrariũ. 2 d *Esse potest*) † Sacrarium, id est sacrorum repositorium, in ædibus quoq; priuatis esse potest. Erat, inquit M. Cicero apud Heium, sacrarium, cum magna dignitate, in ædibus à maioribus traditũ, perantiquũ, in quo signa erant pulcherrima, quatuor.[f] & ad Memmium scribens, Caio Auiano Euandro, qui habitat in tuo sacrario, & ipso multum vtor, & patrono eius, M. Æmi-

Larariũ. 3 lio, familiarissimè.[g] † Sed tunc à latinis Lararium frequentiùs dicitur: hoc est sacrarium domesticum, quia in eo lares, seu dij penates & domestici colerentur. Veteribus quippè persuasum est animas hominum dæmones esse, & ex hominibus, si benè meriti sint, fieri lares, quos Græci eudæmonas,

Lares. Eudæmones. Laruæ & Lemures. 4 id est bonos dæmones vocant, sin malè meriti, Laruas † fieri, seu Lemures,

a *l.vlt.ff.vt in poss.leg.§.sacra. Instit.de re.diuis.*
b *Cic.lib.ij.de legib.dixi.l.in tantum. §.sacra.s.hoc tit.*
c *Suet.in Augusto & Vespasiano.*
d *d.l.fi.& hic.*
e *§.j.in auth. vt null.fab. oratu.col.5.c.j.de consecr. dist.j.*
f *Cic.iiij.Ver.*
g *Idē lib.15. epist.famil.*

hoc est malos, & noxios dæmones, quos ideo Græci Cacodæmonas, dixê-
re.† Lares itaque (à Lara nympha, ex qua Mercurius, geminos sustulit, sic ap 5
pellatos) duos † genios esse putauit antiquitas hominibus datos, vt vitæ, fu- 6
nerísque duces assidui & comites, essent.[h] Indéque geniorum sumpsisse no-
men, quod vel nobiscum gignantur, vel ab ipsa genitura nos tuendos susci-
piant: quos veteres domi colebant, quasi proprios & peculiares Deos. Et
quoniam antiquis mos fuit in sua quemque domo sepeliri.[i] Horum
autem Larium sedes & locus, in quo maximè colebantur, Lararium ideò ap
pellatus est.† In quo Alexandrum Seuerum, matutinis horis rem diuinam fe 7
cisse ad effigies Deorum, (inter quos Abrahamum, & Christum coluit) Lam
pridius author est.[k] Atque huic minimè obscurum arbitror intelligere, quid
sibi velit Vlpianus, dum ait, eum qui iurauit in re pecuniaria per genium prin
cipis, si peierauit, fustibus castigatum dimitti, cum hac adnotatione προπετῶς
μὴ ὄμνυε, id est † *petulanter temeréve ne iurato.*[l] Cùm verò Celsus ait, pauperi qui 8
impensas in fundo factas reddere cogitur laribus, auitísque sepulchris ple-
rúnque carendum esse.[m] prouerbiali metonymiæ figura dixit, pro domo, a-
lisque rebus patrimonij: quibus maiorum manes, & Dij penates (quos lares
vocari probauimus) colebantur, & præesse crediti sunt. Sed ad sacrarium re-
deamus. Quod non simpliciter pro quocunque sacrorum repositorio, sed
pro templis, aut cœnobiis Procopius vsurpat. Cùm referens, quæ legati Go-
thorum ad Belisarium dicebant, ait, Accedit etiam quod Romanorum sa-
craria, eo in honore sint apud nos habita, vt à nullo nostratium hominum
sit, qui ad ea confugerit violatus.[n] nec ab hoc loquendi modo Liuius abhor
ret.† Agens enim de luco, quo Numa persæpè remotis arbitris, velut ad Æ- 9
geriæ Deæ congressum se conferebat. Camœnis (inquit) Numa eum locum
sacrauit: † & soli fidei solemne instituit ad id sacrarium. Flamines bigis cur 10
ru arcuato vehi iussit, manúque ad digitos vsque inuoluta, rem diuinam fa-
cere significantes, fidem tutandam, sedémque eius etiam in dextris sacra-
tam esse.[o]

e *Euocare*) † Vt ita euocare sacra, aliud sit nihil, quàm prophana red- 11
dere loca, quæ anteà sacra erant, hoc est alicui Deo dedicata euocatis
inde Diis. Qui fuit veterum Romanorum mos in expugnatione ciuita-
tum. Cùm enim singulas vrbes in singularis alicuius Dei tutela esse Ro-
mani persuasum haberent: vbi obsessam vrbem iam capi posse confidebant,
Deos indè tutelares solemni carmine euocabant. Vel quòd crederent vr-
bem, non aliter posse capi: aut etiam si posset, esse nephas, Deos habe-
re captiuos.[p] vt antè captam Veiorum vrbem factum, Liuius memo-
rat.† Referens Dictatorem, è Veiis Deos ita euocasse. Tuo ductu Py- 12
» thice Apollo, tuóque numine instinctus, pergo ad delendum vrbem Ve-
» ios, tibique hinc decimam partem prædæ voueo. simul Iuno Regina,
» quæ nunc Veios colis, precor, vt nos victores in nostram, tuámque
» mox futuram vrbem sequare. Vbi te dignum, amplitudinéque tua tem-
» plum accipiat.[q] Verumtamen Macrobius carmen euocationis, paulò
» solemniùs refert, ad hæc penè verba. *Si Deus, si Dea est, cui* Populus
» ciuitásque Carthaginiensis est in tutela: téque maximè ille qui vrbis hu-
» ius populíque tutelam recepisti, precor venerórque, veniámque à vo-
» bis peto, vt vos, populum, ciuitatémque Carthaginensium, deseratis
» loca, templa, sacra, vrbémque eorum relinquatis, absque his abeatis,
» eique populo, ciuitatíque metum, formidinem, obliuionem iniiciatis,
» proditíque Romam ad me meósque veniatis nostráque vobis loca, tem-
» pla, sacra, vrbs, acceptior, probatiórque sit, mihi quoque populóque
» Romano, militibúsque meis, præpositi sitis. vt sciamus, intelligamúsque
» si ita feceritis, voueo vobis templa, ludósque facturum. Hactenus ille.[r] Ad
» quam Deorum euocationem, discessionémque respexisse videtur Vergi-
lius, cùm ait,[s]

Excessere

h Cic. de vniuer.
i Seruius in cōmen. ad 5. & 6. Æneid.
k Lamprid. in Alex. Seuero.
l l. si duo patroni § . si. ff. de iureiur. & Alciat. li. 4. disp. 2.
m l. in fundo. ff. de re. vendit a.
n Procop. li. j. belli Gothic.
o Liuius lib. j.
p Macrob. lib. iij. Satur. c. 9.
q Liuius lib. 5.
r Macrob. lib. iij. Satur. c. 9.
s Verg. lib. 7. Æne.

Cacodæmones.
Lares vnde dicti.
Lara nympha. Genij.
Christus à Seuero cultus.
Temerè ne iurato.
Numę cū Ægeria congressus.
Fidei templum.
Euocatio sacrorum
Euocationis solēne carmē.

Excessere omnes aditis arisque relictis,
Dij, quibus imperium hoc steterat.
Nec verò simili deprecatione vrbs Roma ab hostibus excantari posset. Et
Deum in cuius tutela Roma esset, & ipsius vrbis latinū nomen occultatum,
Dij Romanorū. 13 & ignotum prisci Romanorum voluerunt. [t] Quamuis † exploratum ego *t Plin. lib. 28. c. 2.*
semper habuerim, Iouem, Iunonem, & Mineruam, tria fuisse numina Ro-
manorum. Quòd ea passim ab Imperatoribus Romanis nominata, & inuo-
cata, velut Dij tutelares vrbis Romæ, legantur. Si vos vrbis Quirites (dicē-
bat P. Valerius Publicola consul) si vestri nulla cura tangit. At vos veremini
Deos vestros ab hospitibus captos. Iupiter optimus max. Iuno regina, & Mi-
nerua obsidentur. Castra seruorum, publicos vestros penates tenent, [u] &c. *u Liuius lib. 3.*
Manlius item, iussu dictatoris arreptus à viatore, vt in vincula duceretur. Iu-
piter, inquit, optime maxime, Iunóque regina ac Minerua, cæterique Dij,
Deæque, qui capitolium, arcémque incolitis: siccine vestrum militem sini-
tis vexari ab inimicis, [x] &c. Denique Scipio Africanus, cùm adesset dies sibi *x Liuius lib. 6.*
dicta, à tribunis. Ego, inquit, hinc ex templo, in capitolium ad Iouem optim.
max. Iunonémque & Mineruam, qui capitolio arcíque præsident, salutan-
Degradatio. 14 dos ibo, [y] &c. Apud † nos hodie sacrificulorū exauthorationes, quas ponti- *y Liuius lib. 38*
ficij degradationes vocant, nescio quam imaginem, & similitudinem cum
antiqua illa sacrorum euocatione habere videntur. [z] *z c. ij. de pœn. in 6.*

§. PROPRIE.

Propriè dicimus sancta, quæ nec sacra, nec profana sunt: sed sanctione quadam confirmata, vt sunt leges. [a] Quia sanctione quadam subnixę sunt. Quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, & si Deo non sit consecratum. Et interdum in sanctionibus [b] adiicitur, vt qui ibi aliquid cōmisit, capite puniatur. [c] Muros autem municipales, [d] nec reficere licet sine principis vel præsidis [e] authoritate. [f] nec aliquid eis coniungere, vel supponere. [g] Res sacra non recipit æstimationem. [h]

SVMMÆ.

1 *Leges sanctæ.*	4 *Sacratæ leges.*
2 *Sanctio quid.*	5 *Murorum sanctio.*
3 *Sacratæ sanctiones.*	6 *Æstimatio rei sacræ.*

Leges sanctæ. 1 a LEges) † Leges quæ sunt inuētum ac munus deorum: [a] & per ora prin- *a l. ij. ff. de legib.*
cipum diuinitùs promulgaræ: [b] sanctæ meritò dicuntur: tum quòd di-
uina sanxione subnixæ: tum etiam quòd pœnis, & suppliciis coerceantur qui *b l. j. §. sed neque. C. de veter. iur. l. vlt. C. de prascr. long. temp.*
iussis earum non obtemperant. [c]
Sanctio. 2 b *Sanctionibus*) Sanctio propriè dicitur lex, cum terrore pœnæ: [d] nisi ve-
hementius (inquit M. Cicero) homini minatus essem: nisi legum sanctio-
nem, pœnámque recitassem, tabularum mihi potestas facta non esset. [e] *c l. sanctio. ff. de pœn.*
Sacratæ sanctiones. 3 c *Capite puniatur*) † Sanctionum sacrādarum, olim tria fuisse genera M. Ci-
cero perspicuè demōstrat. [f] nimirùm genere ipso, leges enim quæ diuina, si- *d d. l. sanctio. & hîc.*
cuti diximus, prouidentia, mortalibus tributæ sunt: Dei earum authoris san-
ctione subnixæ sunt, & confirmatæ. [g] rursus obtestatione & consecratione: *e Cic. 6. Verr.*
cùm scilicet Deus testis in legis cōfirmationem aduocabatur. Deniq; pœna *f Cic. pro Cor. Balbo.*
inquit Cicero, cùm caput eius, qui contra facit, cōsecratur. [h] Et hoc est, quod *g l. ij. ff. de legib. Esaia 33.*
hîc Vlpianus sentit, aiens, in sanctionibus nonnunquàm adijci solitum, vt
Sacratæ leges. 4 qui aliquid ibi comisisset, capite puniretur. † Nam & eas sacratas esse le- *h Cic. pro Cor. Balb.*
ges, Sextus Pompeius scribit: quibus cautum erat, vt si quis aliter fecisset,
sacer alicui deorum esset. Quāuis non ignorem alia quandoq; ratione sacra-
tas leges dictas, quòd scilicet in sacro mōte, cùm plebs à patribus secessisset,

latæ fuerint.[i] legis sacratæ militaris in hæc verba Liuius meminit. Lex sacrata militaris lata est, ne cuius militis scripti nomen, nisi ipso volente deleretur.[k] Et alibi. Sub idem ferè tempus lege sacrata, coacto exercitu nocte improuiso castra Q. Minutij Procons. agressi sunt.[l]

d *Municipales*) Quos sicuti vrbis Romæ muros, suprà diximus sanctos esse.[m]

e *Præsidis*) Qui in prouincia sibi mandata fungitur, omninò vice principis, & authoritate.[n]

f *Authoritate*) Cùm principis autem, vel præsidis authoritate, non dubium quin mœnia ciuitatum reficere liceat.[o]

g *Supponere*) † Adeò muros sanctos esse, & à priuatis intactos veteres volue- 5 Murorũ sanctio.
runt: vt inconsulto principe, aut eius qui in ea prouincia vices principis agit, noluerint, quoquomodò refici, aut in iis immitti, coniungi vel supponi quicquam posse.[p]

h *Aestimationem*) † Nisi ex causa, veluti pro redemptione captiuorum quo 6 Æstimatio rei sacræ.
tamen casu non res sacra, sed sacræ rei materia æstimatur, & æstimata venditur.[q]

i Cicer. de prouin. consul. dixi l. ij. §. iisdem temporibus. ff. de ori. iur.
k Liu. li. 7. ad fi.
l Liuius li. 36.
m l. præced. §. fi. vbi dixi.
n l. iiij. ff. de offi. præsid.
o l. omnes prouinciarum. C. de fer.
p l. præcedenti. §. fi. & hic.
q l. sancimus. in fi. C. de sacros. eccl.

L. X. ARISTO.

Pomponius lib. 6. ad Plautium.

Aristo [a] ait, sicut id quod in mari ędificatum esset, fieret priuatum: [b] ita [c] quod à mari occupatum sit, fieri publicum. [d]

SVMMÆ.

1 *Aristonis vita.*
2 *Mare omnium commune.*
3 *Locus à contrarijs.*

a ARisto) † T. Aristonem Iurisconsultum suæ ætatis non incelebrem, mi- 1 Aristonis iurisconf. vita.
rum est à Pomponio Iurisperitorum catalogum componente, prætermissum.[a] cum Gellij,[b] Plinij[c] aliorúmque eruditorum virorum iudicio, & doctus fuerit, & priuati, ac publici iuris peritissimus. In cuius libris, Gellius se legisse testatur, apud veteres Ægyptios furta omnia licita fuisse, & impunita.[d] Plinius verò honorificentissimis literis, eum velut vtriusque iuris peritissimum, cuique semper curæ fuerit, sic iura publica, vt priuata, sic antiqua, vt recentia, sic rara, vt assidua tractari: de iure senatorio consuluit an videlicet, tribus prolatis in senatu sententiis, eas diuidi oporteat, an verò in singulas iri, & discessionem fieri.[e] Eiúsque permulta, & ea quidem illustria, extant in Pandectis responsa: sed quandiu vixerit, quóve anno diem obierit extremum, vt necdum planè constitutum habeo: ita satis constat eum cùm Domitio Labeone, cuius coëtaneus fuit, Traiani & Adriani temporibus floruisse.

b *Priuatum*) † Quia mare omnium commune sit.[f] & ædificans in loco cu- 2 Mare omnium cõmune.
ius vsus publicus est, dominus soli efficitur.[g]

c *Ita*) † Hic locus est à contrariis. vt contrariorum scilicet, quod ait M. 3 Locus à cõtrariis.
Cic. contraria sint consequentia.[h] Sed hac de re suprà latius.[i]

d *Publicum*) Id est commune omnium.[k]

a l. ij. §. iuris ciuilis ff. de orig. iur.
b Gell. lib. 12. c. 18.
c Plinius iunior libro 8. epistol.
d Aul. Gellius vbi suprà.
e Plinius vbi s.
f l. ij. §. hoc tit.
g l. in tantũ in pr. vbi dixi. s. hoc tit.
h Cicer. lib. ij. Tus.
i l. j. ff. de iis qui sunt sui.
k d. l. ij. §. hoc tit.

L. XI. SI QVIS.

Idem lib. 2. ex variis lectionibus.

Siquis violauerit [a] muros [b], capite punitur: [c] sicuti siquis trans-

transcendet scalis admotis,[d] vel alia qualibet ratione. Nam ciues Romanos[e] aliàquàm per portas egredi non licet: cùm id hostile & abominandum sit. Nam Romuli frater Remus occisus traditur[f], ob id, quòd murum[g] transcendere voluerit.[h]

SVMMÆ.

1 *Violare verbum.*
2 *Vallum transcendens.*
3 *Remi mors.*
4 *Celer interfector.*
5 *Muri quando primum Romæ lapidei.*
6 *Volo verbum.*

Violare verbum.

1 a V*Iolauerit*) † Corruperit, quasi vim eis inferendo. Significanter autem *violare*, verbum de virgine dicitur, aut muliere violenter stuprata.[a] sed tamen ad alia transferri solet, tam corporea, quàm etiam incorporea. vnde violare loca, parentes, sacra, muros & hospites dicimus. Item violate iura, leges, pacem, amicitiam, fidem, dignitatem, famam, iisque similia.[b] Sanctè vota reddunto, (dicebat vetus illa lex) pœna violari iuris esto.[c] Quoniam verò in malam partem hoc *Violauerit* verbum, semper accipitur: satis hinc intelligimus, eum qui non malo animo, sed iusta potius de causa muros transcendit, propellendi puta hostes, qui iam mœnia conscenderant, extra legis pœnam esse, qui præmio potiùs debuit affici.[d] Qua de re præclarè Fabius, & Celius disserunt.[e]

b *Muros*) Vrbis Romæ, de quibus subiectum exemplum Romuli & Remi demonstrat, Pomponium agere. Qui enim atrociùs ciuitatis, aut municipij muros violat (modo non hostili animo[f]) pœna extraordinaria iudicantis arbitrio pro admissi qualitate moderanda, castigandus venit.[g]

Vallum transcendens.

2 c *Capite punitur*) Ac proinde muri sancti dicti sunt.[h] † Idem tamen in eo Modestinus respondit, qui vallum (hoc est munitionem illam castrorum quæ ex vallis, seu palis fit) transcendit, aut per murum castra ingreditur.[i]

d *Scalis admotis*) Id est iuxta muros positis.

e *Ciues Romanos*) Qui dicantur Romani ciues, superius à nobis affatim commonstratum est.[k]

Remi mors.

3 f *Occisus traditur*) † De morte Remi non videntur annalium scriptores planè conuenire. Vulgò tamen probatur historia, cuius hîc Pomponius meminit, vt à Romulo, aut eius iussu fuerit occisus. Quòd extructos nouè muros per ludibrium fratris transiliisset. Cuiusmodi causa M. Ciceroni, nec probabilis, nec satis idonea aduersus fratrem visa est.[l] Rectè quidem, vt mihi videtur, tametsi ex nostratibns non desint qui Imperium Romuli factum, sophisticis quibusdam argutiolis, tueri contendant.[m] Cùm itaque Remus impetu quodam iuuenili, extructas nouè munitiones, vellet inanes demonstrare, dixisse fertur. Atqui non difficile superaret istas vobis aliquis, sicut ego? statímque transcendisse. Tum verò Romulum, cum iratus increpans adiecisset, sic deinde quicunque alius transiliet mœnia mea, eum obtruncasse. †

Celer interfector Remi.

4 Quanquam alij non Romulum, sed Celerem quendam, ex iis qui pro muris stabant, cùm respondisset. Atqui hunc hostem, non difficulter aliquis nostrum repelleret, Remum interemisse malunt. Vnde Naso poeta.[n]

Hoc Celer vrget opus quem Romulus ipse vocarat:
Sintque Celer curæ, dixerat, ista tuæ.
Néve quis aut muros, aut tactam vomere fossam
Transeat, audentem talia, dede neci.
Quod Remus ignorans humiles contemnere muros
Cœpit: & his populus, dicere tutus erit?
Nec mora transiluit: retro Celer occupat ausum:

a l. diuo Marco. C. de quæstio.
b l. j. C. de petitio. bo. subla. li. 10.
c Cic. lib. ij. de legib.
d l. j. & ij. ff. ad l. Cor. de sicar.
e Quintilia. li. 7. orato. Institutio. Cel. Rhodig. lib. 7. c. 22.
f l. vlt. ff. ad l. Iul. maiesta.
g l. penul. & fi. ff. ne quid in loco sacro.
h l. j. l. sanctum & vtrobique dixi. 3. hoc tit.
i l. desertorem. §. penul. ff. de re militar.
k l. ij. §. eodem tempore. ff. de orig. iur. l. in orbe ff. de stat. hom.
l Cic. li. iij. offi.
m Bart. tractatu de Tyran. nu. 29.
n Ouidius lib. iiij. Fastorum.

Ille premit duram sanguinolentus humum.

o Lucan.lib.j. bello.ciuil. Ad hæc quoque eleganter, M. Lucanus.°

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas
Impatiens consortis erit, nec gentibus vllis
Credite, nec longè fatorum exempla petantur.
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

p Liuius & Halicarnas. lib.j. Verisimilimus tamen omnium sermo de Remi morte, Liuio, & Halicarnasseo videtur,[p] quòd cùm Romulo & Remo de nomine condendæ vrbis, & conditæ imperio disceptantibus, quoniam gemini essent, nec ætatis prærogatiua, alter ab altero vinceretur: à Numitore auo materno dictum esset, vtri prius meliores aues signum darent, hic nouæ vrbi nomen imponeret: & conditam suo regeret imperio. eodẽ alitum genere, ambobus viso, Remus quia prius ei in Auẽtino monte (hic enim Auentinũ, ille verò Romulus Palatinum, ad inaugurandum tẽpla cæperant (sex vultures se ostenderant, de tẽpore contendebat. Romulus, de numero, quia duodecim viderat: fraudulentèr quoque confirmans, se antè Remum aues illas vidisse. Quare ex iis qui Romæ erant, aliis Remo, aliis Romulo fauentibus, pugna grauis coorta, & cædes vtrinque magna facta est, in qua Remus occubuit. *Templa ad inaugurandũ.*

g *Murum*) Ligneum.† Nam Tarquinius Priscus v. Rex Romanorum primus fuit, qui lapideo muro cinxit vrbem. cùm antea capitolium extruxisset, & cloacas ædificasset. Scribit tamen Liuius, eiúsce operis exordium bello Sabino turbatum fuisse.[q] 5 *Muri Romæ quando primũ lapidei.*

q Liuius lib.j. *r L.cogitationis ff.de pæn.* h *Voluerit*) Et voluntatem exequutus transcenderit, ne quis hic malè feriatus opponat, cogitationis pœnam neminem mereri.[r] habet siquidem veritas historiæ (quam Pomponius memorat) Remum fratris Romuli ludibrió transilìisse muros, vt retulimus. Nec est insolens quibuscunque authoribus hæc locutio, vt factum ipsum, & actum perfectum. Cuius scilicet effectus iam sequutus sit,† verbo *Voluit, placuit, & similibus* exprimant, veluti, si dicam 6
Tolosa patria mea relicta hûc venire placuit, aut voluit.

IOANNES CORASIUS
Iurisconsultus Tolosæ scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE SENATORIBVS.

TITVLVS IX.

SVMMÆ RERVM.

1 *Senatores an magistratus.*
2 *Senatorum institutio.*
3 *Senatusconsultum.*
4 *Patritij.*
5 *Patres conscripti.*
6 *Senatorum tres ordines.*
7 *Pedarij senatores.*
8 *Æquipedes.*
9 *S.C. per discessionem.*
10 *Tacita senatusconsulta.*
11 *Senatoribus tria iussa.*
12 *Latus clauus.*

13 *Lunati*

13 *Lunati calcei.*
14 *Luna inconstantia.*
15 *Senatum qui habere possent.*
16 *Senatus vbi haberetur.*
17 *Tempus habendi senatum.*
18 *Centumuiri.*
19 *Senatus an iudicaret.*
20 *Regis Galliæ priuatum consilium.*
21 *Parlamentea curia in Gallia.*
22 *Dies magni.*
23 *Princeps senatus.*
24 *Parisiense parlamentum.*
25 *Tolosanum parlamentum.*

POLLICITVS suprà Iurisconsultus, se de personis
primùm, deinde de rebus, ac demùm de actionibus & iu-
diciis dicturum:[a] datam fidem liberare cupiens, de per-
sonarum statu & conditione summatim quædam cum
primis attigit.[b] exinde de rebus leuiter,[c] nũc ad iudicia
transitum facturus, à magistratuum iurisdictione & po-
testate principium ducit: de Senatoribus primùm disse-
1 rens:† qui tametsi subtili acceptione, & re quod dicitur ad viuum resecata,
magistratus non sint. Vnde nec eos Pomponius magistratibus annumerat.[d]
(Est enim senator nomen ordinis, non magistratus) larga tamen significa-
tione. quia Senatus moderandæ reipublicæ præerat: magistratus dici pos-
sunt.[e] De quorum ego dignitate & authoritate, nonnulla dicturus rem à
2 summis principiis repetẽdam sensui.† Romulus igitur vrbe condita, vt eam
consilij ope fulciret, virósque sapientes haberet, quorum prudenti cura, &
consilio rempublicam moderaretur, ex optimatibus centum elegit: quos
ab ætate & probitate Senatores dixit.[f] quippè solebant prisci optimos quos-
que viros, senes nominare:[g] eorúmque collegiũ Senatum vocauit. Et quod
3 ipsi constituissent,† Senatusconsultum.[h] Hos item patres appellare illi pla-
cuit, non tam vt mea fert opinio, ob honorem, quàm vt continuò recorda-
rentur, oportere eos paterna pietate humiliorum causas complecti, & fi-
4 dem curámque suam suscipere.† Qui verò ex iis primoribus centum patri-
bus geniti sunt, & prognati, Patritiorum nomen acceperunt. Et senatores i-
psi adscriptis procedente tempore, in eum ordinem pluribus (tum à Tarqui
nio Prisco, qui centum adiecit: tum etiam à Iunio Bruto, post exactos reges
5 consule dicto)† Patres conscripti nuncupari cœperunt. non vt quidam ri-
diculè putant, quòd eorum nomina in Dyadematis scripta ferrent:[i] sed qua-
si ad antiquũ senatus ordinem adsciti, cooptati, adscripti, & allecti. Fuit autẽ
apud Senatum, omnis reipublicæ cura: adeo vt nec Rex, Dictator, Consul,
aut Imperator inconsulto senatu se de republica vllatenus interponeret. Vn
de frequenter in iure nostro legimus Diuum Marcum, aliósque Cæsares o-
rationem ad senatum habuisse, vt ei quod rogabant, more maiorum, Sena-
tus authoritas accederet.[k] Qui verò reges, dictatores, aut Impp. contrà fece-
6 runt, Tyranni iudicati sunt.† Senatores porrò, triplicis generis fuisse con-
stat. Patricios, qui è centum illis patribus à Romulo primùm creatis, origi-
nem traxerunt.[l] Conscriptos qui in senatum postea loco demortuorum ac-
7 cersiti, cooptatíque fuêre.† & Pedarios, sic dictos, quòd sella curuli, in curiã
non veherentur: vt qui magistratum curulem necdum gessissent, sed pedi-
bus iter facerent. Aut vt alij malunt, quia non haberent dictionem senten-
tiæ in senatu: sed taciti transirent, ad eum cuius sententiam probabant. In e-
8 ius ita sententiam pedibus euntes. Vnde † & Ægipedes Festo Pompeio re-
ferente, appellati: quòd scilicet non voce suffragarentur, sed discessione pe-
dum sententiam dicerent. Et Pedaria sententia apud Laberium nũcupata.[m]
9 *Caput sine lingua, Pedaria sententia est.* Quod tum accidebat,† cùm senatuscons.
fiebat per discessionem: veluti cùm de negotio non magni momenti sena-
tus habebatur. Tunc enim cùm principes senatus sententias dixerunt, cæte-
rì qui in suffragium ituri erant, ad eius ex primoribus partem, cuius senten-
tiam erant probaturi, discedebant: vt & Vopiscus ostendit. Post hæc, inquit,
plerique senatores sententias dixerunt: quas longum est innectere. deinde

Senator an magistratus.
Senatorũ institutio.
Senatus.
Senatusconsultũ.
Patres.
Patritij.
Patres cõscripti.
Senatores patritij.
Conscripti.
Pedarij.
Ægipedes.
Pedaria sententia.
S.C. per discessionem.

a l.ij.ff. de sta. ho.
b in ti. de stat. ho. de iis qui sunt sui. & de adoptio.
c in ti. de rer. diui.
d l.ij.§.post originem.ff. de origin.iur.
e l. cus præcipua.ff.de verb. sig.
f Liuius lib.j.
g Cicer. de senect.
h l.ij.§.deinde quia difficile. ff.de orig. iur.
i Accur. §.filiusfa.qui. mo. ius pa. pot. sol.
k l.cùm ij.ff.de transac. l.si & rem.ff.de petitio her.l. diuus ff.de ser. fug. l. cùm hic status. in pr.ff. de donat.int.vir. & vxor. l.pen.ff. ad Tertylia.
l Liuius lib. j. l.vlt. hoc titul.
m Aul.Gel.li. xij. noct. Attic. c.18.

aliis manus porrigentibus,aliis pedibus in sententias euntibus,plerisque ver
bis consentientibus,conditum est S.C.& reliqua.ⁿHanc autem fuisse legem
senatusconsulti,per discessionem Plinius Nouocomensis ad Aristhonem au
thor est.° *Qui hæc sentitis,in hanc partem: qui alia,omnes in aliam partem ite.* Cùm
verò grauia,& ardua imminebant,per sententias singulorum exquisitas,&
coniectos in vrnas calculos fiebat Senatusconsultum : decernebantur quo-
que à senatu quædam aliquando,quæ palam enunciare non licebat. quibus
ideo tractandis,ne scribæ quidem interessent, ne communicatio consilij fo-
ret:sed Censualium, scribarúmque officia, Senatores complebant. & exce-
pta in arcano consilio decreta seruabantur: † quæ tacita senatusconsulta di- 10 Tacitum S.C.
cta sunt. Quorum rationem,& originem Capitolinus politè tractat.ᵖ † Por- 11 Senatori tria iussa.
rò autem,Senatoribus tria iussa fuisse M.Cicero scribit.ᑫ vt adsint.Nam gra-
uitatem tres habet cùm senatus,& ordo frequens est:vt loco dicant,id est ro-
gati:vt modo,ne verbosi sint,& infiniti. nam breuitas & senatoris,& orato-
ris (addo ego ac Iurisconsulti) magna laus est in sententia , nec est vnquàm
longa oratione vtendum,nisi ad hortandum,vel docẽdum opus sit.túmque
spectante senatu,quod fit ambitiosè sæpissimè.Ex quo illud Ciceronisʳ Quę
cum populo,quæ cum patribus agentur,modica sunto.loco senator,& mo-
do orator loco dicat,id est rogatus modo,ne sit infinitus. Quod verò perti-
net ad ornamenta senatoria,satis constat † Larum clauum fuisse , & lunatos 12 Latus clauus.
calceos,quod alibi docui.ˢ Latus clauus,senatoria vestis erat , contexta pur-
pura,latior tunica vulgari,longiórque,ac distincta. Calceis † quoque luna- 13 Calcei lunati.
tis,senatores vtebantur,hoc est lunæ imagine insignitis,ad repræsentandam
vetustatis originem,ab Euandro & Arcadibus,qui se ante lunam fuisse præ-
dicabant: vel vt aliis placet , quo tacitè admonerentur nullo fœliciore suc-
cessu insolescendum inconstantiæ rerum semper memores.ᵗ † Cui argu- 14 Lunæ inconstantia.
mentum præbeat luna, quæ ab obscuro primum prodit , & clarissima facta,
modico tempore deflorescit,ad nihilúmque redigitur. Verum hoc insigni
calceorum lunatorum nobiliores quoque viri postmodum vti cœperunt, † 15 Habere senatum.
Circa autem personas,quæ senatum habere,hoc est conuocare, cogeréque
poterant. Illud certum est,Dictatorem, Consulem , Prætorem , Tribunum
plebis,Interregem,Præfectum vrbi id iuris & prærogatiuæ habuisse,cæteris
qualibet grandi authoritate pollentibus , denegatum.ᵘ Illud item constat
Iulium Cæsarem Conss. totum annum , ne quid contra legem Agrariam
quam tulerat ageretur,senatum non conuocasse.cupientíque, & postulan-
ti M.Bibulo collegæ,vt haberetur,nunquam assentiri voluisse.† In locis au- 16 Locus habendi senatum.
tem per Augures constitutis, quæ templa vocarunt , duntaxat Senatum ha-
beri , Senatusconsultúmque rogari potuisse proditum est. Vnde & in curia
hostilia,in Pompeia, ac tandem in Iulia , cùm loca profana essent , Augures
templa constituerunt:vt in iis Senatusconsulta,more maiorum iusta fierent.
Quod & annotauimus supra.ˣ † De tempore verò habendi senatum M.Ci- 17 Tempus habendi senatum.
cero ad Lentulum scribens docet antè Calendas Februarias ex lege Papia,
senatum haberi non potuisse. Sed neque Februario mense,nisi perfectis,aut
reiectis legationibus.ʸ Denique nec post occasum,aut etiam antè solis ortū,
voluêre veteres Senatusconsulta rata esse.ᶻ Quinimò nec legitimè condita,
ante lucem,ad ærarium posse transferri.†Verum enimverò Centumviri,qui 18 Centumviri.
litibus iudicandis longo post interuallo creati sunt , & de quibus necessaria
superius dicta, ᵃ à senatoribus longè latéque differebant. Etenim senatores
moderandæ soli reipublicæ intenti,controuersias priuatorum lites non iudi-
cabant. Id solùm,inquit Tacitus , Germanico præstitum , quod in curia po-
tiùs,quàm in toto apud senatū,quàm & apud iudices,de morte eius anquite
retur.ᵇ † Neque verò ignoto,lege Cornelia ab equitibus ad senatum trans- 19 Iudicia ad senatum translata.
lata iudicia.Nam L. Cornelius Sylla rerum potitus iudicandi potestatem e-
quitibus Romanis ademptam,senatoribus tradidit.ᶜ Verum nec tunc sena-
tus grauioribus reipublicæ curis distentus iudicabat, sed litigatoribus iudi-
ces

n Vopiscus in Aurelianо.
o Plinius Iunior lib.8. epistol.
p Iul.Capitoli. in tribus Gordianis.
q Cicer. lib.ij. de legib.
r Cic.lib.iij.de legib.
s l.ij. §. ex his auditoribus.ff. de ori.iur.
t Plutar.in problemat.
u Gel. lib. 14. noct. Attic.c.7.
x l.ij.§.deinde quia.ff.de orig. iur.
y Cic.li.j.epist.
z Gel. lib. 14. c.7.
a l.ij.§. deinde cùm esset.ff.de orig.iur.
b Cornel. Tacit.li.iij. Annalium.
c Cic.pro Rosc. Amerino.

20 ces dabat.[d] † Qualem fermè morem retinet in Gallia ſanctius illud regis noſtri conſilium, quod priuatum vocant. Vnde quod Vlpianus ait, à ſenatu non poſſe principem prouocari.[e] ad ordinariam cauſarum, vel ciuilium, vel criminalium cognitionem minimè referendum eſt: ſed ad extraordinariam illam iuriſdictionem, de ſuperiorum magiſtratuum querelis, & ad quæcunque ſenatus iuſſa decreta, & conſulta: quæ non minoris authoritatis quàm ipſorum principum, Cæſares etiam ipſi, eſſe voluerunt.[f] Ad centumuiralis por-

Conſiliũ Regis priuatum.

d Suet. in Domitia. Plinius in epiſtolis.

e l. j. §. j. ff. à qui. app. nõ lic.

21 rò iudicij ſimilitudinem, inſtitutæ videntur in Gallia ſupremæ curiæ, † quas parlamenteas vocamus. Et licet iis quoque placeat, Senatus nomen retinere: nihil tamen, aut certè parum communionis habent cum vetere illa Romani ſenatus authoritate. Fuit autem primus, qui Gallis parlamenta conſtituit, Pipinus. Cæterùm alia quàm nunc ſint forma: ſiquidem conueniebant ſemel duntaxat quotannis, in locum quendam non multò ante tempore de-

Parlamẽta Gallica

f l. quod principis. ff. de aq. pluu. l. quominus. ff. de fluminib.

22 terminatum. vt hodie† fit in eo conuentu, quem *magnos dies* appellant.† Prin-

23 cipes verò ſenatus, quos nunc præſides dicimus, Regi continuò aſſidebant, eumque iugiter comitabantur. Tandem factum opera Ludouici Hutini re-

24 gis † Lutetiæ Pariſiorum (quæ vrbs eſt Galliæ, atque adeò totius Europæ celeberrima) conſtitutum, vt bina parlamenta (ſic Gallis conſilia ſuprema, nun-

25 cupare placuit) vnum Pariſiis, alterum Toloſæ haberentur. † Parlamentum itaque Toloſanum anno ſalutis ſupra milleſimum treceteſimo viceſimo, & Philipo Longo quadrageſimoſeptimo Gallorum rege imperante ea lege decretum, ſi noſtris ciuibus Toloſanis, è re ſua videretur. Et ita curiæ parlamenteæ, quæ primum erant indictiuæ nec loco, nec tempore certæ cœperunt eſſe ſtatariæ, perennes, & perpetuæ.

Magni dies.

Principes ſenatus.

Pariſius.

Toloſanũ parlamentum.

L. I. CONSVLARI.

Vlpianus lib. 62. ad Edictum.

Conſulari fœminæ,[a] vtique conſularem virum præferendum[b] eſſe, nemo ambigit.[c] Sed vir præfectorius[d] an fœminæ conſulari præferatur,[e] videndum. & puto præferri:[f] quia maior dignitas eſt in ſexu virili.[g] Conſulares autem fœminas dicimus, conſularium vxores. Adiicit Saturninus,[h] & matres quod nec vſquam relatum eſt, nec vnquam receptum.[i]

SVMMÆ.

1 *Conſularis.*
2 *Conſularium authoritas.*
3 *Fœmina conſularis.*
4 *Senatulum mulierum.*
5 *Fœmina quæ ſenatum ingreſſa.*
6 *Meſa Varia.*
7 *Heliogabali mors.*
8 *Artemiſia Regina.*
9 *Mulieres apud quos publicis interſint conſiliis.*
10 *Præfectorius vir.*
11 *Saturninus.*
12 *Mater non ſplendet filij claritate.*
13 *Regina, quæ dicatur.*

1 a Conſulari fœminæ) Conſularis † vir dicitur, qui conſul aliquando fuit.[a] Conſularis fœmina, viri conſularis vxor[b] M. Antonius ſuper feſtinatas Liuiæ nuptias inquit Tranquillus, & fœminam conſularem à Triclinio viri coram in cubiculum abductam.[c] vir autem præfectorius qui præfectura, prætorius, qui prætura functus eſt.[d] Qui itaque ex ſenatoribus ad hos honores euecti poſtmodum abierant magiſtratu, vel conſulares, vel præfectorij, vel prætorij dicebantur.[e] Ex quibus ſplendor ſine controuerſia maximus

Conſulares. Præfectorius.

a l. ij. §. poſt hos fuerunt. ff. de ori. iu. l. iij. §. fi. ff. de recept. arbit. l. j. C. de dig. li. 12.

b vt hac l.

c Suet. in Auguſto.

d l. fi. §. vacantes. C. vt digni. ord. ſer. lib. 12.

e l. vlt. C. de digni. lib. 12. d. l. fi. C. vt digni. ord. eod. lib.

erat consularium. † Vnde diu Romæ seruatum vt in senatu, primi senten- 2
tiam rogarentur, & dicerent.[f] & magni honoris loco concessum Claudio le-
gimus, vt inter consulares, ius esset ei, in senatu dicendæ sententiæ:[g] proces-
suque temporis bene meritis de republica concedi cœperunt honorarij hi
tituli, consularis vel etiam prætoriæ dignitatis, sine administratione: non mo-
dò viris, sed etiam mulieribus.[h] Si vnquam (inquit Lampridius) aliqua ma-
trona consularis coniugij ornamentis esset donata, quod veteres Imperato-
res, affinibus detulerunt, iis maximè, qui nobilitatos maritos non habuerāt,
in nobilitate remanerent.[i] Ergo vt ad nostrum Vlpianum redeamus † Con- 3
sularem fœminam, hîc accipimus pro ea quæ viri consularis est vxor: aut co-
dicillos consularium ornamentorum à principe meruit. Neque enim stupi-
dè intelligendum est fœminam ideò consularem dici, quòd consulatum i-
psa gesserit: cùm nec quidem senatum, aut curiam adire mulieribus cuiusuis
negotij causa concessum fuerit. Quamuis † Heliogabalus probris omnibus 4
contaminatus, senatulum mulierum, in colle Quirinali constituerit. Prætér-
que mores, & instituta maiorum, peruicerit, † Vt Semiamira mater (sine qua 5
nihil vnquam in re publica fecit) in ordinem senatorium admitteretur à se-
natu. † Fertur quoque tributum Mesæ Variæ eiusdem Heliogabali auiæ, vt 6
in senatu sederet, patres consuleret, & sententiam diceret. † Confosso tamen 7
Antonino Heliogabalo in latrina, ad quam confugerat, ante omnia cautum
est, ne mulier vnquam Senatum ingrederetur: vtque caput eius dicaretur
inferis, deuoueretúrque, per quem id esset factum.[k] † Artemisiam, tamen 8
Halicarnassi reginam (quæ in auxilium Xersi contra Græciam venerat) ad
consultandum cum delectis Persarum proceribus accersitam à Xerse, Eúm-
que illius sententiam, frequenter sequutum, boni authores prodiderunt. De
Celtis & Gallis, memoriæ quoque proditum est eos non mulieres modò
conciliis admittere: sed quicquid est, iudicio decernere fœminarum: adeò
vt in fœdere icto cum Annibale, & Gallis caueretur, vt si deliquisset Cartha-
giniensis, in Gallū penes magistratū esset eius rei iudicium: sin verò Gallus, in
Carthaginiēsem, cognitio penes Gallicas mulieres foret. † Hodie autē apud 9
nos, & vbique, ab omnibus officiis ciuilibus & publicis muliebris sexus remo-
tus est.[l] nō quidem ob iudicij defectū,[m] sed ob eius fragilitatē.[n] aut vt Moses
suis legibus definiuit propter leuitatem & procacitatem generis earum.[o]

b *Præferendum*) Non solùm inter viros clarissimos, sed etiam inter vxores eorum, atque adeò inter viros & fœminas (Nam fulgent mulieres maritorū dignitate)[p] prærogatiuas honorum lex custodiri voluit.[q] in sedendo puta in Orchestra, (locus erat in theatro senatorum & primorum vrbis) aut alibi, vbi dignitatis ratio habenda foret.

c *Nemo ambigit*) Adeò præstat virilis sexus fœmineo, vt minimè sit ambigendum, quin mares fœminis, in pari dignitatis splendore existentibus, præferantur, cùm & si maiore fulgerent dignitate mulieres, eis viri anteponantur: vt Vlpianus subiicit.

d *Præfectorius*) Vt consulares appellatos docuimus, qui consulatu functi 10
sunt: ita præfectorios, qui præfectura.[r] Hoc siquidem Romanis in more positum fuit, vt finitis tempore honoribus, dignitatum aliquis splendor remaneret.[s] Et qui consul, præfectus, aut prætor fuerat, perpetuò consularis, præfectorius, aut prætorius esset, ac reliquos omnes, qui antè se in eadem non fuerant dignitate præcederet, & in senatum lectus esset, voce ferret suffragium, quod aliis non licebat.[t] Et consularis iterum factus consul cum eo qui antè consul extitisset, prior fasces sumeret: licet collega natalibus clarior, aut ætate venerabilior haberetur.[u] Quod & Tacitus subindicat, cùm scribit, Augustum Atteio Capitoni consulatum accelerasse: vt Antistium Labeonem dignatione tanti magistratus, perpetuò anteiret.[x]

e *Præferatur*) Hîc ambigi poterat: cùm consularis dignitas maior sit præfectoria quare videbatur prima fronte consularem fœminam præfectorio
viro

Consularium prærogatiua.
Consularis fœmina.
Senatulū mulierū.
Semiamira senatū ingressa.
Mesa Varia.
Heliogabali mors
Artemisia Regina.
Mulier cur officiis arceatur.
Præfectorius.

f Gellius li. iiij. noct. Att. c. 10.
g Suet. in Claud.
h l. Imperialis. §. similes. C. de nup.
i Lampr. in Heliogabalo. Plinius ad Iun. Mauri. lib. j. epistol.
k Lamprid. in Heliogabalo.
l l. j. ff. ad S.C. Velleia. l. ij. ff. de reg. iur.
m l. eū prætor. versi. pe. ff. de iud.
n l. deferre. in pr. ff. de iur. fis.
o Ioseph. li. iiij. ant. Iudaic. c. 6.
p l. mulieres. C. de digni. lib. 12. l. fœmine. j. hoc tit.
q l. j. & ij. C. de præfe. præto. li. 12. l. ij. C. vt digni. ord. eod. lib. & hic.
r l. vlt. §. vacātes. C. vt digni. ordo. lib. 12.
s l. ij. ff. de decuri.
t l. vlt. vbi dicā. infrà hoc tit.
u l. j. ff. de Alb. scri.
x Cor. Taci. li. iij.

viro anteponendam.

f *Præferri*) Nempè virum præfectorium, conſulari fœminæ.

g *Sexu virili*) Hæc ratio nimium generalis videtur: quippè concludit, virum etiam in dignitate non conſtitutum conſulari fœminæ præferendum: cùm ad ſolum virilem ſexum attendere videatur. Dic igitur præfectorium virum conſulari fœminæ præferri: quia licet dignitas conſularis, maior ſit præfectoria: tamẽ quia præfectorius ea dignitate fulget, ex ſe & proprio iure, fœmina autem alterius ſplẽdore & beneficio, nimirùm mariti: maior hac ratione dignitas præfectoria dicitur in ſexu viri, q̃ conſularis in fœmineo.[y]

y l. ſi Auguſta. ff. de leg. ij.

Saturninus.

11 h *Saturninus*) † De hoc Saturnino Iuriſconſulto qualis ille fuerit, quóve floruerit ſeculo, nihil certi quod promam habeo: niſi quòd libros decem ad edictum ſcripſit.

Mater nõ claret filij honoribus.

i *Receptum*) Vt videlicet matres conſularium virorum conſulares dicantur.

12 † Indéque annotabis, filij claritudine, & dignitate matrem non ſplendere. Ideóque nec matrem Regis (niſi defunctus maritus Rex fuiſſet) nos Regi-

Regina quæ.

13 nam vocamus. † Sed eo duntaxat titulo Regis vxorem ornamus: quæ radiis mariti fulget, & coruſcat:[z] parentibus non ignoro ſingulari quandoque priuilegio dignitatis prærogatiuam filios tribuere.[a] Verùm ad conſequentiam produci non debent quæ propter publicam aliquam vtilitatem ſingulariter ſunt conſtituta.[b]

z l. fœmina. ſ. hoc nt.

a l. in ſacris ij. C. de prox. ſac. ſcrin. lib. 12. §. hac itaque. in auth. de cõſul. col. iiij.

b l. quod verò contra. ff. de leg.

L. [a] II. CASSIVS.

Marcellus lib. 3. Digeſtorum.

Caſſius Longinus[a] non putat ei permittendum, qui propter turpitudinẽ[b] ſenatu motus[c] nec reſtitutus eſt,[d] iudicare, vel teſtimonium dicere.[e] quia lex Iulia repetundarũ[f] hoc fieri vetat.[g]

SVMMÆ.

1 *Caſſius Longinus.*
2 *Turpitudo.*
3 *Senatores ſenatu moti.*
4 *Cenſorum poteſtas.*
5 *Ceritum tabula.*
6 *Ærarius.*
7 *Reſtitutio principis.*
8 *Repetundarum lex.*
9 *Verris accuſatio.*
10 *Titia lex.*
11 *Othonis factum audaciſſimum.*

Caſſius Lõginus.

1 a CAſſius *Longinus*) Hic † Iuriſconſultus multi nominis fuit: nec iuris modò, ſed diſciplinæ quoque militaris valdè peritus: de quo alibi commodiùs plura.[a]

a l. ij. §. hinc ſucceſſit. ff. de orig. iur.

Turpitudo.

2 b *Turpitudinem*) † Hoc eſt delictum.[b] puta quia largitione, ſeu pecunia corruptus eſt: vt quid ex officio faceret, aut non faceret. Cuiuſmodi magiſtratus non ſolùm ordine moueri, ſed etiam pellem eis detrahere, & eam tribunali imponere, quo cæteri terrerentur, vt Cambyſis exemplo, oporteret.[c] Poſſet hoc quoque loco turpitudinis verbum, ſine ſcelere & ignominia accipi, ſi non legis Iuliæ repetundarum, Marcellus meminiſſet: quandoquidem pleroſque ſenatu quondam motos ob cauſas, non valdè grauem notam inurentes prodat hiſtoria. Cornelium enim Ruffinum, Fabricius cenſor ſenatu eiecit: quòd decem pondo vaſa argentea luxurioſo exemplo comparaſſet.[d] L. Antonium item, Marcus Valerius & Iunius Brutus cenſores ſenatu mouerunt, quòd vxorem nullo amicorum in conſilium adhibito, repudiaſſet.[e] à Tyberio quoque Latum clauum legimus ademptum ſenatori, qui ex conductis ædibus in hortos demigrauerat, quo vilius poſt legitimum conductionis diem, ædes in vrbe conduceret:[f] & quæſtorium virum, quòd hiſtrionum more quandoque geſticularetur Domitianus ſenatu deturbauit.[g]

b l. milites. §. miſſionũ. ff. de re milita.

c Herodo. lib. iij. qui Thalia inſcribitur.

d Val. Max. lib. ij. c. iiij.

e Val. Max. vbi ſuprà.

f Suet. in Tyberio.

g Suet. in Domit.

Senatu qui moueretur.

3 c *Senatu motus*) † Mouebantur, hoc eſt eiiciebãtur è ſenatu olim ſenatores

censorum arbitrio:qui poterant omnibus ordinibus ignominiæ notas inure
te.[h] Sed præsertim iudicium senatus de dignitate veteres apud eos esse vo-
luerunt.[i] † Nam aiebat lex censoria, *Probrum in senatu ne relinquunto*)[k] M. Por 4 Censorũ potestas.
cium,& L. Valerium censores septem mouisse senatu, ex quibus vnum in-
signem,& nobilitate,& honoribus, L. Quintium Flaminium, consularem,
Liulus authot est.[l] L. Cæcilius Metellus,& Cn. Domitius Ænobarbus cen-
sores duos supra triginta,senatu mouerunt.[m] Sed longo post interuallo aspe-
riores fuerunt C. Lentulus,& L. Gellius,à quibus in censura quatuor & sexa-
ginta senatu moti sunt.[n] Itaque senatorem probro aliquo,aut ignominia te-
spersum,censores senatu mouebant. Equiti verò publicum equum adime-
bant.† Plebeium in Ceritum tabulas referebant,† & ærarium faciebant: vt 5 Ceritum tabulæ.
scilicet iure suffragij,& albo suæ centuriæ priuatus, non amplius ciuis habe- 6 Ærarius.
retur:nisi ad æs pendendum tributi nomine,pro capite suo:[o] quæ omnia ali-
bi,censorum dignitatem pertractantes, opportunius à nobis exposita sunt.[p]
Translato autem in principem imperio, Cæsares motum correctionem su-
sceperunt:à quibus ideo,aut eorum authoritate,non etiam censorum,sena-
tores ordine moueri cœperunt.[q]

d *Necrestitutus est*) † A principe scilicet. Neque enim alterius beneficio, po- 7 Restitutio principis.
test ad senatorium ordinem,aut aliam dignitatem redire,qui semel ea extru
sus fuit.[r] Quòd si principis authoritate restitutus fuerit:omnia poterit agere,
quæ fecisse iure potuisset,si senatu nõ fuisset eiectus.[s] Princeps etenim cùm
restituit:honoribus,ordini,& cæteris omnibus restituit,[t] ac perinde restitu-
to,omnia in pristinum statum reponuntur.[u]

e *Testimonium dicere*) Damnatus est enim publico iudicio, ac ideo infamis.[x]
nec testimonij dictionem habens.[y]

f *Repetundarum*) † Legem de pecuniis repetundis,qua senatores tantùm te- 8 Repetundarũ lex.
nebantur,Calphurnius Piso,is qui frugi cognominatus est, Tribunus plebis,
Censorino & Manilio Coss. primus tulit.[z] Lata deinde est à C. Seruilio
Glaucia:[a] demùm à L. Sylla:[b] Posteà M. Acilius Glabrio de pecuniis repe-
tundis legem seuerissimam, qua competendinatum reo tollebat. Lata po-
stremo est à Caio Iulio Cæsare, in primo consulatu, in qua multa seueriùs
scripta sunt, quàm in antiquis legibus.[c] Equidem harum omnium poste-
riorum legum interpretatione, teneri ea lege cœperunt, quicunque magi-
stratus, & publico muneri præfecti, qui ærarium, vel prouinciarum pecu-
nias, aut dona depeculati essent, nequitérque extorsissent.[d] † Hac lege 9 Verris accusatio.
postulatus est à Siculis Verres, qui prætor in Sicilia auarè, libidinosè crude-
litérque versatus, prouincialium pecunias, vi & dolo, per omne fas expilaue-
rat. In quem extant diuinæ adhuc illę Ciceronis actiones.[e] † Porrò cùm le- 10 Titia lex.
gem Titiam (qua antiquitus cauebatur, ne quis ob causam orandam pecu-
niam donúmve acciperet) populus flagitaret ab Imperatore Claudio, prin-
ceps aduocatis quoque in exactione pecuniarum posuit modum, vsque ad
dena sestertia: quę egressi, repetundarum tenerentur.[f]

g *Fieri vetat*) Hac lege damnatus inquit Venuleius, testimonium publicè
dicere, aut iudex esse, postularéve prohibetur.[g] † Adhęc non pręteribo, 11 Otho Syluius.
quod de Othone Syluio legitur: eum adeò suę potentię confidisse, vt ausus
fuerit introducere in senatum ad gratias agẽdas, eum qui damnatus erat re-
petundarum, & necdum restitutus erat, sperans se cùm vellet à Nerone re-
stitutionem absolutionémque impetraturum:[h]

h Cicer. pro Cluent. Liuius lib. 29.
i Cic. pro de. sua.
k Cic. lib. 3. de leg.
l Liuius li. 36.
m Liuius li. 62.
n Liuius li. 98.
o Asco. Pedia in diuina. Cic.
p l. ij. §. post deinde. ff. de orig. iur.
q Suet. in Domitia.
r l. placet an fi. C. de episco. & cler. l. si aliquid C. de susce pte. lib. 10. l. iudices C. de dig. li. 12.
s l. j. §. eum qui. ff. de postul.
t l. j. C. de sent. pas.
u §. eum autem ad fi. Inst. qui. mo. ius pat. pot. sol.
x l. infamem. ff. de public. iud.
y l. iij. §. lege. ff. de testib.
z Ci. de clar. orat. pro Rabirio, & act. iij. in Verrem.
a Ci. pro Rab.
b Cic. in ead. orati. pro Rabirio.
c Cic. pro Rabirio.
d Cic. iij. offic.
e Cic. in Verrem.
f Corn. Tacit. li. 11.
g l. eadem. §. j. ff. ad l. Iul. repetunda.
h Suet. in Othone.

L. III. SENATOREM.

Modestinus lib. 6, regularum.

Senatorem remotum senatu,[a] capite non minui.[b] Sed Romæ
mo-

morari [c] diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt.

SVMMÆ.

1 *Senatu motus vrbe non arcetur.* 4 *Latini sermonis ignorantia punita.*
2 *Caput pro statu.* 5 *Septimius Seuerus Imperator.*
3 *Capitis minutio triplex.* 6 *Doctrina Seuerum euexit ad Imperium.*

a REmotum senatu) Etiam propter delictum, [a] neque enim vsquam legi, 1 † motum senatu, vrbe prohiberi: aut libertatem, vel familiam amittere, licet infamis fiat. [b] Neque verò ignoro in milite per ignominiam misso nominatim constitutum, eidem non licere vrbem ingredi. [c] Verùm pœnæ (quas semper interpretatione molliendas, non etiam exasperandas, Hermogenianus scripsit) [d] ad exemplum, aut consequentiam trahi non debent. [e]

2 b *Capite non minui*) † Capitis diminutio, est commutatio prioris status. [f] quo 3 fit manifestū, † Caput hîc, pro hominis statu accipi, vt & apud Ciceronem, cùm ait. Lex quæ erat contra omnes leges, indemnati ciuis, atque integri capitis. [g] Quoniam autem status hominis libertate, ciuitate, & familia continetur: [h] sic a lege constitutæ tres species diminutionis capitis: seu vt M. Cicero loquitur, demptionis de capite: [i] nimirùm maxima, minor, minima. Maximam Iurisconsulti vocant, quæ ciuitatem, & libertatem simul adimit. vt quoties quis fit ex libero seruus. [k] vel atrocitate sententiæ, veluti damnatus in metallum, aut obiectus bestiis, [l] vel propria alioqui culpa: vt cùm libertus ingratus, postulāte damno in priorem seruitutem redigitur. [m] aut pretij participandi gratia, quis sese vænire passus est. [n] Minor diminutio capitis est, cùm amissa ciuitate, libertas retinetur. [o] quod iis potissimum contingit, quibus aqua, & igni interdictum est. [p] In cuius pœnæ locum hodie successit deportatio. [q] Minimam verò capitis diminutionem dixerunt, per quam sola familia perditur libertate & ciuitate conseruatis. [r] Qualem arrogati patiuntur, quos adeo mutasse familiam cōstat, vt non ipsi modo, verùmetiam eorum liberi, ac omnes fortunæ, in potestatem transeunt arrogatoris. [s] Sic & emancipatus, quia extraneus intelligitur, agnationísque & familiæ iura amittit. [t] Capite dicitur diminutus. [u] Seruus autem quia neque libertatis, neque ciuitatis, neque etiam familiæ (in quibus caput, hoc est statum hominis, consistere diximus) ius habet vllum, per manumissionem capite non dicitur minui. [x] Nec enim amittere, aut mutare quisquam potest, quod nunquam habuit. [y] Pariter qui dignitate aut magistratu eiiciuntur, licet infames fiant, si ob delictum moueantur: [z] quia tamen neque ciuitatem, neque libertatem, neque familiam amittunt, capite non minuuntur. [a] Et ideo tradit hîc Modestinus eos in ciuitate remanere posse: quamuis existimationem, quæ status est illæsæ dignitatis, diminui contingat. [b]

c *Romæ morari*) Siue motus sit ob negligentiam, [c] siue ob longam valetudinem, siue etiam ignominiosè propter delictum: cùm neque ciuitatis vt dixi, neque libertatis, neque familiæ detrimentum patiatur. [d] Seuerior ergo 4 fuit Claudius in censura, quàm par esset, qui splendidum † virum, Græcíæque prouinciæ principem, cæterùm latini sermonis ignarum, inter peregrinos retulit: tanquam Romana ciuitate foret indignus, qui nesciret latinè loqui. [e]

d *D. Seuerus*) Duo fuerunt Imperatores Seueri: Septimius scilicet qui Didio Iuliano successit. & Alexāder, successor Heliogabali. De hoc cùm superius quædam perstrinxerimus, [f] non incōmodè facturus mihi videor, si non-5 nulla de Septimio Seuero, in præsentiarum dixerò. † Cùm itaque Didio Iuliano, senatus authoritate, abrogatum fuisset imperium: Gregorijque militis

Senatu motus, vrbe non arcetur.

Capitis minutio.

Caput pro statu.

Maxima capitis minutio.

Minor.

Minima.

Latini sermonis ignoratio coërcita.

Seueri Imperatores, duo.

Septimius Seuerus.

a *l. cognitionū. §. j. ff. de var. cogn.* b *l. praeced. vbi dixi.* c *l. sed & milites. § scribit. ff. de excus. tut.* d *l. penul. ff. de pœn.* e *l. j. in fi. ff. de const. princ.* f *l. j. in fi. ff. de cap. dimin. §. j. illo tit. in Inst.* g *Cic. in Pisonem.* h *l. vlt. ff. de cap. dimin.* i *Cic. in Verrē.* k *§. maxima. Inst. de cap. dimin. d. l. fin.* l *l. iij. l. quidam. ff. de pœ. §. pœna. Instit. quib. mo. ius pat. pot.* m *l. ij. l. quida. ff. de pœ. §. pœnæ. Instit. quib. mo. ius pat. pot.* n *l. ij. C. de libe. & eo. lib.* o *l. & seruorū. ff. de stat. ho. §. pen. Instit. de iur. pers.* p *§. minor. Instit. de cap. dimin. d. l. fin.* q *l. quidā. ff. de pœn.* r *l. iij. ff. ad l. Ful. pecul. l. ij. §. j. ff. de pœn.* s *§. minima. de ca. dim. d. l. fin.* t *l. pen. §. testamento. ff. de secun. tab. l. si paterfam. ff. de adopt.* u *§. cæteri. de her. qual. §. emancipati. Instit. de hæred. qua ab intest.* x *d. l. iij. §. fi. d. §. minima.* y *§. seruus. Instit. de capit. dimin. d. l. iij. §. fin.*

z *l. Sempronius Attalus. ff. de vsufruct. lega. l. decem. ff. de verbor. oblig.* a *l. præcedenti.* a *§. quibus. Institut. de capit. diminut. & hac l.* b *l. cognitionum. §. minuitur. ff. de var. cogn.* c *l. si quos. C. de offic. præfect. præto. Affric.* d *§. quibus. Instit. de cap. dimin.* e *Sueton. in Claud.* f *l. nam imperator. ff. de adopt.*

opera, & iubente senatu idem Iulianus in palatio necatus esset: Seuerus, imperator dictus est. Vir natione Afer, ortus Leptis, & Tripolini oriundus.† Latinè, Græcéque impensè doctus: Matheseos peritus, & quem humili loco natum, per literarum & militiæ officia, plurimis gradibus, ad imperium fortuna traduxit. Etenim quæsturam primùm in Sardinia gessit: deinde legationem proconsulis Africæ obiuit, in qua fertur, cùm Leptitanus quidam ex ciuibus suis vnus, cæterùm plebeius, eum præcedentibus fascibus, vt veterem amicum, & antiquum contubernalem, familiariter amplexus esset, se iubente fustibus cæsum, sub elogio, *Legatum populi Romani homo plebeius temerè amplecti noli.* Dein à M. Antonino, tribunus plebis creatus, nec multo pòst designatus prętor ętatis suæ anno trigesimosecundo, túmque ad Hispaniam missus, ac demum iiij. legionibus, Scythicæ circa Massiliam præpositus, tandémque Lugdunensem prouinciam legatus, accepit: tantúmque à Gallis, ob seueritatem, & continentiam dilectus, quãtum antea nemo. Pannonias deinde, móxque Siciliam, proconsulari imperio rexit. ad consulatum posteà euectus, quem cũ Apuleio Rufino gessit. quo finito, exercitui Germanico præpositus est. In Germaniámque profectus, tã prudenter se gessit, vt fama multis omnibus cumulata, cùm auditum esset Iulianum magno omnium odio imperare, à Germanis legionibus apud Carnutum, licet repugnans, imperator sit appellatus. Vnde à senatu, Iuliano authore, hostis est declaratus. Verũ is Romam celeriter contendens, Iulianum occidi in palatio curauit: senatu etiam manum ei rei præbente: à quo centum senatores legati, ad Seuerum missi sunt, qui eum, quod nulli vnquam contigit, Romani inuitarent, & gratularentur, Romam exinde venit, quam armatus ingredi, & cum armatis militibus Capitolium ascendere, voluit. Imperauit fœliciter & continẽter, nisi quod crudelissimus fuit. Nam eius iussu multi senatores summíque, ac illustres viri, interempti sunt. Vnde senatus, de eo ita iudicauit, illum aut nasci non debuisse, aut mori. quod & nimis crudelis, & nimis vtilis reipublicæ videretur. Nam & imperium fortiter administrauit, omnémque orientem Parthis, Arabibus & Adiabenis deuictis Romanæ maiestati restituit. Cibi parcissimus, leguminis patrij cupidus, vini aliquanto auidior. Carnis frequẽter ignarus. Ipse decorus, ac vultu reuerendus. Eboraci in Britannia iam senex, morbo articulari consumptus est, anno ætatis suæ octogesimo nono: aut vt alij volunt sexagesimo quinto, & imperij duodeuigesimo. Cuius hæc vltima verba feruntur. *Turbatam rempublicam vbique accepi, pacatam etiam Britannis relinquo senex, & pedibus æger firmum imperium Antoninis meis relinquens, si boni erunt, imbecillum, si mali.* sed iam Ausonij Tetrastichon subnectere tempestiuum est.

Eruditio Seuerum ad imperium traduxit.

Seueri crudelitas.

Impiger è gelido mouet arma Seuerus, ab Histro
Vt, parricidæ regna adiuuat Didio.
Punica origo illi, sed qui virtute probaret,
Non obstare locum cùm valet ingenium.

Eius cineres, corpusculo ignibus tradito cum odoribus, in vasculum alabastri coniecti & loculo aureo obuoluti, Romam aduecti sunt, in sepulchrúmque Antoninorum conditi.

L. IIII. QVI INDIGNVS.

Pomponius lib. 12. ex variis lectionibus,

Qui indignus est inferiore ordine, [a] indignus est superiore. [b]

SVM-

SVMMÆ.

1 *Ordo dignitatum.*
2 *Gradus honorum.*
3 *Maioribus arcetur, qui prohibetur minoribus.*

Dignitatum ordo.

1 a INferiore ordine) Fuit Romæ † ſemper in honoribus ordo,& gradus quidam, vt alij, alijs maiores eſſent, aut minores.[a] Vnde vel ab ipſo ciuitatis
2 initio, duo ordines conſtituti, † Senatorius videlicet, ac plebeius: deinde adiectus eſt equeſtris, qui medium obtineret locum.[b] Itaq; ſenatorius ordo ſuperior,& maximus fuit: medius equeſtris, & inferior plebeius.[c] Sic & quæſtura, primus gradus honoris, Ædilitas deinde, primus magiſtratus ad honoriſque (ſicut M. Cicero ait) amplioris gradum aſcenſus:[d] poſt Ædilitatem Prætura, ac demum Conſulatus.[e] denique inter ſenatores quoque ipſos, dignitatum ordinem fuiſſe certum eſt. Nam alij conſulares erant, alij præfectorij, alij prætorij, alij quæſtorij, alij verò ſimpliciter ſenatores.[f] Rurſus primi ordinis Senatores (inquit Iſidorus) illuſtres erant, ſecundi ſpectabiles, tertij clariſſimi.[g] Sed de iis commodiùs paulò infrà.[h]

Senatorius ordo.

Maiori dignitate prohibetur, qui ad minorem aſpirare vetatur.

3 b Superiore) † Veluti, qui equeſtri ordine indignus eſſet, multò magis ſenatorio. ædilitate, prætura, aut conſulatu. Equidem perridiculum foret, eum qui minoribus prohibetur, maioribus fungi.[i] Contra tamen ad maiora vetitus aſpirare minoribus non arcetur.[k]

a §. illud. in auth. col. iij. §. fin. in auth. de non alie. col. 6.
b l. vnic. C. de equeſtri dig. li. 12. dixi. l. iu. §. ex his. ff. de orig. iur.
c l. plebs. ff. de ver. ſig.
d Cic. lib. iij. de legib.
e Cic. pro Plã.
f l. ſpadonẽ. §. j. ff. de excuſ. tut.
g Iſidor lib. 9. c. iiij. Alciat. lib. iij. diſpunctio. c. iiij.
h l. fin. inf. hoc tit.
i l. cui pacto ff. de ſer. export.
k l. relegatorum. §. fin. ff. de interdict. & relega.

L. V. SENATORIS. 1.

Vlpianus lib. 1. ad l. Iuliam & Papiam.

Senatoris filium[a] accipere debemus, non tantùm eum, qui naturalis eſt,[b] verùm adoptiuum quoque.[c] Neque intererit à quo,[d] vel qualiter[e] adoptatus fuerit. Nec intereſt iã in ſenatoria dignitate conſtitutus eum ſuſceperit, an ante ſenatoriã dignitatem.[f]

SVMMÆ.

1 *Filij ſenatoris prærogatiua.*
2 *Naturalis filius.*
3 *Filius natus ante paternam dignitatem.*
4 *Filius regis qui.*

Filiorum ſenatoris prærogatiua.

1 a FIlium) † Filij ſenatorum ſplendore paterno irradiati ſordidis omnibus & extraordinarijs muneribus ſunt exempti.[a] lege item Papia, ſenatorum exemplo, libertinam vxorem ducere prohibentur.[b] Deinde ex conſtitutione diui Marci quæſtionibus, vel plebeiorum pœnis minimè ſubijciuntur.[c] In aliiſque multis iuris articulis ſenatores ipſi magnum ſuis fulgorem tribuunt ſenatoriæ dignitatis. Quocirca percommodè Vlpianus noſter, in interpretatione Iuliæ,& Papiæ legis, explicare parat, quis ſenatoris filius cenſeatur,& dici debeat.

Naturalis filius.

b Naturalis) Iuuat hic locus. probant & alij ſexcenti, quòd paſſim annotare
2 ſoleo, † naturalis filij verbo à Iuriſconſultis, eum plerúmq; ſignificari, quem nos filium naturalem & legitimum ſimul nuncupamus.[d]

c Adoptiuum quoque) Quandiu tamen permanet in adoptantis familia.[e]

d A quo) An ab agnato, vel ab extraneo.

e Qualiter) An principis authoritate, vel magiſtratus imperio.[f]

Filius natus ante paternam dignitatem.

3 f Ante ſenatoriam dignitatem) † Vtroque quippè caſu, ſenatoris filius cenſebitur. Quemadmodum de filiis decurionum, qui ex plebeia familia, ante decurionatum editi erant, reſponſum eſt.[g] Et generaliter liberos quandocunq; genitos, paterna prærogatiua cohoneſtandos Theodoſius cõſtituit.[h] Quod tamen ex humanitate quadam, receptum eſſe, quãtum pertinet ad ſordidorum munerũ excuſationẽ, vitandas pœnas, cæteráque odioſa refugiẽda, accipi pleriq; putãt.[i] exiſtimãtes dignitatẽ ad filios ante partum honorẽ ſuſce-
4 ptos nõ trãſire: ſed priuatos, & in priſtina cõditione manere.[k] † Vnde ſi lex

a l. filij. §. pen. ff. ad municip. l. ſen atorum. C. de dignit. li. 12.
b l. lege. ff. de ritu nupt.
c l. diuo. C. de quæſtio.
d l. nepotes. vbi dixi. ff. de iis qui ſunt ſui.
e l. ſequenti.
f l. ij. ff. de adopt.
g l. moris. §. fin. ff. de pœn. l. ij. §. in filijs. ff. de decurion.
h l. cum aduocatio. C. de aduo. diuer. iud.
i d. §. in filijs. d. §. fin.
k l. ſi ſenator. C. de dign. lib. 12. l neminem. in fi. l. fi. §. fi. C. de decurio. lib. 10.

regni primogenitum succedere vult, opinantur, susceptum ante adeptam à patre coronam, si supersint editi post nactam regni dignitatem excludi.[l] quos & Artaphernis iudicium valdè iuuerit, qui Xersem, Artabazani fratri, natu maximo, regnúmque sibi ætatis prærogatiua vendicanti idcirco præposuit, quòd eo tempore Artabazanes editus probaretur, quo Darius pater priuatus erat.[m] Cæterùm fuit illud præposterum, vt mea fert opinio iudicium.[n] si non ex antiquis Græcorum moribus defendatur, quos eo iure semper vsos constat, vt regni successio sit eorum, qui è patre iam rege nascuntur primigeniis etiam, ante quæsitum regnum susceptis, omninò exclusis.[o] Ad quem denique morem, existimaui semper constitutiones Leonis, Zenonis, & Iustiniani principum Græcanici sanguinis, quique leges suas, in Græcia ediderunt, ac promulgârunt, respicere. dum in tribuenda filiis dignitate, plurimum interesse voluit, an filius ante, vel postea nascatur, quàm pater dignitatem nactus sit.[p] vt si meritis legibus, & moribus Romanorum, res ipsa diffiniri debeat, non dubitem confirmare, primigeniis quibuscunque, licet ante quæsitam à patre regiam dignitatem progenitis, regni successionem deberi.[q] Lex enim filium primogenitum Regis vocat: non itaque interest, in Regia dignitate pater constitutus eum susceperit, an ante: vt talis filius dicatur.[r] † Sic enim Heraclius Imperator Constantinum nonum, quem ex Fa- 6
bia Eudocia, priore coniuge, priuatus adhuc susceperat, in imperio successorem habuit, exclusis Fabio, & Dauide: quos ex Martina posteriore vxore, Heraclius arrepto imperio, sustulerat: quamuis Martinæ nouercæ dolis, venenóque sublatus Constantinus, non diu imperauerit.

l l.y.§.proximũ ff. de suis & legi. d.§. an filiis. d.§. fin.
m Herodot. li. 7. qui Polymnia, inscribitur. Iustinus li. ij.
n d.§. proximũ.
o Herodotus vbi suprà.
p l. si senator. C. de dignit. li. 12. l. pen. C. de principib. ag. in re. eo. lib. l. neminem. C. de decurio. lib. 10.
q d. l. y. §. proximum. ff. de suis & legit.
r vt hac l. nostra.

Regis filius qui.

Heraclius Imperator.

L. VI. SENATORIS II.

Paulus lib. 2. ad l. Iuliam & Papiam.

Senatoris filius est & is, quem in adoptionem accepit, quandiu tamen in familia eius manet.[a] Emancipatus enim nomen filij emãcipatione amittit.[b] A Senatore verò, in adoptionem filius datus, ei qui inferioris dignitatis est, quasi senatoris filius videtur:[c] quia non amittitur Senatoria dignitas[d] adoptione inferioris[e] dignitatis: non magis quàm vt consularis esse desinat.[f]

SVMMÆ.

1 *Adoptiuus an senatoris filius.*
2 *Natura plus potest quàm ars.*
3 *Adoptio non minuit ius.*
4 *Consularis non potest talis esse desinere.*

a **M**anet) Explicat Iulius Paulus, quo pacto accipiendum sit, quod supra dictum est,[a] † Senatotis filium censeri etiam eum, qui adoptione 1
quæsitus est. Hoc enim interpretatur verum. quoad manet ille in familia patris adoptantis.

b *Amittit*) † Filius adoptatus per emancipationem filij nomen perdit. nul- 2
lum siquidem finita patris adoptiui potestate (præterquam ad impedimentum matrimonij[b]) ex pristino iure, retinetur vestigium.[c] quamuis in natutali diuersum statuatur.[d] Nec est obscura differentiæ ratio. quia scilicet iura naturæ non dissoluantur: sicuti quę arte tantùm consistunt.[e]

c *Filius videtur*) † Per adoptionem enim non minuitur dignitas, sed augetur 3
potius.[f] Vnde nec cognationem adoptiuus amittit,[g] nec in subeundis honoribus ius originis commutat.[h] Et generaliter traditum ad augmentum intro ducta, non operari diminutionem.[i]

a l. præcedenti.
b l. quinetiam. ff. de ritu. nupt. §. & hæc adeo. Inst. de nup.
c l. in omni. ff. de adopt.
d l. sequenti.
e l. y. §. fi. ff. de vsufruc. ea. re. §. fi. Inst. de leg. ag. tutel.
f l. per adoptionem. ff. de adoptio.
g l. j. §. cognationem. ff. vnd. cog.
h l. ordine. §. fi. ff. de decurio.
i l. legata inutiliter. ff. de leg. j.

Adoptiu9 senatoris filius.

Natura potentior arte.

Adoptio non minuit ius.

d Se-

d *Senatoria dignitas*) Qua filius ſenatoris, præſertim ex patre iam ſenatore ſuſceptus ſplendet ac illuſtratur.[k]

e *Adoptione inferioris*) Vnde ſi Patricius, ſe homini plebeio, arrogandum dederit, Patricius nihilominus manebit.[l] quo præclarè Clodiani Tribunatus commentum M. Cicero refellit.[m]

Conſularis non deſinit eſſe.

4 f *Deſinat eſſe*) † Conſularis vir, hoc eſt qui conſulatu iam defunctus eſt, ſi in adoptionem ſe homini plebeio dederit, non ideo deſinit eſſe conſularis.[n] Qui enim ſemel conſul extitit, non poteſt non fuiſſe.[o] Nec minuit, vt diximus, dignitatis ſplendorem adoptio.[p] Vnde ratiocinatus à ſimili noſter Paulus, pariter tradit, ſenatoris filium adoptione inferioris non deſinere Senatorium eſſe.

k l. ſi ſenator. C. de dig. li. 12.
l l. præcedenti.
l d. l. per adoptionem. ff. de adoptio.
m Cic. pro domo ſua.
n vt hac l.
o l. an bello. §. facta. ff de cap.
p d. l. per adoptionem.

L. VII. EMANCIPATVM.

Vlpianus lib. 1. ad l. Iuliam & Papiam.

Emancipatum à patre ſenatore, quaſi ſenatoris filium, haberi placet.[a] Item Labeo ſcribit, etiam eum qui poſt mortem patris ſenatoris natus erit, quaſi ſenatoris filium eſſe.[b] Sed eum qui poſteaquam pater eius de ſenatu motus eſt, concipitur, & naſcitur, Proculus & Pegaſus opinantur, non eſſe quaſi ſenatoris filium. quorum ſententia vera eſt. Nec enim propriè ſenatoris filius dicitur is, cuius pater ſenatu motus eſt, antequam naſceretur.[c] Sed ſi quis conceptus quidem ſit, antequam pater eius ſenatu moueatur, natus autem poſt patris dignitatē amiſſam, magis eſt, vt quaſi ſenatoris filius intelligatur. tempus enim conceptionis ſpectādum[d] pleriſque placuit.

a l. tutelas. §. j. ff. de cap. diminu. l. pronuntiatio. §. fi. ff. de verb. ſig.
b §. emancipati. Inſt. de hær. quæ ab inteſt.
c l. j. ff. de legit. tutor. §. j. Inſti. de hæred. quæ ab inte.
d l. ij. §. pen. ff. ad municip. l. ſenatorum. C. de dig. lib. 12.
e §. præterea Inſt. qui. mod. ius pat. pot.
f vt hac l.

SVMMÆ.

1. *Emancipatio quæ filio tollat.*
2. *Conceptus ante natiuitatem nihil eſt.*
3. *Natiuitatis tempus.*
4. *Conceptionis tempus quando ſpectandum.*

Emancipatio quæ auferat filio.

1 a HAberi placet) Contrarium † prima fronte videri poterat, quia ſui iuris effectus propriam familiam habens, extra patris agnationem & familiam eſt,[a] & vt extraneus habetur.[b] Verum id obtinet in hæreditatibus, tutelis, & aliis id genus negotiis, quæ non ſimpliciter filiis: ſed iis qui ſui ſunt, aut agnati, deferuntur.[c] Nos autem hîc agimus de dignitate, quæ ſimpliciter filiis à lege tribuitur.[d] Vnde licet poteſtatis patriæ ius emancipatione tollatur:[e] filiationis tamen qualitas durat. ac proinde quæſita ſemel filio dignitas, emancipatione non adimitur.[f]

Concept⁹ nihil eſt ante natiuitatem.

2 b *Filium eſſe*) † Qui eſt in vtero antequam naſcatur, non poteſt ſignificanter filius dici,[g] nec pupillus.[h] cùm nec homo rectè eſſe dicatur.[i] Cæterùm quoties de cōmodis eius tractatur, lex vult eum haberi pro nato:[k] vt omnia iura ſcilicet in naſcendi tempus ei reſeruentur.[l] Qua ratione natū poſt mortem patris ſenatoris Vlpianus hoc loco ex Labeonis ſententia quaſi ſenatoris filium eſſe ait.

c *Naſceretur*) Et conciperetur: vt ex Proculi, & Pegaſi opinione iam Vlpianus docuit. Et quoniam ſi ſenatu pater moueretur, poſt filij emācipationem aliud dicendum foret.[m]

Natiuitatis an conceptionis tēpus ſpectandum.

3 d *Conceptionis ſpectandum*) † Tempus conceptionis regulariter ſpectamus:[n] niſi filiis vtilius ſit partus, ſeu natiuitatis tēpus magis attendi.[o] Quippè

g l. filium. ff. de iis qui ſunt ſui.
h l. non eſt pupillus. ff. de ver. ſig.
i l. in lege. ij. ff. ad l. Fal.
k l. qui in vtero. j. & ij. ff. de ſtat. hom.
l l. antiqui. ff. ſi pars hær. peta.
m l. ij. §. in filiis. ff. de decurio.
n l. ex libera. C. de ſuis & legit. § illud Inſt. quib. mod. ius pat. po. ſol.
o l. & ſeruorū. §. fin. ff. de ſta. hom.

ſecundum filiorum commoda, vel diem cõceptionis, vel natiuitatis inſpicimus.[p] præterquam eo caſu, quo nuptiæ illicitæ fuiſſent, & prohibitæ ab initio.† Tunc ad ſolum conceptionis tempus reſpiciemus.[q] Et ideo conceptus 4
viuo auo, ſine cuius conſenſu filiusfamiliâs matrimonium contraxerat, legitimus non eſt: Quamuis eum naſci contingat auo mortuo quo tempore nuptiæ iuſtæ habentur.[r] Econtra verò concepti ante ſententiam diuortij ſunt legitimi, licet poſt diuortium naſcantur.[ſ]

Conceptionis tẽp⁹ quãdo ſpectandum.

p l. nuper. §. fi. C. de natur. liber.
q l. Paulus. ff. de ſtat. hom.
r d. l. Paulus, vbi dixi.
ſ c. ij. qui fil. ſint legit.

§. SI QVIS ET PATREM.

Si quis & patrem, & auum habuerit ſenatorem, & quaſi filius, & quaſi nepos[a] ſenatoris intelligitur. Sed ſi pater amiſerit dignitatem ante huius conceptionem, quæri poterit, an quamuis quaſi ſenatoris filius non intelligatur,[b] quaſi nepos tamen intelligi debeat? Et magis eſt, vt debeat:[c] vt aui potiùs ei dignitas proſit, quàm obſit caſus patris.[d]

SVMMÆ.

1 *Vnus vicem duorum ſuſtinet.*
2 *Cauſa quæ prodeſt ſpectanda.*
3 *Patris nota quando filio noceat.*

a *QVaſi nepos*) Duorum † igitur vicem vnus homo ſuſtinet, & repræſen- 1
tat,[a] quamuis id dicat Iulius paulus difficile.[b]

b *Non intelligatur*) Quia ſcilicet natus & conceptus ſit poſt amiſſam dignitatem.[c]

c *Vt debeat*) † Spectata potiùs cauſa quæ prodeſt, quàm quæ nocet.[d] facta 2
enim in benigniorem partem[e] interpretanda ſunt.

d *Caſus*) † Macula patris filio non nocet, quominus aui, & maiorum ſplen- 3
dore, dignitate, ac commodis filius ipſe perfruatur:[f] niſi parentis macula violati pudoris foret.[g] quia veluti pater ſpurius eſſet, aut illegitimus.[h] quo caſu deſcendentes neque patris neque aui claritate fulgent.[i] vſque adeo leges paternum incontinentię vitium refrenandum cenſuerunt.[k] Tum pręſertim cùm de iure ſingulari tractatur, quod publicè nocere poteſt.[l] verbi cauſa, ne pro crimine reus plebeiorum pœnis aut quęſtionibus ſubiiciatur.[m]

Vnus duorum loco eſt.

Cauſa quæ prodeſt attendenda.

Patris macula quando notam inurat filio.

a l. ſi conſul. vbi dixi. ff. de adoptio.
b l. ſi plures. ff. de pact.
c vt hac l. in prin.
d l. ſi vir vxori. ff. pro donat. l. iij. §. ſi quis palã. ff. de iur. fiſ.
e c. eſtote. ext. de verb. ſignifi.
f l. eum qui. ff. de interd. & releg.
g l. diuo Marco. C. de quæſt.
h l. ſia nobis. C. de adult.
i l. Paulus. l. lex naturæ. ff. de ſtat. hom.
k l. vlt. C. de nat. lib.
l l. eius militis. §. j. ff. de teſt. milit.
m d. l. diuo.

L. VIII. FOEMINÆ.

Idem lib. 6. Fideicommiſſorum.

Fœminæ[a] nuptę clariſſimis perſonis,[b] clariſsimarum fœminarum appellatione continentur.[c] Clariſſimarum fœminarum nomine, ſenatorum filię,[d] niſi quę viros[e] clariſſimos ſortitę ſunt, non habentur. Fœminis etenim dignitatem clariſsimam mariti tribuunt.[f] Parentes verò, donec plebeij nuptiis fuerint copulatę[g]. Tandiu igitur clariſsima fœmina erit, quandiu ſenatori nupta eſt, vel clariſsimo:[h] aut ſeparata ab eo, alij inferioris dignitatis non nupſit.[i]

SVMMÆ.

1 *Tribus quid.*
2 *Teſſera frumentaria.*
3 *Tri-*

a F*oemina*) Hoc Vlpiani responsum, vt subscriptio indicat, ab authore re-
latum est in tractatum fideicommissorum: quorum omnium clarissimę
personæ, idest senatoriæ dignitatis, capaces non sunt. Veluti tribus, quamuis
si hæres sit eius liberti cui tribus emenda erat, æstimatio ei debeatur.[a] de fœ
mina dubitari potuit, an velut persona clarissima eiusmodi legatis arcere-
tur? Ideóque ab Vlpiano hîc definitum, quæ fœminæ clarissimarum perso-
1 narum appellatione continerentur.† Quod verò Tribum (vt obiter mo-
neam) nonnulli[b] apud Scæuolam[c] interpretantur pro frumentario illo si-
gno, quod tenuioribus hominibus Romæ quondam dabatur, vt eo ostenso
(principis beneficio annonam elargientis, ne populus famesceret) certam
2 frumenti mensuram acciperent, (nostrates Iurisconsulti† Tesseram frumen
tariam vocant[d]) quasi inter tribus, qui signum hoc emisset, ea liberalitate
frueretur.[e] Neutiquam conuenit amplitudini senatoriæ dignitatis, ad quam
ideo non mihi videtur Scœuola,[f] tam mendicæ, miseræque rei suam retulis-
se disputationem. Magis igitur probo, vt vel Tribus nomine certam seruo-
3 rum familiam, cum Accursio intelligamus,[g] vel militiæ exemplo† Tribus
tum emi diceretur, cùm quis pecunia data se in tribum conscribi pacisceba-
tur: vt quæ propria essent Romanorum ciuium consequeretur.[h] Cuiusmodi
allectio, quia hæredi liberti in Scęuolæ responsio[i] minimè necessaria fuit.
(namque Romanus ciuis & senator erat) ne mora hæredis patroni, qui diu
tribus emptionem distulerat, sibi lucro esset: liberto verò, aut eius hæredi
damno: traditum ęstimationem clarissimo viro præstandam.
4 b *Clarissimis personis*) Veteres ita magistratus & ordines digesserunt: † vt a-
lij maiores, alij medij, alij minores essent.[a] Vnde & tres ordines in populo
Romano constituti: senatorius maximus, equester medius, & plebeius, infe-
5 rior.[b] In superiore quoque illo Senatorio, gradus itidem tres facti sunt.† Nã
ex senatoribus alij illustres, & hi supremi: alij spectabiles, qui medij: alij cla-
rissimi.[c] Quod nec Isidorum latuit.[d] Rursus ex senatoribus quidam patricij,
alij consulares, alij præfectorij, alij prætorij quæstorij.[e] præcipuus autem gra
dus fuit patricius & Consularis,[f] hoc est eorum senatorum, qui vel ex cen-
tum illis prioribus à Romulo creatis traxerant originem, vel summum con-
sulatus gesserant magistratum.[g] Qui cùm aut stemmatom, aut honoris &
virtutum claritate, veluti fulgore quodam præ cæteris splenderent, per an-
6 tonomasiam † clarissimi appellati sunt.[h] Et consularis dignitas in senatori-
bus, Clarissimatus nuncupata:[i] vt non iniuria Caius claris personis senatorẽ,
eiúsque vxorem annumeret.[k] Quo tamen dignitatis titulo nonnunquàm
honorariè donabantur, qui nec consules fuerant, nec in senatum allecti.[l] Ita
7 tamen vt illis semper anteponerentur, † qui illustres inquit Theodosius per-
egissent administrationes.[m] Vnde & Patricij consularésque ac cæteri maxi-
mis honoribus defuncti, peculiari nomine postmodum illustres dici cœpe-
runt.[n] communicata clarissimatus dignitate vniuerso ordini senatorio.[o] ita
vt Patricij, cùm consularibus clarissimi essent, & illustres: ac demum omnes
qui summos magistratus, hoc est imperium & iurisdictionem habentes,[p]
gesserant. qui dum in amplissimum ordinem asciti essent: sententiam in se-

Tribus.

Tessera frumentaria.

Tribus emptio.

Magistratus maiores & minores.

Dignitatum gradus.

Clarissimi.

Illustres.

a l. patronus. in pr. ff. de leg. iij.
b Alcia. lib. Parer. j. c. 16.
c d. l. patronus.
d l. sed etsi. §. j. ff. de ind. l. mortuo. §. j. ff. de leg. ij.
e d. l. patronus.
f d. l. patronus.
g Accurs. in d. l. patronus.
h l. vnicuique. l. si quis in sacris. & l. vlt. C. de prox. sac. scrinio. li. 12.
i d. l. patronus.
a §. illud in auth. de appel. & int. col. iiij. §. fi. in auth. de non ali. co. 6.
b l. plebs. ff. de ver. sign. l. vni. C. de equest. dig. lib. 12.
c l si senator. l. clarissimus. l. si grauius. l. pen. & fi. C. de dig. li. 12. l. vlt. vbi dicam hoc tit.
d Isidor. lib. 9. etymolog.
e l. j. vbi dixi. 3. hoc tit.
f l. vnic. C. de præpos. labo. lib. 12. l. fi. hoc tit.
g l. j. C. de dig. lib. 12.
h l. ij. §. fi. C. de iis qui ve. ata. imp.
i l. vnic. C. de equest. dig. li. 12.
k l. curator. ff. de cur. furios.
l l. ij. C. de domest. & protect. l. 12. l. vn. C. de equest. dig. eo. lib. l. si senator. C. de dig. eo. lib.
m l. fin. §. viros. C. vbi senat. vel clariss.
n l. fi. inf. hoc tit.
o l. ij. §. fi. C. de iis qui ve. ata. l. j. C. vbi senat.
p l. ij. ff. de in ius voc. l. sed etsi. § hac clausula. ff. ex qui. cau. maio.

natu dicere poterant, vt præfectorij, & prætorij, illuſtres appellati ſunt.[q] Cæ
teri verò omnes † clariſſimi.[r] Vnde clariſſimorum verbo, deſignare ſolent 8
Iuriſconſulti viros ſenatoriæ dignitatis.[ſ] Et Lampridius ſcribit, Alex. Seue-
rum præfectis prætorio ſenatoriam addidiſſe dignitatem, vt viri clariſſimi
& eſſent, & dicerentur. Indignum quippè exiſtimabat Imperator non ſena-
torem, de Romano ſenatu iudicare.[t] Cùm antea minimè poſſet prætorij prę
fectura cum honore ſenatorio coniungi.[u] Fœminam item quaſi clariſſimam
loco viri ſub Heliogabalo in ſenatum veniſſe, prodit hiſtoria.[x] Quibus ma-
nifeſtum fit ſenatores omnes clariſſimos eſſe:[y] licet nõ omnes clariſſimi ſe-
natores ſint.[z] vt in Patritiis, & in iis etiam, qui maximo funguntur magiſtra-
tu, necdum in ſenatum cooptatis cernere eſt.[a] Qua ratione puto, Seuerum
Antoninum, & Verum Imperatores proconſulem virum clariſſimum appel
laſſe.[b] eodémque clariſſimatus titulo ornatos ab Antonino Dacianum A-
uentium & Opellium Macrinum præfectos prætorio.[c] Nam & clari homi-
nes generali nomine dicuntur, qui vel honoris ſplendore, vel virtutum glo-
ria, vel ſtemmatum & maiorum imagine, velut in ſertis flores eluceſcunt, ac
inſigni quodam famæ fulgore reſplendent. vt cùm M. Cic. Demetrium ex
doctrina nobilem & clarum nuncupat.[d] & Pli. Socratem ſapientia clarum:
& Hippocratem medicinæ ſcientia clariſſimum.[e] † Sanè præpoſitos labo- 9
rum, quibus miniſtri omnes imperatoriæ domus ſuberant (Galli † magiſtros 10
domus aut hoſpitij Regis vocant) Imperator clariſſimos eſſe conſtituit ita,
vt ex conſularibus habeantur.[f]

c *Continentur*) † Honore quippè maritorum mulieres eriguntur, genere 11
nobilitãtur, eorúmque radiis coruſcant.[g] vnde nec abſurdum eſt, quod qui-
dam ſcriptum reliquerunt, † Spuriam ei copulatam, qui ex iuſtis nuptiis edi- 12
tus eſt, legitimam effici:[h] dum non id ſimpliciter recipiamus, ſed reſpectu
eorum quibus iuſtæ fœminæ, ex perſona virorum fruuntur.[i] † Illud quoque 13
ab omnibus ferè probatum, vxores clericorum fori priuilegium ex perſona
coniugis habere.[k]

d *Filiæ*) Quæ iam nupſerunt. Nam ſi necdum nuptui collocatæ eſſent, pa-
tris fulgerent dignitate.

e *Viros*) Senatorios, & ſic clariſſimos: quaſi dicat, quòd ſi plebeiis, aut infe-
rioris dignitatis hominibus nuptæ ſint, perpetuum eſt, vt clariſſimæ non ha-
beantur.[l]

f *Tribuunt*) Splendent quippè, ſicuti diximus, vxores radiis & honore ma-
ritorum.[m]

g *Copulatæ*) Nam ſimul atque plebeiorum nuptiis copulatæ ſunt, deſinunt
haberi filiæ ſenatorum: vnde nec clariſſimarum perſonarum appellatione
continebuntur, licet pater clariſſimus fuerit. † Quod olim in cauſa fuit, vt 14
grande certamen inter matronas in ſacello pudicitiæ patritiæ ſit exortum,
anno ab vrbe 458. Q. Fabio, M. Rutiliano, & P. Decio Mure. Coſſ. Cùm enim
auerruncandorum prodigiorum cauſa (quæ multa apparuerant) ſupplicatio
nes in biduum ſenatus decreuiſſet, ſupplicatúmque irent frequentes viri &
fœminæ, & Virginiam Auli Patritij viri filiam L. Volumnio homini plebeio
nuptam, quod è patribus enupſiſſet, matronæ ſacris arcuiſſent, breuis alter-
catio inde, inquit Liuius, ex iracundia muliebri in contentionem animorum
exarſit: † Cùm ſe Virginia & patritiam, & pudicam in Patritiæ pudicitię tē- 15
plum ingreſſam, & vni honorum ac rerum geſtarum laudibus florenti nu-
ptam, ad quem virgo deducta ſit diceret, & gloriaretur: Quę deinde in vico
longo, vbi habitabat, extructo modico ſacello, & conuocatis plebeiis matro
nis cõqueſta Iniuriam patritiarum aram ibi poſitam pudicitię plebeię dedi-
cauit: eóque deinceps propemodum ritu hęc ara, quo illa antiquior Patri-
tia, culta eſt, vt nulla ſcilicet, niſi ſpectatę pudicitię matrona, & vni nupta vi-
ro, ius haberet ſacrificandi.[n]

h *Vel clariſſimo*) Proconſuli puta, prępfecto prętorio, aut alteri ſummo ma-
giſtra-

q l. fi. vbi dicã. inf. hoc tit.
r l. ij. §. fi. C. de iis qui ven. æta.
ſ l. ſed & ſi §. j. ff. de iud. l. patronus ff. de leg. iij.
t Lãpridius in Alex. Seuero.
u Iul. Capit. in Pertinace.
x Lampridius in Heliogabalo.
y l. ij. §. fi. C. de iis qui ve. æta.
z l. j. & tot. tit. C. vbi ſenator.
l. ſi ſenator. C. de digni. lib. 12. & hic.
a l. fi. in pr. C. vbi ſenat. l. j. C. de dig. li. 12. §. j. in auth. vt ab illuſ. co. 5.
b l. et ſi ſeuerior C. ex qui. ca. inf. l. j. C. ſi ex fal. inſtr.
c l. j. C. de ſent. paſſ.
d Cic. pro Rabir. poſthumo.
e Pli. lib. 7. nat. hiſtor. c. 19. & lib. 18. c. 7.
f l. vni. C. de prepoſ. labo. lib. 12.
g l. mulieres. C. de digni. lib. 12. §. hac itaque in auth. de cõſul. col. iiij.
h Angel. §. quod verò in auth. qui mod. nat. effi. ſui. col. 7.
i l. ſi quis. C. de nat. liber.
k Gl. c. eos 32. diſt. & in c. clericum. 11. q. j. diffusè Panor. c. ij. de for. compet.
l l. Liberos. in fi. §. hoc tit.
m d. l. mulieres. d. §. hac itaque
n Liuius li. 10.

Clariſſimi

Clari homines.

Præpoſiti laborum. Magiſter domus.

Mulier fulget honore mariti.

Spuria quomodo legitima efficiatur.

Vxor clerici.

Matronarum contẽtio Romę.

Patritiæ pudicitię ſacra.

Clariſſimi alij quàm ſenatores.

gistratui, necdum tamen in collegium amplissimi senatus conscripto.[o] Hinc autem obserua, alios quàm senatores fuisse clarissimos.

Vidua. Viduare.

16 i *Non nupsit*) Quo casu vidua dicitur,† vidua quippe est, cuius maritus decessit:[p] ab antiquo verbo viduare, quod separare significat, sic dicta, quasi à viro separata. nisi probare malis etymum Labeonis viduam quasi fine duita-
17 te dictam existimantis: vt vecors quasi sine corde.[q] † Eam autem in honorem bene transacti matrimonij dignitatem defuncti mariti retinere leges nostræ magna ratione voluerunt:[r] cùm in prioribus nuptiis esse, duraréque continuò videatur.[s] quandiu scilicet honestè, pudicéque viuit, nec nubit alteri: alioqui dignitatem omnem mortui viri confestim amittit.[t] Nec sanè conuenit, vt quæ priorum oblita est (inquit Iustinianus) priorum prærogatiuis perfruatur.[u] & sibi posthac de eo honore blandiatur, quo se ipsa indigna indicauit.[x]

Vidua quantum mariti dignitate splendeat.

o l.j.C.de sen. pas.l.j.C. si ex fal instru.
p l.j.& in rub. C. vbi senato. l.j. l.si senator. C.de dignit.lib. 12.
q l. malum. §. viduam. ff. de verb.sig.
r l. filij. §.j.ff. ad munic. l. quoties. C.de priuil.scho.lib. 12.
s §. soluto in auth. de nup. coll.iiij.
t l.fi.C.de incol.li.10.§.fi. in auth.de rest.& ea quæ par.col. iiij.
u §.non tamē in auth. de nup.col.iiij.
x l.iudices.C. de dignita. lib. 12.

L. IX. FILIAM.

Papinianus lib.3. responsorum.

Filiam senatoris [a] nuptias liberti sequutam, patris [b] casus [c] non facit vxorem.[d] Nam quæsita dignitas liberis,[e] propter casum patris remoti à senatu auferenda non est.[f]

SVMMÆ.

1 *Senatoria dignitas quibus nuptiis arceat.*
2 *Nuptiæ inter quas personas.*
3 *Casus pro mala sorte.*
4 *Patris delictum quando filio noceat.*
5 *Filius quandoque ob patris crimen plectitur.*

Senatoria dignitas quas impediat nuptias.

1 a *Filiam senatoris*) † Inter quam & libertum hoc iure non poterant ex oratione diui Marci consistere nuptiæ:[a] vt nec inter filium senatoris, & libertinam.[b] Ex Nouella tamen Iustiniani nulla dignitas vetat cum liberto libertáve (dum nuptiales chartæ conficiantur) matrimonium contrahere.[c]
2 Quinimò † hodie pontificia lege quam in nuptiarum negotiis spectamus:[d] inter quascunque sine discrimine personas solo consensu iustæ nuptiæ fiunt.[e]

Nuptiæ inter omnes per missæ.

b *Patris*) E senatu propter delictum eiecti.

3 c *Casus*) † Infœlicitas, mala sors & calamitas.[f] Cùm meum illum casum (inquit M. Cicero) tam horribilem, tam grauem, tam repentinum non solùm homines, sed tecta vrbis, ac templa lugerent.[g] Et Ouid. in maledicum sibi exilium exprobrantem.[h]

Casus pro mala sorte.

Quæ tibi res animos in me fecit improbe? cúrue
Casibus insultas quos potes ipse pati?

Vergilius item.[i]

Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido:
Casu deinde viri tanto: & sic ore locuta est.
Quis te, nate Dea, per tanta pericula casus
Insequitur? Quæ vis immanibus applicat oris?

Et paulò post.

Tempore iam ex illo, casus mihi cognitus vrbis
Troianæ.

C. Cæsar item ad milites, factum, inquit, in perniciosis legibus, in vi tribunitia, in secessione populi, templis, locísque editioribus occupatis atque supe-

a l.oratione.ff. de ritu nupt.
b l. lege. ff. eo tit.
c §. si quis autem in auth. vt li. de ceter. col. 6.
d c. illud de præsum. c. cum locum. c. cùm apud. de spons.
e c. tuam. de ord.cog. c.j. de consang.& affin.
f l.si mater. C. de inoffi. testa. l.vni. C. de ijs qui ant. apert. tab.
g Cic. pro Sestio.
h Ouid. lib.5. Trist.eleg.9.
i Verg. lib. j. Æneі.

riuris ætatis exempla expiata, Saturnini atque Gracchurum casibus ducet
quarum rerum, illo tempore nihil factum, nec cogitatum quidem.[k]

d *Non facit vxorem*) Cùm enim vxor liberti nunquam verè fuerit prohibente oratione diui Marci,[l] superueniẽs illa patris calamitas non potest nuptias confirmare.

e *Liberis*) Conceptis, & natis priusquàm pater senatu moueretur. vbi eos conceptos ante patris dignitatem sufficeret.[m]

f *Non est*) † Parentum infœlix casus tametsi delictum redoleat, liberis no- 4
cere non debet:[n] neque filio maculam vllam patris crimen infligere potest.[o]
quod sexcentis in locis, authores iuris nostri prodiderunt:[p] sacrorúmque li-
brorum confirmat authoritas. Filius (ait dominus) non portabit iniquitatem
patris.[q] Quod & Moses cum moribundus leges flatu diuino statueret popu-
lo suo, ad hæc propemodum verba edixit: pro iniustitia patrum filij non pu-
niantur: sed propter suam potiùs virtutem eis misericordia prębeatur. non
læsio, quòd filij pessimorum fuêre patrum: neque odio habendi sunt ab ini-
quis nati.[r] Verum idipsum sic recipi solet, † nisi crimen execrabile sit, & gra- 5
uissimè detestandum, quia læsa sit vel diuina, vel humana maiestas.[f] Vnde
cùm Dionisius Syracusanus multa commisisset sacrilegia, pœnas quas viuus
pater effugerat, filius rependit.[t] Ammonites quoque, & Moabites post de-
cimam etiam generationem prohibentur intrare templum: quia filiis Israël,
egressis de Ægypto cum pane & aqua occurrere noluerunt.[u] Cum denique
Crœsus à Cyro captus, Delphos misisset quosdam Lydorum sciscitari Deũ,
cur in tantum calamitatis traductus esset. Pythiam Lydis illùc profectis, ita
respondisse ferunt: Crœsum quintę retro ætatis crimen luere: hoc est abaui:
qui cum esset satelles Heraclidarum, mulieris dolo inductus, dominum in-
teremit, illiúsque dignitate potitus est nihil ad ipsum pertinente.[x] Hûc spe-
ctat, illud prophetæ, patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum
obstupuerunt.[y] Neque sanè caret ratione hæc exceptio, si quidem periculo-
sa sit reipublicæ in iis grauissimis criminibus paternæ culpæ continuatio:
quam lex in filiis non abs re suspicatur, & timet.[z] Denique non prætereun-
dum ob delictum patris, licet filius plecti non soleat, aut affici damno:[a] arce-
ri tamen facilè lucro:[b] vt cum dicimus, in pœnam domini, qui testamentum
mutare vetuit, quo seruus eius hæres scriptus erat, liberis eius, si quid eis for
tè eo testamento relictum erat, actiones denegari.[c]

L. X. LIBEROS.

Ulpianus lib. 34. ad Edictum.

Liberos senatorum[a] accipere debemus, non tantum senatorũ filios: verumetiam omnes, qui geniti ex ipsis,[b] vel ex liberis eorum dicantur: siue naturales,[c] siue adoptiui[d] sint liberi senatorũ, ex quibus nati dicuntur. Sed si ex filia senatoris natus sit, spectare debemus patris eius conditionem.[e]

SVMMÆ.

1 *Liberi senatorum qui.*
2 *Liberorum verbo qui veniant.*
3 *Filiorum verbo an nepotes veniant.*
4 *Naturalis filius qui.*
5 *Filius quando patris conditionẽ sequatur.*
6 *Spurij sequuntur matris conditionem.*

a *Liberos senatorum*) Quoniam suprà declarauit Iurisconsultus qui filij se- 1
natorum dicantur:[a] hîc nunc percommodè explicat, † qui liberorum
sena-

k Cæsar li. j. de bello ciuili.
l l. oratione. ff. de ri. nupt.
m l. emancipatum. §. si quis s. hoc tit.
n l. generali. §. fi. ff. de vitu. nu. l. & seruorum. ff. de sta. homi.
o l. crimen. ff. de pœ.
p l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius voc. l. qui cum. §. fi. ff. de bo. libert. l. diui fratres. ff. de iur. pat. l. j. §. qui filium. l. iij. §. si emancipatus. ff. de cõt. tab.
q Ezech. 17. & c. Iudas. j. q. iiij.
r Fla. Iosep. li. antiq. iuda. iiij. c. 6.
f l. quisquis. §. filij. C. ad l. Iul. maiest. Aut. Gazaros. C. de hæret. c. statutum. s. lo titul.
t Vale. Max. li. j. c. ij.
u Deuter. 23. c. cito. j. q. j.
x Herodo. li. j. qui Clio inscribitur.
y Hierem. 31. Ezechiel. 18.
z l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de æ dil. edi.
a d. l. generali. §. fi. d. l. crimen.
b l. j. §. j. ff. si quis aliq. testa. prohib.
c Ead. l. j. §. j.

a l. senatoris. j. & ij. l. emancipatum & l. filiam. s. hoc tit.

Patris casus filio nõ obest.

Filius quandoque punitus ob patris iniquitatem

Liberi senatorum qui.

toris verbo debeant accipi ex vetustioribus legibus, in quibus hæc verba, *liberi senatorum*, legebantur: occasione quemadmodum verisimile est arrepta.
Liberorũ nomen. 2 b *Geniti ex ipsis*) † Liberorum quippè nomine non filij modò, sed etiam nepotes, pronepotes, cæteríque omnes in infinitum descendentes continentur.[b]
Filiorum appellatio. 3 † quamuis filiorum appellatio longè contractior liberos duntaxat primi gradus demonstret.[c] Aliter quippè filij, aliter nepotes, quíque ex iis descendunt, appellantur.[d] Quæ sententia dubitatione caret, in iis quæ filios aggrauant, aut illis sunt incommoda.[e] Absurdum quippè nimis esset exhæredationem de filio factam ad nepotes produci.[f] & prohibitionem legis Iuliæ, ne senator eam vxorem ducat, cuius parens artem ludicram exercuerit, nepotes comprehendere.[g] neIsque potestatem patri concessam in adulterium simul cum filia, ad neptem extendi.[h] iísque similia,[i] cum odia restringi potiùs, quàm laxari conueniat.[k] Sed & in iis, quæ filiorum fauorem respiciunt, putaui semper (cæteris licet reclamantibus) nepotes filij verbo non venire.[l] cùm Vlpianus responderit, si dati sint filiis tutores, non ideò censeri constitutos nepotibus.[m] Nec filij institutio ad nepotem porrigatur.[n] Alioqui vanum esset Galli consilium de nepote instituendo post scriptum hæredem filium, ne successione testamentum euerti contingat.[o] Et hæc vera, nisi ratio legis vel disponentis (ex qua semper non ex superficie verborum admonui interpretationem iuris, actuúmque humanorum faciendam)[p] nepotes ipsos euidenter vocaret:[q] veluti cùm ait lex, senatusconsulto, quo cautum, ne tutor pupillam sibi vel filio suo nuptui collocet, nepotem comprehendi.[r] Etenim par est in nepote, quæ in filio causa, & ratio, ne huius coniunctionis prætextu pupilla in redditione rationũ administratæ tutelæ circunscribatur.[s] Sic fœnerator qui nepoti ex filiofamiliâs dat mutuam pecuniam, contra Macedoniani legem de filio loquẽtem, facere dicitur.[t] Et mater quæ non petendo tutores filiis successione priuatur: similiter puniri debet, si non petat nepotibus.[u] Et hoc est, vt mea quidem fert opinio, quod Iulianus ait, iusta interpretatione (hoc est, vbi eadem omninò viget ratio non etiam simpliciter) recipiendum, vt filij appellatione, nepos quoq; demonstretur.[x] Neque enim ex propria verborum significatione dici potest, filiorum verbo, nepotes contineri.[y] indéque generale Pauli pronunciatum dicentis, liberos omnes filij verbo significari,[z] coarctandum est: cùm aliter filij, aliter nepotes appellentur.[a]
Naturalis filius. 4 c *Naturalis*) † Quem naturalem & legitimum simul dicere solemus. Sæpè namq; admonui naturalis verbo, vtramque qualitatem demonstrari.[b]
d *Adoptiui*) Sic enim idem Vlpianus paulò antè responderat, Senatoris filium accipiendum esse non naturalem modò, verùm etiam adoptiuum.[c] Idémque in iis qui ex adoptiuis progeniti sunt: cùm eos Iulianus dicat, ciuili iure locum adoptiuorum obtinere.[d]
Filius sequitur patris conditionem. 5 e *Conditionem*) † Liberi, (quẽadmodum suo loco dictum est) si ex legitimis nuptiis editi sint, patrẽ, eiúsq; conditionem sequuntur:[e] & quantũ ad originem,[f] agnationem,[g] & dignitatem.[h] Nec enim per matrem dignitas ad liberos trãsmitti solet.[i] vnde nati ex filia senatoris, si inferioris ordinis pater fuerit, non censebuntur liberi senatorum:[k] cùm patris non etiam matris conditionem, liberi iusti sequantur:[l] & nuptæ filiæ patris dignitatem amittant,
Spurij matrem sequuntur. 6 solo mariti splendore irradiatæ.[m] † Spurij verò & legitimi matris conditionem sectãtur.[n] Et quod ad statum spectat, cùm iustis etiam filiis vtiliùs multò sit & cõmodiùs matrem sequi: quæ tribus potest illis prodesse tẽporibus:

b l. sed si hac. §. fi. ff. de in ius voc. l. liberorũ. ff. de verb. sign.
c l. ij. §. non solum ff. de excus. tut. l. filio. ff. ad Maced.
d l. quod si nepotes. ff. de testa. tut. §. fi. Instit. qui test. tut.
e c. statutum. de elect. in 6.
f l. cum quidam. ff. de libe. & posth.
g l. lege. § j. ff. de ritu nupt.
h l. patri. & l. sic eueniet. ff. de adul.
i cap. presbyterorũ. 56. dist.
k c. odia. de reg. iur. in 6. d. l. cum quidam.
l l. ij. §. non solum. l sed si milites. §. j. ff. de excus. tut.
m d. l. quod si nepotes.
n l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posth.
o d. l. Gallus. in prin.
p l. scire. ff. de legi. c. e Marcion. j. q. j.
q l. filium. ff. ad Maced. l. vxorem. §. concubina. ff. de legat. iij. l. liberorum. ff. de verb. signific. l. ij. §. si mater. ff. ad Tertul.
r l. senatusconsulto. ff. de ritu nup.
s l. tutor. ff. de spon. l. j. & l. pe. C. de interdict. matrim.
t d. l. filium.

u d. l. ij. § si mater. x l. iusta. ff. de verbor. signif. y §. vlt. Instit. qui testa. tutor. z l. filij appellatione. ff. de verb. sign. a l. quod si nepotes. ff. de test. tut. §. fin. qui testa. tut. da. po. b l. nepotes. vbi dixi. ff. de iis qui sunt sui. c l. senatoris. j. sup. hoc tit. d l. ex adoptiuo. ff. de adopt. e l. cum legitimæ. vbi dixi ff. de stat. hom. f l. j. ff. ad municip. g l. familiæ. §. fi. ff. de verb. sign. §. j. de leg agn. success. h l. exemplo: l. nullius. C. de decuri. lib. 10. i d. l. exemplo. k vt hac l. l d. l. cum legitimæ. m l. fœminæ. sup. hoc tit. n l. lex naturæ. ff. de sta. ho. l. partum. C. de re. vend.

conceptionis nimirum, natiuitatis, & medij intervalli.[o] plerique non immeritò putauerunt ex legitimis etiam nuptiis editos, quod ad statum pertinet, matris sequi conditionem.[p]

o l. & seruorũ. ver. ingenui. ff. de sta. homi.
p d. l. partum.

L. XI. SENATORES.

Paulus lib. 12. ad Edictum.

Senatores licet in vrbe[a] domicilium[b] habere videantur:[c] tamen & ibi vnde oriundi[d] sunt, habere domicilium intelligũtur.[e] Quia dignitas, domicilij adiectionem[f] potiùs dedisse quam permutasse videtur.

SVMMÆ.

1 *Domicilium quid.*
2 *Incola.*
3 *Domicilium pro iure conueniendi.*
4 *Oriundus & ortus.*
5 *Senator cuius domicilij censeatur.*
6 *Domicilium in duobus locis.*

a *Vrbe*) Roma, in qua degebat Senatus. Et quoniam vrbis simplici nomine, per excellentiam quandam, ciuitas Romana significatur.[a]

b *Domicilium*) † Domicilium propriè locum & sedem frequentioris, solitæque habitationis designat.[b] Si essent, inquit M. Cicero, qui sub terra habitarẽt, bonis & illustribus domicilijs.[c] & alibi, Carnificem non modò ferro, sed cœlo hoc, ac spiritu, censoriæ leges, atque vrbis domicilio carere voluerunt.[d] & Phylocomasium Plautina ad Sceledrum seruum.[e] 1 *Domicilii quid.*

Non hostium hoc mihi est domicilium Athenis, domus, ac herus est.
Ego istam domum neque moror, neque vos qui homines sitis noui, Neque scio.

Domicilium itaque constituere in aliquo loco hi dicuntur, qui in eum ea mente se recipiunt: vt ibi perpetuò sint, & habitẽt, summámque rerum suarum habeant.[f] † Incolas Latini vocant, Græci πάροικοι.[g] non etiam quicunque locum aliquem habitant, ad tempus fortè, & animo recedendi.[h] Neque enim satis est, quem alicubi corpore esse, si mente alienus est.[i] Neque recessisse intelligitur, qui animum reuertendi habet.[k] vnde qui ex vrbe Nemauso litis causa Tolosam venisset, quamuis res multas ad tempus peregrinationis secum adduxisset: non ideò domicilium Tolosæ constituere dicetur.[l] Sicuti nec qui eò morantur studiorum causa,[m] quamuis agrum, domúmve in ea ciuitate comparassent:[n] nisi ex transcursu decennij, aut aliis coniecturis diuersum colligeremus.[o] Nam & duobus locis domicilium quis habere potest: si vtrobique destinato sit animo, & æqualiter se instruxerit, nec minus frequenter hîc quàm illîc commoretur.[p] qua de re mox dicam. Sanè verò quoniam eo loci regulariter quis est in ius vocandus, vbi quis habitat: larémque rerum suarum ac fortunarum summam constituit,[q] ac ibidem munera subire debet.[r] factum est, † vt domicilium frequenter Iurisconsulti vsurpent, pro iure illo conueniendi, ac munera subeundi.[s] 2 *Incola.* 3 *Domicilium pro iure conueniendi.*

c *Videantur*) Verbum *videtur*, hoc loco, vt alibi sæpè veritatem exprimit: habent quippè reuera senatores in vrbe Roma domicilium.[t]

d *Oriun-*

a l. j. vbi dixi. ff. de orig. iur. §. ij. de iur. natur. in Inst.
b l. assumptio. §. filius. cũ plerisque illius tit. legib. ff. ad municip.
c Cic. lib. ij. de natu. Deor.
d Cic. pro Rabirio.
e Plau. in Milite Glorioso.
f l. eius qui. §. j. ff. ad munici. l. ciues. C. de incol. lib. 10.
g l. pupillus. §. incola. ff. de ver. sig.
h l. predia. §. j. ff. de fund. instruct.
i l. nihil. ff. de capt.
k l. quis sit. §. j. ff. de edil. edi.
l d. l. predia. §. j.
m l. ij. C. de incol.
n l. libertus. §. sola. ff. ad municip.
o d. l. ij. ij. respõ.
p l. assumptio. §. pe. l. eius qui. §. Celsus. ff. ad munici.
q l. heres absens. §. proinde. ff. de iudic.
r l. ij. l. si in patria. l. ciues. C. de inco.
s l. mulieres. C. de dig. lib. 12. l. fi. C. de incol. li. 10.
t l. filij. § senatores. ff. ad municip. l. ve. C. de incol. lib. 10.

Oriũdus, & ortus.

4 d *Oriundi sunt*) † Hoc est originem maiores sui duxerunt: quia parentes eius ex eo loco antiquitùs prognati sunt: [u] sic enim oriundum ab orto, & nato proprietatis verborum studiosi separant.[x] Hipocrates (inquit Liuius) & Epicides nati Carthagine, sed oriundi à Syracusis, exule auo Pœni ipsi materno genere.[y] oriundum tamen pro nato non modò nostrates passim vsurpant: sed reliqui boni authores: vt à nobis alibi probatum extat.[z]

Senator cuius domicilij sit.

5 e *Intelliguntur*) † Quantum ad honores: nam quantum ad munera personalia, municeps esse desinit.[a] respectu verò realium, (quæ ab omnibus dignosci debent: quò facilius publicis commodis consulatur) non habet excusationem.[b] & ideò munera, quæ patrimoniis publicæ vtilitatis gratia indicuntur, ibi subibunt, vnde sunt oriundi,[c] nisi munera illa sordida essent, & extraordinaria.[d] Iurisdictioni quoque eius prouinciæ vnde oriundus est senator obnoxius fit.[e]

Domicilium in duobus locis.

f *Adiectionem*) Vt magis auctus honor, quàm mutata conditio videatur.[f] Neque dissimile est, quod dicimus adoptione ius originis non mutari.[g] nec
6 item minui dignitatem, sed augeri potiùs.[h] † Placuit autem legum conditoribus quem posse duobus in locis habere domicilium,[i] modò cõstet parem esse ad vtrunque locum affectionem commorandi: quia vtrobiq; sit æqualiter instructus, aut hîc & illîc, ex æquo negotietur.[k] potissimùm tamen & velut principalius videtur spectandum, cui origo etiam accedit.[l]

u l. prouinciales. ff. de verb. signif. x Laur. Valla lib. iij. c. 57. y Liuius li. 24. z Lib. epistol. quæst. c. iiij. a l. municeps. ff. ad municip. b l. ij. l. iij. l. neque. l. professio. l. etiam. l. pen. l. fin. C. de muner. patr. lib. 10. c d. l. iij. & iiij. cum simil. d l. senatorum. C. de dig. lib. 12. l. maximũ. C. de excu. muner. lib. 10. e l. j. & ij. C. vbi sen. f l. falsa. §. j. ff. de condict. & demonst. g l. ordine. §. fin. ff. ad municip. h l. adoptionem. ff. de adoption. i l. assumptio. §. penult. l. eius qui. §. Cels. ff. ad municip. cap. dilectus. ij. de rescript. k l. Labeo. ff. ad municip. d. §. penult. d. §. Celsus. l l. iij. in princip. ff. de munerib. & honor. l. libertus. §. j. ff. ad municip.

L. XII. NVPTIÆ.

Vlpianus lib. 2. de censibus.

Nuptæ prius consulari viro,[a] impetrare solent[b] à principe (quamuis perrarò)[c] vt nuptæ iterum minoris dignitatis viro, nihilominus in consulari maneant dignitate, vt scio[d] Antoninum Augustum Iuliæ Mammeæ[e] consobrinæ suæ indulsisse.[f]

SVMMÆ.

1 *Mulier secundò nubendo dignitatem perdit.*
2 *Vlpiani vita.*
3 *Iulia Mammea.*
4 *Rescripta quando à iudicibus refutanda.*

a *Consulari viro*) Hoc est ei qui consul aliquando fuit,[a] quem constat suprema quondam in vrbe Roma translato etiam in principem imperio, splenduisse dignitate.[b]

Mulier secundo nubens.

1 b *Impetrare solent*) Quoniam si † non impetrarent, posterioris licèt ignobilioris viri conditionem sequerentur, & prioris dignitatem amitterent.[c] Valdè quippè indignum esset eius honoribus mulierem perfrui & fulgore, quem spreuit: cuiusque animam, vt ait Iustinianus, contristauit, & malè affecit.[d]

c *Perrarò*) Id enim principes, non passim, neque omnibus, sed magni muneris loco suis consanguineis & affinibus, aut alioqui de se quàm optimè meritis, concedebant.[e]

Vlpiani vita.

2 d *Vt scio*) Ego Vlpianus. † Satis autem hîc locus admonet, vt cùm suprà cæterorum Iurisconsultorum vitam pro oblata occasione perstrinxerimus,[f] eam rem ad iuris ciuilis cognitionem non parum conferre arbitrati: nunc de Domitio Vlpiano nobilissimo, sapientissimo, atque egregio legũ vertice, (Quo honoris titulo Modestinus Iustinianúsque, eum dignati sunt)[g] pauca

a l. iij. §. fin. ff. ad arb. l. j. C. de dig. lib. 12. b dixi l. j. sup. hoc tit. c l. filij. §. j. ff. ad municip. l. fin. C. de incol. lib. 10. d §. non tamẽ. §. nos igitur. in auth. de nupt. coll. iiij. e Lamprid. in Helio. f l. ij. §. iuris ci uilis. cum seq. de orig. iur. g l. ij. §. de excu. §. fi. in auth. de equ. dot. col. 7.

dicamus. Is à Phœnibus & Tyro insula, (cuius nunc omnis nobilitas conchylio, atque purpura constat[h]) originem duxit: vt de se ipse testatur.[i] Præceptorem habuit Æmilium Papinianum nobilissimum, & acutissimum Iurisconsultum. Cuius in prætoriana præfectura assessor, atque in consilio fuit. Dein & ipse (cùm in vlteriorem principis Alexandri Seueri amicitiam peruenisset) præfectus prætorio factus est.[k] eiusdémque Cæsaris consiliarius adeò charus, vt familiaris, ac socius principis diceretur. Nam cùm princeps soleret amicos omnes simul admittere, & cum omnibus pariter loqui: neminem vnquam ne ex domesticis quidem (præter vnum Vlpianum) solum excepit, quem pro tutore, præceptore & magistro † Iulia Mammea Cæsaris matre primum fortiter repugnante, postmodum tamen magnas gratias agente, semper enixéque coluit ac veneratus est: suum verè amicum, & parentem appellans.[l] vtpote cuius consilio, singularíque prudentia in talem, tantúmque euasit principem, vt eius fœlicitatem, & singularem in administranda republica prouidentiam, Constantinus Magnus admiraretur, Vlpianum sæpissimè à militibus impetitum, Alexander obiectu suæ purpuræ, magno conatu defendit. Integritati, & singulari Vlpiani virtuti, sicuti vitio, Christianæ religionis cognitio defuit. quam ille non modò reiecit, sed tanto odio infectatus est, vt quanta potuerit cura & diligentia, collegerit principum rescripta, quæ veri Dei cultores pœnis afficiebant. mirum sanè cùm princeps eius Alexander, inter cætera simulachra, Christi effigiem in lalario maiore coluerit, ad eam matutinis horis rem diuinam faciens. quinimò templum Christo facere constituerat, eúmque inter Deos recipere.[m] De Vlpiani verò morte, quoniam nihil ipse certi compertum habeo: nihil etiam asserere velim. Quamuis nonnulli testari videantur, eum cùm Gallicum regeret, populari tumultu interfectum.[n]

h Plin. lib. 5. natur. histor. c. 19.
i l. j. ff. de censib.
k l. ex diui. C. locat.

Papinian. Vlpiani præceptor

3 Iulia Mammea.

l l. secundum. C. de contrah. stip. d. l. ex diui.

Vlpianus Christianismum persecutus.

m Lamprid. in Alexan. Seuer. ex quo hæc omnia fermè.
n Raph. Volaterr. li. 20. Anthropol.

e *Iuliæ Mammeæ*) Quæ mater fuit Alexandri Seueri.

f *Indulsisse*) † Hinc explicatur, protrita iuris traditio, quæ præcipit, iudicibus rescripta à principe contra ius extorta refutare:[o] vt iis principum mandatis obtineat, quæ possunt alteri detrimentum adferre.[p] Nam si nonnihil Imperator rescribat, quod nemini damno sit, aut incommodo, impetrantíque prosit, tametsi id legis regulas oppugnare videatur, iudicem exequi confestim oportet.[q] 4

Rescripta cõtra ius.

o l. rescripta. C. de precib. l. vlt. C. si cont. ius.
p l. j. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. pub.
q l. vlt. C. de de prepo. sac. cubi. lib. 10. d. l. rescripta. & hic.

§. SENATORES.

Senatores[a] autem accipiendum est eos qui à patriciis,[b] & cõsularibus[c] vsque ad omnes viros[d] illustres[e] descendunt: quia hi soli[f] in senatu sententiam dicere possunt.[g]

SVMMÆ.

1 *Explicatur nouè hic locus.*
2 *Patricij qui.*
3 *Octauia gens.*
4 *Claudiorum familia.*
5 *Cicero patricius.*
6 *Patriciatus summa dignitas.*
7 *Clodoueus rex.*
8 *Carolus magnus rex.*
9 *Illustres.*
10 *Vacantes.*
11 *Spectabiles.*
12 *Clarissimi.*
13 *Sententiam dicere.*
14 *Suffragium ferre.*
15 *Consulum in senatu vocatio.*

a *Senatores*) † Quoniam satis multa de senatoribus, eorúmque dignitate: & prærogatiuis hactenus dicta sunt: hoc loco tractatũ concludere cupiẽs Vlpianus, qui senatorum verbo accipi debeant, breuiter, cæterũ perobscurè, docet. Eius autem sententia aliis vt mihi quidem videtur non satis perspecta, 1

Nouè hic locus exponitur.

specta, hæc est. Quæ suprà de senatoribus, eorúmque iure singulari tradita sunt, ad omnes in vniuersum, qui assidere, veniréque in senatum poterant, referenda non esse: sed ad illustres duntaxat, hoc est ad eos, qui sententiam in senatu liberè dicebant, vocéque, & longa oratione suffragabantur, quales patricij fuerunt, aut maioribus perfuncti magistratibus. Vt consulares, præfectorij, & prætorij, more maiorum in amplissimum ordinem conscripti: ij nanque propriè & significanter Senatores dicuntur, vtpotè qui proprio senatorum munere funguntur. reliqui enim licet in senatum venientes, quia dictionem sententiæ non habent: sed in aliorum duntaxat præiudicatam opinionem transeunt: vel simplici verbo assentientes, vel euntes pedibus in aliorum sententiam, non tam senatores, quàm senatorum assessores dici merentur, cùm nec quidem in senatum solemni ritu adhuc lecti sint: vt mox dicemus. Quapropter nec eos censuit lex, præsignibus senatorum priuilegiis, cohonestandos.

Patricij qui. 2 b *Patricijs*) † Patricij quemadmodum sæpiusculè monui, dicti sunt qui ex primoribus illis centum patribus à Romulo creatis progeniti fuêre. a Cuiusmodi dignitas tamen patricia, quia percômoda fuit, vt ait Pædianus, ad honores consequendos, honorariè postmodum dari cœpit. Vel ab ipso, etiam

Octauia gens. 3 rerum principio. † Nam Octauiam gentem à Tarquinio Prisco rege inter nunotes gentes allectam in senatum mox S. Tullus, in patricias transduxit. b

Claudia gens. 4 † Et Claudiorum familiam cùm ex Regillis oppidò Sabinorum Romã demigrasset, in patriciorum ordinem à Tatio consorte Romuli, aut, quod verò propiùs est, à Valerio Publicola post eiectos reges cooptatam, satis cõstat, c atque ita, non quicunque senator idem & patricius erat: nisi vel senatus, vel

Cicero Patricius. 5 principis beneficio ius imaginum nactus esset. † quale se consecutum Cicero, ob ædilitatem egregiè à se gestam, gloriatur. d Cæterùm nec omnes Patricij senatores fuerunt: sed ij tantùm qui solemni ritu, moréque maiorum à Censore, Dictatore, vel ipso senatu, aut translata in principem ditione, à Cæsare in grauissimum ordinẽ cooptabatur. Centum, ait Halicarnasseus, ex omni populo electos, probatę belli apud omnes virtutis, domiq; prudentiæ patricios effecit, & in numerum senatorum constituit. e Et Tranquillus, de Augusto loquens. Quanquam patricius, inquit, necdum senator: f vicissimq; minimè putandum, omnes senatores fuisse patricios, aut patricia dignitate exornatos, quòd præter superiora perspicuum faciunt Cato senior, & alij innumeri: qui senatores quidẽ fuerunt, sed non patricij. Deinde Taciti verba, Iisdem diebus, inquit, de Claudio agens, in numerum patriciorum asciuit Cęsar, vetustissimum quemque ex senatu. g Denique Lampridius, dum ad Cleãdri nutũ ait, Libertinos in senatu, atq; etiam in patricios, ab Imp. Com-

Patriciatus digni tas. 6 modo allectos esse. h † Quo præterea cognoscimus, dignitatem patriciam, summam fuisse: nec apud Romanos modò, verùm etiam apud Græcos, Licèt alia ratione Patriciatus honor, maximè in splendore quondam fuit: i vt eum Iustinianus cæteris anteponat. k Patricios autem græcis dictos esse, Suidas scribit, quasi patriæ, & cõmunis reipubl. patres qui præerant consilio: quos non erubescit idẽ Iustinianus, vt patres agnoscere. l ad quam dignitatem summi honoris, præmiíque loco, Ebrimirum Theodati generum, qui cum suis omnibus vltrò ad Belizarium Cæsariani exercitus ducem, venerat:

Clodoneus Rex Francorum. 7 licèt ex Gothis vnum, Iustinianus euexit. m † Clodoneo quoque. j. (cui postea in aqua lustrali nomẽ Ludouici datum) Francorum regi Anastasium Imperatorem, Constantinopoli tum agẽtem, per oratores Consulatus insignia & Patritiatus titulum, noménque, cum aurea corona, multis iisdem pretiosis vnionibus distincta misisse perhibet historia. Atq; ita effatos oratores ad « regem in Turonibus conuenerum. Te Augustus Consulem, patriciúmq; fa-« ciat, qua tituli maiestate, secundum Cæsarum decus, nullum maius excel-« sius, fastigiũ excogitare potuit, regium enim nomen sanctum esse memi-« nit. Sed tibi cum multis cõmune, magnitudo verò tua, cæteros supergressa,

a *Liuius lib. j.*
b *Suet. in Augusto.*
c *Plut. in Publicola, Liuius lib. ij. dixi. l. ij. §. fuit autem. ff. de orig. iur.*
d *Cic. in vlt. Verrina.*
e *Halicar. lib. ij.*
f *Suet. in Augusto.*
g *Corn. Tacit. lib. xi.*
h *Lampridius in Commodo Antonino.*
i *§. filiusfamil. Inst. quib. mo. ius pat. pot. solu.*
k *l. vj. C. de consu. lib. xij.*
l *d. §. filiusfamilias.*
m *Procop. lib. j. de bello Goth.*

ob defensum Christianum nomen, ac potiùs orbem terrarum à Visigothorum furore, nouam gloriam postulat.[n] † Carolum magnum item, & ipsum 8
Gallorum regem, ab Adriano pontifice, supremi muneris, & honoris loco,
Patritium creatum accepimus.[o]

c *Consularibus*) Hoc est qui summo consulatus honore perfuncti sunt.[p] Hinc
autem patet, ex senatoribus, alios fuisse patricios, quosdam consulares,
quosdam præfectorios. Et sic de aliis dignitatibus, vt suis locis excussum
est.[q]

d *Omnes viros*) Præfectorios puta, & prætorios. ij enim quoniam summos
gesserunt Magistratus, & in senatu voce ferebant suffragium, illustrium nomine continentur.

e *Illustres*) Inter † senatores ipsos, gradus & ordines fuisse suprà diffusè o- 9
stendimus.[r] Nam primi senatorum, & qui maioris semper dignationis habiti sunt, per excellentiam quandam Illustres sunt appellati, sequentis ordinis Spectabiles, & inferiores Clarissimi,[f] quod & Isidorus tradidit.[t] Inter
illustres primùm referuntur Patricij, hoc est nobiliores Romani, ex prioribus illis centum patribus, à Romulo creatis progeniti:[u] aut ea Patritiatus
dignitate, à principe exornati.[x] Rursus consulares, qui scilicet consulatum gesserunt,[y] vel ea dignitate pro suis meritis, & magni præmij
loco, donati sunt.[z] Denique Prætoriana præfectura, aut vrbana vel etiam prætura, proconsularive potestate, aut alio maiore magistratu fœliciter perfuncti,[a] dummodò in amplissimum senatus ordinem solemni ritu, lecti moréque maiorum conscripti essent,[b] quorum illustrium ordo,
sine controuersia reliquo senatu, dignior fuit.[c] Vnde & à Iustiniano magnificentissimi,[d] & à Cassiodoro, (qui fuit & ipse senator ac illustris, vtpote
supremis omnibus dignitatibus defunctus) dignissimi sunt appellati.[e] Sed tamen inter eos omnes primum locum Imperator tenere voluit. qui illustriores, aut plures peregissent administrationes[f] & honorariis (quos† vacantes 10
Theodosius nuncupat) administratores præferri voluit.[g] Ad hæc prognatos
ex illustribus liberos impuberes licet, & ita necdũ senatores pro illustribus
haberi, vt & patricios, qui ex patricibus descendunt, manifestum est.[h] Spectabiles autem, † seu speciosi (quod idem est)[i] appellati cum primis 11
mihi videntur, qui ex equestri ordine post minorem veluti magistratuum administrationem, honoris caussa in senatum recipiebantur,[k]
non quidem vt rogati sententiam ipsi dicerent: sed vt in eorum suffragia transirent: vel simplici verbo assentientes, vel pedibus euntes in sententias, quæ à principibus ferebantur.[l] Cuiusmodi fuisse mihi videtur Iulius
Montanus, quem Tacitus dicit senatorij ordinis, sed qui nondum honorem
capessisset.[m] Rursus & hi qui ornamentis senatoriis veluti lato clauo principis indulgentia, vti poterant:[n] aut honorarium senatoriæ dignitatis cingulum à principe consequebantur.[o] Qui verò neque patricij erant, nec ordinis equestris, nec item maximis illis præfecti fuerant magistratibus,
sed honoribus populi minoribus fœliciter vsi in senatum admittebantur:
vt & honoris caussa assiderent, neque per seipsi vel verbo, vel solemni
dictione sententiæ suffragantes, sed duntaxat assidentes, aut pedibus in aliorum sententiam descendentes, solo † clarissimatus titulo (quem genera- 12
lem, & communem ordini vniuerso probauimus)[p] exornati fuêre, & clarissimi simpliciter nuncupati.[q] Quemadmodum hi quoque, qui honorarios
duntaxat senatoriæ dignitatis codicillos, hoc est, sine prerogatiua cinguli, aut senatoriorum ornamentorum (alioqui spectabiles essent)[r] bene-

n Paul. Æmil. de rebus Fråc. in Clodoueo. j.
o Paul. Æmil. in Carolo magno.
p l. iij. §. fi. ff. de arbi. l. j. C. de digni. lib. 12.
q l. j. vbi dixi. 3. hoc tit.
r l. fœminæ. 3. hoc tit.
f l. fi senator. l. clarissimus. l. si grauius l. pe. & fi. C. de digni. lib. 12.
t Isidor. lib. 10. etymolo.
u Liuius lib. 1. & hac l.
x l. fi. C. de consul. lib. 12.
y Liu. j. §. fi. ff. de arbi. l. j. C. de dig. li. 12.
z l. fi. in prin. C. vbi senator. §. j. in auth. cõsti. quæ de dig. coll. 6. d. l. iij. de consu.
a l. ij. ff. de in ius vocand.
b d. l. fi. ibi, post depositam.
c l. iiij. & l. fin. C. de consul. li. 12. & hic.
d §. j. in auth. vt ab illustri. coll. 5.
e Cassiodo. libr. 6. epistol.
f l. ij. C. vt dig. ordo. l. j. in fi. C. de consul. lib. 12.
g d. l. fi. §. viros. C. vbi senat. & d. l. ij. in prin.
h l. j. & ij. C. de tuto. illust. perso.

Carolus magnus.
Consulares.
Illustres.
Patricij.
Vacantes.
Spectabiles.
Iulius Montanus.
Latus Clauus.
Clarissimatus.

i l. speciosas. ff. de verb. sign. k L. ij. C. de domest. & protect. libr. 12. l Gell. libr. iij. noct. attic. c. 18. m Corne. Tacit. lib. 13. n d. l. speciosas. o l. ij. in prin. C. vt dig. ord. lib. 12. d. §. viros. p l. ij. §. fin. C. de iis qui ven. ata. l. si senator. C. de dig. lib. 12. l. j. C. vbi senat. vel cla. dixi l. fœminæ. hoc tit. q l. j. C. de dign. lib. 12. §. j. in auth. vt ab illustri. coll. 5. r d. l. speciosas. & 3. dixi.

ficio

ficio principis acceperant.[f] Nam senatoriam dignitatem Seuerus Alexander suis prætorio præfectis adiecit, vt clarissimi essent (inquit Lampridius) & dicerentur.[t] Fœminamque idem author ait, sub infœlici Heliogabali imperio quasi clarissimam viri loco in senatum venisse.[u] Et cùm satis superque constet equestrem post Senatorium esse. Equites Romanos post clarissimatus dignitatem, Iustinianus scribit, secundum locum tenere,[x] vt minimè dubitandum sit, quin senatores omnes, etiam honorarij, & qui nullam in senatu dictionem suffragij, sententiæque habebant, Clarissimatus dignitate splenduerint.[y] quamuis & alios nonnunquam præter senatores fuisse clarissimos nuncupatos non ignorem.[z] Cæterùm id alia, atque alia ratione vt superiùs ostendi.[a]

f *Hi soli*) Nimitùm illustres: quibus singulari prærogatiua licuit sententiã in senatu dicere: Hoc est longa oratione, & magno cum apparatu verborũ de re in consultationem posita disserere, cùm cæteri, vel simplici verbo tantùm assentiri possent: vt spectabiles, vel duntaxat assiderent, aut taciti in principum, & illustrium sententiam pedibus irent: vt infimi ordinis: qui modo clarissimi, modò pedarij sunt appellati.

Sententiã dicere. 13 g *Sententiam dicere*) † Hoc est de eo quod in consultationem positum est, clara voce diffinire: & re in vtramque partem discussa, aut aliter accuratè tractata, super ea suffragium ferre, animíque sui conceptum liberè aperire.[b] vt interim cognoscamus, quod alios omnes hactenus latuisse video, aliud

Suffragari. 14 esse verbo † suffragari, aliud sententiam dicere. Verbo quippè ferre dicebatur suffragium, qui simpliciter & nullo verborum circuitu assentiebatur: dicere verò sententiam, qui longa oratione & spectante senatu, vt M. Cicero ait, mentem suam exprimebat.[c] Quod ipsum solus me Liuius docuit. Qui de M. Liuio multis ante annis ex consulatu iudicio populi damnato, verba faciens, ait, à Censoribus eum coactum squalorem deponere, & in senatum venire. Sed tum quoque, inquit, aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat, donec cognati hominis, cum caussa M. Liuij Macati cùm de fama eius ageretur, stantem coegit in senatu sententiam dicere.[d] Solebant autem vt Halicarnasseus tradit, primi quique consulares, & senatores imprimis rogari sententias. Qui verò iuniores erant, aut non togabantur, aut rogati non dicebant: sed discedebant in seniorum quam vellent sententiam. Arrogantis enim esse videbatur, velle quicquam illorum addere sententiæ, vel detrahere, iuuenibus præsertim & rerum imperitis.[e] Idque non omnibus in vniuersum senatoribus licuisse translatitiũ illud edictum significat, quo Gel-

Consules cum senatorib' vocādi mos. 15 lij quoque seculo, † veteris consuetudinis seruandæ caussa, Coss. cum senatoribus in curiam adhæc verba vocabant, *Senatores, quibusque in senatu sententiam dicere licet.*[f] Quæ res ex Liuij verbis apertior fit. Consules inquit edixerunt, quoties senatum vocassent, vti senatores, quibusque in senatu sententiam dicere liceret, ad Portam Capenam conuenirent.[g] Et alibi, Adeóque in apparatum, curámque eius belli ciuitas intenta fuit, vt P. Cornelius consul ediceret, qui senatores essent, quibúsque in senatu sententiam dicere liceret.[h] Sed cùm iam senatoribus, eorúmque dignitati, & prærogatiuis dedisse nobis videamur, tempestiuum est, vt de consulibus, & consulari officio, & authoritate, quædam dicamus.

IOANNES CORASIUS
Iurisconsultus Valentiæ Allobrogûm scripsit, Ferrariæ recognouit.

s §. j. in auth. vt ab illustri. coll. 5. §. j. in auth. vt ord. præfect. coll. 5.
t Lampridius in Alexandro Seuero.
u Lampridius in Heliogabalo.
x l. vni. C. de equest. digni. li. 12.
y l. ij. §. fi. C. de iis qui ven. æta. l. si senator. C. de dig. li. 12.
z l. j. C. si ex fal. instru. l. j. C. de sen. pas. d. l. si senator.
a l. fœmina. 3. hoc tit.
b l. dicere sententiam. ff. de arbit.
c Cic. lib. j. de legi.
d Liuius li. 27.
e Halicar. lib. iij.
f Gell. lib. noct. Attica. iij. c. 18.
g Liuius li. 23.
h Liuius li. 36.

DE OFFICIO CONSV-LIS.

TITVL. X.

SVMMÆ RERVM.

1 *Magistratus necessarij.*
2 *Consulis summa authoritas.*
3 *Trabea.*
4 *Senatusconsultum extremæ necessitatis.*
5 *Adrianus assedit Coss.*
6 *Consulis iurisdictio.*

DE Senatoribus & ordine senatorio,† velut supremæ di- 1
gnitatis gradu, Iurisconsulti magistratuum authorita-
rem tradituri, principe loco dicere voluerunt, eóque
tractatu explicito ad consulatus officium transitum fa-
cere, quod istiusmodi dignitas post senatoriam, olim
præ cæteris ordinariis (vt interim supremam dictatorũ
potestatem, velut extraordinariam excludam)[a] splen-
duerit, amplissimæque dignationis Iurisconsultorum etiam & Cæsarum
tempore habita semper fuerit.[b] Cùm autem oporteret in republica benè
instituta, qualis Romana quondam (si alia vnquam extitit) esse magistratus
sine quibus nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec genus humanum con-
sistere potest.[c] pulsis regibus & eorum tyrannide, duos consules in vrbe Ro
ma sunt constituti: † penes quos summum ius esset. Quòd rempublicam 2
consulere deberent, sic appellati.[d] quorum potestas initio tanta fuit, quan-
ta esse potuit maxima, nempè regia: attestante vetere lege, *Regio im-
perio, duo sunto.*[e] Quo enim imperio potiebantur antea reges, eodem con-
sules translata dominatione regia in consularem.[f] Vnde ad Græcinum
Poëta.[g]

Qui quamquam est ingens, & nullum martia summo
Altius imperium consule Roma videt.

Itaque lictores solium eburneum,† & trabeam, hoc est vestem purpuream, 3
cæteráque regum insignia renuêre.[h] atque adeò sceptra, coronásque au-
reas & violaceas, licet his non nisi in triumphorum pompis, & certis diebus
ad honorem deorum solemnibus vterentur.[i] Equidem nihil in his immuta-
rum, nisi quòd ex perpetuo vnius imperio potestas duorum annua facta est.
Verum mortuo collega Iunio Bruto, cùm venisset in suspicionem populo
Valerius Publicola consul, cœpit esse consularis authoritas inferior multò
regiæ potestati. Nam & à fascibus intra vrbem secures abstulit:[k] & lege lata
à consulibus constituit prouocari posse, eis ius esse negans iniussu populi in
ciuis Romani caput animaduertendi, solámque eis reliquit coercitionem,
& coniectionem in publica vincula.[l] Et quamuis plenum ius fascium cum
obligatis securibus, Largius dictator consulibus restituerit:[m] Lexque prouo
cationis potentiorum factione diu fuerit obliterata:[n] semper tamen mansit
posterior, ne nisi populo iubente, in caput Romani ciues consules animad-
uer-

Magistratus necessarij.

Consulis summa authoritas.

Trabea.

Valerius publicola suspectus populo.

a l.ij. §.populo deinde. ff. de ori. iu.
b l. ij. ff. de in ius voc. l.j. §.pe. ff. de appella. l. j. ij. & iij. C. de consulib. lib. 12. §. j. in auth. const. qua de dig. coll. 6.
c Cice. li. iij. de leg.
d l. ij. §. exactis ff. de orig. iur.
e Cic. lib. ij. de legib.
f Liuius lib. ij. in prin.
g Ouid. lib. iiij. de Ponto eleg. 9.
h l. j. & ij. C. de consuli. lib. 12.
i Liuius lib. 2.
k Halicar. li. 10. ad fin.
l l. ij. §. exactis. ff. de origin. iur. vbi dixi.
m Halicar. vbi s.
n Liuius li. 10.

uerterent.[o] Nam & ea lege secures consulibus Largium dictatorem restituisse ferunt.[p] præterquàm cum eis à senatu († quæ senatusconsulti forma vltimæ semper necessitatis habita est: Neque vt Cæsar ait, nisi in ipso penè vrbis incendio atque desperatione salutis omnium, in eam solitum discedi) negotium dabatur, *Viderent ne quid respublica detrimenti caperet.*[q] Tunc enim maxima pollebant domi forisque potestate.[r] Quæ omnia diffusioribus annotationibus à nobis superiùs exposita sunt.[s] Procedente dein tempore cũ lege Regia populus in Augustum ius omne transtulisset,[t] Consulum decus, honor & dignitas, summa quidem semper fuerunt.[u] Cæterùm potestas eorum & authoritas paulatim adeò restricta fuit, & imminuta, vt vix vmbram potestatis antiquæ retinuerit.[x] Sola enim cum primis iuris dicendi facultas eis relicta fuit, licet cum imperio,[y] cum authoritate consulendi senatum, & publica vectigalia locandi. Quod indicat Poeta Ouidius, cum consulis munera tractans ait:[z]

S. C. vltimæ necessitatis.

4

Aut reget ille suos, dicendo iura Quirinos,
Conspicuum signis, cùm præbet altus ebur,
Aut populi reditus, positam componet ad hastam,
Et minui magnæ sinit vrbis opes.
Aut vt erunt patres in Iulia templa vocati,
De tanto dignis consule rebus aget.

o *d. §. exactis.*
p *Halicar. vbi sup.*
q *Liuius lib. iij. Cæsar. lib. j. de bello ciuili.*
r *Salust. in bello Catilinario.*
s *d. §. exactis.*
t *l. j. ff. de constit. princip.*
u *l. j. ij. xij. C. de consul. lib. 12.*
x *§. j. in auth. de consu. coll. vj.*
y *l. ij. ff. de in ius vocan.*
z *Ouid. li. iiij. elegia. 5.*

Adrianus Imperator assedit Coss. Consulis iurisdictio.

2 Qua Adriani seculo adhuc vsos liberè fuisse, vel ex Dione liquet. Qui † Adrianum memorat, sæpè consulibus assedisse, cùm iudicarent.[a] Cæterũ postea truncata illis ita fuit, vt omnis contentiosa propè iurisdictio, & reipubli-
3 cæ administratio præterquàm ex principis delegatione,[b] sit eis adempta. † Manumissionibus, adoptionibus, emancipationibus, & aliis id genus negociis, coacto in eam rem si opus foret consilio, suam interponerent authoritatem: vti mox loco idoneiore latiùs docebimus.[c] vnde Mamertinus ad Iulianum Imperatorem, In administrationibus, inquit, labor adiungitur honori: in consulatu, honos sine labore suscipitur.

a *Dion in Adriano.*
b *l. j. §. pen. ff. de appella.*
c *l. vni. hoc tit.*

L. I. OFFICIVM.

Vlpianus lib. 2. de officio consulis.

Officium[a] consulis est, consiliũ præbere[b] manumittere volentibus. Cõsules, & seorsum[c], & singuli,[d] manumittere possunt, sed nõ potest is qui apud alterũ nomina edidit,[e] apud alterũ[f] manumittere: separatæ enim sunt manumissiones.[g] Sanè si qua ex caussa non potest collega manumittere, infirmitate scilicet, vel alia causa impeditus, collegam[h] posse manumissionem expedire,[i] senatus censuit.[k] Consules seruos suos manumittere apud se posse, nulla dubitatio[l] est. Sed si euenerit, vt minor xx. annis[m] Consul sit, apud se manumittere non potest,[n] cùm ipse sit,[o] qui ex senatusconsultò[p] consilij caussam[q] examinat: apud collegam verò caussa probata potest.[r]

SVMMÆ.

1 *Officium quid.*
2 *Consilium quid.*
3 *Consilium præbere & exercere.*
4 *Sponsalia præbere.*

5 *Nomen edere, dare, facere.*	13 *Lex annaria.*
6 *Præsentatio.*	14 *Annales leges.*
7 *Militiæ dare nomen.*	15 *Coruinus.*
8 *Nomen pro actione.*	16 *Augustus quando consul.*
9 *Collega.*	17 *Cornelij temeraria vox.*
10 *Censere propriè est senatus.*	18 *Nero princeps iuuentutis.*
11 *Lex dubitatione carens.*	19 *Consul an apud se manumittat.*
12 *Minor quando magistratum gerat.*	20 *Lex Ælia Sentia.*

a O*fficium*) † Officium ab officio verbo, quòd veteres pro efficere vsur- 1 Officiũ.
pârunt: Illud est, quod quisque efficere debet, pro suæ personæ con-
ditione, temporis, loci, rerum ac personarum dignitate insetuata. Officium
est inquit M. Cicero, id quod facere debet orator, finis cuius causa facere
debet.[a]

b *Consilium præbere*) Consilium † hîc pro cœtu, & conuentu iudicum acci- 2 Consiliũ.
pi volo.[b] Est † enim consilium præbere, iudices & consiliarios, quos iudicio 3 Consiliũ præbere.
interesse oportet, accersere, & congregare.[c] quod idem Vlpianus alibi con- Consiliũ
silium excercere dixit.[d] Et ita consilium præbere manumittere volentibus, exercere.
consul dicitur, cum iudices accersit, & conuocat, qui cognoscant, & subtili-
ter examinent (si fortè minor annis xx. manumittere velit) an deducta ma-
numissionis caussa secundum Æliæ Sententiæ legis præscriptum iusta sit.[e] †
Sic & præbere sponsalia M. Cicero dixisse videtur, pro eo quod est consan- 4 Sponsalia præbere.
guineos, & amicos ad solemne sponsaliorum conuiuium inuitare, &
asciscere.[f]

c *Seorsum*) Id est separatim à collega.

d *Et singuli*) Alter ex duobus consulibus solus manumittit, licet ex tri-
bus delegatis iudicibus duo nō iudicent absente tertio:[g] quippè tunc omnes
iudicare iussi sunt. vnde vno absente, nihil agitur, ne quid contra rescripti
formam fiat.[h] Cuius fines ad amussim, religioséque custodiendi sunt.[i]

e *Nomina edidit*) Hoc est nomen suum apud acta professus est, vt describe-
retur.[k] namque domini manumissuri apud Consules aut ex iis alterum, serui
nomen edebant.[l] † Est igitur edere nomen, dare nomen suum, aut alterius 5 Nomē edere, dare, facere.
scribendum.[m] quemadmodum facere assolent Gallici procuratores, cùm li-
tigatoris nomen, apud acta parlamenteæ curiæ profitentur, vt describatur. † 6
eamque editionem pragmatici præsentationem vocant. sic dare nomen M. Præsentatio.
Cicero,[n] & Liuius,[o] dixerūt. Nouum ius eo anno, inquit Liuius, à Ferētinan-
tibus tentatum, vt Latini, qui in Coloniam Romanam nomina dedissent, ci-
ues Romani essent. Puteolos, Salernúmque, & Burentum, ascripti coloni,
qui nomina dederant, cum ob id se pro ciuibus Romanis ferrent, senatus iu-
dicauit non esse eos ciues Romanos.[p] † Dicunt item nostrates Iurisconsulti, 7 Militiæ
dare nomen militiæ, pro eo quod est nomen suum in delectu profiteri, & in dare nomen.
militum numero describere,[q] quo locutionis genere Liuius passim vtitur[r].
Alio tamen sensu boni authores nomen facere dicunt, pro eo scilicet, quod
est debitorem ex mutua pecunia, aut alia caussa, sibi comparare. Caninius,
inquit M. Cicero, hortos emit instructos, nomina facit, negotium confi-
cit.[s] † Nec ignotum nominis verbo debita & debitores, eorúmque 8 Nomen
obligationes significari.[t] Ego hoc sum assecutus, inquit M. Cicero, vt facere.
bonum nomen existimer:[u] & Alphius fœnerator, optima nomina, non Nomen pro debito & actione.
appellando, hoc est interpellando debitorem, fieri mala: verissimè dixisse
fertur.[x]

f *Apud alterum*) Vbi enim cœpta est manumissionis caussa, ibi finem acci-
pere debet.[y] ne caussæ continentia diuidatur.[z]

g *Manumissiones*) Cœptæ nimirùm coram consule, apud quem nomen e-
ditum est. separatæ inquam sunt ab iis manumissionibus, quę apud collegam
expediri possunt.

h *Collegam*) † Vel pueris notum est, eum collegam dici, qui eiusdem est of- 9 Collegã.
ficij,

a C. de manu. b l. si quid. §. fi. ff. quis & à qui. l. si pater. §. fi. l. seruus. l. pupillus. ff. de man. vindi. c l. an manumittere. ff. de man. vindict. d l. ij. vbi dixi. ff. de offi. eius. e §. eadem ex Instit. qui. ex cau. ma. nō lic. d. l. an manumittere. f Cic. ad Q. fratr. g l. duo ex tribus. ff. de re iu. h l. si in tres. cū l. seq. ff. de arbi. i l. diligēter. ff. mandat. k l. ij. § si mater. ff. manda. l vt hac l. m d. l. ij. § si mater. n Cic. lib. iiij. ad Attic. o Liuius li. 34. p Liuius ibid. q l. qui cum vno. §. qui post. ff. de re. milit. r Liuius li. 5. 8. s Cic li. ij. offic. l. periculum. ff. si cert. pet. l. j. ff. ad Macedon. l. à diuo Pio. § pe. ff. de re. iud. l. aut prætor. ff. de pri. cre. t l. apud Celsū. §. q si is. ff. de dol. exception. u Cic. li. 5. epist. x Columel. j. de re rust. c. 7. y l. vbi cœptū. ff. de iudic. z l. nulli. C. ille tit.

ficij,& poteſtatis cum altero:[a] quaſi in idem munus,vt M. Varro ait, colle-
ctus.[b] Benè Pericles,inquit M.Cicero,cùm haberet collegam in prætura So-
phoclem.[c] & Tullius ipſe Gallum Aquilium ſe in prætura collegam habuiſ-
ſe gloriatur.[d]
i *Expedi*) Licet apud Collegam aduerſa valetudine, aut alia iuſta de cauſſa
impedimentum,nomen manumittendi ſerui in actis, dominus qui eum vo-
lebat libertate donare,profeſſus fuerit:ne partes ex calamitate, & caſu con-
ſulis immerentes damnum ſentiant.
10 lz *Cenſuit*) † Senatus propriè cenſere dicitur, Populus iubere, & plebs
ſciſcere.[e]
11 l *Nulla dubitatio*) † Ridiculi ergo ſunt, quemadmodum ſæpenumerò ad-
monui: qui aſſeuerant nullam in iure ciuili conſtitutionem reperiri,quæ du-
bitationem non habeat:[f] nam quis vnquam (vt cætera miſſa faciam) dubius
fuit,de eo quod Vlpianus ex Iuliani ſententia ſcripſit? Vbi maritus decennio
abfuit,anniculum quem domi reperit,ex vxore natum,eius filium non eſſe?[g]
Faceſſant itaque hæ ineptiæ,& interpretum argutiolæ, nimis temerè rece-[i]
ptæ.[h] nulla profectò,quod ad rem noſtram attinet, dubitatio eſt,quominus
conſul proprium ſeruum apud ſe manumittere poſſit, cùm poſſit ipſemet a-
pud ſe emancipari.[i]
12 m *Minor xx.annis*) † Romani adoleſcentiæ temeritatem veriti, grandio-
rem ætatem ad ſummos præſertim magiſtratus conſtituerunt. Vnde lege la-
ta cauerunt,ne quis ante xxv. annum conſulatum peteret:[u] aut ſenatum in-
grederetur,[k] cæteriſque reipublicæ adminiſtrationibus, legitimum annorũ
modum præſcripſère, quibus (non ante) capiendi magiſtratus fas, ius,pote-
ſtáſque eſſet. quam ad populum rogationem,primus tulit L.Iunius tribunus
13 plebis. indéque cognomen familiæ inditum inquit Liuius, † vt annales ap-
pellarentur.[l] & leges iſtiuſmodi definientes quod annos nati quemque ma-
14 giſtratum petant,cupiántque annales,† & annariæ,nuncupatæ.[m] Ius ſanè no-
ſtrum generaliter vetuiſſe videtur,ne ante xxv. annum,minores ad reipubli-
cæ adminiſtrationem admittantur.[n] quod niſi ex cauſſa recipiendum eſt.[o]
Nam ab excellenti, eximiáque virtute,progreſſum ætatis minimè expecta-
15 ri oportet:[p] vt memorabili quondam exemplo docuit † M.Valerius Corui-
nus,qui cùm Gallum à quo prouocatus erat,inſidente galea coruo,& vngui-
bus roſtróque impetente hoſtem (vnde & Coruin nomen accepit) magna
cum omnium admiratione interemiſſet: ſequentibus comitiis, anno nimi-
rùm vrbis conditæ ccccvij,cum M.Popilio Lenate,natus ipſe annum dunta-
16 xat xxiij.conſul ob ſingularem eius virtutem creatus eſt.[q] † Auguſtus quo-
que anno ſuæ ætatis viceſimo,aut(vt alij ſcribunt) decimo octauo conſula-
tum inuaſit,[r] quem cum peteret Octauij nomine Cornelius Centurio,cun-
17 ctarerútque ſenatus,concuſſo manu gladij capulo,† *Hic faciet,inquit,ſi non fe-
ceritis vos.*[ſ] Caius item Marius C.Marij filius ante annos xx. conſul per vim
18 creatus eſt.[t] Neronem † quoque Tacitus ſcribit,vigeſimo ætatis anno, con-
ſulatum iniiſſe,ac honoris cauſſa principem iuuentutis appellatum.[u] Scipio-
ni præterea Africano, primum Ædilitatem, deinde Conſulatum populus
Romanus ob inſignem eius virtutem ante legitimum tempus detulit.[x] An-
toninus quoque Commodus venia huius legis impetrata conſul ante quin-
tum & vigeſimum annum creatus eſt.[xx] Ex magna igitur aliqua cauſſa intel-
ligendum eſt hoc loco minorem aduerſus annariam legem viceſimo anno
creatum conſulem,non quod iure communi liceat, quod præcedentia Vl-
piani verba ſatis iudicant, dum ait, *ſi euenerit,*[y] quaſi dicat, non facilè con-
tingere.[z]
19 n *Non poterit*) † Ne Vlpianus ſibi ipſe contradicere, & parum conſtare vi-
deatur: qui alibi ſcripſit conſulem apud ſe manumittere poſſe: etiam ſi eue-
nerit,vt minor xx.annis ſit,[a] vterque locus ita accipiendus venit: vt non poſ-

Cenſere eſt ſenat⁹.

Lex an de dubitali.

Minor quando magiſtratum naniſcatur.

Annales. Annariæ leges.

Coruin⁹.

Auguſtus quando conſul.

Cornelij vox inſolens.

Nero princeps iuuentutis.

Conſul an apud ſe manumittat.

a l.collegarum. ff.de ver.ſig.
b M.Varro li. v.de ling.lat.
c Cic.li.ij.offic.
d Cic.li.iij.offi.
e l.ſi ventum. §.prædie. ff. de peti.hared. de-
xi l.y.§.deinde cùm eſſet.de o-
rig.iur.
f l.quæris.ff.de nata.reſti. l.ij.
§.conſtat. ff.de pœn. cum ſimi.
g l.filium.ff.de ijs qui ſunt ſui.
h l.non dubiũ. vbi dixi. C.de legib.
i l.ſi conſul. ff. de adopt.
u Cic.Philipp. 5.
k Plutar. in Pompeio.
l Liuius li.40.
m Cic. lib.iij. de legib.
n l. ad rempublicã.ff.de mune.& honor.
o l. non tantũ. §.j.ff.de decur.
p Cic.Philip.5.
q Liuius li. 7.
r Liuius li.119.
ſ Sueto.in Auguſto.
t Lin.ius li.86.
u Corne.Taci. lib.12.
x Liuius li.21.
xx Lamprid. in Anto. Commodo.
y l. ſi rogatus. §.fi. de manu. vindi.
z d.l.ad rempublicam.
a d.l. ſi rogatus. §. fi. ff. de manu.vindict.

sit apud se manumittere consul, ita vt is ipse caussam manumissionis rimetur & examinet.[b] Quæ nisi legitimè probata fuerit, prohibetur seruum donare libertate.[c] Cæterùm probata manumittendi caussa, apud collegam, minor ipse rectè manumittet.[d] quam interpretationem, vel ea quæ sequuntur verba, perspicuè faciunt.

b vt hac l.
c §. eadē. Inst. quib. ex caus. ma. non lic.
d d. l. si rogatus §. fi.

o *Cum ipse sit*) Optima ratio,† Quia lex Ælia Sentia in minorum gratiam 20 Lex Ælia Sentia.
introduxit, ne minoribus xx. annis sine caussa liceret seruos suos manumittere:[e] si manumittere volens minor sit & consul, non ideò manumittet, probata apud se caussa, ne diminuatur vtilitas per dignitatem,[f] eadem quippè leuitate, qua manumissionem facere cogitauit: quamlibet ipse caussam in consilio temerè probaret.[g]

e l. si pater. §. fi. ff. de manu. vindict. d. §. eadem.
f l. si longius. §. fi. ff. de iudic.
g l. dolo. §. diuersum. ff. de nouat.

p *Senatusconsulto*) Quod non habemus. Eo autem vel ex hoc loco cautum fuisse coniicimus, vt per consules, vel ex iis vnum, quoties minor manumittere vellet: manumissionis caussa, diligenter excuteretur & examinaretur.

q *Consilij caussam*) Hoc est caussam, apud consilium deductam, & allegatam, neque enim vt modo dixi, minori xx. annis temerè permissum est manumittere: sed ita demum si iusta manumissionis caussa probetur, & ostendatur.[h]

r *Potest*) Consul minor xx. annis probata caussa potest apud se manumittere,[i] apud collegam verò cui par est imperium, videtur non posse.[k]

h d. l. si pater. §. fi. d. §. eadem.
i d. l. si rogatus §. fi. & hic.
k l. apud eū. ff. de manumiss.

IOANNES CORASIUS
Iurisconsultus Ualentiæ Allobrogûm
scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIO.

TITVL. X.

SVMMÆ RERVM.

1 *Præfecti prætorio dignitas.*
2 *Conestabilis.*
3 *Cancellarius Franciæ.*
4 *Præpositus laborum.*
5 *Prætoria cohors.*
6 *Titus præfectus prætorio.*
7 *Traiani memorabilis vox.*
8 *Parazonium.*
9 *Præfectus prætorio an iudicet.*

MVNERE Consulis pertracto de officio Præfecti prætorio, dicendum meritò fuit,† quòd ad summam consu- 1 Præfecti Prætorio dignitas.
latus dignitatem, prætorianæ præfecturæ splendor proximè accedat.[a] Cuius sub Cęsaribus paulatim ita succreuit authoritas, vt nullam cuiusuis alterius magistratus potestatem ei adæquari posse, Cassiodorus dixerit,[b] nā maximæ fuit secundum principem amplitudinis, & honoris,

a l. 13. ff. de in ius vocand.
b Cassiodorus lib. 6. episto.

2 noris. Vnde & ex nostratibus Gallis, alij Magistro equitũ (quem vulgò † Co-
3 nestabilem dicunt) alij magno Franciæ † Cancellario: alij magno hospitij
4 Magistro (quem Iustinianus † Præpositum laborum appellare videtur)[c]
quòd ijs dignitatum fastigiis post regium decus nullum maius sit aut præstantius intrepidè comparant.[d] Accursius verò Cardinalibus,[e] & ex recentioribus nonnulli Auditoribus rotæ.[f] omnes quidem (vt mihi videtur) perperàm, quod & suprà docuimus,[g] & ex iis quæ mox subjiciam, non erit obscurum intelligere. Cùm itaque Romanum imperium ad monarchiam de-
5 uenisset, translata summa rerum in principem[h] soliti sunt Imperatores † cohorti prætoriæ (hoc est sanctiori militum congregationi, quæ præstò semper erat principi, velut ad salutem eius tutãdam peculiariter destinata) equitem vnũ præficere qui potẽtia militari sibi secundus esset: vt & olim Tribunus celerum, Regibus & Dictatoribus Magister equitum.[i] Fuítque ea dignitas, in dies postmodum splendidior facta, & honorificentior, vsque adeo
6 vt † Titus, patris sui Vespasiani Præfectus prætorio, & dici, & esse voluerit: cùm ante nunquam, nisi ab equite Romano fuisset administrata.[k] Præfectis porrò suis, Alexander Seuerus, senatoriam addidit dignitatem, ne quis non
7 senator, de Romano senatore iudicaret.[l] † Libet autẽ hîc memorabile Traiani Imp. verbum recensere: Qui cùm Prætorio præfectum cingulo eius di-
« gnitatis insigni donaret, ad eum (si Plinio credimus) ita dixisse fertur. Accipi-
« to hunc ensem: vt siquidem rectè atque è republica imperauero, pro me: sin
« secus, in me vtaris.[m] sed tamen ea voce, principe sanè digna, Vlpium Traianum cùm Suræ non cingulum Prætorij, sed Tribunatum militum traderet,
8 Dion scribit, vsum fuisse.[n] † Parazoniũ, inquit (Tribunatus erat insigne, quo
« pro dignitate accingendus erat) nudum ei porrexit, ac talem ait ensem ac-
« cipe, quam pro me ita demum strinxeris, si iustè imperauero. Quod si per-
« peram per me quicquam fieri cognoueris, in perniciem meã vtaris velim.[o]
Posteriorum porrò Cæsarum seculo, quicunque ad regẽdas prouincias mittebantur, quoniam summa illîc post principem pollerent authoritate: Præfecti prætorio dicti sunt. Inde Præfecti prætorio Oriẽtis, Illyrici, & Affricæ.[p]
9 † Hi autem grauioribus reipublicæ negotiis distenti & occupari, jus per se litigatoribus plerunque non reddebãt: sed per iudices in eam rem à se creatos (qui ordinarij dicti sunt)[q] vel eos, qui vice præfecti ex mandato principis cognoscebant,[r] præterquàm in grauioribus causis, vt ex appellatione procõsulum.[s] Cui autem apud Gallos magistratui Præfectus prætorio comparari debeat, tu arbiter esto. Nec enim hanc, vel aliam Romanorum dignitatem nostratibus temerè conferre ausim, quod prorsus diuersa fuerit apud illos, quàm nunc sit apud nos, administrandi ratio.[t]

L. VNIC. BREVITER.

Aurelius Arcadius libro singulari De officio Præfecti Prætorio.

BReuiter commemorare necesse est,[a] vnde constituendi Præfecti Prętorio officium origo emanauerit. Ad vicem Magistri equitum[b] Prefectos Prętorio antiquitùs esse institutos, à quibusdam scriptoribus[c] traditum est. Nam cùm apud veteres Dictatoribus[d] ad tempus[e] summa potestas crederetur:[f] & magistros equitum sibi allegerent,[g] qui associati principali curę militię gratia, secundam post eos potestatem gererent: regimentis[h] reipublicę ad Imperatores perpetuò translatis,[i] ad similitudinem Magistrorum equitum Pręfecti Prętorio à principibus electi sunt: data eis pleniore

Conestabilis. Cancellarius. Præpositus laborum. Cardinales. Auditor rotę. Prætoria cohors. Tribunus celerum. Magister equitum. Titus prę fectus prętorio. Traiani vox memorabilis. Parazonium. Pręfectus prætorio.

c l. vnic. C. de præposit. labor. lib. 12.
d Gul. Bud. l. vni. hoc tit.
e Accurs. d. l. vnic.
f Mar. Salomo. hîc.
g l. 5. §. populo. ff. de orig. iur.
h l. 1. in princ. ff. de cõst. prin.
i d. §. populo.
k Sueton. in Tito.
l Lampridius in Seuero.
m Plin. in Panegy. Traian.
n Dion in Traiano.
o Dion ibid.
p C. de off. præfect. præt. orien. & Illyric.
q l. de ordinario. C. de offic. præf. orien. l. si. C. de offi. præt. Augusta.
r l. 1. §. à præfectis. ff. de leg. 3.
s l. si quando. l. à proconsulibus. C. de appell.
t dixi latè in d. §. populo.

licentia,[k] ad disciplinæ publicæ[l] emendationem. His cunabulis,[m] Prætorio Pręfectorum authoritas, initiata, intantum meruit augeri, vt appellari à Pręfectis Prętorio non possit.[n] Nam cùm ante quęsitum fuisset, an liceret à Pręfectis prętorio appellari, & an iure liceret, extaréntque exempla[o] eorum, qui prouocauerant: postea publicè sententia principali lecta appellandi facultas interdicta est. Credidit enim princeps eos qui ob singularem[p] industriam explorata eorum fide & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis suę quàm ipse foret iudicaturus.[q] Subnixi sunt & alio priuilegio,[r] ne à sententiis eorum, minores ętate ab aliis magistratibus,[s] nisi ab ipsis pręfectis pretorio restitui possint.[t]

SVMMÆ.

1 *Celeres.*
2 *Tribunus celerum.*
3 *Dictator.*
4 *Magister populi.*
5 *Magistratus non sint perpetui.*
6 *Allegero, Allectus.*
7 *Dictator creabat magistrum equitum.*
8 *Regimen, rectio.*
9 *Disciplina publica.*
10 *Cuñabula.*
11 *Supplicatio à præfectis pratorio.*
12 *Exemplis quando iudicandum.*
13 *Emendicata suffragia.*
14 *Magistratus in Gallia venales.*
15 *Appellatio cur à principe interdicta.*
16 *Appellari non potest à sententia manifestè iusta.*
17 *Priuilegium, & priuilegiarius.*
18 *Restitutio minorum.*
19 *Erroris propositio contra senatum.*

a *l. ij. in pr. ff. de orig. iur.*

a NEcesse est) Necessarium est profectò, ei qui fœliciter aliquid in hac vel alia disciplina demonstrare cupit, rem ipsam ab origine repetere.[a]

b *Magistri equitum*) Initio ciuitatis habuerũt Reges omnẽ potestatem: quorum primus conditor vrbis Romulus, delectis ad corporis sui custodiam trecentis militibus, († quos à celeritate, quia celeriter Regi, & indigenti reipu- 1 Celeres.
blicæ occurrere eos oporteret, celeres nuncupauit) Tribunũ præfecit: † qui 2 Tribunus celerum.
Tribunus celerum ideò dictus est, secundum à Rege locum obtinens.[b] Electis verò Regibus cùm ius omne imperij populus haberet: in extremo rerũ discrimine & periculo, creari Dictatorem induxit, apud quem summa totius reipublicæ cura potestásue esset.[c] Is Magistrum equitum, velut imperij consortem designabat, qui apud se talis esset, qualis apud reges quondam Tribunus celerum. Translato autem ad Cæsarem imperio, ad instar equitum Magistri, Princeps instituit Pręfectos prætorio, vt Arcadius subnectit.

b *l. ij. § post originem. vbi dixi ff. de orig. iur.*

c *d. l. ij. § populo.*

c *A quibusdam scriptoribus*) Pomponium indicare videtur, qui Dictatoribus Magistros equitum adiungi suprà tradidit, quo modo Regibus quondã Tribuni celerum iungebantur, eorúmque officium tale fermè fuisse, quale hodie Præfectorum prætorio.[d]

d *d. § populo.*

d *Dictatoribus*) † Cum vis aliqua maior de improuiso suborta, excitatúsque 3 Dictatoris creatio.
de repentè bellorum terror, ingentem vrbi, Romanóque imperio, cladem minitabatur, in rebus trepidis, vltimum concilium priscis Romanorum erat Dictatorem creare.[e] Cuius arbitrium summum erat & pro numine. nam magistratus abrogare, in exilium agere, capite mulctare (ciuem etiam Romanum, quod non licuit consuli)[f] bellum, pacem, fœdus, societatémque facere. populo licet non iubente, liberè poterat.[g] Vnde † & populi 4 Magister populi.
Magister, cognominatus.[h] quo prætereà creato, vis omnis cæterorum magistratuum[i], & authoritas cessabat, præter vnam Tribunitiam, quam

e *Liuius. li. iij.*
f *l. ij. § exactis. ij. ff. de ori. iur.*
g *Liuius lib. ij. & iij.*
h *Cice. li. iij. de legib.*

quam veteres durare voluerunt, vt tantus honor, aliquo fine præscribere-
tur.[i] quæ omnia extensiùs suprà tractauimus.[k]
e *Ad tempus*) Sex mensium scilicet. Hunc magistratum, inquit Pompo-
nius, quia summam potestatem habebat, fas non fuit vltra sextum mensem
5 retineri.[l] † Híncque obseruare licèt, maximos magistratus non expedire
reipublicæ diuturnos esse.[m] Taxantúrque nostrates Galli, nec iniuria, quòd
apud eos omnes propemodum magistratus perpetui sint. Quippè magistra-
tibus ita demum conseruari rempublicam philosophus credidit, si non diu
gerantur.[n]
f *Crederetur*) Hoc est fidei suæ committeretur.[o]
6 g *Allegerent*) † Id est, adiungerent, adscriberent, & quasi cooptarent.[p] In-
stanti sæpius (inquit Suetonius de Tiberio) vt ciuitate donatum in decu-
rias allegeret, negauit se allecturum.[q] inde adlegi in ordinem dicitur is, qui
in magistratuũ collegium asciscitur.[r] & allecti senatores, qui in senatũ allecti
sunt, & magistratus, qui in curiam assumuntur.[s] deniq; ciues allectione fie-
ri lex ait, cùm videlicet aduena publicè ciuitate donatur, & in eã recipitur.[t]
7 † Equidẽ dictator simul atq; designatus erat, magistrum equitum (sine quo
fas non fuit creari Dictatorem) velut imperij consortem nominabat: qui si-
bi à consiliis esset, suásque vices gereret, si quãdo Dictatorem oporteret ab-
esse. Itaque quemadmodum Dictator à Consule: sic equitum Magister ab
ipso Dictatore creabatur.[u] Lucius Quintius (inquit Liuius) Dictator à con-
sule dicitur, ipse deinde C. Seruilium Halam Magistrũ equitum dicit.[x] Rur-
sus Mamercus Æmilius Dictator creatur: ab eo A. Posthumius Tubertus
Magister equitum est dictus[y]. & alibi, A. Cornelius Cossus Consul, Mamer-
cum Æmilium Dictatorem dixit: ipse ab eo magister equitum dictus est.[z]
Item alibi, Dictator Manlius C. Seruilium, qui tum Ædilis curulis erat, ma-
gistrum equitum dixit.[a] Pleni sunt certè similium exemplorum Liuij Hali-
carnassei, cæterorumq; historicorum annales. Et res ipsa vel mediocriter e-
ruditis notissima est: vt in ea diutiùs immorari superuacaneum putem.
8 h *Regimentis*) † Vsurpat hîc Aurelius regimentum pro potestate regendi,
moderandíque, quod vsitatiore vocabulo, latini rectionem, aut regimen di-
cunt. Omnium, inquit M. Cicero, rerum publicarum rectiones præscri-
psimus.[b] Et non multò post, ea quoque est, ab iisdem non solùm ad pri-
uatæ vitæ rationem, sed etiam ad rerum publicarum rectionem relata.[c]
Et Liuius, Regimen inquit, totius magistratus penes Appium erat fauo-
re plebis.[d]
i *Translata*) Lege Regia, qua populus omne suum imperium, omnémque
potestatem in principem contulit.[e]
k *Pleniore licentia*) Quippe Magister equitum rei tantùm militari intende-
bat. Præfecti verò prætorio authoritas erga forenses etiam causas eluxit.[f]
9 l *Disciplinæ publicæ*) † Ritum viuendi, morumq; obseruationem vocat hîc
Aurelius, publicam disciplinam. Cuius moderationem præ cæteris domi, mi-
litiæq; prætorio præfectus habuit. vnde non modò res curabat bellicas, sed
etiam disciplinam benè viuendi: vt suum videlicet cuique redderetur: néve
cuiquam fieret iniuria iuridicundo etiam intentus, tanta authoritate, vt nec
ab eo quidem subiiciat Iurisconsultus, prouocari potuisse.[g]
10 m *Cunabulis*) † Cunabula, pro initiis, metaphoricos passim in iure accipi
suprà docuimus.[h]
11 n *Non possit*) † Licèt à præfectis prætorio ius non sit prouocandi: facultas
tamen supplicandi intra biennium litigatoribus conceditur.[i] Cæterùm se-
mel duntaxat. Neque enim iterum victo fas erit rursus supplicate.[k]
12 o *Exempla*) † Non igitur exemplis, sed legibus, vt Iustinianus ait, iudican-
dum est.[l] neq; tam spectandũ quid olim factũ sit, quàm quid fieri oporteat.[m]
13 vnde prohibet, nec immeritò, Imperator, in litigiorum disceptatione † e-
mẽdicata proferre suffragia: hoc est ea, quæ ante in certis particularibúsque

Magistratus decet temporarios esse.
Allegere.
Dictator creabat Magistrũ equitum.
Regimẽtum. Rectio. Regimẽ.
Disciplina publica.
Cunabula.
Supplicare à præf. prætorio.
Exemplis quãdo iudicãdum.
Emendicata suffragia.

i Liuius lib. 22.
k d. §. populo:
l d. §. populo:
m Bal. hic.
n Arist. lib. 5. Politic. cap. 8.
o l. j. ff. si cert. pet.
p l. generaliter. §. spurios. ff. de decurion.
q Suet. in Tiberio.
r d. §. spurios.
s l. rescripto. §. j. ff. de muner. & honor.
t l. ciues. C. de incol. lib. 10.
u vt hac l.
x Liuius lib. iiij.
y Liuius ibid.
z Liuius ibid.
a Liuius lib. xxvij.
b Cic. lib. 3. de finib.
c Cic. lib. 5. de finib.
d Liuius lib. 3.
e l. j. vbi dixi. ff. de constitut. princip.
f vt hac l.
g l. vnic. C. de sentent. præfec. prat.
h l. ij. §. post hoc. ff. de orig. iur.
i l. præfecti. ff. de minor. l. vnic. C. de sent. præf. prat.
k l. si quis. C. de precib. imp. offe.
l l. nemo. C. de sent.
m l. sed licet. ff. de offic. præf.

negociis decreta ſunt.[n] conſtituens, vt generalibus duntaxat legum conſtitutionibus litigatores vtantur:[o] niſi tamen præiudicatum illud, & exemplum in ius conſuetudinis tranſierit, quia diuturno ciuium vſu comprobatum:[p] aut euidenter iuſtum eſſet, & rei de qua agitur, percommodè conueniens.[q]

p *Ob ſingularem*) Elegans & plena doctrinæ ratio, cur à Præfectis prætorio non appelletur. quam vtinam haberent noſtri principes in animis inſculptam. ea nanque planè edocerentur non temerè, & inexploratè quoſcunque ſenatoriis aut aliorum maiorum præſertim magiſtratuum infulis, inſigniendos: ſed eos duntaxat quorum ſingularis eſt induſtria, excellens eruditio, probitas, fides, & grauitas explorata.[r] verùm hodie, maximo totius reipublicæ malo, eo ventum eſt, vt rudes, indocti, imperiti, & planè dicam Analphabeti homines, ſummis illis magiſtratibus inuerecundè ſe obtrudant: ad reipublicæ adminiſtrationem, tanquam ad nundinas accedentes, & quod moleſtiùs ferendum eſt, ab his, à quibus id muneris eſt demandatum, indigniſſimè prouehantur,† magiſtratus venum dantes, nulláque ratione virtu- 14 Magiſtratus in Gallia venales.
tis, meritorum, aut communis ſalutis habita, dignitates, & officia quæſtui habent. quo nullum grauius, nullum pernicioſius in repub. malum: cui (nam Galliam quoque noſtram iandiu occupaſſe videtur) niſi præſtanti, eximiáque ſapientiſſimi principis noſtri virtute obuiam eatur, de republica noſtra penè conclamatum video. Atque vtinam non vanis auribus ego canam.

q *Iudicaturus*) † Hinc ſubtiliter rationem collige, cur à principe non ap- 15 Appellari cur non liceat à príncipe.
pelletur, quia ſcilicet (præterquàm quod ſumma eſt eius authoritas) integritate & virtute cæteris (quemadmodum Philoſophus ſcribit) præſtare præſumatur.[ſ] Vnde nihil niſi iuſtum, pium, æquum & ſanctum conſtituiſſe creditur.[t] Sic nec à ſenatu prouocatur.[u] nec item à Prætorio præfectis:[x] quia ob ſingularem doctrinam, fidem, & probitatem à principe lecti, non aliter iudicaturi, quàm ipſe princeps exiſtimentur.[y] † Quo cùm intelliga- 16 Appellatio à ſententia euidenter iuſta.
mus iuſtam legitimámque inhibendæ apellationis cauſam eſſe Iuſtitiam iudicij: probabiliter inferemus, à ſententia cuiuſuis, licet inferioris iudicis, ſi ea ſit euidenter iuſta, prouocandi ius denegatum:[z] ne minoris ſit authoritatis præſumptio, veritate.[a] Etenim à præfectis prætorio, docet hîc Arcadius, idcirco non poſſe prouocari, quòd iuſtè credantur iudicaturi. vbi ergo perſpicuum erit à quouis alio magiſtratu rectè iudicatum, calumnioſa appellatione, lis protrahenda non eſt.[b] ne alioqui ex ſummo iure, ſumma crux fiat, & iniuria.[c] Quandoquidem prouocationis beneficium, non vt eſſet iniquitatis vinculum, fuerit inſtitutum:[d] ſed vt ſubditos ab omni iniuria arceret, & vendicaret.[e]

r *Priuilegio*) † Hoc eſt ſingulari præter cæteros magiſtratus prærogatiua. 17 Priuilegiũ quid.
nam in hunc ſenſum priuilegij verbum Iuriſconſulti accipiunt: vt ſcilicet peculiarem à lege vel principe collocatam alicui prærogatiuam deſignet.[f] non tam ineptè, quàm nonnulli putant. Cùm enim Priua veteres dixerint, quæ nos ſingula:[g] quid prohibet, quominus ius ſingulare, poſſim priuilegiũ rectè vocare? & quibus id peculiariter indultum eſt, priuilegiarios?[h] Neque Priuilegiarius.
verò eo inficias ex germana & vetuſtiore vocabuli ſignificatione, priuilegiũ dici priuatam legem, hoc eſt de certis particulatim perſonis, non de omnibus in vniuerſum latam.[i] quod ſuprà tradidi.[k]

ſ *Aliis magiſtratibus*) Regulariter contrà. quippè præfectus vrbi, alíique magiſtratus pro ſua iuriſdictione in integrum reſtituunt, tam in cæteris cauſis, quàm aduerſus ſuam ſententiam.[l] Reſtitutio minorum.

t *Reſtitui poſſunt*) † Minores xxv. annis aduerſus ſententiam à pręfectis prę- 18 Minor cur reſtituatur, & non appellet à præfectis prætorio.
torio latam reſtitui poſſunt: ab his licet non appelletur.[m] Differentięque ratio ex Hermogeniano hęc eſt. nam qui prouocat, iniuriam infert quodammodò iudici: cùm de iniquitate ſententię quęratur.[n] hoc autem vt principi, ita pręfecto pręrorio (quem non aliter ac ſeſe princeps iudicaturum

con-

n l. ſinguli. C. de accuſa. l. fi. C. ſi contra iur. o d. l. final. p l. ſi de interpretatione. ff. de legib. q l. j. §. eaſum. ff. de poſtul. r §. vl. in proœ. Inſtit. ſ Ariſto. li. iij. Polit. c. 9. t l. j. ff. de conſt. princ. l. & ideo. j. ff. de legib. u l. j. ff. à qui. app. non lic. x l. vni. C. de ſent. præ. præto. y vt hac l. z c. iij. c. cũ ſpeciali. § porrò. de appel. c. cùm ap pellationibus. el lo ti. in 6. a l. pen. §. pe. ff de prob. b c. veſtra §. fi. de cohab. cleri. c l. meminerint C. vnd. vi. d d. c. iij. d. §. porrò. e l. præfecti. ff. de minor. f l. ij. & tot. tit. ff. de priuil. cre. g Gel. lib. 10. c. 20. h l. reſcriptũ. ff. de pac. l. iij. ff. quod eum eo. l. ſi ventri. ff. de priuil. cred. d. l. ij. & hac l. i Cic. lib. iij. de legib. Gel. vbi. ſuprà. k l. iura. ij l. ius ſingulare. ff. de legi. l l. in cauſa. ij. §. fi. ff. de minor. m l. vni. C. de ſent. præfect. prætor. l. præfecti. ff. de minor. n l. j. ff. de appella. c. cũ ſpeciali. § porrò. el lo tit. in antiq.

confidit) indignum est obiicere.[o] Qui verò se restitui in integrum postulat,
de iudicantis iniustitia non conqueritur, sed errorem proprium, aut aduer-
sarij circumuentionem deducit.[p] † qua pariter ratione licet à parlamen-
19 teis curiis, in Gallia non appellemus,[q] quod instar senatus obtineant: ad-
uersus tamen eorum decreta potest error proponi, & circumuentio par-
tis allegari.[r]

Erroris propositio.

o vt hac l. *p d.l.præfecti.* *q l.j.ff.à quib. app.non lic.* *r d.l.præfectis.*

IOANNES CORASIUS
Iurisconsultus Valentiæ Allobrogûm
scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO
PRAEFECTI
VRBI.

TITVL. XII.

SVMMÆ RERVM.

1 *Præfecturæ vrbanæ initium.*
2 *Præfecti vrbis authoritas.*
3 *Sabinus frater Vespasiani.*
4 *Pertinax Imperator.*
5 *Appellatio omnis ad Præfectum vrbis.*

1 VRBIS † Præfectura Romæ, à prima antiquitate fuit.
Sub Romulo enim vrbis conditore Denter Romulius
vrbis præfecturam meruit. Dein Tullus Hostilius Nu-
mam Martium vrbi Præfectum creauit: & Tarquinius
Superbus Spur. Lucretium stupratæ Lucretiæ patrem.[a]
Cùm itaque principibus reipublicæ, nimirùm ab initio
regibus, & post exactos reges cõsulibus, ac demum Cæ-
saribus abesse ac proficisci opus erat, ne quis repens in vrbe fieret tumultus,
néve vrbs sine imperio foret, aut incursibus hostiũ pateret, vnus relinqueba-
2 tur, penes quẽ in vrbe summa rerũ esset. † vrbi Præfectus ideo nũcupatus:[b]
qui iuri dicundo, reíque militari præerat, omniáque omninò poterat in vni-
uersum, quæ ad populi salutem pertinebant.[c] vnde ius ei fuit habendi sena-
tum.[d] cunctísque tempore Cæsarum, in vrbe Roma præcelluit dignitati-
bus.[e] vt minimè mirum videri debeat, si semper inter maiores magistratus
honos hic vrbanæ præfecturæ relatus fuerit.[f] Vbi potentius (inquit Liuius)
iam esse id malum apparuit quàm vt minores per magistratus sedaretur, M.
Æmilio præfecto vrbis, negociũ ab senatu datum est.[g] Quia verò creata fuit
hæc præfectura quoties ex vrbe principes, cæterósq; magistratus abesse o-
portebat: ne vrbs sine imperio foret.[h] & Latinorũ causa magistratus omnes
& populi pars numerosior, sacra quædã vetusto ritu facturi in montem Al-
banum quotannis conscendebant:[i] Præfectus vrbi creari cœptus, qui mu-
nus suũ exerceret per eos dies, quibus Latinarũ feriarum causa magistratus

Præfecturæ vrbanæ origo. — *Præfectus vrbi & eius authoritas.*

a Cornel. Tacit. lib. 5. *b l.ij.§.& hæc omnia. vbi dixi. ff. de origin. iur.* *c l.j. hoc tit. infrà.* *d Gel. lib. 14. c. 7.* *e l.iij. C. de off. pref. vrb.* *f l. ij. ff. de in ius voc.* *g Liuius lib. 25.* *h d.§. hæc omnia.* *i Halicarn. lib. iiij.*

abessent.[k] At quoniam hi dies pauci cum primis erant, dein religiosi, etiam post Latinas duo.[l] à negociis ciuilibus interim abstinebatur. vnde de iis dun taxat præfectus cognoscebat, quæ ad sedandos tumultus, amputandam seditionum materiam, & continendos tantisper in officio ciues pertinebant.[m] Cæterùm Augustus præfecturam vrbis perpetuam fecit.[n] vt scilicet iis curis ad quietem ciuitatis præsentibus, etiam Romæ reliquis magistratibus daret operam, quibus antea profectis domo regibus, ac mox magistratibus, intendere eum quandoque oportuit. Verum omnia omnimò crimina paulatim sibi præfectura vindicauit.[o] Hanc præfecturam honoratiorem fecit † Sabinus, Vespasiani Imperatoris frater. cui ad eam processisse, magni muneris loco fuit.† & Pertinax, qui ex vrbis præfectura ad imperium prouectus est. 4 Oblatum tamen à Seuero Imperatore, Probus gener recusauit, dicens, Illustrius sibi videri generum principis esse, quàm præfectum vrbi.[p] Cæterùm splendorem huius dignitatis, vt cæterarum obscurauit, fœdauit, & inquinauit Heliogabalus omnium impurissimus: qui vilissimos quosque, atque adeò inhonestissimos. veluti lenones, vrbi præficere in animum induxerat. Sed de iis omnibus nos suprà diffusiùs.[q] Illud in præsentiarum ex Flauio Vopisco addam, Taciti Imperatoris seculo, ius dandi imperij, appellandi principis, nuncupandi Augusti, ad senatum reuertisse,† reliquarum verò potestatum 5 omnium & dignitatum prouocationes rediisse ad vrbi præfectum.[r]

k Gel. li. 14. c. 8. l Cic. ad Q. fr. ii. m Tacitus li. 5. & 14. n Sueto. in Augu. o l. j. in pr. hoc titul. p Spartianus. in Septimio Seuero. q d. §. & hac omnia. r Vopiscus. in Floriano. dicā l. ij. in fi. hoc tit.

3 Sabinus Vespasiani frater. 4 Pertinax Impera. Probus gener Seueri. 5 Appellationes ad præfectū vrbi.

L. I. OMNIA.

Vlpianus libro singulari de officio præfecti vrbi.

OMnia omninò crimina[a] præfectura vrbi sibi vendicat. nec tantùm ea, quæ intra vrbem[b] admittuntur: verùm ea quoque quę extra vrbem intra Italiam,[c] vt epistola[d] diui Seueri ad Fabium Cilonem Pręfectum vrbi, missa declaratur. Seruos qui ad statuas confugerunt,[e] vel sua pecunia[f] emptos, vt manumittantur, de dominis[g] querentes audiet. Sed & patronos egentes, de suis libertis querentes audiet. & maximè si ęgros se esse dicant, desiderentque à libertis exhiberi.[h] relegandi, deportandíque[i] in insulam, quam Imperator assignauerit,[k] licentiam[l] habet.

SVMMÆ.

1 *Iurisdictio præfecti vrbis.*
2 *Italia descriptio.*
3 *Saturnia.*
4 *Hesperia.*
5 *Cenotria.*
6 *Meum & suum dictiones.*
7 *Exhibere pro alere.*
8 *Relegatio quid.*
9 *Deportatio.*
10 *Confinatio.*
11 *Ouidij poeta exilium.*
12 *Apolides.*
13 *Insula exulibus assignabatur.*
14 *Deportandi ius qui habeant.*
15 *Præses an deportare possit.*
16 *Licentia.*

a CRimina) † Præcipua fuit de criminibus vrbis præfecti iurisdictio.[a] quippè qui de pecuniariis causis non, nisi certis casibus, cognoscebat.[b] 1

b Vrbem) Romam scilicet, quæ vrbis simplici verbo, si non aliud adiicitur, designari solet.[c] quod alibi docui.[d]

c Italiam) De qua pauca dici conuenit.† Quoniam (inquit Pomponius Mela[e]) nota sunt omnia eius prouinciæ finis quondam fuit Rubicon Fluuiùs,[f] 2 Galliam citeriorem ab Italia disterminans in altera extremitate Rhegium ha-

a vt hac l. b l. ij. vbi dicā hoc tit. c §. ij. de iur. natur. in Instit. d l. j. ff. de ori. iur. e Pomp. Mela lib. ij. de situ orb. f Plin. lib. iij. c. 15.

1 Iurisdictio præfecti vrbis 2 Italiæ descriptio.

habens oppidum,vbi modico,& angusto mari Italia à Sicilia diuiditur.at ho
die totam Cisalpinam Galliam Italia concludimus vt à Salassis, qui locus
nunc Saluciarum,& Montisferrati est,vbi Alpes initium capiunt, Rhegium
vsque,terra Italica sit. vnde Caius Sempronius,qui vnus Historicorum,Ita-
liam accuratè describentium fuit. Italia (inquit) à iugis alpium oritur, ma-
ri cingitur supero & infero,& secatur Apœnino, qui à iugis Alpium ortus,
per mediam Italiam, à Liguribus ad Anconam porrectus, inde paulatim
vsque Venusiam reflexus, ibi ex transuerso diuidit ex altera parte Brun-
dusium, altera vel iam attingens circum sinum Tarentinum, quem
Ausones primi, inde Aborigines, Græci post Oenotrium Arcadem te-
nuêre.[g] Planè quod ad vrbis præfecti iurisdictionem attinet,noster Vlpianus
3 Italiam centesimo miliario mox claudere videtur.[h] Fuit autem primū† Ita- (Saturnia.)
4 lia dicta Saturnia,à Saturno primo habitatore:aut,vt alij malunt,† Hesperia, (Hesperia.)
5 deinde † Oenotria,tandem ab Italo Siculorum Rege: qui & leges dedit, & (Oenotria.)
agriculturam Italos docuit,Italia appellata est. vnde Vergil.[i]

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt.
Terra antiqua,potens armis,atque vbere glebæ:
Oenotrij coluêre viri,nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

Alij tamen ab vno ex tauris Geryonis ab Hercule abductis, Italiam dictam malunt. cùm propè Rhegium enatasset, in Siciliam, & Erion campum, ac regnum Neptuni filij deuastasset,Taurus quippe Tirrhenorum lingua,Italus dicitur. (Taurus.) De Italiæ verò laudibus docti viri permulta scripserunt nobis breuiter,& in transcursu cum Plinio satis erit dicere.[k] Italiam esse terram omnium terrarum alumnam,eandem & parentem numine deorum electā, quæ salubre nacta Cœlum,omni frugum genere fœcunda,ac hominum copia,multáque temperie præstans,facta est frequentissima,quod ob terræ fœcunditatem,aquarum adfluentium,hominum præterea mansuetudinem,ciuiúmque humanitatem cæteris (vt Ælianus ait) regionibus antecellat.[l] Præterea cum mediana sit regio,Iouis stella inter Martis feruentissimam,& Saturni frigidissimam hinc frigore,illinc calore contemperata. Consiliis & prudentia pollent Itali.Sic enim de temperatis,quibúsque regionibus Vitruuius opinatur.

d *Epistolæ*) Huius epistolæ frequens est in iure nostro apud eundem Vlpianum mentio.[m] (Epistolæ.) Quomodò autem, quáve ratione à principe ad magistratus emanarent epistolæ,à nobis superiùs tractatum est.[n]

e *Confugerunt*) Fuerunt imagines & statuæ principum,seruis, nedum liberis hominibus tutum quondam perfugium.[o] (Statuæ principū.) quod non vno in loco à nobis diffusè annotatum cernere est.[p]

f *Sua pecunia*) Cùm nummos,nihílque suum, hoc est proprium, seruus ha-
6 bere possit.[q] † Et dictio suum,ad dominium propriè referatur:[r] apparet le- (Meum & suum.)
gem hîc conniuere,dum simulat se credere,cum suis nummis redemptum, qui non ex pecunia venditoris redemptus est.[s] indéque discimus dictiones *meum*, & *suum*, quæ gemina significatione dominium denotant:[t] pro subiecta materia latius accipi: vt aliquando ius personale,& id quod nobis debetur,significent.[u] nonnunquam amplius,id in quo nullum ius, neque in rem, neque in personam,habemus.[x] qua ratione,communis ille loquendi rusticorum vsus dicentium agrum quem colunt,suum esse,defendi solet.[y] Nam & hîc Vlpianus,suam,hoc est serui pecuniam,dicit.cùm tamē constet, vt diximus,seruum proprij nihil habere.[z] Non itaque temerè Pomponius dictionem suum,ambiguam esse scribit.[a]

g *De dominis*) Quod ab iis atrociter tractentur,duriúsque habeantur,quàm par est.[b]

g *Vitruu. lib. ij. c. 10.*
h *§. sequenti.*
i *Vergilius li. j. Æneid.*
k *Plin. li. iij. c. 5.*
l *Ælianus li. 9. de varia historia.*
m *l. j. §. hi quibus. ff. de leg. iij. l. aut damnum. § praefecto. ff. de pœn. l. inter. §. j. ff. de interd. & releg. & hîc.*
n *l. j. ff. de const. prin.*
o *l. ij. ff. de iis qui sunt sui.*
p *lib 5. Miscella. c. 25. & in d. l. ij.*
q *§. item nobis. per quas perso. in Inst.*
r *l. Quintus. §. argento. ff. de aur. & argent. leg.*
s *l. is qui suis. ff. de manumissio. l. vix certis. ff. de iudic.*
t *d. §. argento.*
u *l. si & me. ff. si cert. petat. l. j. ff. quod cum eo. l. nihil dolo. ff. de reg. iur.*
x *l. cū aliquis. C. de iur. delib.*
y *l. ij. §. j. vbi dixi. ff. de orig. iur.*
z *d. §. item vobis.*
a *l. pupillus. §. fin. ff. de verb. sign.*
b *l. ij. ff. de iis qui sunt sui.*

h *Exhiberi)* † Id est ali in hunc enim sensum Iurisconsulti, sed præsertim 7 Exhibere pro alere.
Vlpianus noster, exhibere verbum, peculiariter vsurpant.[c]
1 *Relegandi deportandique)* Et in metallum damnandi.[d] Inter relegationem
autem, & deportationem, Budæus noster, immortale Galliæ numen, hoc
interesse scribit.[e] quod † relegatio sit, cùm quis exire fines patriæ iubetur.† 8 Relegatio.
Deportatio verò, cùm præter exterminationem, ei qui damnatus est, certus 9 Deportatio.
locus, aut limitatum spacium, circumscribitur.[f] Galli † confinationem vo- 10 Confinatio.
cant. Quæ discriminis ratio non sat probabilis videtur, cùm relegario non
simpliciter modò fiat: sed in certam insulam.[g] támque diffinitus ille locus
circunscribatur: quem relegatis egredi non licet.[h] exemplóque est, Ouidius
poeta, † qui ab Augusto Cæsare in pontum, & ad oppidum Tomos relega- 11 Ouidius relegatus.
tus est. Neque tamen exul fuit, aut deportatus. vel ipso, suæ infœlicitatis te-
stimonium passim perhibente. Nam Cæsarem ipsum sic loquitur.[i]

Ira quidem moderata tua est: vitámque dedisti:
Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abest.
Nec mea concessa est aliis fortuna, nec exul
Edicti verbis nominor ipse tui.
Arua relegatum, iussisti visere ponti.
Et bythicum profuga scindere puppe fretum.

Et alibi, ad eundem.[k]

Addo quod edictum quamuis immite minácque,
Attamen in pœnæ nomine leue fuit:
Quippe relegatus, non exul, dicor in illo:
Parcáque fortunæ sunt tibi verba meæ.

Ex cuius verbis licet veram vtriusque vocabuli significationem, differentiámque colligere. Is enim, vt arbitror ego, relegatus propriè dicitur, cui pro pœna prouincia tamen sua interdicitur.[l] seu qui patriæ sedibus ita pellitur, & arcetur, vt suis nihilominus perfruatur bonis, saluúmque sit ei ius omne ciuitatis.[m] quomodocunque id contingat, siue simpliciter quis patriæ fines exire iussus sit,[n] siue certus etiam insulæ locus fuerit præscriptus, pœnæ pendendæ causa.[o] rursus siue ad tempus, siue in perpetuum quis fuerit relegatus.[p] nam in Tomos oppidum, & perpetuò relegatus Ouidius dicebatur.[q] (Relegat.)

Fallitur iste tamen, quo iudice nominor exul,
Mollior est culpam pœna secuta meam.
Nec vitam, nec opes, nec ius mihi ciuis ademit:
Nil nisi me patriis iussit abesse focis.
Ipse relegati non exulis vtitur in me
Nomine: tuta suo iudice causa mea est.

Et alibi.[r]

Omnia si nescis Cæsar mihi iura reliquit:
Et sola est patria pœna carere mea.

Deportati verò dicuntur, qui à ciuium numero submouentur: vtpotè qui-
bus ciuitas, atque adeò omnia quę iuris ciuilis sunt, adimuntur.[s] vnde † Ἀπο- 12 Deportatus. Apolides.
λίδες. Grę́co sermone dicti, hoc est, sine ciuitate[t] & pro mortuis habentur,[u]
quantum ad ea scilicet, quę iuris ciuilis sunt: nam quę sunt iuris gentium retinent.[x] Hincque pater, grauiorem esse multò deportationem relegatione. Namque relegatus ciuitatem retinet, ac liberos in potestate: cui prętereà

bona

c l. si quis à liberis. in ff. de li. agn.
d l. aut damnũ §. prefecto. ff. de pœn.
e Bud. l. capitalium. §. in exulibus. ff. de pœn.
f d. §. in exulibus.
g l. relegatorũ. ff. de interd. & rele. d. §. in exulibus.
h l. relegati. ff. de interd. & releg. §. relegati. qui. mo. ius pat. in Instit.
i Ouid. lib. 5. Trist. eleg. iij.
k Ouid. li. ij. Trist. eleg. vnı.
l l. eius qui. §. j. ff. de testa.
m l. sed & si quis. in princ. ff. si quis caut. d. l. relegati. & d. l. relegatorũ. d. l. eius. §. j.
n dd. ll. relegati. & relegatorum.
o d. l. relegati. & d. §. relegati.
p d. l. relegatorum. §. siue ad tempus.
q Ouid. lib. 5. Tristi. elegia. 12.
r Ouid. lib. iiij. Tristiũ eleg. 9.
s l. quidam. ff. de pœn. §. cùm autem Instit. qui. mod. ius. pat. po.
t l. j. §. hi qui-bus. ff. de leg. iij. d. l. quidam.
u l. j. §. si. ff. de contr. stab. l. si necem. § peni. ff. de bo. libe.
x d. l. quidam.

bona non adimuntur: sed omnia omninò iura conseruantur: vnde testamenti factionem habet,[y] solo patriæ pro pœna carens.[z] Itaque quod Paulus ait, vsque adeò capite minui relegatos, vt ciuitatem amittant: [a] per abusionem (quàm inquit Cicero Catacrisin vocant[b]) accipiendum est, & larga quadam significatione secundum quam, ipsos quoque deportatos possumus relegatos dicere, cùm relegare generale verbum, Latinis idem sit, quod eiicere, summouere, & separare.[c]

Insula assignata exulibus. 13 *Assignauerit*) † Lata à magistratu exilij sententia, si per eam oportebat exulem in insulam migrare, eam insulã annotabat princeps & designabat.[d] Neque enim magistratus etiamsi summus esset, vt præses prouinciæ, poterat ipse locum aut insulam deportato præfinire: sed erat hac in re principis exquirenda voluntas.[e] vnde si præses prouinciæ, aut alius magistratus reum in insulam deportandum putet, sententiam quidem proferre potest, qua pronunciet se deportare: non item exequi, nisi consulto prius & iubente principe.[f] Licet diligentioris custodiç causa, non vteretur: imò debeat interim reum in vinculis continere.[g] Itaque princeps, si ei ita videatur, comprobato præsidis iudicio insulam assignabit.[h] Nam antequàm ipse factum probet, deportatus vi sententiæ ciuitatem non amittit. sed ei hæredibúsque suis omnia iura salua integráque conseruantur:[i] donec scilicet, assignata sit ei à principe insula, vel ab eodem iudicium comprobatum.[k] †

Deportandi ius qui habeant. 14 Præterquàm si à prætorio, vel vrbis præfectis lata sit sententia: quibus singulari prerogatiua tributum est, vt ius habeant deportandi.[l] Hoc est vt simul atque deportationis sententiam tulerunt, damnatus ciuitatem adeóque iura omnia confestim perdat: priusquam etiam princeps factum comprobet, aut assignet insulã.[m] Quod autem hîc, assignatç insulç meminit Vlpianus, ad factum referẽdum est: siquidem solerent Impp. quos abesse oportebat, vrbi præfecto insulam declarare, in quam relegatos aut deportatos amandaret, quam si non assignasset, poterat nihilominus præfectus, reipsa deportare, vt videlicet effe-

Præses an deportare possit. 15 ctum, & exequutionem, sicuti dictum est, traheret secum sententia.[n] † Sanè verò licet prçses prouinciç ius non habeat deportandi in insulam extra prouinciam inconsulto principe:[o] quoniam assignando insulam, quç non sit intra fines suç administrationis, videretur suç iurisdictionis metas transcendere.[p] Relegare tamen in insulam suç prouinciæ potest. Tametsi non aliter à principe fuerit assignata.[q]

Licentia. 16 *Licentiam*) † Hoc est arbitrium, & liberam facultatem. quo verbo Iurisconsulti nostri in bonam partem vtuntur.[r]

§. INITIO.

Initio eiusdem epistolç[a], ita scriptum est: *Cùm vrbem nostram fidei tuæ commiserimus*. Quicquid igitur intra vrbem[b] admittitur, ad præfectum vrbi videtur pertinere.[c] sed & si quid intra centesimum milliarium[d] admissum sit, ad prçfectum vrbi pertinet. sed si vltra ipsum lapidem[e] egressum est, præfecti vrbi notio[f] non est.[g] Si quis seruum[h] suum adulterium[i] commisisse dicat in vxorem suam, apud præfectum vrbi erit audiendus: sed & ex interdictis, *quod vi aut clàm*,[k] aut interdicto, *vnde vi*,[l] audire potest.

SVMMÆ.

1 *Intra & infrà dictiones.*
2 *Milliarium.*
3 *Stadium.*
4 *Passus.*
5 *Pes.*
6 *Lapis pro milliario.*
7 *Notio.*
8 *Adulterium.*
9 *Stuprum.*

y l. relegati. cũ seq. ff. de interd. & releg. l. relegati. ff. de pœn.
z l. eius qui. §. j. ff. de testa.
a l. amissione. §. j. ff. de cap. dimi.
b Cic. in orato.
c Cic. li. iij. offi. & pro Roscio Amerino.
d l. j. §. hi quibus. ff. de leg. iij.
e l. relegatorum ff. de interd. & rele.
f l. ciui. §. pen. ff. de pœn. l. inter. §. j. ff. de interd. & releg.
g l. si quis filio. §. eius qui. ff. de inust. testa. d. l. relegatorum. §. j. d. l. inter. §. j.
h l. j. ff. quand. app. sit.
i l. j. §. fi. ff. de bo. eor. l. j. § hi qui. ff. de leg. iij.
k l. ij. §. j. ff. de bo. eor. l. si quis filio. §. eius qui. ff. de inust. testa. l. j. in pr. ff. quand. app. sit. d. §. hi quibus.
l l. ij. §. j. ff. de pœn. l. j. §. hi quibus. ff. de leg. iij.
m d. l. ij. §. j. d. §. hi quibus.
n l. inter pœnas §. j. ff. de interdi. & releg. d. l. ij. §. j. d. § hi quibus.
o l. ij. §. j. l. diui. ff. de pœ.
p l. fi. §. hoc tit.
q d. l. relegatorum. §. j. & d. l. sicut.
r l. iij. vbi dixi. ff. de iurisd. l. quis fine. ff. de nego. gest.

a EPistolæ) ad Fabium Cilonem vrbi præfectum à Diuo Seuero missæ.cuius iamiam meminimus.[a]

b *Intra vrbem*) † Hoc interesse Valla rectè scribit inter, intra, & infra, dictiones. quia dictio intra, ad numerum & spacium refertur: vt intra Calendas, dies centum, vrbis mœnia, & iis similia, infra verò ad dignitatem & locũ: vt infra existimationem meam, infra tectum, id est subter tectum, & sic de cæteris.[b] Vnde cùm olim apud Plinium latinæ proprietatis obseruantissimum, hæc verba deprauatè legerentur. *Qua incubari infra decem dies edita vtilissimum.*[c] peritiores, loco *infra*, particulam *intra* emendatissimè reposuerunt. Idémque rectissimè factitârũt apud Modestinum nostrum puriores: cùm anteà infra centesimum lapidem, & infra quinquaginta dies, falsò legeretur.[d] Quod autem ad iuris nostri traditiones spectat, circa dictionem *Intra*, vulgò, ac benè quidem, (vt mihi videtur) perferri solet, præpositionem *intra* (nisi manifesta legis aut disponentis voluntas repugnet,[e] sua extrema includere.[f] veluti in hac oratione, *Intra calendas*, ipse quoque calendæ continentur.[g] & si dicam, *intra diem centesimum*, vltimus includitur dies.[h] & in dispositione, vt aliquid intra diem mortis fiat, is quoque dies numeratur, quo quis mortuus est,[i] vt meritò probem, quod interpretes prodiderunt. Venditis iis quæ intra muros sunt, muros ipsos, si tamen venditoris fuerunt, nec aliud actum appareat, venditos quoque censeri.[k] Amplius probat apud Gellium Sulpitius Apollinatis, Iudicem intra calendas iudicare iussum, nisi calendis pronunciet, contra vocis vsum facere. Quandoquidem ante calendas pronuntians, magis citra, quàm intra, pronunciare dicatur.[l] Cui tamen sententiæ vetus iuris regula implacabiliter contradicit, pat esse censens, intra calendas, vel calendis, vel ante calendas stipulari, aut aliter disponere.[m] 1 Intra. Infra.

c *Permanere*) Idque sine dubio, cùm iam Vlpianus docuerit omnia omninò crimina præfecturam vrbanam sibi vendicare. non ea tantùm, quæ intra vrbem: sed etiam quæ extra, dum in Italia patrentur.

d *Milliarium*) † Milliarium, seu millium (vtrunque enim dicitur) mensura est itineraria, mille passuum.[n] & ita stadia octo continens. Cum † stadium viginti quinque passus, suprà centum complectatur. Passus † autem quinque pedũ est.[o] à passis hoc est extensis manibus sic dictus, quod distentis & expasis manibus & brachiis hæc dimensio conficiatur. † Pes verò quindecim digitorum est.[p] tantùm enim pugno policéque dilato, possumus amplecti, quę pedis est dimensio. Centesimum porro milliare, de quo agit hîc Vlpianus, non à mœnibus vrbis Romę, sed à continentibus ædificiis, numerandum est.[q] 2 Milliarium. 3 Stadium. 4 Passus. 5 Pes.

e *Lapidem*) † Hoc est pręfinitam metam, centesimi milliatij. nam milliatia constitutis lapidibus signabantur, & terminabãtur. Primúsque fuit Caius Gracchus (si Plutarcho credimus) qui singulis milliariis lapideas columnas spaciis signa pręferentes, defixit.[r] Inde factum, vt lapidem pro milliario boni authores frequenter vsurpent. Martialis.[s] 6 Lapis pro milliario.

Ad lapidem Torquatus habet pratoria quartum.

Et Tranquillus dę Tiberio, Iterum Appia vsque ad septimum lapidem: sed prospectis modo, nec aditis vrbis mœnibus, rediit.[t]

f *Notio*) † Hoc est cognitionem simul cum iurisdictione.[u] neque enim ignotum notionis generali verbo, non modò cognitionem, hoc est simplicem cognoscendi facultatem: sed iuris quoque dicendi licentiam contineri.[x] 7 Notio.

g *Non est*) Hinc obserua, Italiam, quod attinet ad vrbis pręfecti potestatem: centum millibus passuum concludi, quippè dixerat initio Iurisconsultus præfectum vendicare sibi vniuersorum criminum coërcitionem, quæ committuntur intra Italiam: hîc autem negat notionem esse præfecti vltra lapidem centesimum.

a hac l. in pr.
b Laur. Vall. li. 4. c. 91. Bud. l. j. ff. de iusti. & iur.
c Plin. lib. 10. c. 54.
d l. scire oportet §. j. ff. de excus. tut.
e l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verb. obli.
l. ex tribus. C. de inoffi. testa.
f l. non omnis. ff. si cert. petat.
l. j. §. quod diximus. ff. de successor. edict.
g d. §. quod diximus.
h l. pater. in fi. ff. de adul. d. §. quod diximus.
i l. si quis sic. ff. de ver. sig.
k l. ade. §. j. ff. de contrah. empt.
l Gell. li. 12. c. 14.
m l. si ita stipulatus fuerim. & l. qui ante. ff. de verb. oblig.
n l. j. ff. si quis cautio. l. 4. §. si præsens. ff. quis ordo. l. 4. ff. de verb. sig. §. qui autem. de exe. tutor. in Instit.
o Accurs. l. iij. ff. de ver. sig.
p Glo. c. sicut. 17. q. iiij.
q l. mille passus ff. de ver. sign.
r Plutar. in vita Gracchorũ.
s Martial. lib. iij. Epigram.
t Suet. in Tiberio.
u l. notionem. ff. de ver. sig.
x l. ait prætor. ff. de re. iudic. d. l. notionem.

h *Ser-*

li *Seruum*) Seruus non à dominis modò: sed ab alio quocunque adulterij accusari posse, nulla dubitatio est.[y] siquidem legibus omnibus, serui rei fiāt, præterquàm Iulia lege de vi priuata,[z]

Adulteriū Stuprum.
8 1 *Adulterium*) Inter stuprum & adulterium hoc interesse Iurisconsultus
9 ait.† quod adulterium in nuptam committatur, propter partum, ex altero conceptum composito nomine.† stuprum verò in virginem, aut viduam,[a] quo nomine Valla, Iurisconsultos insectatur stupri verbo adulterium quoque significari: probans pro adulterióque, & vitio stuprum promiscuè poni.[b] Quod equidem non negauerim: Lucretia (inquir M.Cicero) oblatum per vim stuprum, voluntaria morte luit.[c] Et alibi, noctu stupri causa lectica in vrbem introferri solitus est, ad mulierem nuptam vni propositam omnibus.[d] Tranquillus item, Equiti Romano iurisiurandi gratiam fecit, vxorem in stupro generi compertam dimitterer, quam se nunquam ante repudiaturum iurauerat.[e] Plautus item de Alcumena Amphitrionis vxore.[f]

Sed Alcumenæ, huius honoris gratia,
Pater curauit, vno vt fætu fieret,
Vno vt labore exolueret erumnas duas,
Et ne in suspicione ponatur stupri,
Et clandestina vt celetur suspitio.

y l. seruos. ff. de accusa.
z l. hos accusare. §. omnibus. illo. tit.
a l. inter liberas. l. stuprum. §. j. ff. ad l. Iul. de adul. l. inter stuprum. ff. de ver. sign.
b Laur. Val. li. 6. c. 45.
c Cic. li. 5. de finib.
d Cic. vlt. Verrina.
e Suet. in Tiberio.
f Plau. in Amphy.

Cęterùm tunc stupri nomen, non ad suam speciem contrahitur: sed generaliter stat pro turpi concubitu: quo nomine detestandus ideo masculorum quoque complexus, continetur. Plura virorum (inquit Liuius) inter sese quàm fœminarum esse stupra: ex quo in promiscuo, sacra esse cœperunt.[g] Etenim dixerunt stuprum, pro quacunque turpitudine veteres, quod vel ex Neuij verbis apparet, aientis, perire malunt ibidem, quam cum stupro redire ad suos populares. Propriè verò & peculiari significatione, verum est, quod Papinianus ait stuprum in virginem, viduámue committi:[h] ab adulterióque distingui.[i] stupra dico (inquit M.Cicero) & corruptelas, adulteria, incesta denique,[k]

lz *Quod vi aut clam*) Quo destrui iubet prætor vi aut clam ædificatum, etiam si faciens ius extruendi habuerit. Tueri namque debuit ius suum, inquit Iurisconsultus, non iniuriam committere.[l]

l *Vnde vi*) Prætor ait, vnde vi tu illum deiecisti, de eo quod tunc ille vbi habuit intra annum: post annum verò, de eo quod ad deiicientem peruenit, iudicium dabo.[m]

g Liuius li. 39.
h d. l. inter liberas. d. l. inter stuprum.
i d. l. inter liberas.
k Cic. li. ij. Tuscu.
l l. j. in pr. ff. qui vi aut clā.
m l. j. in princ. ff. vnde vi.

§. SOLENT.

Solent ad Pręfectum vrbi remitti etiam tutores siue curatores qui malè in tutela, siue cura versati, grauiore animaduersione[a] indigent, quàm vt sufficiat eis suspectorum infamia:[b] quos probari poterit, vel numis datis tutelam occupare:[c] vel præmiò accepto operam dedisse, vt non idoneus[d] tutor alicui daretur: vel cōsultò, circa edendum[e] patrimonium quantitatem minuisse, vel euidenti fraude bona alienāsse.

SVMMÆ.

1 *Tutor suspectus.* 2 *Tutor quando infamis.* 3 *Edere.*

Tutor suspectus.
1 a GRauiore animaduersione) Ius remouendi tutores † suspectos in vrbe Roma, prætoribus peculiariter datum est. in prouinciis verò proconsulibus, aut eorum legatis, qui proconsulis personam sustinent.[a] Quòd si fraus

a l. j. §. damus. ff. de suspect. tu.

aliqua tutorum argui poteſt, quia vel denegant pupillo alimenta, vel repertorium non fecerunt, vel pecuniam pupilli ad eius vtilitatem deponere cunctantur, non ſatis eſt eos vt ſuſpectos à prætore ciuilium cauſarum iudice remoueri: ſed ad vrbis præfectum, qui de criminibus in vrbe Roma, & intra centeſimum lapidem iudicat,[b] remittuntur grauius puniendi.[c]

b *Infamia*) † Non quicunque tutor mouetur tutela, exiſtimationis ſuæ de- 2 Tutor quando infamis.
trimẽtum accipit, vt inter famoſos habeatur: ſed is duntaxat, qui ob dolum,
(quia in tutela, finge, graſſabatur, res pupillares callidè intercipiens[d]) vel etiã
latam illam verſutiæ culpã, dolo proximam remotus eſt.[e] nam nec hîc diſ-
ſolutè culpoſus, fraude caret.[f] vt meritò ſummam eam negligentiam in do-
li crimen cadere leges voluerint.[g] Quod alibi diſputaui[h]. Ad hæc perpul-
chrè Cicero pernicioſum æquè cẽſens, ac nefarium fidem frangere, quæ cõ-
tinet vitam: & pupillum fraudare noſtræ fidei commiſſum. tria hæc iudicia
fiduciæ, tutelæ, & ſocietatis, ſummæ æſtimationis, & pœnæ capitis eſſe ſcri-
bit. ac proinde turpe iudicium dari aduerſus eũ, qui per tutelam, ſocietatem,
aut rem mandatam, aliquem fraudaſſet.[i]

c *Tutelam occupaſſe*) Vt animaduertatur ſeuerius in eos, qui pecuniam dederunt, vt tutores fierent, ad Præfectum vrbi remittuntur.[k]

d *Non idoneus*) Sicut is qui numis datis tutelam redemiſſe probatur, ad vrbis præfectum grauiter puniendus remittitur.[l] ita qui accepto præmio, operam dedit, vt non idoneus tutor alicui pupillo daretur.[m]

e *Edendum*) † Hoc eſt declarandum. quippè tutor declarare debet, verum 3 Edere.
pupilli patrimonium, in repertorio: alioqui vinculis publicis continendus
eſt: donec debitas tãtæ perfidiæ pœnas luat. quod vt fiat, remittetur ad Præ-
fectum vrbi.[n]

b hac l. in pr. c l. j. §. fi. l. iij. l. tutor. & §. tutores. ff. de ſuſpe. tut. l. nſi. C. de adminiſt. tut. §. ſed ſi quis Inſt. de ſuſpe. tut. d l. j. ff. de his qui not. inf. s. l. iij. §. fi. ff. de ſuſpe. tut. §. ſuſpectus. Inſt. illo ti. e l. quod Nerua. ff. depoſiti. f l. impuberib. §. j. ff. de ſuſpe. tut. d. l. quod Nerua. g l. mulier. §. ſed enim ff. ad Trebel. l. j. §. is quoque. ff. de actio. & obli. h li. iij. miſcell. c. j. i Cic. pro Roſc. Amerino, & pro Cecinna. k l. in eos. ff. de tutel. §. ſed ſi quis. Inſtit. de ſuſpect. tutor. l d. §. ſed ſi quis m d. l. in eos. & hic. n l. iij. §. tutores. ff. de ſuſpe. tutor.

§. QVOD AVTEM.

Quod autem dictum eſt, vt ſeruos de dominis querentes præfectus audiat: ſic accipimus, non accuſantes dominos. (hoc enim nequaquam ſeruo permittendum:[a] niſi ex receptis cauſſis[b]). Sed ſi verecundè[c] expoſtulent, ſi ſæuitiam, ſi duritiam, ſi famem, qua eos comprimant, ſi obſcœnitatem in quam eos compulerint, vel compellant, apud præfectum vrbi exponant. Hoc quoque officium, præfecto vrbi à Diuo Seuero datum eſt: vt mancipia tueatur ne proſtituantur.

SVMMÆ.

1 *Serui quando dominos accuſent.* 2 *Filius quomodò in iudicio contra patrem.*

a *SEruo permittendum*) Serui deferentes dominos regulariter non audiuntur.[a] Quod à Cocceio Nerua, primùm conſtitutum, Dion teſtatur. Et ne ſerui (inquit) deinceps dominos criminarentur, edicto vetuit.[b]
b *Cauſis receptis*) † Puta falſæ monetæ, fraudati cenſus, læſæ maieſtatis, & ſi- 1 Seruus quando dominũ accuſet.
milibus, quæ alibi commemorantur[c].
c *Verecundè*) Id eſt modeſtè, & cum pudore. Sic † & filij cùm aduerſus pa- 2 Filius contra patrem in iudicio.
rentes conſiſtunt in iudicio (quod interdum coguntur, tanta eſt parentum
quorundam duritia, & moroſitas:[d]) non debent exultare verborum audacia:
ſed timidiuſculè & pudenter petita primùm venia, experiri.[e] Alioquin vt in-
officioſi, poſſent à Præfecto caſtigari.

a l. vix certis. ff. de iudic. b Dion in Nerua. c l. famoſi. ff. ad le. Iul. maie. d. l. vix certis. d l. ſi quis à liberis. ff. de lib. agnoſ. dixi. l. j. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iure. e l. fi. ff. de in ius voc. dixi. l. inſtantum. §. vniuerſitatis. ff. de rer. diuiſ.

§. PRÆTEREA.

Prætereà curare debebit præfectus vrbi, vt numularij[a] probè

ſegerant circa omne negotium,[b] & temperent iis, quæ ſunt prohibita.

SVMMÆ.

1 *Numularij.*
2 *Argentarij.*
3 *Collybiſtæ*
4 *Campſores.*
5 *Argyrognomæ.*
6 *Trapezytæ.*
7 *Banquerij.*
8 *Foro cedere.*
9 *Fallire.*
10 *Banca rupta.*
11 *Argentariam facere.*
12 *Argentariæ menſæ an à Chriſto probata.*

1 [a] N*Vmularij)* † Sunt Numularij,qui numos permutandos, fœnoríque col-
2 locandos,ad menſam tenent.[a] quos alio nomine,latini nunc † Argen-
3 tarios, nunc campſores,nunc menſarios vocant. Græci Trapezytas,†& col
lybiſtas,[b] Sed hi omnes duorum ſunt generum : alterum minutulorum nu-
morum,qui ſcilicet minutiorem monetã, cum grauiore, nempe auro,com-
mutant:ſordido inde cõflato quæſtu,nec multum ab expreſſa vſura abhor-
rente:quorum ideò menſas,Chriſtus in templo ſubuertit,docens hæc prorſus reſpuenda viris piis , & religionis Chriſtianæ cultoribus.[c] Hi ab antiquo
4 verbo Cambio idem quod permuto ſignificante,†Campſores propriè dicti
5 ſunt.& Græcis † Argyrognomæ , quaſi pecuniæ ſpectatores , & collybiſtæ,
neque verò publicam hi cauſam habebãt. vnde nec expenſi, nec accepti rationem conficiebant. Alterum eorum eſt,qui non tam pecuniarum permutationem,quàm maiorem exercebant negotiationem:pecunias tum ſuas aliorũ fœnori collocantes,quas ideò velut depoſitas, recipiebant cuſtodiendas. gratuitò interdum & nonnunquàm fœneraro : indéque rationes confi-
6 ciebant. hos Græci†Trapezytas,& Latini frequentiùs Argentarios,& quã-
7 doque Numularios , dixere.[d] Nos hodie, Banquerios.† Cuius rei putat (in-
quit M.Cicero,) iſte rationem reddi non poſſe,quòd ipſe tabulas auerterit: ſe autem habere argentarij tabulas , in quibus ſibi pecunia expenſa lata ſit, acceptáque relata.[e] Habebant autem olim iſtiuſmodi argentarij , publicam cauſam. Quippe publicè ei muneri ſpectatæ probitatis homines , præficiebantur,qui in codicibus ſuis rationes ſcriberent.[f] ob ídque ſicut olim ærarij quæſtores , duas conficiebant tabulas : alteram accepti,alteram expenſi,[g] in negotiario foro menſam exercere ſoliti , quam à republica conductam tenebant.[h] vnde Troxilus ſeruus ad Dorpalum lenonem.[i]

Fortaſſe metuis,iam à foro argentarij
Abeunt:quam in curſu Rotula,circumuertitur.

8 Inde†foro cedere dicebantur,cum menſis ſuis cedentes , totámque menſa-
riam negociationem deſerentes aliò habitatum migrabant.[k] Vulgus Itali-
9 cum † *fallire*,noſtrum verò,† *bancam ruptam facere* vocat.† Argentariam verò
10 facere,qui munus illud Argentariorum, exercebant, & profitebantur. He-
11 rennius(inquit M.Cicero)quem ille argentariam Lepti feciſſe dicit.[l] Et alibi,M.Fulcinius,qui Romæ argentariam non ignobilem fecit.[m] Inde etiam in iure noſtro,exercitatores argentariæ menſæ.[n] Quoniã item eorũ publica ſicut diximus,cauſa fuit:auctionibus publicis interueniebãt, vt quod cuique & quanti venderetur,in tabulas ſuas fideliter referrent.[o] Et pretia venditarũ rerum exigerent,aut exigendam ſtipularentur.auctionantibúſque,aut iis ad quos pertineret negotium,poſt exactam repræſentarẽt.[p] Ebutio negocium datur,inquit Cic.adeſt ad tabulã,licetur, deterrentur emptores , multi partim gratia Cecinnæ,partim pretio,fundus addicitur Ebutio.pecuniã argẽta-

Argentarij. Campſores. Trapezytæ. Collybiſtæ. Cambio verbum. Argyrognomæ. Trapezytæ. Banquerij. Foro cedere. Fallire. Banca rupta. Argentariam facere.

a l.quedam.§.pen ff.de eden. l.ſi hominem.§.quoties. ff. depoſi.
b l.ſi quis.l.vbi. l. argentarius.ff.de eden.
c Matth. 22. Mar.11.Ioan.2.
d l.ſi quis.l.vbi. l. quadam. l. argentarius. ff.de edend.
e Cic.pro Cecinn.
f d. l.argentarius.
g Aſcon. Pedia.in Verri.
h l.qui tabernas.ff.de contr.empt.
i Plaut.in Perſa.
k l.ſi hominẽ.§. quoties. ff. depoſ.
l Cic.Verr.iij.
m Cic.pro Cecinna.
n l. Prætor. ff. de edend.
o Quint.lib.11
p l. filia. ff. de ſol.

rio promittit Ebutius.[q] item & Fabius, & forsan in hoc sunt (inquit) adiuti, qui auctione dimissa quod cuique vindicassent, testibus argentariorum tabulis reddiderunt.[r] † Hanc autem negociationem argentariam, velut pu- 12
blicè commoda, & necessaria ad societatem hominum commercia fouentem, non damnat Christus: sed potiùs approbat,[s] nisi quatenus ea Trapezitæ abuterentur, publicum munus ad vsurarium quæstum conuertentes.[t] quod alibi disserui.[v]

Argentaria mensa an Christi lege prohibita.

q Cic. pro Cecinna.
r Quintil. lib. 11.
s Matth. 25.
t Exod. 22. Deut. 23.
v l. j. C. de summa trinit.

b *Omne negotium*) Tam publicum, quàm priuatum: & siue permutandis pecunijs, siue collocandis intendant, siue etiam rationes conficiant. Nam de vtroque numulariorum genere Vlpianum hîc agere non dubito.

§. CVM PATRONVS.

Cùm patronus[a] contemni se à liberto dixerit, vel contumeliosum sibi libertum queratur, vel conuicium se ab eo passum, liberósque, vel vxorem, vel quid huic simile obijciat, Præfectus vrbi[b] aditus pro modo querelæ, corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare, aut vlterius procedere in pœnā eius solet. nam plerumque puniendi sunt & liberti. Certè si se delatum à liberto, vel si conspirasse[c] eum contra se cum inimicis doceat, etiam metalli pœna in eum statui debet.

SVMMÆ.

1 *Filius in patrem contumeliosus.*
2 *Filius si amicus inimici patris fiat.*
3 *Amicitia quibus rebus violetur.*
4 *Inimicorum amicus.*

P*Atronus*) † Idem dic in parentibus: quos si contumeliis afficiant filij, vel 1
impias manus eis inferant, cognitio est præfecti vrbis, qui delictū ad publicam vtilitatem pertinens, pro modo eius coercebit.[a]

Filius in patrē contumeliosus.

b *Præfectus vrbi*) In vrbe Roma, & intra centesimum lapidem. neque enim extra hos terminos potestatem habet.[b] in prouinciis verò, munus erit Proconsulis: qui libertum emendare, aut verbis terrere comminando, aut si res exigat fustium castigatione poterit.[c]

c *Conspirasse*) Non ergo † satis est libertum fieri amicum inimicorum do- 2
mini, nisi se cum illis coniunxerit, & aduersus dominum cōspirauerit.[d] tunc autem grauissima pœna dignus est. cùm apertè & hostiliter reuerentiam & obsequium, quod patrono debet, violarit. † Nam vt Liuius scribit, duabus 3
maximè rebus violatur amicitia. Si amicos meos pro hostibus habeas: si rursus cum hostibus meis te coniungas.[f] Quanquam (fateor) bonum vitum, quod ille dicebat, amicorum, patriæque amicum esse debere: & amicorum amicos colere, inimicos odisse.[g] † Hinc autem aliquādo respondi, & apud iu- 4
dicem peruici filium, ex ea causa simpliciter, quòd amicus inimici patris factus esset, exhęredatum immetenter, & iniustè exhęredem scriptum fuisse: cùm non doceretur iniuriosus alioqui patri fuisse, aut in eum conspirasse.[h]

Filius amicu inimicorū patris.
Amicitia quomodo violetur.
Inimicorum amicus.

a l. j. ff. de obseq.
b l. si. hoc titul.
c l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconf. l. j. ff. de iur. patr.
d vt hac l. vbi Ful.
e l. j. ff. de iur. pat. & hic.
f Liuius lib. 34
g Polybius lib. j.
h vt hac l.

§. CVRA CARNIS.

Cura[a] carnis omnis vt iusto pretio præbeatur,[b] ad curam præfecturæ pertinet. Ideo & forum suarium[c] sub ipsius cura est. Sed & cæterorum, siue pecorum, siue armentorum, quod ad huiusmodi præbitionem[d] spectat, ad ipsius curam[e] pertinent.

SVMMÆ.

SVMMÆ.

1 *Præbere, Præbitio.*
2 *Forum multiplex.*
3 *Negotiatio vbi Romæ exerceatur.*
4 *Præbitio.*
5 *Vendere quando quis cogatur.*
6 *Academiarum fauor.*

Præbere, Præbitio.

1 a CVra) Hoc est sollicitudo, imperium & iurisdictio.
b Præbeatur) Idest ematur, & vendatur, probéque super ea negotietur.† verbum quippè præberi, Iurisconsultis peculiare, negociari significat: & præbitio, negociationem.[a]

Forum. Iudiciarium. Negociarium. Boariũ. Piscariũ. Vinariũ. Olitoriũ. Cupedinarium.

2 c *Forum suarium*) † Forum, sicuti alibi docui,[b] Romæ duplex fuit. Iudiciarium scilicet in quo lites & iudiciariæ controuersiæ exercebantur,[c] & Negociarium, quo res vænales deferebantur, quod multiplex hîc Vlpianus fuisse ostendit. Boariũ, in quo boues. Suarium, in quo sues. Piscarium, in quo pisces. Vinarium, in quo vinum. Olitorium, in quo olera & herbæ, & Cupedinarium, in quo cupediæ, hoc est lautiores cibi, veluti perdices, phasiani, lepusculi, & aliæ id genus epularum deliciæ, prostabant vænales.† Fueruntque istiusmodi fora, Boarium præsertim & suarium, Romæ in campo qui

Negociatio vbi Romæ exerceatur.

3 iacet inter Capitolium, Palatium, Auentinum, & aram Herculis: vbi solent hodie quoque, tales exerceri negociationes.

Præbitio.

4 d *Præbitionem*) † Hoc est munus, & officium negociationis eduliorum.[d] aliquando enim præbitio munus significat.[e] in qua tamen acceptione, solum Varronem hac vsum voce comperi. Quod ea die (inquit) mea erat præbitio.[f]

e *Ad ipsius curam*) Ad curam, & officium vrbi præfecti pertinet, vt carnes pisces, & id genus eduliorum, iusto pretio væneant, sitque in ciuitate copia

Vendere quando quis cogatur

5 rerum, ad victum necessariarum.[g] †non quòd lex ideo quem cogi velit res suas inuitum vendere:[h] sed hæc edulia venditioni semel exposita, ne immodicè & immoderatè distrahantur, prouidere.[i] hoc enim publicam humanæ societatis vtilitatem respicit: quæ dubio procul priuatæ præpondetat.[k] Alijs itaque rebus pretium nõ statuit præfectus vrbi, etiam si Iudæi vænales eas exposuerint:[l] sed præsertim grano, quod nisi vnicuique liberum esset pro arbitrio vendere, posset ciuitas fame premi, nemine sub definito pretio granum in vrbem deportante, quæ fames defectione carnis & similium edu-

Scholasticorum fauor

6 liorum non timetur.† Qua ratione non displicet, quòd annotant nonnulli, ciues à magistratu cogi posse, vt iusto pretio scholasticis habitationem elocent: ne non habẽtes studiosi, quò se recipiant, cogantur abire, & ita tandem magno reipublicæ detrimento, pereat academia.

a l. ij. ff. de nũd. l. si vt certo §. si de me petysses. ff. commod. l. j. §. j. ff. si mẽs. fal. mo. & hic
b l. j. ff. de ori. iur.
c l. j. forus. de verb. sig.
d l ij. ff. de nũd.
e l. fi. j. ff. de muner. & honor.
f M. Varro lib. iij. de ling. lat.
g l. fi. §. item episcopi. ff. de muner. & honor.
h l. nõ eum. ff. rerum amota. l. nec emere. C. de eur. deli.
i l. j. C. de episc. aud.
k l. j. in fin. C. de cad. toll. aut. res quæ. C. com. de leg.
l l. nemo externus. C. de Iudæis.

§. QVIES.

Quies quoque popularium,[a] & disciplina[b] spectaculorum,[c] ad præfecti vrbi curam pertinere videtur. Et sanè debet dispositos milites stationarios[d] habere, ad tuendam popularium quietem, & ad referendum sibi, quid vbi agatur, & vrbe interdicere, præfectus vrbi, & qualibet alia solitarum regionum[e] potest, & negociatione, & aduocationibus, & foro,[f] & ad tempus, & in perpetuum,[g] interdicere poterit & spectaculis:[h] et si quem relegat ab Italia,[i] submouere eum etiam à prouincia sua,[k] diuus Seuerus rescripsit,[l] eos etiam qui illicitum collegium[m] coijsse dicantur, apud præfectum vrbi accusandos.

SVMMÆ.

1 *Populares qui.*
2 *Disciplina.*

3 *Spectacula.* 9 *Limenarcha.*
4 *Ludorum varia species.* 10 *Regiones soluta.*
5 *Circus Maximus.* 11 *Foro interdicere.*
6 *Statio.* 12 *Librorum interdictio.*
7 *Stationarij milites.* 13 *Italia interdictio.*
8 *Limitanei.*

a l. mulier. ff. de ver. sign. a Popularium) † Hoc est ciuium.[a] nec ignotum, popularis nomine ciuem 1 Popularis
plerunque significari: quasi eiusdem populi gentisque virum. Sese, inquit Cicero, non popularem alicuius loci, sed ciuem totius mundi, quasi v-
b Cic. li. iij. de legib. nius vrbis agnouerit.[b] Inde, qui vnius ciuitatis sunt à plerisque conciues appellati, populares dicuntur. vnde Dauus Terentianus.[c]
c Terent. in Phormione.

Amicus meus & popularis Geta.

d Plaut. in pœnul. Pœnus ad Agorastocłam, qui se Carthagini natum dixerat.[d]

O mihi popularis salue.

Et M. Cicer. At hoc tales (inquit) Anaximandro populari, & sodali suo, non
e Cic. lib. iiij. Acad. quæst. persuasit.[e]
f Cic. li. j. Tusc. b Disciplina) † Id est obseruatio, institutum & antiqua ratio,[f] Rhodiorum 2 Disciplina.
vsque ad memoriam, inquit M. Cicero, naualis disciplina, & gloria remásit.[g]
g Cic. pro lege Manilia. Rursus. O morem præclarum, & disciplinâ quam à maioribus accepimus.[h]
h Cic. pro L. Flac. & Clytipho Terentianus meretriciæ vitæ mores, & rationem attingens, ait,[i]
i Terent. in Heautonti.

Magnum hoc quoque signum est, dominam esse extra noxiam,
Cùm eius tam negliguntur inter nuntij.
Nam disciplina est, eisdem numerarier
Ancillas primùm ad dominas qui affectant viam.

Et alibi Cicero, Admirari satis nequeo, vel hominis continentiam, vel tem- Spectacula.
k Cic. lib. de senectu. porum disciplinam.[k] Ludorum variæ species.
l l. j. & tot. tit. C. de spect. & scen. lib. xj. c Spectaculorum) Publicorum: ludos nimirùm publicos intelligens.[l] qui
olim variè celebrabantur.† Nam alij Circenses, alij Scenici, alij Apollinares, alij Funebres, & sic de cæteris.[m] Spectaculi autem nomine rem quam- 3 4
m l. ciuitatibus ff. de leg. j. l. annuã. ff. de ann. legat. l. Septicia. ff. de pollicitatio. cunque ad spectandum propositam significari, neminem clam esse puto. sed præsertim eam, quæ cum admiratione aliqua, vt res cœlestes: aut cùm pompa fit, & apparatu. quales sunt ludi, & alia id genus. Circuitus solis, & lunæ, inquit M. Cicero, spectaculum hominibus præbent.[n] & Vergilius.[o]

n Cicer. lib. ij. de nat. Deo.
o Verg. in quodam epigrammate.

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Victis superstitione animis, inquit Liuius, ludi quoque scenici, noua res bellicoso populo (nam circi modo spectaculum fuerat) inter alia cœlestis iræ
p Liuius lib. 7. placamina instituti dicuntur.[p] Vt pompa ludis, inquit Cicero, atque eius-
q Cic. li. 5. de fin. modi spectaculis teneantur.[q] loca etiam ipsa execta, vt inde tales ludorum apparatus spectati possint, spectacula dici cœperunt: quæ ante fori sunt ap-
r Liuius lib. j. pellati.[r] Tarquinius Priscus, inquit Liuius, bellum cum Latinis primùm ges-
s Liuius lib. j. sit. Ludos opulentiùs, & instructiùs quàm priores reges fecit.† tum primum 5 Circus Maxim[us].
t l. j. §. stationes ff. de re milit. l. portus. ff. de ver. sign. Circo, qui nunc maximus dicitur, designatus locus est. loca diuersa Patribus, equitibusque, vbi spectacula sibi quisque facerent, fori appellati. Spectauere furcis duodenos, ab terra spectacula alta sustinentibus pedes.[s]
u l. desertorem. §. qui stationis. ff. de re milit. d Stationarios) † Stationis verbo, in iure nostro, non is duntaxat locus demó- 6 Statio.
strarur, quo naues includuntur: vt à ventis tutæ sint.[t] sed militaris quoque vi-
x Vergil. li. 9. Æneid. gilia & custodia in maris, aut portis castrorum excubans: quò ad repentinas hostium incursiones paratior sit.[u] Vergilius.[x]

Tunc

Tunc quoque communi portam statione tenebant.

Milites, inquit Cæsar, qui pro portis castrorum, in statione erant, Cæsari renunciarunt.[y] & Plinius Iunior, intelligimus, ait ad Traianum, quantum tibi pro laboriosa ista statione & exercitu, tibi debeamus.[z] Liuius præterea, nihil remissum ait ab vlla parte curæ, aut laboris, vigiliæ in vrbe, stationes ante

Stationarij.
7 portas, præsidia in muris disposita, &c.[a] † Indéque Stationarij milites appellati, qui locis hostium finitimis & limitibus imperij tuendis, deputati sunt.[b] à stando, vt statio sic dicti.[c] quod scilicet illic continuò degerent, & starent, nec aliò vagarentur: à limitibus autem, quia limites, terminósque imperij iugiter defendant, & tueantur, † limitanei nuncupati.[d] Sola quæ

Limitanei.
8 de hostibus capta sunt, inquit Lampridius, Limitaneis ducibus, ita vt eorum essent, si hæredes eorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent, dicens, attentiùs eos militaturos, si etiam sua rura defenderent,[e] & si lo-

Limenarchæ.
9 cis maritimis præsint: vnde ad exteras nationes traiectus est, † Limenarchæ ordo. ἀπὸ τοῦ λιμένος, id est, à portu, quasi portuũ custodes.[f] Horum exemplo stationarios milites dixit hoc loco Vlpianus, eos qui in vrbe excubabant, ad eius tuitionem, & popularis tranquillitatis defensionem, potissimum ab vrbis Præfecto, deputati. quo modo etiam vocati possunt, qui publico ordinarióque stipẽdio etiam in pace, ad tutiorem prouinciæ quietem apud nos retinentur.

Regiones solitæ.
10 e *Solitarum regionum*) † Quæ sint hæ solitæ regiones, aduertit nemo. Ego arbitror intelligi, regiones originis, incolatus, & delicti, quibus præter vrbem, plerumque delinquentes interdicebantur.[g]

Foro interdicere.
f *Foro*) Iudiciario. neque enim de negociario agit hoc loco Iurisconsultus: cùm id satis verbo negociationis, expresserit. sed de eo in quo lites tractantur, & exercentur iudicia.[h] in quo qui versantur, forenses dici solent.
11 † Sanè verò plus est foro, quàm aduocationibus interdicere. siquidem is cui foro interdictum est, forensibus quibuscúmque negociis, nedum aduocationibus se ingerere vetitus censeatur.[i] Sed & grauiùs pœnæ genus adhuc

Libris interdicere.
12 multò mihi videtur † libris, & studiorum solatio aliquem interdicere. Nam cùm literæ sint, (quemadmodum Aristoteles dicere solebat) inter secunda & prospera, præclarum ornamentum: & inter aduersa, tranquillum refugium:[k] omne vitæ solamen profectò, dicam ampliùs, viuendi desiderium, auferre videtur, qui literatum studioso libros adimeret. Et tamen hoc pœnæ genere Veteres nonnunquàm vsos ex Tranquillo didici. Quibusdam (inquit) custodia traditis, non modò studendi solatium ademptum: sed etiam sermonis & colloquij vsus.[l]

g *Et in perpetuum*) Maiorem habet hac etiam in re potestatem Præfectus vrbi, quàm Præses prouinciæ: qui vltra administrationis suæ tempus interdicere nequit.[m]

h *Spectaculis*) Vt pompis, ludis, & alijs id genus solemnibus apparatibus.

i *Italia*) Italiam hîc latiùs accipe, quàm in huius constitutionis principio: nimirùm vt eam designet prouinciam, cuius finis ex vna parte, olim erat Rubicon fluuius, & hodie est principium Alpium, & ex altera Rhegium oppidum: vt suprà declaraui.[n]

Italiæ interdictio.
13 k *Prouincia sua*) † Qui ab Italia relegatur, aut cui Italia interdicitur, patria quoque sua interdictum ei videtur, at si vrbe duntaxat interdictum sit, patria sua non cogitur quis abstinere.[o]

l *Seuerus rescripsit*) Huius rescripti Seueriani, meminit vberiùs alibi Iurisconsultus.[p]

m *Illicitum collegium*) Nisi ex Cæsaris, vel senatus authoritate collegium, aut aliud tale corpus, coierit, illicitum iudicabitur, quod ne coëat, non in vrbe modò, sed in Italia quoque & prouinciis Seueri rescripto vetitum est.[q]

y Cæsar lib. vij. de bello Gallico.
z Plin. in Panegyrico Traiani.
a Liuius li. iij.
b l. penul. ff. de ver. sig.
c d. §. stationes.
d l. in nomine. §. sicut ergo. C. de off. pref. Affric.
e Lampridius in Alexand.
f l. fi. ff. de muner. & honor. l. non idcirco. ij. C. de lib. ca. d. l. penul.
g l. relegatorũ. §. interdicere. §. dubitatum. §. si quis eam. ff. de interdict. & releg.
h l. j. vbi dixi. ff. de orig. iur.
i l. moris. §. j. ff. de pœn.
k Laertius in Arist. & Plin. lib. 9. epist.
l Suet. in Tyberio.
m l. fi. in princ. ff. de pœn.
n hac l. in pr.
o l. relegatorũ. §. constitutum. ff. de interd. & releu. & hîc.
p l. j. ff. de colleg. illicit.
q l. j. §. j. l. collegia. §. j. ff. de col. illic.

Paulus lib. singulari de offic. Præfecti vrbi.

Adiri etiam ab argentariis,[a] vel aduersus eos,[b] ex epistola diui Adriani, & in pecuniariis causis [c] potest.

SVMMÆ.

1 *Argentarij qui.*
2 *Æqualitas in iudiciis.*
3 *Pecuniariæ causæ.*
4 *Præfectus vrbi an de ciuilibus causis cognoscat.*
5 *An mandet iurisdictionem.*

a ARgentarii) † Qui sint argentarij, & in quo differant à campsoribus & 1
numulariis, suprà diffuse docuimus.[a]
b *Aduersus eos*) † Æqualitas in iudiciis seruanda est:[b] vt nihil actori quin 2
reo quoque liceat.[c] vnde si argentariis concessa sit aduersus alios Præfectum
vbi in ciuilibus negociis adeundi facultas, æquum est vicissim aliis aduersus
argentarios idem iuris tribuere.[d]
c *In pecuniariis*) † Hoc est ciuilibus: quibus scilicet, non de vita, non de 3
hominis existimatione: sed de pecunia tantùm & rebus agitur.[e] Et ita non
superfluit hæc lex, ad præcedentem. qua dictum erat, Præfectum vrbi, in cau
sa numulariorum adiri posse: si non temperent iis, quæ sunt prohibita. Sic e-
nim constat Iurisconsultum illîc agere de negociis criminum: hic de ciuili-
bus, & pecuniariis: † de quibus, vel ex hoc loco cognoscimus Præfectum re- 4
gulariter non cognoscere (vt pote qui maximè coercendis criminibus præ-
positus sit,[f] etiam capitaliter, si res exigat[g]) Præterquàm certis ex causis, ve-
luti in negociis argẽtariorum.[h] & ex appellationibus quorundam iudicum:
nimirùm proconsulum, & eorũ, qui ordinariæ præsunt iurisdictioni.[i] Omnis
prouocatio (inquit Fla. Vopiscus, epistolæ publicæ verba referens) Præfecti
vrbis erit. quæ tamen à proconsulibus & ab ordinariis iudicibus emerserit.[k]
& paulò post. Redierunt ad Præfectum vrbis appellationes, omnium pote-
statum, & omnium dignitatum.[l] Cum autem ordinaria eorum iurisdictio,
sicuti dictum est, fuerit cognitioni, & coërcitioni criminum, etiam capita-
lium intendere:[m] † Falluntur & quidem grauiter, qui putant præfectum vr- 5
bi iurisdictionem suam omnem mandare potuisse. quandoquidem ius gla-
dij, vel alterius maioris coercitionis potestas in alium transferri nequeat.[n]
Equidem poterit Præfectus, dare iudices ad priuatorum controuersias diri-
mendas quarum ipse cognitionem habet & de iis iurisdictionem quoque
suam mandare, atque etiam leuium delictorum coercitionem.[o] Cæterùm
ius gladij in alium transferre, siue iurisdictionem suam mandando, siue spe-
ciem vnam non poterit.[p]

Argentarij.
Æqualitas in iudiciis.
Pecuniariæ causæ.
Præfectus vrbi quando de ciuilib. cognoscat.
Præfect. vrbi an mãdet iurisdictionem.

a l. praeced. §. pretorea.
b l. fi. C. de fruc. & lit. expens.
c l. quæ omnia. in pr. ff. de procur. c. non licet. de reg. iur. in 6.
d l. petenda. C. de temp. in integ. resti. pet. d. l. fi. & hîc.
e l. fi. ff. de ser. & hic.
f l. j. in pr. hoc tit.
g l. inter. §. j. ff. de interd. & releg.
h vt hac l.
i l. si apud. l. cũ appellatio. C. de appella.
k Vopiscus in Floriano.
l Fla. Vopis. vbi suprà.
m d. l. j. hoc ti.
n l. solet. ff. de off. proconf. l. nemo potest. ff. de reg. iur.
o l. cum prætor. §. j. ff. de iud. l. j. ff. quis & à quo ap.
p d. solent. d. l. nemo.

L. III. PRÆFECTVS.

Vlpianus lib. 2. ad Edictum.

Præfectus vrbi, cùm terminos [a] exierit, potestatem [b] non habet. [c] extra [d] tamen potest iubere iudicare.[e]

SVMMÆ.

1 *Termini.*
2 *Potestatis & Imperij verbum.*
3 *Sensus huius l.*
4 *Iurisdictio voluntaria extra territorium.*
5 *Magistratus extra territorium delegat.*
6 *Iudicem dare & iubere iudicare.*

Termini.

1 a *TErminos*) † Hoc est limites & fines suæ iurisdictionis: qui centesimo ab vrbe lapide, seu milliario concluduntur.[a] de terminis autem agrorum suprà satis multa diximus.[b]

Potestatis & imperij verbũ.

2 b *Potestatem*) Id est imperium.† Potestatis quippè verbum, ad magistratus relatum, notat imperium.[c] verbo autem imperij, propriè significatur potestas animaduertendi in delinquẽtes.[d] Longè alia à iurisdictione, quæ ad ciuilium negotiorum disceptationem refertur:[e] cui inest licentia dandi iudi-

Sensus huius l.

3 cem.[f] vt hic sit constitutionis nostræ sensus. † Præfectum, qui terminos exiit vrbis, licet potestatem non habeat coërcendi reos, & facinorosos homines: iurisdictionem tamen quantum ad licentiam dandi iudicem, retinere, vt scilicet de pecuniariis causis (quarum ad eum quandoque spectat cognitio[g]) iudices dare possit: qui intra terminos vrbis iudicent.

Iurisdictio volũtaria extra territorium.

c *Non habet*) Hoc est quam habet, non exercet.[h] Nam simul atque fines vr-
4 bis excessit, priuatus censetur:[i] † nisi respectu iurisdictionis voluntariæ, quã potest extra limites quoque territorij exercere.[k]

d *Extra*) Terminos vrbis scilicet, qui vt dixi, centesimo lapide clauduntur.[l]

Magistratus extra territoriũ delegat.

5 e *Iubere iudicare*) Ita tamen vt datus ab eo iudex intra terminos vrbis iudicet.[m] Alioqui posset ei impunè non pareri.[n] † Vult itaque Vlpianus Præfectum vrbis extra suæ iurisdictionis, suíque territorij fines existẽtem, ius quidem ipsum dicere nõ posse. Cæterùm in certa causa iudicem dare, eundemque iubere iudicare in vrbe, aut intra centesimum lapidem (quo circunscri-

Iudicem dare & iudicare.

6 bitur eius iurisdictio.[o]) rectè posse.† Neque verò hic audiendos censeo, qui aliud iudicem dare putant, à iubere & iudicare.

a l. j. in pr. & §. j. hoc titu.
b l. ex hoc iure ff. de iust. & iur.
c l. potestatis. ff. de ver. sign.
d l. iij. ff. de iurisd.
e l. iiij. §. fin. ff. de of. procons.
f d. l. iij. de iurisd.
g l. ij. hoc tit.
h l. ij. ff. de officio procons.
i l. iiij. ff. de offi. præs.
k l. emancipari. ff. de adopt.
l d. l. j. §. j. hoc tit.
m l. cùm vnus. §. is qui. ff. de bon. autho. iud. poss.
n l. fi. ff. de iurisd.
o l. j. §. j. hoc ti. l. eum qui. vbi dixi. ff. de iurisd.

IOANNES CORASIUS IUrisconsultus Valentiæ Allobrogûm scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO QVAESTORIS.

TITVL. XIII.

SVMMÆ RERVM.

1 *Quæstura primus honoris gradus.*
2 *Ætas in magistratibus.*
3 *Gradatim ad honores tendendum.*
4 *Annaria lex.*
5 *Quæstoris officium.*
6 *Quæstores vrbani.*
7 *Præfectura ærariorum.*
8 *Magistri computorum.*
9 *Quæstores cur creati.*

Quæstura primus honoris gradus.

1 QVÆSTVRA † fuit quondam apud Romanos primus honoris gradus.[a] Quod & Vlpianus significat, dum ait, quæsturam ingressum esse, & quasi primordium gerendorum honorum, sententiæque in senatu dicendæ.[b] quippè hic erat ordo Romæ, vt quis primùm fieret quæstor, quoad amplioris dignitatis gradum pateret ascensus.† vnde & adolescentulos plerósque fuisse quæstores

Ætas in magistratibus.

2 creatos legimus. (Namque apud maiores, inquit Tacit. virtutis id præmium fuit, cunctísque ciuium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus,

a Cic. in Verrem.
b l. vni. ad fi. hoc tit.

a *Epistolæ*) ad Fabium Cilonem vrbi præfectum à Diuo Seuero missæ.cu-
ius iamiam meminimus.[a]

b *Intra vrbem*) † Hoc interesse Valla rectè scribit inter, intra, & infra, di- 1 Intra.
ctiones. quia dictio intra, ad numerum & spacium refertur: vt intra Calen-
das, dies centum, vrbis mœnia, & iis similia, infra verò ad dignitatem & locũ: Infra.
vt infra existimationem meam, infra tectum, id est subter tectum, & sic de
cæteris.[b] Vnde cùm olim apud Plinium latinæ proprietatis obseruantissi-
mum, hæc verba deprauatè legerentur. *Quæ incubari infra decem dies edita vtilis-
simum.*[c] peritiores, loco *infra*, particulam *intra* emendatissimè reposuerunt. I-
démque rectissimè sacti ãrũt apud Modestinum nostrum peritiores: cùm an-
teà infra centesimum lapidem, & infra quinquaginta dies, falsò legeretur.[d]
Quod autem ad iuris nostri traditiones spectat, circa dictionem *Intra*, vulgò,
ac benè quidem, (vt mihi videtur) perferri solet, præpositionem *intra* (nisi
manifesta legis aut disponentis voluntas repugnet,[e] sua extrema includere.[f]
veluti in hac oratione, *Intra calendas*, ipse quoque calendæ continentur.[g] &
si dicam, *intra diem centesimum*, vltimus includitur dies.[h] & in dispositione, vt
aliquid intra diem mortis fiat, is quoque dies numeratur, quo quis mortuus
est,[i] vt meritò probem, quod interpretes prodiderunt. Venditis iis quæ in-
tra muros sunt, muros ipsos, si tamen venditoris fuerunt, nec aliud actum ap-
pareat, venditos quoque censeri.[k] Amplius probat apud Gellium Sulpicius
Apollinaris, Iudicem intra calendas iudicare iussum, nisi calendis pronun-
tiet, contra vocis vsum facere. Quandoquidem ante calendas pronuntians,
magis citra, quàm intra, pronuntiare dicatur.[l] Cui tamen sententiæ vetus iu-
ris regula implacabiliter contradicit, par esse censens, intra calendas, vel ca-
lendis, vel ante calendas stipulati, aut aliter disponere.[m]

c *Pertinere*) Idque sine dubio, cùm iam Vlpianus docuerit omnia omninò
crimina præfecturam vrbanam sibi vendicare. non ea tantùm, quæ intra vr-
bem: sed etiam quæ extra, dum in Italia patrentur.

d *Milliarium*) † Milliarium, seu millium (vtrunque enim dicitur) mensura 2 Milliarium.
est itineraria, mille passuum.[n] & ita stadia octo continens. Cum † stadium 3 Stadium.
viginti quinque passus, supra centum complectatur. Passus † autem quin- 4 Passus.
que pedũ est.[o] à passis hoc est extensis manibus sic dictus, quod distentis &
expassis manibus & brachiis hæc dimensio conficiatur.† Pes verò quinde- 5 Pes.
cim digitorum est.[p] tantùm enim pugno policéque dilato, possumus ample-
cti, quę pedis est dimensio. Centesimum porro milliare, de quo agit hîc Vl-
pianus, non à mœnibus vrbis Romę, sed à continentibus ædificiis, nume-
randum est.[q]

e *Lapidem*) † Hoc est pręfinitam metam, centesimi milliarij. nam millia- 6 Lapis pro milliario.
ria constitutis lapidibus signabantur, & terminabãtur. Primúsque fuit Caius
Gracchus (si Plutarcho credimus) qui singulis milliariis lapideas columnas
spaciis signa pręferentes, defixit.[r] Inde factum, vt lapidem pro milliario boni
authores frequenter vsurpent. Martialis.[s]

Ad lapidem Torquatus, habet prætoria quartum.

Et Tranquillus de Tiberio, Iterum Appia vsque ad septimum lapidem: sed
prospectis modo, nec aditis vrbis mœnibus, rediit.[t]

f *Notio*) † Hoc est cognitionem simul cum iurisdictione.[u] neque enim i- 7 Notio.
gnorum notionis generali verbo, non modò cognitionem, hoc est sim-
plicem cognoscendi facultatem: sed iuris quoque dicendi licentiam con-
tineri.[x]

g *Non est*) Hinc obserua, Italiam, quod attinet ad vrbis pręfecti potesta-
tem: centum millibus passuum concludi, quippè dixerat initio Iurisconsul-
tus præfectum vendicare sibi vniuersorum criminum coërcitionem, quæ
committuntur intra Italiam: hîc autem negat notionem esse præfecti vltra
lapidem centesimum.

a hac l. in pr.
b Laur. Vall. li. ij. c. 91. Bud. l. j. ff. de iusti. & iur.
c Plin. lib. 10. c. 54.
d l. scire oportet §. j. ff. de excus. tut.
e l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. obl.
l. ex tribus. C. de inoffi. testa.
f l. non omnis. ff. si cert. petat. l. j. §. quod diximus. ff. de succeff. edict.
g d. §. quod diximus.
h l. pater. in fi. ff. de adul. d. §. quod diximus.
i l. si quis sic. ff. de ver. sig.
k l. ede. §. j. ff. de contrah. empt.
l Gell. li. 12. c. 14.
m l. si ita stipulatus fuerim. & l. qui ante. ff. de verb. oblig.
n l. j. ff. si quis cautio. l. ij. §. si præsens. ff. quis ordo. l. iij. ff. de verb. sig. §. qui autem. de exc. tutor. in Instit.
o Accurs. l. iij. ff. de ver. sig.
p Glo. c. sicut. 17. q. iiij.
q l. mille passus ff. de ver. sign.
r Plutar. in vita Gracchorũ.
s Martial. lib. iij. Epigram.
t Suet. in Tiberio.
u l. notionem. ff. de ver. sig.
x l. ait prætor. ff. de re. iudic. d. l. notionem.

h *Ser-*

li *Seruum*) Setuus non à dominis modò: ſed ab alio quocunque adulterij accuſari poſſe, nulla dubitatio eſt.[y] ſiquidem legibus omnibus, ſerui rei fiãt, præterquàm Iulia lege de vi priuata,[z]

Adulteriũ Stuprum. 8 1 *Adulterium*) Inter ſtuprum & adulterium hoc intereſſe Iuriſconſultus
9 ait.† quod adulterium in nuptam committatur, propter partum, ex altero conceptum compoſito nomine.† ſtuprum verò in virginem, aut viduam,[a] quo nomine Valla, Iuriſconſultos inſectatur ſtupri verbo adulterium quoque ſignificari: probans pro adulterióque, & vitio ſtuprum promiſcuè poni.[b] Quod equidem non negauerim: Lucretia (inquit M. Cicero) oblatum per vim ſtuprum, voluntaria morte luit.[c] Et alibi, noctu ſtupri cauſa lectica in vrbem introferri ſolitus eſt, ad mulierem nuptam vni propoſitam omnibus.[d] Tranquillus item, Equiti Romano iuriſiurandi gratiam fecit, vxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nunquam ante repudiaturum iurauerat.[e] Plautus item de Alcumena Amphitrionis vxore,[f]

Sed Alcumenæ, huius honoris gratia,
Pater curauit, vno vt fœtu fieret,
Vno vt labore exolueret erumnas duas,
Et ne in ſuſpicione ponatur ſtupri,
Et clandeſtina vt celetur ſuſpitio.

y l. ſernos. ff. de accuſa.
z l. hos accuſare. §. omnibus. illo. tit.
a l. inter liberas. l. ſtuprum. §. j. ff. ad l. Iul. de adul. l. inter ſtuprum. ff. de ver. ſign.
b Laur. Val. li. 6. c. 45.
c Cic. li. 5. de finib.
d Cic. vlt. Verrina.
e Suet. in Tiberio.
f Plau. in Amphy.

Cęterùm tunc ſtupri nomen, non ad ſuam ſpeciem contrahitur: ſed generaliter ſtat pro turpi concubitu: quo nomine deteſtandus ideo maſculorum quoque complexus, continetur. Plura virorum (inquit Liuius) inter ſeſe quàm fœminarum eſſe ſtupra: ex quo in promiſcuo, ſacra eſſe cœperunt.[g] Etenim dixerunt ſtuprum, pro quacunque turpitudine veteres, quod vel ex Neuij verbis apparet, aientis, perire malunt ibidem, quam cum ſtupro redire ad ſuos populares. Propriè verò & peculiari ſignificatione, verum eſt, quod Papinianus ait ſtuprum in virginem, viduámue committi:[h] ab adulterióque diſtingui.[i] ſtupra dico (inquit M. Cicero) & corruptelas, adulteria, inceſta denique,[k]

lz *Quod vi aut clam*) Quo deſtrui iubet prætor vi aut clam ædificatum, etiam ſi faciens ius extruendi habuerit. Tueri namque debuit ius ſuum, iuquit Iuriſconſulrus, non iniuriam committere.[l]

l *Vnde vi*) Prætor ait, vnde vi tu illum deieciſti, de eo quod tunc ille vbi habuit intra annum: poſt annum verò, de eo quod ad deiicientem peruenit, iudicium dabo.[m]

g Liuius li. 39.
h d. l. inter liberas. d. l. inter ſtuprum.
i d. l. inter liberas.
k Cic. li. 4. Tuſcu.
l l. j. in pr. ff. quod vi aut clã.
m l. j. in princ. ff. vnde vi.

§. SOLENT.

Solent ad Pręfectum vrbi remitti etiam tutores ſiue curatores qui malè in tutela, ſiue cura verſati, grauiore animaduerſione[a] indigent, quàm vt ſufficiat eis ſuſpectorum infamia:[b] quos probari poterit, vel nummis datis tutelam occupare:[c] vel præmiò accepto operam dediſſe, vt non idoneus[d] tutor alicui daretur: vel cõſultò, circa edendum[e] patrimonium quantitatem minuiſſe, vel euidenti fraude bona alienâſſe.

SVMMÆ.

1 *Tutor ſuſpectus.* 2 *Tutor quando infamis.* 3 *Edere.*

Tutor ſuſpectus. 1 a *GRauiore animaduerſione*) Ius remouendi tutores † ſuſpectos in vrbe Roma, prætoribus peculiariter datum eſt. in prouinciis verò proconſulibus, aut eorum legatis, qui proconſulis perſonam ſuſtinent.[a] Quòd ſi fraus

a l. j. §. damus. ff. de ſuſpect. tu.

ſegerant circa omne negotium,[b] & temperent iis, quæ ſunt prohibita.

SVMMÆ.

1 *Numularij.*
2 *Argentarij.*
3 *Collybiſtæ.*
4 *Campſores.*
5 *Argyrognomæ.*
6 *Trapezyta.*
7 *Banquerij.*
8 *Foro cedere.*
9 *Fallire.*
10 *Banca rupta.*
11 *Argentariam facere.*
12 *Argentaria menſa an à Chriſto probata.*

1 a NVmularij) † Sunt Numularij,qui numos permutandos, fœnoríque col-
2 locandos,ad menſam tenent.[a] quos alio nomine,latini nunc † Argen-
3 tarios, nunc campſores,nunc menſarios vocant. Græci Trapezytas,†& col
lybiſtas,[b] Sed hi omnes duorum ſunt generum : alterum minutulorum nu-
morum,qui ſcilicet minutiorem monetā, cum grauiore, nempe auro,com-
mutant:ſordido inde cōflato quæſtu,nec multum ab expreſſa vſura abhor-
rente:quorum ideò menſas,Chriſtus in templo ſubuertit,docens hæc prot-
ſus reſpuenda viris piis, & religionis Chriſtianæ cultoribus.[c] Hi ab antiquo
4 verbo Cambio idem quod permuto ſignificante,†Campſores propriè dicti
5 ſunt.& Græcis † Argyrognomæ, quaſi pecuniæ ſpectatores, & collybiſtæ,
neque verò publicam hi cauſam habebāt. vnde nec expenſi, nec accepti ra-
tionem conficiebant. Alterum eorum eſt,qui non tam pecuniarum permu-
tationem,quàm maiorem exercebant negotiationem:pecunias tum ſuas a-
liorū fœnori collocantes,quas ideò velut depoſitas, recipiebant cuſtodien-
das. gratuitò interdum & nonnunquàm fœnerato : indéque rationes confi-
6 ciebant. hos Græci†Trapezytas,& Latini frequentiùs Argentarios,& quā-
7 doque Numularios, dixere.[d] Nos hodie, Banquerios.† Cuius rei putat (in-
quit M.Cicero,) iſte rationem reddi non poſſe,quòd ipſe tabulas auerterit:
ſe autem habere argentarij tabulas, in quibus ſibi pecunia expenſa lata ſit,
acceptáque relata.[e] Habebant autem olim iſtiuſmodi argentarij, publicam
cauſam. Quippe publicè ei muneri ſpectatæ probitatis homines, præficie-
bantur,qui in codicibus ſuis rationes ſcriberent.[f] ob ídque ſicut olim ærarij
quæſtores, duas conficiebant tabulas : alteram accepti,alteram expenſi,[g] in
negotiario foro menſam exercere ſoliti, quam à republica conductam te-
nebant.[h] vnde Troxilus ſeruus ad Dorpalum lenonem.[i]

Fortaſſe metuis,iam à foro argentarij
Abeunt: quam in curſu Rotula,circumuertitur.

8 Inde†foro cedere dicebantur,cum menſis ſuis cedentes, totámque menſa-
riam negociationem deferentes aliò habitatum migrabant.[k] Vulgus Itali-
9 cum † *fallire*,noſtrum verò, † *bancam ruptam facere* vocat. † Argentariam verò
10 facere,qui munus illud Argentariorum, exercebant, & profitebantur. He-
11 rennius(inquit M.Cicero)quem ille argentariam Lepti feciſſe dicit.[l] Et a-
libi,M.Fulcinius,qui Romæ argentariam non ignobilem fecit.[m] Inde etiam
in iure noſtro,exercitatores argentariæ menſæ.[n] Quoniā item eorū publica
ſicut diximus,cauſa fuit: auctionibus publicis interueniebāt, vt quod cuique
& quanti venderetur,in tabulas ſuas fideliter referrent.[o] Et pretia venditarū
rerum exigerent,aut exigendam ſtipularentur.auctionantibúſque,aut iis ad
quos pertineret negotium,poſt exactam repræſentarēt.[p] Ebutio negocium
datur,inquit Cic.adeſt ad tabulā,licetur, deterrentur emptores, multi par-
tim gratia Cecinnæ,partim pretio,fundus addicitur Ebutio.pecuniā argēta-

Argentarij. Campſores. Trapezytæ. Collybiſtæ. Cambio verbum. Argyrognomæ. Trapezytæ. Banquerij. Foro cedere. Fallire. Banca rupta. Argentariam facere.

a l.quædam.§. pen ff.de eden. l.ſi hominem.§. quoties. ff. depoſi.
b l.ſi quis.l.vbi. l. argentarius.ff.de eden.
c Matth. 22. Mar.11.Ioan.2.
d l.ſi quis. l.vbi. l. quædam. l. argentarius. ff.de edend.
e Cic.pro Cecinn.
f d. l.argentarius.
g Aſcon. Pædia.in Verri.
h l.qui tabernas.ff.de contr.empt.
i Plaut.in Perſa.
k l.ſi hominē. §. quoties. ff. depoſ.
l Cic.Verr.iij.
m Cic.pro Cecinna.
n l. Prætor.ff. de edend.
o Quint.lib.xi
p l.filia.ff. de ſol.

N

rio promittit Ebutius.[q] item & Fabius, & forsan in hoc sunt (inquit) adiuti, qui auctione dimissa quod cuique vindicassent, testibus argentariorum tabulis reddiderunt.[r] † Hanc autem negociationem argentariam, velut pu- 12
blicè commoda, & necessaria ad societatem hominum commercia fouentem, non damnat Christus: sed potiùs approbat,[s] nisi quatenus ea Trapezitæ abuterentur, publicum munus ad vsurarium quæstum conuertentes.[t] quod alibi disserui.[u]

b *Omne negotium*) Tam publicum, quàm priuatum: & siue permutandis pecunijs, siue collocandis intendant, siue etiam rationes conficiant. Nam de vtroque numulariorum genere Vlpianum hîc agere non dubito.

q Cic. pro Cæcinna. r Quintil. lib. 11. s Matth. 25. t Exod. 22. Deut. 23. v l. j. C. de summa trinit.

Argentaria mensa an Christi lege prohibita.

§. CVM PATRONVS.

Cùm patronus[a] contemni se à liberto dixerit, vel contumeliosum sibi libertum queratur, vel conuicium se ab eo passum, liberósque, vel vxorem, vel quid huic simile obijciat, Præfectus vrbi[b] aditus pro modo querelæ, corrigere eum, aut comminari, aut fustibus castigare, aut vlterius procedere in pœnā eius solet. nam plerumque puniendi sunt & liberti. Certè si se delatum à liberto, vel si conspirasse[c] eum contra se cum inimicis doceat, etiam metalli pœna in eum statui debet.

SVMMÆ.

1 *Filius in patrem contumeliosus.*
2 *Filius si amicus inimici patris fiat.*
3 *Amicitia quibus rebus violetur.*
4 *Inimicorum amicus.*

P*Atronus*) † Idem dic in parentibus: quos si contumeliis afficiant filij, vel 1
impias manus eis inferant, cognitio est præfecti vrbis, qui delictū ad publicam vtilitatem pertinens, pro modo eius coercebit.[a]

b *Præfectus vrbi*) In vrbe Roma, & intra centesimum lapidem. neque enim extra hos terminos potestatem habet.[b] in prouinciis verò, munus erit Proconsulis: qui libertum emendate, aut verbis terrere comminando, aut si res exigat fustium castigatione poterit.[c]

c *Conspirasse*) Non ergo † satis est libertum fieri amicum inimicorum do- 2
mini, nisi se cum illis coniunxerit, & aduersus dominum cōspirauerit.[d] tunc autem grauissima pœna dignus est. cùm apertè & hostiliter reuerentiam & obsequium, quod patrono debet, violarit. † Nam vt Liuius scribit, duabus 3
maximè rebus violatur amicitia. Si amicos meos pro hostibus habeas: si rursus cum hostibus meis re coniungas.[f] Quanquam (fateor) bonum virum, quod ille dicebat, amicorum, patriæque amicum esse debere: & amicorum amicos colere, inimicos odisse.[g] † Hinc autem aliquādo respondi, & apud iu- 4
dicem petuici filium, ex ea causa simpliciter, quòd amicus inimici patris factus esset, exhęredatum immerentet, & iniustè exhęredem scriptum fuisse: cùm non doceretur iniuriosus alioqui patri fuisse, aut in eum conspirasse.[h]

a l. j. ff. de obseq. b l. fi. hoc titul. c l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconsf. l. j. ff. de iur. patr. d vt hac l. vbi Ful. e l. j. ff. de iur. pat. & hic. f Liuius lib. 34. g Polybius lib. j. h vt hac l.

Filius in patrē contumeliosus.

Filius amicu inimicorū patris.

Amicitia quomodo violetur.

Inimicorum amicus.

§. CVRA CARNIS.

Cura[a] carnis omnis vt iusto pretio præbeatur,[b] ad curam præfecturæ pertinet. Ideo & forum suarium[c] sub ipsius cura est. Sed & cæterorum, siue pecorum, siue armentorum, quod ad huiusmodi præbitionem[d] spectat, ad ipsius curam[e] pertinent.

SVMMÆ.

SVMMÆ.

1 *Prebere, Prebitio.*
2 *Forum multiplex.*
3 *Negotiatio vbi Romæ exerceatur.*
4 *Prebitio.*
5 *Vendere quando quis cogatur.*
6 *Academiarum fauor.*

Præbere, Prębitio.

1 a CVra) Hoc est sollicitudo, imperium & iurisdictio.
b *Præbeatur*) Idest ematur, & vendatur, probéque super ea negotietur.† verbum quippè præberi, Iurisconsultis peculiare, negociari significat: & præbitio, negociationem.[a]

Forum. Iudiciarium. Negociarium. Boariũ. Piscariũ. Vinariu. Olitoriu. Cupedinarium. Negociano vbi Romæ exerceatur. Præbitio.

2 c *Forum suarium*) † Forum, sicuti alibi docui,[b] Romæ duplex fuit. Iudiciarium scilicet in quo lites & iudiciariæ controuersiæ exercebantur,[c] & Negociarium, quo res vænales deferebantur, quod multiplex hîc Vlpianus fuisse ostendit. Boariũ, in quo boues. Suarium, in quo sues. Piscarium, in quo pisces. Vinarium, in quo vinum. Olitorium, in quo olera & herbæ, & Cupedinarium, in quo cupediæ, hoc est lautiores cibi, veluti perdices, phasiani, lepusculi, & aliæ id genus epularum deliciæ, prostabant vænales.† Fuerúntque istiusmodi fora, Boarium præsertim & suarium, Romæ in campo qui 3 iacet inter Capitolium, Palatium, Auentinum, & aram Herculis: vbi solent hodie quoque, tales exerceri negociationes.
d *Præbitionem*) † Hoc est munus, & officium negociationis eduliorum.[d] ali-
4 quando enim præbitio munus significat.[e] in qua tamen acceptione, solum Varronem hac vsum voce comperi. Quod ea die (inquit) mea erat præbitio.[f]
e *Ad ipsius curam*) Ad curam, & officium vrbi præfecti pertinet, vt carnes pisces, & id genus eduliorum, iusto pretio væneant, sitque in ciuitate copia

Vendere quando quis cogatur

5 rerum, ad victum necessariarum.[g] †non quòd lex ideo quem cogi velit res suas inuitum vendere:[h] sed hæc edulia venditioni semel exposita, ne immodicè & immoderatè distrahantur, prouidere.[i] hoc enim publicam humanæ societatis vtilitatem respicit: quæ dubio procul priuatæ præponderat.[k] Alijs itaque rebus pretium nõ statuit præfectus vrbi, etiam si Iudæi vænales eas exposuerint:[l] sed præsertim grano, quod nisi vnicuique liberum esset pro arbitrio vendere, posset ciuitas fame premi, nemine sub definito pretio granum in vrbem deportante, quæ fames defectione carnis & similium edu-

Scholasticorum fauor

6 liorum non timetur. † Qua ratione non displicet, quòd annotant nonnulli, ciues à magistratu cogi posse, vt iusto pretio scholasticis habitationem elocent: ne non habẽtes studiosi, quò se recipiant, cogantur abire, & ita tandem magno reipublicæ detrimento, pereat academia.

a l. ij. ff. de nũd. l. si vt certo §. si de me petisses. ff. commod. l. j. § j. ff. si mẽs. fal. mo. & hic
b l. j. ff. de ori. iur.
c l. j. forus. de verb. sig.
d l ij. ff. de nũd.
e l. fi. j. ff. de muner. & honor.
f M. Varro lib. iij. de ling. lat.
g l. fi. §. item episcopi. ff. de muner. & honor.
h l. nõ enim. ff. rerum amota. l. nec emere. C. de iur. deli.
i l. j. C. de epis. aud.
k l. j. in fin. C. de cad. toll. aut. res quæ. C. con. de leg.
l l. nemo exterus. C. de Iudæis.

§. QVIES.

Quies quoque popularium,[a] & disciplina[b] spectaculorum,[c] ad præfecti vrbi curam pertinere videtur. Et sanè debet dispositos milites stationarios[d] habere, ad tuendam popularium quietem, & ad referendum sibi, quid vbi agatur, & vrbe interdicere, præfectus vrbi, & qualibet alia solitarum regionum[e] potest, & negociatione, & aduocationibus, & foro,[f] & ad tempus, & in perpetuum,[g] interdicere poterit & spectaculis:[h] et si quem relegat ab Italia,[i] submouere eum etiam à prouincia sua,[k] diuus Seuerus rescripsit,[l] eos etiam qui illicitum collegium[m] coijsse dicantur, apud præfectum vrbi accusandos.

SVMMÆ.

1 *Populares qui.*
2 *Disciplina.*

3 *Spectacula.*
4 *Ludorum varia species.*
5 *Circus Maximus.*
6 *Statio.*
7 *Stationarij milites.*
8 *Limitanei.*
9 *Limenarcha.*
10 *Regiones soluta.*
11 *Foro interdicere.*
12 *Librorum interdictio.*
13 *Italia interdictio.*

a Popularium) † Hoc est ciuium.[a] nec ignotum, popularis nomine ciuem 1 *Popularis*
plerunque significari:quasi eiusdem populi gentísque virum. Sese,in-
quit Cicero, non popularem alicuius loci, sed ciuem totius mundi,quasi v-
nius vrbis agnouerit.[b] Inde,qui vnius ciuitatis sunt à plerísque conciues ap-
pellati,populares dicuntur. vnde Dauus Terentianus,[c]

Amicus meus & popularis Geta.

Pœnus ad Agorastœlam,qui se Carthagini natum dixerat.[d]

O mihi popularis salue.

Et M.Cicer.At hoc tales (inquit) Anaximandro populari,& sodali suo, non
persuasit.[e]
b *Disciplina*) † Id est obseruatio,institutum & antiqua ratio,[f] Rhodiorum 2 *Disciplina.*
vsque ad memoriam,inquit M. Cicero,naualis disciplina,& gloria remāsit.[g]
Rursus. O morem præclarum, & disciplinā quam à maioribus accepimus.[h]
& Clytipho Terentianus meretriciæ vitæ mores, & rationem attingens,
ait,[i]

Magnum hoc quoque signum est,dominam esse extra noxiam,
Cùm eius tam negliguntur inter nuntij.
Nam disciplina est,eisdem numerarier
Ancillas primùm ad dominas qui affectãt viam.

Et alibi Cicero,Admirari satis nequeo,vel hominis continentiam, vel tem- *Spectacula.*
porum disciplinam.[k] *Ludorum variæ species.*
c *Spectaculorum*) Publicorum: ludos nimirùm publicos intelligens.[l] qui
olim variè celebrabantur.† Nam alij Circenses, alij Scenici,alij Appollina- 3
res,alij Funebres, & sic de cæteris.[m] Spectaculi autem nomine rem quam- 4
cunque ad spectandum propositam significari, neminem clam esse pu-
to. sed præsertim eam, quæ cum admiratione aliqua, vt res cœlestes:
aut cùm pompa fit, & apparatu. quales sunt ludi, & alia id genus. Circui-
tus solis, & lunæ, inquit M. Cicero, spectaculum hominibus præbent.[n] &
Vergilius.[o]

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane.
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

Victis superstitione animis,inquit Liuius,ludi quoque scenici,noua res bel-
licoso populo (nam circi modo spectaculum fuerat) inter alia cœlestis iræ
placamina instituti dicuntur.[p] Vt pompa ludis, inquit Cicero, atque eius-
modi spectaculis teneantur.[q] loca etiam ipsa execta, vt inde tales ludorum
apparatus spectari possint, spectacula dici cœperunt: quæ ante fori sunt ap-
pellati.[r] Tarquinius Priscus,inquit Liuius,bellum cum Latinis primùm ges-
sit.Ludos opulentiùs,& instructiùs quàm priores reges fecit.† tum primum 5 *Circus Maxim.*
Circo,qui nunc maximus dicitur,designatus locus est.loca diuersa Patribus,
equitibúsque,vbi spectacula sibi quisque facerent,fori appellari.Spectauere
furcis duodenos,ab terra spectacula alta sustinentibus pedes.[f]
d *Stationarios*) † Stationis verbo,in iure nostro,non is duntaxat locus demō- 6 *Statio.*
stratur,quo naues includuntur:vt à ventis tutæ sint.[t] sed militaris quoque vi-
gilia & custodia in maris,aut portis castrorum excubans: quò ad repentinas
hostium incursiones paratior sit.[u] Vergilius.[x]

Tunc

a l. mulier. ff. de ver. sign.
b Cic. li. iij. de legib.
c Terent. in Phormione.
d Plaut. in pœnul.
e Cic. lib. iiij. Acad. quæst.
f Cic. li. j. Tusc.
g Cic. pro lege Manilia.
h Cic. pro L. Flac.
i Terent. in Heautonti.
k Cic. lib. de senectu.
l l. j. & tot. tit. C. de specta. & scen. lib. 11.
m l. ciuitatibus ff. de leg. j. l. annuā. ff. de ann. lega. l. Septicia. ff. de pollicitatio.
n Cicer. lib. ij. de nat. Deo.
o Verg. in quodam epigrammate.
p Liuius lib. 7.
q Cic. li. 5. de fin.
r Liuius lib. j.
f Liuius lib. j.
t l. j. §. stationes ff. de re milit. l. portus. ff. de ver. sign.
u l. desertorem. §. qui stationis. ff. de re milit.
x Vergil. li. 9. Æneid.

Tunc quoque communi portam statione tenebant.

Milites, inquit Cæsar, qui pro portis castrorum, in statione erant, Cæsari tenunciarunt.[y] & Plinius Iunior, intelligimus, ait ad Traianum, quantum tibi pro laboriosa ista statione & exercitu, ubi debeamus.[z] Liuius præterea, nihil remissum ait ab vlla parte curæ, aut laboris, vigiliæ in vrbe, stationes ante

Stationarij. 7 portas, præsidia in muris disposita, &c.[a] † Indéque Stationarij milites appellari, qui locis hostium finitimis & limitibus imperij tuendis, deputati sunt.[b] à stando, vt statio sic dicti.[c] quod scilicet illic continuò degerent, & starent, nec aliò vagarentur: à limitibus autem, quia limites, terminósque imperij iugiter defendant, & tueantur, † limitanei nuncupati.[d] Sola quæ

Limitanei. 8 de hostibus capta sunt, inquit Lampridius, Limitaneis ducibus, ita vt eorum essent, si hæredes eorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent, dicens, attentiùs eos militaturos, si etiam sua rura defenderent,[e] & si lo-

Limenarchæ. 9 cis maritimis præsint: vnde ad exteras nationes traiectus est, † Limenarchæ ordo. ἀπὸ τοῦ λιμένος, id est, à portu, quasi portuû custodes.[f] Horum exemplo stationarios milites dixit hoc loco Vlpianus, eos qui in vrbe excubabant, ad eius tuitionem, & popularis tranquillitatis defensionem, potissimum ab vrbis Præfecto, deputati. quo modo etiam vocari possunt, qui publico ordinarióque stipêdio etiam in pace, ad tutiorem prouinciæ quietem apud nos retinentur.

Regiones solitæ. 10 e *Solitarum regionum*) † Quæ sint hæ solitæ regiones, aduertit nemo. Ego arbitror intelligi, regiones originis, incolatus, & delicti, quibus præter vrbem, plerumque delinquentes interdicebantur.[g]

Foro interdicere. f *Foro*) Iudiciario. neque enim de negociario agit hoc loco Iurisconsultus: cùm id satis verbo negociationis, expresserit. sed de eo in quo lites tractantur, & exercentur iudicia.[h] in quo qui versantur, forenses dici solent.

11 † Sanè verò plus est foro, quàm aduocationibus interdicere. siquidem is cui foro interdictum est, forensibus quibuscúmque negociis, nedum aduocationibus se ingerere vetitus censeatur.[i] Sed & grauiùs pœnæ genus adhuc

Libris interdicere. 12 multò mihi videtur † libris, & studiorum solatio aliquem interdicere. Nam cùm literæ sint, (quemadmodum Aristoteles dicere solebat) inter secunda & prospera, præclarum ornamentum: & inter aduersa, tranquillum refugium:[k] omne vitæ solamen profectò, dicam ampliùs, viuendi desiderium, auferre videtur, qui literarum studioso libros adimeret. Et tamen hoc pœnæ genere Veteres nonnunquàm vsos ex Tranquillo didici. Quibusdam (inquit) custodia traditis, non modò studendi solatium ademptum: sed etiam sermonis & colloquij vsus.[l]

g *Et in perpetuum*) Maiorem habet hac etiam in re potestatem Præfectus vrbi, quàm Præses prouinciæ: qui vltra administrationis suæ tempus interdicere nequit.[m]

h *Spectaculis*) Vt pompis, ludis, & alijs id genus solemnibus apparatibus.

i *Italia*) Italiam hîc latiùs accipe, quàm in huius constitutionis principio: nimirùm vt eam designet prouinciam, cuius finis ex vna parte, olim erat Rubicon fluuius, & hodie est principium Alpium, & ex altera Rhegium oppidum: vt suprà declaraui.[n]

Italiæ interdictio. 13 k *Prouincia sua*) † Qui ab Italia relegatur, aut cui Italia interdicitur, patria quoque sua interdictum ei videtur, at si vrbe duntaxat interdictum sit, patria sua non cogitur quis abstinere.[o]

l *Seuerus rescripsit*) Huius rescripti Seueriani, meminit vberiùs alibi Iurisconsultus.[p]

m *Illicitum collegium*) Nisi ex Cæsaris, vel senatus authoritate collegium, aut aliud tale corpus, coierit, illicitum iudicabitur, quod ne coëat, non in vrbe modò, sed in Italia quoque & prouinciis Seueri rescripto vetitum est.[q]

y Cæsar lib.7. de bello Gallico.
z Plin. in Panegyrico Traiani.
a Liuius lib.3.
b l.penult.ff.de fer.fug.
c d.§.stationes.
d l.in nomine. §.sicut ergo.C. de off.præf.Africæ.
e Lampridius in Alexand.
f l.fi.ff.de muner.& honor. l.non ideirco.ij. C.de lib.ca.d. l.penul.
g l.relegatorũ. §.interdicere. §.dubitatum. §.si quis eam. ff.de interdict.& releg.
h l.j.vbi dixi. ff.de orig.iur.
i l.moris.§.j.ff. de pœn.
k Laertius in Arist.& Plin. lib.9.epist.
l Suet. in Tyberio.
m l.fi.in princ. ff.de pœn.
n hac l.in pr.
o l.relegatorũ. §.constitutum. ff.de interd.& releg.& hic.
p l.j.ff.de colleg.illicit.
q l.j.§.j.d.collegia.§.j.ff.de col.illicit.

L. II. ADIRI.

Paulus lib. singulari de offic. Præfecti vrbi.

Adiri etiam ab argentariis,[a] vel aduersus eos,[b] ex epistola diui Adriani, & in pecuniariis causis [c] potest.

SVMMÆ.

1 *Argentarij qui.*
2 *Æqualitas in iudiciis.*
3 *Pecuniariæ causæ.*
4 *Præfectus vrbi an de ciuilibus causis cognoscat.*
5 *An mandet iurisdictionem.*

a *ARgentariis*) † Qui sint argentarij, & in quo differant à campsoribus & numulariis, suprà diffuse docuimus.[a] 1

b *Aduersus eos*) † Æqualitas in iudiciis seruanda est:[b] vt nihil actori quin reo quoque liceat.[c] vnde si argentariis concessa sit aduersus alios Præfectum vbi in ciuilibus negociis adeundi facultas, æquum est vicissim aliis aduersus argentarios idem iuris tribuere.[d] 2

c *In pecuniariis*) † Hoc est ciuilibus: quibus scilicet, non de vita, non de hominis existimatione: sed de pecunia tantùm & rebus agitur.[e] Et ita non superfluit hæc lex, ad præcedentem. qua dictum erat, Præfectum vrbi, in causa numulariorum adiri posse: si non temperent iis, quæ sunt prohibita. Sic enim constat Iurisconsultum illîc agere de negociis criminum: hic de ciuilibus, & pecuniariis: † de quibus, vel ex hoc loco cognoscimus Præfectum regulariter non cognoscere (vt pote qui maximè coercendis criminibus præpositus sit,[f] etiam capitaliter, si res exigat [g]) Præterquàm certis ex causis, veluti in negociis argẽtariorum.[h] & ex appellationibus quorundam iudicum: nimirùm proconsulum, & eorũ, qui ordinariæ præsunt iurisdictioni.[i] Omnis pronocatio (inquit Fla. Vopiscus, epistolæ publicæ verba referens) Præfecti vrbis erit. quæ tamen à proconsulibus & ab ordinariis iudicibus emerserit.[k] & paulò post. Redierunt ad Præfectum vrbis appellationes, omnium potestatum, & omnium dignitatum.[l] Cum autem ordinaria eorum iurisdictio, sicuti dictum est, fuerit cognitioni, & coërcitioni criminum, etiam capitalium intendere:[m] † Falluntur & quidem grauiter, qui putant præfectum vrbi iurisdictionem suam omnem mandare potuisse. quandoquidem ius gladij, vel alterius maioris coercitionis potestas in alium transferri nequeat.[n] Equidem poterit Præfectus, dare iudices ad priuatorum controuersias dirimendas quarum ipse cognitionem habet & de iis iurisdictionem quoque suam mandare, atque etiam leuium delictorum coercitionem.[o] Cæterùm ius gladij in alium transferre, siue iurisdictionem suam mandando, siue speciem vnam non poterit.[p]

(3 Pecuniariæ causæ. — 4 Præfectus vrbi quando de ciuilib. cognoscat. — 5 Præfect. vrbi an mãdet iurisdictionem.)

a l. præced. §. præterea.
b l. fi. C. de fruc. & lit. expens.
c l. quæ omnia. in pr. ff. de procur. c. non licet. de reg. iur. in 6.
d l. petenda. C. de temp. in integ. resti. pet. d. l. fi. & hîc.
e l. fi. ff. de ser. & hîc.
f l. j. in pr. hoc tit.
g l. inter. §. j. ff. de interd. & releg.
h vt hac l.
i l. si apud. l. cũ appellatio. C. de appella.
k Vopiscus in Floriano.
l Fla. Vopisc. vbi supra.
m d. l. j. hoc ti.
n l. solet. ff. de off. procons. l. nemo potest. ff. de reg. iur.
o l. cum prætor. §. j. ff. de iud. l. j. ff. quis & à quo ap.
p l. solem. d. l. nemo.

L. III. PRÆFECTVS.

Vlpianus lib. 2. ad Edictum.

Præfectus vrbi, cùm terminos [a] exierit, potestatem [b] non habet.[c] extra [d] tamen potest iubere iudicare.[e]

SVMMÆ.

1 *Termini.*
2 *Potestatis & Imperij verbum.*
3 *Sensus huius l.*
4 *Iurisdictio volũtaria extra territorium.*
5 *Magistratus extra territorium delegat.*
6 *Iudicem dare & iubere iudicare.*

Ter-

Termini.

1 a *TErminos*) † Hoc est limites & fines suæ iurisdictionis: qui centesimo ab vrbe lapide, seu milliario concluduntur.[a] de terminis autem agrorum suprà satis multa diximus.[b]

Potestatis & imperij verbū.

2 b *Potestatem*) Id est imperium.† Potestatis quippè verbum, ad magistratus relatum, notat imperium.[c] verbo autem imperij, propriè significatur potestas animaduertendi in delinquẽtes.[d] Longè alia à iurisdictione, quæ ad ciuilium negotiorum disceptationem refertur:[e] cui inest licentia dandi iudi-

Sensus huius l.

3 cem.[f] vt hic sit constitutionis nostræ sensus. † Præfectum, qui terminos exiit vrbis, licet potestatem non habeat coërcendi reos, & facinorosos homines: iurisdictionem tamen quantum ad licentiam dandi iudicem, retinere, vt scilicet de pecuniariis causis (quarum ad eum quandoque spectat cognitio[g]) iudices dare possit: qui intra terminos vrbis iudicent.

Iurisdictio voluntaria extra territorium.

c *Non habet*) Hoc est quam habet, non exercet.[h] Nam simul atque fines vr-

4 bis excessit, priuatus censetur:[i] † nisi respectu iurisdictionis voluntariæ, quã potest extra limites quoque territorij exercere.[k]

d *Extra*) Terminos vrbis scilicet, qui vt dixi, centesimo lapide clauduntur.[l]

Magistratus extra territoriū delegat.

5 e *Iubere iudicare*) Ita tamen vt datus ab eo iudex intra terminos vrbis iudicet.[m] Alioqui posset ei impunè non pareri.[n] † Vult itaque Vlpianus Præfectum vrbis extra suæ iurisdictionis, suíque territorij fines existẽtem, ius quidem ipsum dicere nõ posse. Cæterùm in certa causa iudicem dare, eundemque iubere iudicare in vrbe, aut intra centesimum lapidem (quo circunscri-

Iudicem dare & iudicare.

6 bitur eius iurisdictio.[o]) rectè posse.† Neque verò hic audiendos censeo, qui aliud iudicem dare putant, à iubere & iudicare.

a l.j. in pr. & §.j. hoc titu.
b Lex hoc iure ff. de iust. & iur.
c l. potestatis. ff. de ver. sign.
d l.iij. ff. de iurisd.
e l. iiij. §. fin. ff. de of. procons.
f d. l. iij. de iurisd.
g l. ij. hoc tit.
h l. ij. ff. de officio proconsu.
i l. iiij. ff. de offi. præsi.
k l. emancipari. ff. de adopt. d. l. ij.
l d. l. j. §. j. hoc tit.
m l. cùm vnus. §. is qui. ff. de bon. autho. iud. poss.
n l. fi. ff. de iurisd.
o l. j. §. j. hoc tit. l. eum qui. vbi dixi. ff. de iurisd.

IOANNES CORASIUS IUrisconsultus Valentiæ Allobrogûm scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO QVAESTORIS.

TITVL. XIII.

SVMMÆ RERVM.

1 *Quæstura primus honoris gradus.*
2 *Ætas in magistratibus.*
3 *Gradatim ad honores tendendum.*
4 *Annaria lex.*
5 *Quæstoris officium.*
6 *Quæstores urbani.*
7 *Præfectura ratiociniorum.*
8 *Magistri computorum.*
9 *Quæstores cur creati.*

Quæstura primus honoris gradus.

1 QVÆSTVRA † fuit quondam apud Romanos primus honoris gradus.[a] Quod & Vlpianus significat, dum ait, quæsturam ingressum esse, & quasi primordium gerendorum honorum, sententiæque in senatu dicendæ.[b] quippè hic erat ordo Romæ, vt quis primùm fieret quæstor, quoad amplioris dignitatis gradum pateret ascen-

Ætas in magistratibus.

2 sus.† vnde & adolescentulos plerósque fuisse quæstores creatos legimus. (Namque apud maiores, inquit Tacit. virtutis id præmium fuit, cunctísque ciuium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus,

a Cic. in Verrem.
b l. vni. ad fi. hoc tit.

ac ne ætas quidem distinguebatur quando prima inuenta consulatum ac di-
ctaturas inirent)[c] deinde Ædilis, postmodum prætor, ac denique consul: † 3
vt ita per honorum gradus nobiles viri ad consularum tenderent, nec trans-
cendendo media, infimis summa continuarent.[d] quemadmodum M. Ful-
uius, & M. Curius Tribuni plebis contra T. Quintium Flaminium, ex quæ-
stura consulatum petentem, præclarè disseruerunt.[e] Sed † & ex Annaria le- 4
ge ab Atheniensibus transumpta, inter duos magistratus, quadriennij inter- 5
uallum esse oportuit.[f] † Porrò Quæstoris proprium munus erat, publicæ pe-
cuniæ curam gerere, eámque in destinatos, & indictos pro rerum necessita-
te à S. P. Q. R. vsus, erogare.[g] Ij cum consulibus, prætoribus, aut aliis maio-
ribus magistratibus per prouincias mittebantur, vt vectigalia exigerent: in-
déque pecuniam exactam fideliter asseruarent, & in necessarios vsus distri-
buerent. vnde & nomen acceperunt à quærendo nimirum, quæstores dicti.
quòd inquirendæ, & conseruandæ pecuniæ gratia creati sint, & constituti.[h]
alibíque † inquisitores.[i] Erant & quæstores vrbani, qui curam habebant æ- 6
rarij: eiúsque pecunias acceptas & expensas in tabulas referebant: † pro qui- 7
bus existimat Budæus noster in Gallia nos habere præfectos ratiociniorum:
quos vulgò † magistros computorum, vocamus. Et horùm quæstorum vr- 8
banorum munus item fuit regibus legatísve Romam venientibus, obuiam
proficisci: eosdem pro dignitate excipere, ægrotantibus medicos adhibere,
& si quando mortem obirent, publico sumptu funus facere. † Sed & ob id 9
quæstores à Valerio Publicola primum creatos ignorandum non est, ne cō-
sul si vir probus esset, & strenuus, à grauiore rerum maiorum cura his occu-
pationibus implicitus: auocaretur. nec si improbus arrepta pecuniæ potesta-
te, occasionem haberet inferendæ populo Romano iniuriæ[k] Fuerũ & quæ-
stores parricidij, functionis ab iis de quibus non agimus, longè diuersæ, & a-
libi à nobis non negligenter pertractatæ.[l]

c Corn. Tacit. li. 11. annalium.
d l. vt gradatim. ff. de mune. & hono.
e Liuius li. 39.
f Cic. in ij. de leg. Agrar.
g Ascon. Pædia. in ij. Ver.
h l. ij. §. deinde cum ærarium. ff. de ori. iur. vbi dixi. l. vni. hoc tit.
i §. j. in authēt. de quæstori. col. 6.
k Plutar. in publi.
l d. l. ij. §. & quia. ff. de orig. iur.

Gradatim ad honores conscendendum.
Annaria lex.
Quæstoris officium.
Inquisitores.
Quæstores vrbani.
Præfecti ratiociniorum.
Magistri computorum.
Quæstores cur creati.

L. I. ORICO.

Vlpianus lib. singulari de officio Quæstoris.

ORigo quæstoris creandi antiquissima est, [a] & penè [b] ante omnes magistratus. Iunius certè Gracchanus [c] libro septimo de potestatibus, [d] etiam ipsum Romulū, [e] & Numam Pompilium, [f] binos quæstores habuisse, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio [g] crearent, refert. Sed sicuti dubium est, an Romulo & Numa regnātibus, quæstor fuerit: ita à Tullo hostilio [h] Rege quæstores fuisse certum est.[i] & sanè crebrior apud veteres opinio[k] est, Tullum hostilium primùm in rempublicam induxisse quæstores, & à genere quærendi [l] Quæstores initio dictos, & Iunius[m] & Trebatius,[n] & Fenestella,[o] scribunt.

SVMMÆ.

1 *Quæstores quando primùm creati.*
2 *Iulius Affricanus.*
3 *Susannæ historia.*
4 *Numæ vita & mores.*
5 *Ægeria Dea.*
6 *Tulli hostilij historia.*
7 *Tergemini.*
8 *Metij supplicium.*
9 *Galli quomodo plectant proditores.*
10 *Opinio communis quando sequenda.*
11 *Fenestella historicus.*
12 *Liuius quando mortuus.*
13 *Ouidij mors.*

a ANtiquissima est) Non potest † non esse origo creandi Quæstoris anti- 1
quissima: siue à Tullo Hostilio, tertio Romanorum Rege, eam pri-
mùm

Quæstor quando creatus.

mùm prodiisse dicamus (quæ videtur esse, Vlpiani hoc loco sententia) siue vt alij malunt, in consulatu Valerij Publicolę, anno post exactos reges secundo, & ab vrbe condita ducentesimoquadragesimosexto, quæ opinio apud graues authores constantior videtur. Cùm enim Publicola consul, pecunias publicas in priuatam domum inferri nollet, ærarium Saturni ædem constituit: eiúsque conseruandi & augendi causa quæstores duos se authore populus creauit, nempè P. Veturium & M. Minutium: tuncque pecuniæ permultæ coactæ. centum enim (inquit Plutarchus) & triginta millia, in ærarium redacta fuit, orphanis ac viduis remisso tributo.[a] *a Plutar. in Public.*

b *Penè*) Penè dixit Vlpianus: quia tribunatus celerum, & vrbana præfectura amplissimi magistratus iam ab ipso Romuli tempore prodierant, & ita quæsturam præcesserant, quam Vlpianus sub Tullo Hostilio fuisse contendit. Quod si à Valerio Publicola eam in rempublicam cùm multis non infimæ authoritatis viris inuectam contendamus. Dicendum quoque est ante quæsturam, præter tribunatum & pręfecturam fuisse consulatum: cum pulsis Regibus mox consules creati fuerint; & sub Publicola consule instituti quęstores.

c *Iunius Gracchanus*) Libellus ille, qui sub Fenestellę nomine circunfertur: non Gracchanus, sed Gratianus legendum admonet. Gratianus (inquit) in eo libro quem de temporibus scripsit, ipsum etiam Romulum binos quęstores habuisse refert, & reliqua. Ego verò neque Iunius Gracchanus, neque

Iulius Africanus.

2 Gratianus legendum censeo: sed ex Eusebio, Hieronymo, & Vollaterano, † Iulius Affricanus, qui fuit historicus, sui seculi celeberrimus, multáque & eruditè, & eleganter conscripsit, intérque libros de temporibus, quinque epi

Susannæ historia.

3 stolas ad Origenem, vnam de euangeliorum discrepantia, alteram de falsa † historia Susannę. in qua cùm constanter asseueraret, Susannę historiam quę in Daniele legitur, fictam videri, ab Origene responsum fertur, Iudęorū commentis auscultandum non esse, sed id pro certo in sacris scripturis habendū duntaxat, quod septuaginta interpretes transtulissent, quoniam id esset solum apostolica authoritate probatum.

d *De potestatibus*) Tum ex iis quę iam diximus, tum ex pręfato Fenestellę loco apparet, *de temporibus*, non etiam *de potestatibus*, legendum.

e *Romulum*) De cuius origine, moribus, & vita, superius abundè diximus.[b] *b l.ij. §.j. ff. de orig. iur.*

Numę Pōpilij vita.

4 f *Numam Pompilium*) † Sublato è viuis Romulo vrbis conditore, cum de creando Rege non leuis esset orta contentio: tandem Numa Pompilius ex Curibus illustri Sabinorum vrbe, (Vnde & Romanos simul cum Sabinis, in vrbem receptis, Quiritium nomen plerique accepisse volūt) summo omniū consensu Rex declaratur, vir suaptè natura ad omnem virtutis cultum instructus, & accommodatus: diuinarúmque rerum cultor eximius, ac valdè peritus. Religioni, quieti, & paci, ad ò deditus: vt regnum à Romanis oblatum constanter recusārit: donec tum legatorum, tum patri Pomponij spectati viri, tum etiam populi Sabini precibus deuictus, anno suę ętatis 41. principatum suscepit: réque probata sacris, ante Diis immortalibus, solemniter peractis, Romam se contulit: vbi incredibili omnium desiderio exceptus, vestē regalem, cęteráque imperij insignia, quæ offerebantur, non nisi Diis per auspicia signáue consultis, assumere voluit. At regno suscepto, missa omni belli cura, ad religionis Deorúmque cultum, vt Romanos ex ferocibus & belli-

Aegeria nympha.

5 cosis, molliores redderet, & iustiores, animum traduxit. † Cúmque[c] Dea Ægeria sibi congressus nocturnos esse simulans, eos ad religionem perpulit: *c ex lib. j. Liuij.* sacra plurima & præter Iouis Martisque sacerdotes, à Romulo creatos, Flamines appellatos, Quirinalem instituens ac pręterea Pōtificum collegium, deindè Salios, & Fœciales, hos pacis, illos ancilium custodes: Fidei quoque, & Termini templum condidit. ipsique Iano constituit templum, eiúsque portam pacatis omnibus circa populis primus clausit, ac leges saluberrimas

c Vergilius li. 6. Æneid.

pertulit. vnde Vergilius:[c]

Quis procul, ille autem ramis insignis oliuæ
Sacra ferens? Nosco crines, incanáque menta,
Regis Romani, primus qui legibus vrbem
Fundabit. Curibus paruis & paupere terra,
Missus in imperium magnum.

Anni dies adauxit: mensium rationem mutauit: tantáque (vt breuiter dicã) sapientia regnum moderatus est, vt neque bellum, neque seditionem, neque tumultum vllum eo regnante in republica fuisse tradatur: cùm tamen tribus annis & quadraginta imperarit, mortuus tandem annos, super octoginta gerens, non obitu repentino, vt cæteri Reges, sed morbo & ætate leuis, ac sensim deficiens.[d]

d Plutarc. in Pompilio.

g *Populi suffragio*) Sic Valerius Publicola, non ipse sua voce, quæstores creare voluit: sed id iuris populo concessit. Quid autem sit suffragium, & quo modo olim ferretur, ostendimus suprà.[e]

e L. ij. §. iisdem temporibus. ff. de ori. iur.

h *Tullo hostilio*) † Numa, mirabili cum omnium Romanorum luctu mortuo, 6 Tullus Hostilius, Rex designatur: qui primam suæ ætatis adolescentiam in pecore pascendo occupauerat.[f] plurima ex religiosis ac honestis Numæ institutis, sed potissimum pietatem in deos vti rem inertem & muliebrem irrisionibus & contumeliis insectatus, ciuium animos, ad bellũ conuertit. Quocirca cum Æneæ pater Anchises, aduentum Numæ prædixisset, adiecit Vergilius: [h]

Tull⁹ Hostilius.

f Valer. Max. lib. ij. c. iiij.
g Plutar. in Numa in fi.
h Vergilius li. 6. Æneid.

. cui deinde subibit
Otia qui rumpet patriæ: residésque mouebit
Tullus in arma viros, & iam desueta triumphis
Agmina.

Albanos, singulari trigeminorum † certamine, superauit. vrbeque Alba ob 7 Metij Suffetij ducis perfidiam, solo æquata, populum Albanum, Romam traduxit. † ac Suffetium ipsum fœderis Romani, Albaníque ruptorem 8 nouo ac crudeli supplicio extinxit. duabus quippè admotis quadrigis, reoque in currus earum distento, & alligato, lacerum in vtroque curru corpus, concitatis in aduersum equis dilaniari discerpíque iussit.[i] Vnde Ouidius.[k]

Trigemini.
Metij Suffetij supplicium.

i Liuius lib. j.
k Ouid. lib. j. Trist. eleg. iiij.

Sic doluit Metius, tunc cum in contraria versos,
Vltores habuit, proditionis equos.

Quo † supplicij genere, in proditores adhuc Galli vti solent. Suppleuit deinde Hostilius senatoriũ ordinem, lectis in patres Albanorum principibus, & ordini aucto, curiam hostiliam fecit. Hunc Eusebius scribit, primum fuisse Regum Romanorum, qui in purpura fascibus vsus est. vt decoratam præstantissimis ornamentis senectutem, amplissimo maiestatis fastigio, fulciret.[l] Cui Plutarchus non omninò consentit: scribens Romulum purpura ornatum, & toga insuper purpurea, lictoribus præcedentibus incessisse: sedẽtémque in sede sic conspicuum, iura populo dedisse: iudiciáque exercuisse.[m] Tã dem autem Hostilius lõginquo morbo grauatus impietatis cùm eum Deorum metu pœnituisset, repentè cultui sacrorum intendere cœpit, ac potissimum Elicio Ioui abs Numæ commentariis edoctus, solemnia facere sacrificia, quæ cùm non ritè curasset, ferunt ira Iouis, praua religione sollicitati, eũ cum tota domo, Fulmine ictum conflagrasse: cùm magna belli gloria annos triginta & duos regnasset.[n] 9

Proditorum suppliciũ apud Gallos.

l Euseb. Cæsarien. lib. iiij.
m Plut. in Romulo.
n Vale. Maxi. lib. 9. c. 12.
Liuius lib. j.

i *Certum est*) Aliter habet iam citatus sub Fenestellæ nomine libellus, Cæterum

terum inquit, vt Romulum quæſtores habuiſſe non vſquequaque certum eſt: ita Tullum Hoſtilium regem quæſtores habuiſſe conſtare nequit.

Opinio communis quando ſequenda.

10 lz *Crebrior opinio*) † Hinc plerique omnes colligunt, opinionem quæ plurimorum authoritate iuuatur, ſequendam:[o] ideóque iudicem, qui à receptis interpretum ſententiis recedit, litem ſuam facere. qua traditione, nihil neque falſius, neque pernicioſius, eſſe ſatis oſtendit Iuſtinianus: dum ex multitudine authorum iudicari nominatim prohibet, cùm poſſit vnus (inquit) & deterioris ſententia, multos & maiores in aliqua parte ſuperare.[p] Cuius ego

Nullius addictus iurare in verba magiſtri,

Adiutus præſertim conſilio, ex authoritatũ numero veritatem oblatæ quæſtionis iudicandam nunquàm cenſui: ne cõtingat à numeroſiore parte, meliorem (quod ſæpenumerò euenire videmus) vinci & ſuperari: ſed ex rationibus ipſis rationum conflictum dimetior, eíque ſubſcribo, quam iuſtioribus argumentis ſubnixam video, non acquieſcens plurimorum ſententiæ, vt à vero deuiem.[q] In mediis fateor fluctibus, vbi ſcilicet non planè certi ſumus, vtra ſit opinio verior, minore periculo communem ſequemur: cui ſine delectu & iudicio, alioqui fidere nimis periculoſum arbitror.[r]

l *A genere quærendi*) Pecuniam ſcilicet, inquirendæ enim & conſeruandæ pecuniæ cauſa, quæſtores primùm creatos ſuprà probauimus,[s] & apertè Põponius docet.[t] vnde & quæſtores, & inquiſitores nuncupati.[u]

m *Iunius*) Gracchanus ſcilicet, de quo in principio locutus eſt: aut certè Iulius Africanus, vt ego legendum probaui.

n *Trebatius*) De quo ſatis multa ſuperius opportuniore loco.[x]

Feneſtella ſuppoſititius.

11 o *Feneſtella*) † L. Feneſtella hiſtoriarum & carminum & doctus & diligens ſcriptor, T. Liuio excellenti quoque hiſtoriographo, coætaneus fuit: ac Ouidio Naſoni poëtæ celeberrimi. Magiſtratuum hiſtoriam, inter cætera, elegantiſſimè conſcripſit. cuius hac in parte, noſtrates Iuriſconſulti, maximè nituntur authoritate: non illius quidem, cuius hodie libellus ſuppoſito Feneſtellæ nomine erroribus ac mendis ſcatens circunfertur, ſed eius nobilis Hiſtorici, qui nouiſſimo Tiberij Cæſaris principatu, diem ſuum obiit, iam ſeptuagenarius: & Cumis ſepultus eſt, anno ſi Euſebio credimus, poſt Chriſtũ

Liuij mors.

12 natum, xxj. † cum duobus anteà annis, T. Liuius Patauij, † Et Ouidius poeta

Ouidij mors.

13 in exilio, iuxta oppidum Tomos in fata conceſſiſſent.

o l. minimè. vbi dixi. ff. de legib.
p l. j. §. ſed neque C. de vete. iur.
q Exod. 13.
r l. ij. §. poſt hunc. ff. de ori. iur.
ſ in rub. huius tit.
t d. l. ij. §. deinde cum ærariũ.
u §. j. in auth. de quæſto. colla. 6.
x l. ij. §. fuit eodem tempore. ff. de orig. iur.

§. EX QVÆSTORIBVS.

Ex quæſtoribus quidam ſolebant prouincias ſortiri[a] ex ſenatuſconſulto, quod factum eſt Decimo Druſo & Porcina Coſſ.[b] Sanè non omnes quæſtores prouincias ſortiebantur, verùm excepti erant candidati principis.[c] hi enim ſolis libris principalibus[d] in ſenatu legendis vacabant:[e] hodiéque[f] obtinuit indifferẽter quæſtores creari, tam patricios,[g] quàm plebeios,[h] Ingreſſus[i] eſt enim, & quaſi primordium gerendorum honorum ſententiæque in ſenatu dicendæ.[k] Ex his ſicut diximus, quidam ſunt, qui candidati principis dicuntur: qui epiſtolas eius, in Senatu legunt.

SVMMÆ.

1 *Sortitio prouinciarum.*
2 *Candidati.*
3 *Candidati principis.*
4 *Comitia quando ad patres tranſlata.*
5 *Quæſtores candidati.*
6 *Quæſtura ſummus magiſtratus.*
7 *Cancellarius Franciæ.*
8 *Principale.*
9 *Quæſtura an honor & magiſtratus.*

a PRouincias sortiri) Ostendimus † suprà magistratus olim sorte prouincias 1
designari solitos.[a] vnde & quæstores, ad instar magistratuũ, sorte pro-
uincias obtinebant.[b] quod & M. Cicero indicat, ad Q. Fratrem de admini-
stratione Asiæ scribens: Quæstorem habes (inquit) non tuo iudicio dele-
ctum, sed quem sors dedit.[c]

b *Decimo Druso & Porcina Coss.*) Horum consulum, quia ex minoribus fue-
runt: non à calendis Ianuariis consulatum auspicantes, nullam reperies factã
in Chronologiis consulum mentionem. Qui verò maiores, quíve minores
consules dicerentur, exposuimus suprà.[d]

c *Candidati principis*) Candidati † propriè dicuntur, qui magistratum peti- 2
turi, in campum Martium descendebant à toga candida, quod gestamen e-
rat petitorum sic appellari.† Horum si aliqui à Cæsare ipso principis perso- 3
nam deponente, commendabantur populo, candidati principis dicebantur.
vnde Tranquillus de Augusto loquens, Quoties, inquit, magistratuum co-
mitiis interesset, tribus cùm candidatis suis circuibat, supplicabátque, more
solemni.[e] Et Tacitus de Tiberio. Candidatos præturæ duodecim, ait, Tibe-
rius nominauit, numerum ab Augusto, traditum, & hortante senatu, vt au-
geret iureiurando obstrinxit, se non excessurum.[f] † Tumque primùm scri- 4
bit ad patres translata comitia: cùm ad eam diem, & si potissima principis ar-
bitrio, quædam tamen studiis tribuum fiebant, neque ob ademptum ius suf-
fragij, questum aut turbatum populum, nisi inani rumore, & senatus inquit,
largitionibus, ac precibus sordidis exolutus libens tenuit, moderante Tibe-
rio, ne plures quam quatuor candidatos commendaret, sine repulsa & ambi-
tu designandos.[g] Rursus alio in loco, Et certamen Gallo aduersus Cæsarem
exortum est. Nam censuit in quinquennium habenda magistratuum comi-
tia: vtque legionum legati, qui ante præturam ea militia fungebantur, iam
tum prætores destinarentur: Princeps duodecim Candidatos, in annos sin-
gulos nominaret.[h] Solebant porrò candidati, quorum princeps fautor erat,
negligenter & supinè petere fiducia adducti, commendationem principis
non inanem futuram. Vnde L. Galba, cuidam remissè pilam petenti, Sic pe-
tis, ait, tanquam Cæsaris candidatus.† Erant prætereà ex vrbanis quæstori- 5
bus nonnulli qui non tam vrbanæ pecuniæ curam agebant, quàm vt libros,
& libellos imperatorios, ac missas ad senatum epistolas, in senatu recitarent.
Cuiusmodi quæstores, candidati principis quoque dicti sunt, quod fortasse
candida veste integritatis insigni, & ipsi vterentur. de quibus hîc Vlpianus
agit. Cui honori & dignitati quidam ex nostratibus, viri alioqui docti, ma-
gnum Galliæ Cancellarium, nescio quo spiritu rapti, penè similem conten-
dunt:[i] cùm tamen ingens sit inter huius, & illius authoritatem, differentia.† 6
Neque verò ignoro, Iustiniani seculo, quæsturam nomẽ fuisse summi magi-
stratus, tantæ dignationis, vt principis diplomata, iussiones, & rescripta, non
aliter reciperentur, quàm si eius subscriptione annotata essent.[k] Quo magi-
stratu functus est apud Iustinianum Tribonianus.[l] † Et huic admiserim Frã- 7
ciæ Cancellarium, iustiùs comparari, nam hic maximus erat post princi-
pem magistratus, qui principis edicta, responsa, & rescripta dictabat, ac o-
mnia in vniuersum ciuilia negotia tractabat, & administrabat,[m] vt apud nos
Cancellarius.

d *Libris principalibus*) Id est libellis & scripturis principis.† Neque enim a- 8
liquem fugere debet, principalis verbo, quodcunque principis est, in iure
nostro passim significari. Quod alibi pluribus ostendi.[o]

e *Vacabant*) Vespasianum, in frequenti senatu quæstoris vice orationes re-
citasse, Tranquillus author est.[p] De Nerone quoque idem scribit, voluisse
eum orationes missas ad senatum, præterito quæstoris officio per consulem
recitari, tanquam id splendidiùs foret, & illustrius.[q]

f *Hodiéque*) Olim enim non poterant quæstores, nisi Patritij creari: quem-
admodum Pomponius Lætus scribit.

g *Pa-*

a l. emancipa- ri. ff. de adopt.
b Cic. pro Murena.
c Cic. ad Q. fratr.
d l. ij. §. exactis ij. ff. de ori. iur.
e Sueto. in Augusto.
f Corne. Taci. li. j.
g Taci. lib. j.
h Cor. Tacit. li. ij.
i Pyrrh. Anglebertme.
k l. ij. §. j. in auth. vt diui. iussi. coll. 8.
l l. maximum. §. tum etiam. C. de iu. praeterit.
m l. fi. C. de diuers. rescript.
n l. principalibus. ff. si cer. pe. Lacta. §. j. ff. de re iudi. l. pe. ff. de hæredi. insti tuen.
o l. si arrogator ff. de adopt.
p Suet. in Tite.
q Suet. in Nerone.

Sortitio prouinciarum.
Candidati.
Candidati principis.
Comitia quãdo ad patres translata.
Quæstores candidati.
Quæsturę summus magistratus.
Cancellarius Franciæ quæstor rectè dicitur.
Principale.

Patritij.

g *Patritios*) Patritij dicti sunt nobiles Romani, qui à centum illis primis senatoribus, oriundi erant. Hîc tamen patritiorum verbo, quoscunque optimates & nobiliores Vlpianus significare videtur.

h *Plebeios*) Hoc est humiliores, & qui ex inopi vulgo trahunt originem. Sed de Patritiis & plebeis suo loco dictum abundè.[r]

Quæsturã magistratũ.

9 i *Ingressus*) Huic loco M. Cicero consentire videtur, †dum quæsturam scribit primum gradum honoris.[s] Cæterùm alio in loco dissentire, cùm ędilitatem tradit primum esse ad dignitates ascensum.[t] Sed nihil est inter vtrumque locum, rectè perpensum, pugnæ. siquidem verum sit ædilitatem primũ fuisse magistratum: deinde præturam post consulatum. Cæterum ante ædilitatem, quæstura geri solebat, quæ nõ erat ex ordine magistratuum. Quinimò testatur Arcadius, in certis locis inter honores non haberi, sed personale munus esse.[u] Nec Vlpianus noster hoc loco scribit, quæsturam primum fuisse magistratum, aut primum honorem, sed introitum ad futuras dignitates, ac veluti primordium gerendorum honorum. satis autem constat, aliud esse rei principium, ab ipsa re.[x]

r l. ij. §. deinde cùm esset. ff. de ori. iur.
s Cic. in Verrē.
t Cic. lib. iij. de legib.
u l. fi. §. j. ff. de mune. & honor.
x l. si quis ante. in fi. ff. de acq. posse.

Sententiã dicere.

k *In senatu dicenda*) Prima senatoris administratio, inquit Pædianus, erat quæstorem fieri prouinciæ, curam gerere pecuniæ publicæ in diuersos vsus erogandæ[y]. Quid autem sit, *dicere sententiam*, cum paucis obuium sit, ex superioribus diligenter petendum censeo.[z]

y Ascon. Pædia. in Verri.
z dixi l. fin. in fi. ff. de senat.

IOANNES CORASIUS IURISconsultus Valentiæ Allobrogûm scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO PRÆTORIS.

TITVL. XIIII.

SVMMÆ RERVM.

1 *Prætor quis dicatur.*
2 *Prætor cur creatus.*
3 *Consul ex plebe primus qui.*
4 *Prætor quando ex plebe creatus.*
5 *Senatus à prætore haberi poterat.*
6 *Prouincialis prætor.*
7 *Proprætor.*

Prætor quis olim & hodie.
Prætor cur creatus.
Consul ex plebe.

OMNEM magistratum, cui pareret populus vel exerci-
1 tus † veteres prætorem appellârunt.[a] à præeundo, vt M. Varro scribit, quod iure & exercitu præiret.[b] At hoc lo-
2 co, ad ius dicentem prætoris verbum contrahimus.[c] † Cuius instituendi causa fuit, excitata à plebe querela, de creando ex suo corpore consule. cùm enim aliter se dari non posset, eius leniendę gratia consenserunt patres, vt † Consul de plebe fieret: dum vicissim plebs assentiret, nouũ ex patribus ma-
3 gistratum creari & erigi qui ius in vrbe redderet, quem à præeundo, M. Varro, vt diximus, prętorem nuncupatum scribit: Liuius verò à præessendo, quod dicũdo iuri prępesser.[d] Itaque sedata iis pactionibus plebe, L. Sestius. Lateranus consul de plebe primum creatus est, & ex patribus Prętor Sp.

a Ascon. Pædia. in iij. Verri.
b M. Varro. li. iij. de ling. latin.
c l. ij. §. deinde cùm esset. vbi dixi. ff. de orig. iur.
d Liuius li. 6.

Furius Camillus,anno conditæ vrbis ccclxxxviij (aut vt alij annales malunt,
ccclxxxix) & à regibus pulsis,cxliiij.[e] verùm nec diu mansit hic honos,apud
patritios.† Siquidem post aliquot annos auersante etiam senatu, Q. Publius 4
Philo, primus de plebe prætor factus fuerit,anno ccccxviij.ab vrbe condita
C.Sulpitio longo,& P.Ælio Peto Coss.[f] & ita non consulatus modò,sed prę
tura cùm plebe communicata est.Verùm non sufficiente vnó prætore tan-
tum munus obire,quod præsertim turba peregrinorum in ciuitatem nume-
rosè confluerct,duo prætores paulò post creari cœperunt,quorũ alter inter
ciues, alter verò inter peregrinos,aut ciues & peregrinos ius diceret.[g] vnde
peregrinus, hìc appellatus, & minor habitus. Ille vrbanus, & maio-
ris semper dignationis, [h] † quippè qui senatum absente consule coge- 5
re posset.[i] Vterque porro ad ius dicendum creatus.[k] Præter † quos 6
fuit Prætor prouincialis, qui cum exercitu ad regendas prouincias quæ-
storibus & legatis stipatus, mittebatur. à Cicerone quandoque † Pro- 7
prætor appellatus: vt cùm ad Q. Thermam, Hellesponti Proprætto-
rem scribit.[l] Iidémque istiusmodi prætores, seu proprætores, cum pro-
consulibus fuisse, mihi videntur. Sed otio & literis fortasse lectori vide-
bor abuti, cùm iam suprà de prætoris munere, officio & potestate, disse-
ruerim extensè.[m]

e Liuius lib.7. in prin.
f Liuius lib.8.
g d.l.ij. §.post aliquot.vbi dixi.
h Cice. pro lege Manilia & in Bruto.
i Gell.lib.14.c.7.
k d.l.ij.§.deinde cum placuisset.
l Cice. li.ij. epist.familiar.
m d.§. deinde cùm esset.& d.§. post aliquot.

Prætor prim⁹ de plebe.
Prætor vrbanus & peregrinus.
Prætor prouincialis.
Proprætor.

L. I. APVD.

Vlpianus lib.26.ad Sabinum.

APud filiumfamiliàs [a] prætorem potest pater eius manu-
mittere.[b]

SVMMÆ.

1 *Filiusfamiliàs magistratum gerit.*
2 *Patria potestas quando non operatur.*
3 *Priuata negotia quæ.*
4 *Filius quando iudex in caussa patris.*
5 *Pater à filio cogitur adire.*

a *Filiusfamiliàs)*† Potest filiusfamiliâs,ędilis,prætor,& consul esse,ac alium 1
quemcunque magistratum gerere.

b *Manumittere)* Nec † impedimento erit potestas patria[a] quæ quod ad ius 2
publicum attinet,non consideratur.[b] Et quod ait lex, eum qui iurisdictioni
præest in causa propria,aut suorum ius dicere non posse:[c] † In priuatis ne- 3
gotiis, hoc est domesticis & particularibus: quæ videlicet ad nullius com-
modum vel incommodum præterquàm ipsius patris & filij possunt perti-
nere, non obtinet,[d] cùm non alterius possit interesse: & inter volentes
tantùm per magistratum expediantur.[e] Veluti in adoptione, emancipa-
tione, & manumissione: in cuiusmodi negociis patris duntaxat, vel ad-
optare, vel emancipare volentis, & filij adoptandi, vel emancipandi res
agitur, & voluntas exploratur:[f] quemadmodum & in manumissione caus-
sa tantum domini, eiúsque mens & consensus exquiritur[g] † vt meritò in 4
iis causis constitutum sit, à patre filium, & à filio patrem haberi iudi-
cem posse.[h] Cùm enim talia negotia priuata non nisi inter volentes,
vt dixi, magistratus exerceat.[i] nihil prohibet quominus pater filium,
& filius patrem neutro litigatorum aduersante, sed vtroque potiùs con-
sentiente iudicem habere possit.[k] Nec valdè absimili ratione noster
Vlpianus scribit,† à filiofamiliàs magistratum gerente cogi posse patrem 5
adire, & restituere.[l] hoc enim negotium licet ad alterum pertineat:
nempè ad fidei commissarium: coactio tamen quam ex legis præscripto fi-
lius facit, non potest nisi ad eius commodum referri. vnde perinde est, ac
si priuatum esset negotium, cùm consenserit in filium fideicommissarius
petendo, vt patrem cogeret, neque enim aliter filius suum potuisset offi-
cium impartiri.[m]

a l.si consul.ff. de adop.l. cum prætor.§.fi.ff. de iudic.
b l.nam quod. ff. ad Trebell.
c l.qui iurisdictioni. ff.de iurisdict.
d l.in priuatis. ff.de iud.
e l.ij. ff.de offi. pro-consu.
f l.cùm adoptio ff.de adopt.
g l.vnic.§.j.& §.sed & si quis C.de lati.liber. tol.
h l. si consul. cum l.seq.ff. de adopt. d.l. in priuatis.
i d.l.ij.ff.de offic.procon.
k l.quinetiam. ff. de arb. d.l. in priuatis.
l l.ille à quo.§. fin.ad Trebell.
m l.dies.§.hoc autem. ff. de dam.infect.

Filiusfamiliàs est magistratus.
Patria potestas quãdo nõ cõsideretur.
Priuata negocia.
Pater quãdo iudex in causa filij, & contra.
Filius cogit patrẽ adire.

L. II. SED ETIAM.

Paulus lib. 4. ad Sabinum.

Sed etiam ipsum apud se [a] emancipari, vel in adoptionem dari, placet.

a *Apud se*) Idem de consule, & præside filiofamiliás noster Paulus alibi respondit, vt possit apud semet ipse, vel emancipari, vel in adoptionem dari. [a]

a d. l. si consul. vbi dixi. ff. de adopt.

L. III. BARBARIVS.

Vlpianus lib. 28. ad Sabinum.

Barbarius Philippus,[a] cum seruus fugitiuus[b] esset, Romæ præturam petiit,[c] & prætor designatus[d] est. Sed nihil ei seruitutem obstitisse ait Pomponius,[e] quasi prætor[f] non fuerit, atqui[g] vera etiam, aliàs, verum est, prætura eum functum. Et tamen videamus, si seruus quandiu latuit,[h] dignitate prætoria functus sit.[i] Quid dicemus? an quæ dixit, quæ decreuit, nullius fore momenti? an fore propter vtilitatem eorũ,[k] qui apud eum egerunt[l], vel lege[m], vel quo alio iure[n]? Et verum puto[o] nihil eorum[p] reprobari. Hoc enim humaniùs est.[q] cum populus Romanus etiam seruo potuisset[r] decernere hanc potestatē. Sed etsi sciisset seruum esse, liberum effecisset[f]. Quod ius[t] multò magis[u] in Imperatore[x] obseruandum est.[y]

SVMMÆ.

1 *Fugitiuus seruus qui.*
2 *Magistratuum petitio.*
3 *Diuisores.*
4 *Magistri curiæ.*
5 *Ambitionis leges.*
6 *Simonia.*
7 *Designatus magistratus.*
8 *Seruus non iudicat.*
9 *Lege agere.*
10 *Seruus dignitatis incapax.*
11 *Seruus quando inuito domino manumittatur.*

Species legis.

a *Barbarius Philippus*) Ex prouincia Narbonensi, finge seruus Barbarius Philippus, Romæ fugitiuus, multos annos ita se gessit, ita vixit, vt eius fide, & integritate à Populo Romano maximè laudata, & probata, cum cõmuni opinione liber crederetur, in comitiis, ad quæ se contulerat, candidatus, prætor sit designatus, deinde cùm præturam gereris menses aliquot ius Romæ reddidisset, patefactum est eum seruum esse. Hîc quæritur, an quæ tã quàm Prætor ante dixerat, decreuerátque consistant? Et ab Vlpiano responsum est, benigniùs esse, & humaniùs, vt dicamus propter vtilitatem eorum qui bona fide apud Barbarium egerunt, nihil eorum quæ gesta sunt, reprobari: cum potuisset populus Romanus Barbario Philippo, si eum seruum cognouisset, hanc dignitatem decernere, quo tamen casu donasset eum vt verisimile est, libertate. Sed an idem si non à populo, sed ab Imperatore (penes quem lege regia, nunc est omne imperij Romani ius)[a] Barbarius fuisset prætor designatus? Et tradit Vlpianus, multo magis in Imperatore idem iuris seruandum.

a l. j. ff. de cõst. prin.

Fugitiuus seruus.

1 b *Seruus fugitiuus*) † Quia ea mente à domino recesserat, ne ad eum vnquã rediret[b] domiciliúmque & proprium larem, quasi liber esset, sibi constituerat Romæ, neque enim aliter prætor fuisset creatus.[c]

b l. quis sit. ff. de adil. edict. l. fugitiuus. ff. de ver. sig.

c l. si. C. de offi. prætor.

Magistratuum petendo permissa.

2 c *Præturam petiit*) † Apud maiores virtutis id præmium fuisse Tacitus scribit, cunctísque ciuium si bonis artibus fiderent, licitum magistratus petere,[d] dum nihil corruptelæ misceretur, fierétque sine largitione, ambitio

d Corne. Taci. lib. 11. annal.

prehenſos dextra ciues,benignis orando verbis, eorúmque gratiam, & ſuf-
fragia,vel detectione vulnerum, quæ pro republica candidatus acceperat,
vel alia honeſta cauſſa emerendo.[e] neque principio dignitates vllo corru-
ptelarum genere:ſed pro cuiúſque meritis & virtute deferebantur,quo mo-
do Barbarium hic euectum intelligere debemus: ne Iuliæ legis ambitus, a-
lioqui reus arguatur. Cæterùm exardente hominum ambitione inter ſuffra
gia cœpit aurum & argentum ſe immiſcere,minorúmque largitione,popu-
lus à candidatis corrumpi.† diuiſorum præſertim miniſterio pecuniam cui- 3 Diuiſores.
que tribui deſtinatam in populum viritim diſtribuentium:[g] ſingulis nanque
curiis,in quas Romana ciuitas diuiſa erat: diuiſores præerant, quibus pecu-
niæ populo partiundæ tradebantur, vt largitione candidatus ſuffragato-
rum animos ſibi conciliaret: † quos ideò ſenex Euclio magiſtros curiæ 4 Magiſtri curiæ.
dixit:[h]

e Plutarch.in Coriolano.
f l.j.ff.ad l.Iul. ambit.
g Cic.pro Plãcio.
h Plautus in Aulular.

Præſagibat mihi animus, fruſtra ire me quando exibam domo.
Itaque abibam inuitus: nam neque quiſquam curialium
Venio,neque magiſter,quem diuidere argentum oportuit,

Contra † hanc ambitionem,latæ ſunt leges Petilia,Cintia, Calphurnia, Fa- 5 Leges ambitus.
bia,Maria,Licinia,Ebutia,Pompeia,Iulia,& aliæ multæ,quarum boni autho
res ſparsè meminerunt.[i] Extátque adhuc in Pandectis, lex Iulia ambitus:
quam in vrbe Roma Modeſtinus hodie ceſſare dicit,cùm magiſtratuũ crea-
tio non ad populi fauorem,ſed ad ipſum principem pertineat. Licet adhuc
in municipiis duret,in quibus magiſtratum inhoneſta ambitione petens,cẽ-
tum aureorum, & infamiæ pœna mulctatur.[k] Olim Q. Coponius, quod
amphoram vini ei cuius ſuffragio magiſtratum petebat,dono dediſſet, am-
bitus damnatus fuit. Acutum ſanè fuit Cæſaris in Syllam ſcomma, Cum
enim Sylla, præturam per ſuffragia muneribus corrupta adeptus, ſe ſua
in Cæſarem poteſtate vſurum comminaretur. Iure, inquit Cæſar, po-
teſtatem tuam dicis, quam tuo ære redemiſti.[l] Huic ambitioni, non
valdè diſſimilis eſt, quæ à Simone Mago, nunc vulgò Simonia † di- 6 Simonia.
citur: niſi quod eam in ſacerdotiis, aliíſque ſpiritualibus duntaxat cauſſis
eſſe volunt.[m]

i Alex. Neapol.lib.iij. Genial.dic. c.17.
k l.j.ff. ad l. Iul.ambit.
l Plutar. in Sylla & Cæſare.
m l.ſi quemquam.C.de epiſ.& cle.c.j.c. licet Hely. & tit.de ſimo.

d *Deſignatus*) † Id eſt populi ſuffragio in comitiis more maiorum electus. 7 Deſignatus magiſtratus.
nam ſi violenter Præturam inuaſiſſet, nullius fore momenti tunc ab eo ge-
ſta crediderim.[n] Hîc porrò lector admonendus eſt, deſignatum propriè
tum dici magiſtratum, cùm ſolerent Romani, in annum proximum ma-
giſtratus creare. quíque creabantur in ſequentem annum, ij deſignati dice-
bantur. Catilina nihilominus,inquit Saluſtius,in proximum annum conſu-
latum petebat,ſperans ſi deſignatus foret,facilè ſe ex voluntate, Antonio v-
ſurum.[o] Adeò porrò creuiſſe ambitionem ſub Imperatoribus, Lampridius
ſcribit,vt vno anno xxv.conſules,Anto.Commodus deſignarit.[p] Fuit autem
deſignatorum conſulum,hæc prærogatiua:vt princeps ſenatus, cùm res ali-
qua ad ſenatum referretur,primum deſignatos conſules, ſuper ea ſentẽtiam
rogaret,ac deinceps cæteros ſenatores. Deſignabatur autem magiſtratus à
populo ſuffragiis,& à conſule,Prætore,aut eo qui comitiis præerat,voce de-
clarabatur,ſeu renuntiabatur.[q] Hoc loco tamen Barbarium deſignatum,po
ſtea adminiſtraſſe,ſatis vel ex eo conſtet,quòd de effectu & vtilitate geſto-
rum ab eo diſceptetur.

n l. ij.ff. de eo qui pro tut. l. qui neque ff.de reb.cc. l.decernimus. C. de ſacr.ſanct.eccl.
o Saluſt.in Catilinaria.
p Lampri. in Commodo.
q Cice. contra Rullum.

e *Pomponius*) De hoc Iuriſconſulto,eiúſque moribus & vita,nos alibi quæ-
dam perſtrinximus.[r]

f *Quaſi prætor*) Hoc eſt non fecit ſeruitus,vt Barbarius prætor, legitimè de-
ſignatus,non fuerit prætor.

g *Atqui*) Dicebat adhuc Pomponius.

h *Quandiu latuit*) Ideſt occultum, & incognitum fuit populo Romano,

r l. ij. in pr. ff. de orig.iur.

Barba-

Barbarium Prætorem designatum, seruum esse.

Seruus nõ iudicat.

8 i *Functus sit*) Et videbatur prima fronte quòd non.† Cùm enim seruus iure ciuili velut mortuus intelligatur:[f] & negociis reipublicæ non se immisceat,[t] ac proinde ius dicere, iudicaréve non possit.[u] Barbarius secundum legem creatus, haudquaquam videtur: & ideò nec potuit Prætoria dignitate fungi.[x] sed potiùs debuit temeritatis suæ pœnas luere: qui serùili macula, tantę dignationis maiestatem fœdauit, aspersit & violauit:[y] maximè cùm populus voluntatem non habuerit eum manumittendi, quem seruum ignorauit, neque si sciuisset, domino reclamante potuisset.[z]

lz *Eorum*) Quos non conuenit, comitiorum, aut legis principísve decipi authoritate.[a]

l *Egerunt*) Bona fide eum liberum & rectè atque ordine Prætorem creatum existimantes.

Lege agere.

9 m *Vel lege*) † Lege agere dicitur, qui iure legibus constituto in iudicio aliquid petit, agit, certat & contendit: vt diffusè suprà docui.[b]

n *Alio iure*) Quàm sit in duodecim tabulis, aut alia ciuili lege scriptum, veluti iure municipali, aut longa consuetudine inducto.

o *Et verùm puto*) Hic respondet Vlpianus quæstioni propositæ.

p *Nihil eorum*) Quæ dixit, quæque decreuit, vnde data libertas à Barbatio competeret, licet ipse posteà pronuntiaretur seruus.[c]

q *Humanius est*) Quasi dicat Vlpianus, non dubito quin stricto iure defendi possit, nullius fore momenti gesta à Barbario seruo per errorem prætore designato.[d] Cæterùm subtili hac interpretatione admissa, fieret ex summo iure, summa crux, vt aiunt, & iniuria: siquidem deciperentur litigatores, quî que apud eum egissent, ac fine culpa sua damnum paterentur. ideóque benignius est, vt ea consistere propter ciuium vtilitatem dicamus.[e]

Seruus dignitatis incapax.

10 † Nec quicquam facit, quòd seruus iudicare, publicáque fungi dignitate, nequeat.[f] nam boni publici fauore, gesta ab singulari, iure defenduntur.

r *Potuisset*) Si voluisset summa vti populus authoritate, quinimo simpliciter deferendo magistratum, populus soluisse eum legibus censeretur.[g]

s *Effecisset*) Solemniter ante decretum magistratum. Itaque populus licet Barbarium prætorem creârit, non tamen eum liberum effecit, vtpote quem

Manumissio serui inuito domino.

11 seruum ignorabat.[h] potuisset tamen si sciuisset & voluisset.† Nam licet stricta iuris ratione nequeat populus seruum inuito domino manumittere:[i] publicæ tamen vtilitatis gratia, si puta seruus virtute excellens videatur reipublicæ necessarius, hoc & populo, & principi licere debet.[k] maximè sine iniuria domini, qui pretium serui à fisco percipiet.[l] Alioqui si populus sola voluntate duceretur, seruus manumissus ex eius acclamatione non fieret liber.[m] Quod memorabili exemplo docuit Adrianus, quem cùm in spectaculo populus efflictim & magna voce rogaret, aurigam quendam liberum faceret, per tabellam se facturum negauit, ne domino eius vis & iniuria fieret.[n] Et si seruus obrepens principi ad dignitatem domino ignorante euectus sit, honore spoliatus in antiquum seruitutis iugum retrahetur.[o]

t *Quod ius*) Vt dicta videlicet, & decreta à seruo, per errorem prætore designato, consistant.

v *Multò magis*) Si enim error populi, & sic tot hominum, excusatur: multò magis vnius nempè Cæsaris, quando tolerabilior sit vnius error & lapsus quàm multorum.

x *Imperatorem*) In quem lege regia, populus Romanus omne imperium vniuersámque potestatem contulit.[p] vt ita hodie non ad populi fauorem: sed ad principis curam magistratuum creatio pertineat.[q]

y *Obseruandum est*) Vt videlicet gesta à seruo quem princeps eum liberum

f l. intercidit. ff. de cond. & demon. l. quod attinet. l. seruitutem. ff. de reg. iur.
t l. si quis seruum. ff. si quis cau.
u l. cùm prætor. §. pe. ff. de iudi.
x l. Herennius ff. de decur.
y l. fi. C. si seru. aut libert. ad decur. aspi. lib. 10.
z l. si priuatus. ff. qui, & à qui. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur.
a l. j. C. de iis qui. ven. eta. impe.
b l. magistratũ. ff. de adop.
c l. multa cõpetit. ff. qui & à quib.
d d. l. si quis seruum. d. l. cũ prætor. §. pen.
e d. §. pe. d. l. si quis seruum.
f l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Syllania.
g l. idem Vlpianus. §. fi. ff. de exe. tut. l. quidam. in fi. ff. de re iudic.
h l. quidam. §. j. C. de neces. ser. §. j. Inst. qui. tuto. da. pos.
i l. id quod nostrum. ff. de reg. iur.
k l. item si verberatum. §. j. ff. de rei vend. l. Lucius. ff. de euict.
l l. ij. C. qui. ex cau. ser. pro præ. lib. acci.
m l. si priuatus. ff. qui. & à quib.

n Dion. in Adria. o l. pen. & fi. C. qui. milit. pos. lib. 12. p l. j. vbi dixi. ff. de constit. princi. q l. j. ff. ad l. Iul. de ambit.

crederet, ad Præturam, aut alium magiſtratum euexit, valeant errore, quod ad ea pertinet, in principe, ſicut in populo ius faciente.[r]

r l.iij.§.fi.ff.de ſupellec.leg.

L. III. PRÆTOR.

Idem lib.1.de omnibus tribunalibus.

Prætor nec tutorem,[a] nec ſpecialem iudicem,[b] ipſe ſe dare poteſt.[c]

SVMMÆ.

1 *Tutor ſe ipſo nemo dat.*
2 *Specialis iudex.*
3 *Emancipari cur quis apud ſe poſsit.*
4 *Sacerdotium nemo ſibi confert.*

a NEc tutorem) † Non poteſt prætor ipſe, ſe tutorem dare. vt & idem Vlpianus alio loco reſpondit.[a] neque enim ſuſpicione vacat, qui ei muneri ſe ingerit.[b] 1 Tutor ſe ſe nemo dat.

b *Specialem*) † Hoc eſt datum, ſeu vt craſſiùs loquimur, delegatum.[c] Prætor enim vt admonui ſæpè, non ipſe iudicare, ſed litigatoribus iudices dare ſolebat: à quibus tamen ipſe prouocabatur.[d] Vnde non debuit poſſe in certa cauſſa ſe iudicem dare: tum quòd ſe ingerens in ſuſpicionem veniat,[e] tum quòd ipſe prouocandus foret.[f] quod neque iuris, neque æquitatis patitur ratio: vt idem ſcilicet cognoſceret ex prouocatione, qui ſententiam tulit.[g] Solent autem Iuriſconſulti iudicem datum ſpecialem dicere: quod ſpecialis ſit: hoc eſt proprius & peculiaris in cauſſa ſibi demandata.[h] 2 Specialis iudex.

c *Dare poteſt*) † Sed cur Prætor apud ſemetipſum emancipari, vel in adoptionem dari poteſt?[i] Et tamen tutor aut ſpecialis iudex, nequit ex ſua ſententia fieri?[k] Tu dic quòd emancipetur, aut adoptetur ipſe, priuatum eſſe, ſuúmque omninò negocium in quo non alterius intereſſe patet, quàm patris, vel emancipantis, vel adoptantis, qui iam conſenſit.[l] Diuerſum in tutela & delegatione: in quibus pupilli litigatorúm ve cauſſa agitur, non etiã prætoris. Qua pariter ratione, vt mihi quidem videtur, ſacri canones conſtituerunt, ne † quis à ſeipſo prælaturam, vt vocant, accipiat,[m] ſibi ſacerdotium cõferat,[n] aut ſeipſum patronus præſentet.[o] 3 Emancipari apud ſemetipſum. 4 Beneficiũ nemo ſibi cõferat.

a l.prætor.ff.de tuto. & cura. dat.ab his.
b l.quæ omnia §.j.ff.de procu.
c l.iij.ff.de of. præſid.
d l.j.in pr.ff. quis & à quo.
e d.l.quæ omnia.§.j.
f d.l.j.in prin.
g c.ij.de conſu. lib.6.
h l.fi.in pr.C. de iud. d.l.iij. & hic.
i l.ij.hoc tit.
k l.prætor.ff.de tutor. & hic.
l l.cum donationis.C.de tranſac.
m c.vt ſinguli de offi. archi. presb.
n c.vlt.de inſtitut.
o c.per noſtras de iur.patro.

IOANNES CORASIVS IVRISconſultus Valentiæ Allobrogûm ſcripſit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM.

TITVL. XV.

SVMMÆ RERVM.

1 *Incendia Romæ fœda quatuor.*
2 *Triumuiri nocturni.*
3 *Præfectus vigilum cur creatus.*
4 *Præfecti vigilum an magiſtratus.*

FLA-

Incendia quatuor Romæ fœda.

1 FLAGRARVNT sæpenumero Romæ† fœdis incen
diis ædificia. Nam vt cætera prætercam, anno ab vrbe
condita Dxlj. Q. Fabio maximo Verrucoso, & T. Sem-
pronio Graccho, Coss. incendium ædificia omnia inter
salinas ac portam carmentalem, quæ postea scelerata di
cta est, cùm Aequimelio, Iugarióque vico, per diem v-
num & noctes duas arsit, in templísque fortunæ, ac ma-
tris Matutę, & Spei extra portam, longè latéque vagatus ignis sacra, propha-
náque multa cõsumpsit.[a] Rursus anno conditæ vrbis Dlxij. L. Q. Flaminio *a Liuius lib.*
& Cn. Domitio Aenobarbo Coss. fœdum incendium in Boario foro exor- *23.*
tum cuncta ædificia in Tyberim versa, solo æquauit, tabernásque omnes cũ
mercibus maximi pretij, graui cum clade multorum assumpsit.[b] Deinde an- *b Liuius lib.*
no ab vrbe condita Dcclxxix. M. Licinio Crasso, & L. Calphurnio Pisone *35.*
Coss. & xxix. à Christo nato, vrbs tanta violentia ignis adfecta est: vt Cęlius
mons deustus sit, cunctáque circum flagrauerint, sola Tiberij effigie sita in
domo Iunij senatoris, inuiolata manére.[c] Nec multò post deusta parte Cir- *c Corne. Ta-*
2 ci, Auentino contigua, ipse quoque mons Auentinus conflagrauit.[d] † Cum *cit. lib. iiij. an-*
itaque persæpè conflagrarẽt ædificia, pręfecti sunt arcẽdis incendiis Trium- *nal.*
uiri, qui ab eo quòd excubias, hoc est nocturnas vigilias agerẽt, dicti sunt no *d Tacitus lib.*
cturni.[e] quos cum diuus Augustus, pluribus eodẽ die exortis incẽndiis, huic *5.* *e l. j. hoc tit.*
muneri satisfacere non posse intellexisset, septem cohortes opportunis vr-
bis locis disposuit, ita vt binas vrbis regiones (erãt quippe tũc regiones qua-
tuordecim) vnaquæque cohors præsidio tutaretur, Tribunos singulis cohor
3 tibus præficiens. † sed super omnes vnum, qui præfectus vigilum est appella-
tus: quem tamen non fuisse magistratum, sed extra ordinem vtilitatis caussa
4 constitutum, Pomponius noster adfirmat.[f] Cæterùm † Fenestella, aut quis- *f l. ij. & hęc*
quis ille fuit, qui sub Fenestellæ nomine libellum de magistratibus Roma- *omnia ff. de o-*
norum euulgauit, apertè & nulla circuitione vsus eum magistratum nuncu- *rig. iu.*
par. Cuius sententiam plurimum iuuerit, quòd præfectus vrbi, scelerum quę
nocturno tempore patrabãtur, sed incendij præsertim, & furti, cognitionem
haberet.[g] Neque verò satis pugnam sedat, quod quidam aiunt, præfectũ vr- *g l. iij. hoc. tit.*
bi minorem quidem esse magistratum, nõ etiam ex maiorum grege, & hoc
sensisse Pomponium.[h] Nam cùm Pomponius absolutè dicat eum non esse *h d. §. & hęc*
magistratũ, de minoribus quoque eum esse negat: alioquin falsus esset Pom *omnia. vbi*
ponij sermo. Nam si minor est magistratus: ergo magistratus.[i] neque enim *Zas.*
homines propterea hominis nomen amittũt, quòd pusilli sint, & exigui cor- *i l. si quid. §. j.*
poris. & quæ secundum plus & minus differunt, mediocritate quidem in- *ff. de leg. iij. l.*
quit Labeo non genere distant.[k] Ego sanè hac in re adhuc dubius lectori *inter agnatos.*
relinquo iudicium. *ff. vnd legit.*

Triumuiri nocturni.

Præfectus vigilum.

k l. vlt. ff. de fundo instructo.

L. I. APVD VETVSTIORES.

Paulus libro singulari de officio præfecti vigilum.

APud vetustiores incendijs arcendis triumuiri[a] præerant, qui ab eo quod excubias[b] agebant, nocturni dicti sunt. Interueniebant nonnunquam Ædiles,[c] & tribuni plebis.[d] Erat autem familia publica,[e] circa portas & muros[f] disposita: quæ inde si opus esset, euocabatur.[g] Fuerunt & priuatæ familiæ, quæ incendia, vel mercede,[h] vel gratia[i] extinguerẽt, deinde diuus Augustus[k] maluit per se huic rei consuli.

L. II. PLVRIBVS.

Vlpianus libro singulari de officio Præfecti vigilum.

c Vergilius li. 6. Æneid.

pertulit. vnde Vergilius:[c]

Quis procul, ille autem ramis insignis oliuæ
Sacra ferens? Nosco crines, incanáque menta,
Regis Romani, primus qui legibus vrbem
Fundabit. Curibus paruis & paupere terra,
Missus in imperium magnum.

Anni dies adauxit: mensium rationem mutauit: tantáque (vt breuiter dicã) sapientia regnum moderatus est, vt neque bellum, neque seditionem, neque tumultum vllum eo regnante in republica fuisse tradatur: cùm tamen tribus annis & quadraginta imperarit, mortuus tandem annos, super octoginta gerens, non obitu repentino, vt cæteri Reges, sed morbo & ætate leuis, ac sensim deficiens,[d]

d Plutarc. in Pompilio.

g *Populi suffragio*) Sic Valerius Publicola, non ipse sua voce, quæstores create voluit: sed id iuris populo concessit. Quid autem sit suffragium, & quo modo olim ferretur, ostendimus suprà.[e]

e L. ij. §. iisdem temporibus. ff. de ori. iur.

f Valer. Max. lib. iij. c. iiij.

g Plutar. in Numa in fi.

h Vergilius li. 6. Æneid.

h *Tullo hostilio*) † Numa, mirabili cum omnium Romanorum luctu mortuo, 6
Tullus Hostilius, Rex designatur: qui primam suæ ætatis adolescentiam in pecore pascendo occupauerat.[f] plurima ex religiosis ac honestis Numæ institutis, sed potissimum pietatem in deos vti rem inertem & muliebrem irrisionibus & contumeliis insectatus, ciuium animos, ad bellũ conuertit. Quocirca cum Æneæ pater Anchises, aduentum Numæ prædixisset, adiecit Vergilius:[h]

Tull⁹ Hostilius.

.cui deinde subibit
Otia qui rumpet patriæ: residésque mouebit
Tullus in arma viros, & iam desueta triumphis
Agmina.

Albanos, singulari trigeminorum † certamine, superauit. vrbeque Alba ob 7
Metij Suffetij ducis perfidiam, solo æquata, populum Albanum, Romam
traduxit. † ac Suffetium ipsum fœderis Romani, Albaníque ruptorem 8
nouo ac crudeli supplicio extinxit. duabus quippè admotis quadrigis,
reoque in currus earum distento, & alligato, lacerum in vtroque curru
corpus, concitatis in aduersum equis dilaniari discerpíque iussit.[i] Vnde
Ouidius.[k]

Trigemini.

Metij Suffetij supplicium.

i Liuius lib. j.

k Ouid. lib. j. Trist. eleg. iiij.

Sic doluit Metius, tunc cum in contraria versos,
Vltores habuit, proditionis equos.

Quo † supplicij genere, in proditores adhuc Galli vti solent. Suppleuit dein 9
de Hostilius senatorũ ordinem, lectis in patres Albanorum principibus, &
ordini aucto, curiam hostiliam fecit. Hunc Eusebius scribit, primum fuisse Regum Romanorum, qui in purpura fascibus vsus est. vt decoratam præstantissimis ornamentis senectutem, amplissimo maiestatis fastigio, fulciret.[l] Cui Plutarchus non omninò consentit: scribens Romulum purpura ornatum, & toga insuper purpurea, lictoribus præcedentibus incessisse: sedẽtémque in sede sic conspicuum, iura populo dedisse: iudiciáque exercuisse.[m] Tãdem autem Hostilius lõginquo morbo grauatus impietatis cùm eum Deorum metu pœnituisset, repentè cultui sacrorum intendere cœpit, ac potissimum Elicio Ioui abs Numæ commentariis edoctus, solemnia facere sacrificia, quæ cùm non ritè curasset, ferunt ira Iouis, praua religione sollicitati, eũ cum tota domo, Fulmine ictum conflagrasse: cùm magna belli gloria annos triginta & duos regnasset.[n]

Proditorum suppliciũ apud Gallos.

l Euseb. Cæsarien. lib. iiij.

m Plut. in Romulo.

n Vale. Maxi. lib. 9. c. 12. Liuius lib. j.

i *Certum est*) Aliter habet iam citatus sub Fenestellæ nomine libellus, Cæterum

terum inquit, vt Romulum quæstores habuisse non vsquequaque certum est: ita Tullum Hostilium regem quæstores habuisse constare nequit.

Opinio communis quando sequenda.

10 lz *Crebrior opinio*) † Hinc plerique omnes colligunt, opinionem quæ plurimorum authoritate iuuatur, sequendam: [o] ideóque iudicem, qui à receptis interpretum sententiis recedit, litem suam facere. qua traditione, nihil neque falsius, neque perniciosius, esse satis ostendit Iustinianus: dum ex multitudine authorum iudicari nominatim prohibet, cùm possit vnus (inquit) & deterioris sententia, multos & maiores in aliqua parte superare. [p] Cuius ego

Nullius addictus iurare in verba magistri,

Adiutus præsertim consilio, ex authoritatũ numero veritatem oblatæ quæstionis iudicandam nunquàm censui: ne cõtingat à numerosiore parte, meliorem (quod sæpenumerò euenire videmus) vinci & superari: sed ex rationibus ipsis rationum conflictum dimetior, eíque subscribo, quam iustioribus argumentis subnixam video, non acquiescens plurimorum sententiæ, vt à vero deuiem. [q] In mediis fateor fluctibus, vbi scilicet non planè certi sumus, vtra sit opinio verior, minore periculo communem sequemur: cui sine delectu & iudicio, alioqui fidere nimis periculosum arbitror. [r]

l *A genere quærendi*) Pecuniam scilicet, inquirendæ enim & conseruandæ pecuniæ causa, quæstores primùm creatos suprà probauimus, [s] & apertè Põponius docet. [t] vnde & quæstores, & inquisitores nuncupati. [u]

m *Iunius*) Gracchanus scilicet, de quo in principio locutus est: aut certè Iulius Africanus, vt ego legendum probaui.

n *Trebatius*) De quo satis multa superius opportuniore loco. [x]

Fenestella suppositicius.

11 o *Fenestella*) † L. Fenestella historiarum & carminum & doctus & diligens scriptor, T. Liuio excellenti quoque historiographo, coætaneus fuit: ac Ouidio Nasoni poëtæ celeberrimi. Magistratuum historiam, inter cætera, elegantissimè conscripsit. cuius hac in parte, nostrates Iurisconsulti, maximè nituntur authoritate: non illius quidem, cuius hodie libellus supposito Fenestellæ nomine erroribus ac mendis scatens circunfertur, sed eius nobilis Historici, qui nouissimo Tiberij Cæsaris principatu, diem suum obiit, iam septuagenarius: & Cumis sepultus est, anno si Eusebio credimus, post Christũ

Liuij mors.

12 natum, xxj. † cum duobus anteà annis, T. Liuius Patauij, † Et Ouidius poeta

Ouidij mors.

13 in exilio, iuxta oppidum Tomos in fata concessissent.

o l. minimè. vbi dixi. ff. de legib.

p l. j. §. sed neque C. de vete. iur.

q Exod. 23.

r l. ij. §. post hunc. ff. de ori. iur.

s in rub. huius tit.

t d. l. ij. §. deinde cum ærariũ.

u §. j. in auth. de quæsto. colla. 6.

x l. ij. §. fuit eodem tempore. ff. de orig. iur.

§. EX QVÆSTORIBVS.

Ex quæstoribus quidam solebant prouincias sortiri [a] ex senatusconsulto, quod factum est Decimo Druso & Porcina Coss. [b] Sanè non omnes quæstores prouincias sortiebantur, verùm excepti erant candidati principis. [c] hi enim solis libris principalibus [d] in senatu legendis vacabant: [e] hodiéque [f] obtinuit indifferẽter quæstores creari, tam patricios, [g] quàm plebeios. [h] Ingressus [i] est enim, & quasi primordium gerendorum honorum sententiæque in senatu dicendæ. [k] Ex his sicut diximus, quidam sunt, qui candidati principis dicuntur: qui epistolas eius, in Senatu legunt.

SVMMÆ.

1 *Sortitio prouinciarum.*
2 *Candidati.*
3 *Canditati principis.*
4 *Comitia quando ad patres translata.*
5 *Quæstores candidati.*
6 *Quæstura summus magistratus.*
7 *Cancellarius Franciæ.*
8 *Principale.*
9 *Quæstura an honor & magistratus.*

Patritij

g *Patritios*) Patritij dicti sunt nobiles Romani, qui à centum illis primis senatoribus, oriundi erant. Hîc tamen patritiorum verbo, quoscunque optimates & nobiliores Vlpianus significare videtur.

h *Plebeios*) Hoc est humiliores, & qui ex inopi vulgo trahunt originem. Sed de Patritiis & plebeis suo loco dictum abundè.[r]

Quæsturã magistratus.

9 i *Ingressus*) Huic loco M. Cicero consentire videtur, † dum quæsturam scribit primum gradum honoris.[s] Cæterùm alio in loco dissentire, cùm ædilitatem tradit primum esse ad dignitates ascensum.[t] Sed nihil est inter vtrumque locum, rectè perpensum, pugnæ. siquidem verum sit ædilitatem primũ fuisse magistratum: deinde præturam post consulatum. Cæterum ante ædilitatem, quæstura geri solebat, quæ nõ erat ex ordine magistratuum. Quinimò testatur Arcadius, in certis locis inter honores non haberi, sed personale munus esse.[u] Nec Vlpianus noster hoc loco scribit, quæsturam primum fuisse magistratum, aut primum honorem, sed introitum ad futuras dignitates, ac veluti primordium gerendorum honorum. satis autem constat, aliud esse rei principium, ab ipsa re.[x]

Sententiã dicere.

lz *In senatu dicenda*) Prima senatoris administratio; inquit Pædianus, erat quæstorem fieri prouinciæ, curam gerere pecuniæ publicæ in diuersos vsus erogandæ[y]. Quid autem sit, *dicere sententiam*, cum paucis obuium sit, ex superioribus diligenter petendum censeo.[z]

r l. ij. §. deinde cum esset. ff. de orig. iur.
s Cic. in Verrẽ.
t Cic. lib. iij. de legib.
u l. fi. §. j. ff. de mune. & honor.
x l. si quis ante. in fi. ff. de acq. posse.
y Ascon. Pædia. in Verri.
z dixi l. fin. in fi. ff. de senat.

IOANNES CORASIUS IURISconsultus Valentiæ Allobrogũm scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO PRÆTORIS.

TITVL. XIIII.

SVMMÆ RERVM.

1 *Prætor quis dicatur.*
2 *Prætor cur creatus.*
3 *Consul ex plebe primus qui.*
4 *Prætor quando ex plebe creatus.*
5 *Senatus à prætore haberi poterat.*
6 *Prouincialis prætor.*
7 *Proprætor.*

Prætor quis olim & hodie.
Prætor cur creatus.

1 OMNEM magistratum, cui pareret populus vel exercitus † veteres prætorem appellârunt.[a] à præeundo, vt M. Varro scribit, quod iure & exercitu præiret.[b] At hoc lo-
2 co, ad ius dicentem prætoris verbum contrahimus.[c] † Cuius instituendi causa fuit, excitata à plebe querela, de creando ex suo corpore consule. cùm enim aliter se dari non posset, eius leniendę gratia consenserunt patres, vt †
3 Consul de plebe fieret: dum vicissim plebs assentiret, nouũ ex patribus magistratum creari & erigi qui ius in vrbe redderet, quem à præeundo, M. Varro, vt diximus, prętorem nuncupatum scribit: Liuius verò à præessendo, quod dicũdo iuri prępesset.[d] Itaque sedata iis pactionibus plebe, L. Sextius. Lateranus consul de plebe primum creatus est, & ex patribus Pretor Sp.

Consul ex plebe.

a Ascon. Pædia. in ij. Verri.
b M. Varro. li. iiij. de ling. latin.
c l. ij. §. deinde cùm esset. vbi dixi. ff. de orig. iur.
d Liuius li. 6.

Furius Camillus,anno conditæ vrbis ccclxxxviij (aut vt alij annales malunt,
ccclxxxix) & à regibus pulsis,cxliij.[e] verùm nec diu mansit hic honos,apud
patritios.† Siquidem post aliquot annos auersante etiam senatu, Q. Publius 4
Philo, primus de plebe prætor factus fuerit,anno ccccxvüj.ab vrbe condita
C.Sulpitio longo,& P.Ælio Peto Coss.[f] & ita non consulatus modò,sed prę
tura cùm plebe communicata est.Verùm non sufficiente vnò prætore tantum munus obire,quod præsertim turba peregrinorum in ciuitatem numerosè confluer et,duo prætores paulò post creari cœperunt,quorũ alter inter
ciues,alter verò inter peregrinos,aut ciues & peregrinos ius diceret.[g] vnde
peregrinus , hîc appellatus , & minor habitus. Ille vrbanus , & maioris semper dignationis , [h] † quippè qui senatum absente consule coge- 5
re posset. [i] Vterque porro ad ius dicendum creatus. [k] Præter † quos 6
fuit Prætor prouincialis , qui cum exercitu ad regendas prouincias quæstoribus & legatis stipatus, mittebarur. à Cicerone quandoque † Pro- 7
prætor appellatus : vt cùm ad Q. Thermam , Hellesponti Proprætorem scribit.[l] Iidémque istiusmodi prætores , seu proprætores , cum proconsulibus fuisse, mihi videntur. Sed otio & literis fortasse lectori videbor abuti , cùm iam suprà de prætoris munere, officio & potestate , differuerim extensè.[m]

e Liuius lib.7. in prin.
f Liuius lib.8.
g d. l.ij. §.post aliquot.vbi dixi.
h Cice. pro lege Manilia & in Bruto.
i Gell.lib.14.c.7.
k d.l.ij.§.deinde cum placuisset.
l Cice. li. ij. epist.familiar.
m d. §. deinde cùm esset.& d. §. post aliquot.

Prætor prim[us] de plebe.

Prætor vrbanus & peregrinus.

Prætor prouincialis.

Proprætor.

L. I. APVD.

Vlpianus lib.26.ad Sabinum.

APud filiumfamiliàs [a] prætorem potest pater eius manumittere.[b]

SVMMÆ.

1 *Filiusfamiliàs magistratum gerit.*
2 *Patria potestas quando non operatur.*
3 *Priuata negotia quæ.*
4 *Filius quando iudex in caussa patris.*
5 *Pater à filio cogitur adire.*

a Filiusfamiliàs)† Potest filiusfamiliàs,ędilis,prætor,& consul esse,ac alium 1
quemcunque magistratum gerere.

b *Manumittere*) Nec† impedimento erit potestas patria[a] quæ quod ad ius 2
publicum attinet,non consideratur.[b] Et quod ait lex, eum qui iurisdictioni
præest in causa propria,aut suorum ius dicere non posse: [c] † In priuatis ne- 3
gotiis , hoc est domesticis & particularibus : quæ videlicet ad nullius commodum vel incommodum præterquàm ipsius patris & filij possunt pertinere, non obtinet, [d] cùm non alterius possit interesse : & inter volentes tantùm per magistratum expediantur.[e] Veluti in adoptione, emancipatione, & manumissione : in cuiusmodi negociis patris duntaxat, vel adoptare, vel emancipare volentis, & filij adoptandi, vel emancipandi res agitur, & voluntas exploratur : [f] quemadmodum & in manumissione caus-
sa tantum domini, eiúsque mens & consensus exquiritur[g] † vt meritò in 4
iis causis constitutum sit , à patre filium , & à filio patrem haberi iudicem posse.[h] Cùm enim talia negotia priuata non nisi inter volentes, vt dixi , magistratus exerceat.[i] nihil prohibet quominus pater filium, & filius patrem neutro litigatorum aduersante , sed vtroque potiùs consentientiente iudicem habere possit.[k] Nec valdè absimili ratione noster
Vlpianus scribit , † à filiofamiliàs magistratum gerente cogi posse patrem 5
adire , & restituere. [l] hoc enim negotium licet ad alterum pertineat : nempè ad fidei commissarium : coactio tamen quam ex legis præscripto filius facit , non potest nisi ad eius commodum referri. vnde perinde est , ac si priuatum esset negotium , cùm consenserit in filium fideicommissarius petendo , vt patrem cogeret , neque enim aliter filius suum potuisset officium impartiri.[m]

a l.si consul.ff. de adop.l. cùm prætor.§.fi.ff. de iudic.
b l.nam quod. ff. ad Trebell.
c l.qui iurisdictioni. ff.de iurisdict.
d l.in priuatis. ff.de iud.
e l.ij. ff.de offi. pro-consu.
f l.enim adoptio ff.de adopt.
g l.vnic.§.j.& §.sed & si quis C.de lati.libertol.
h l. si consul. cum l.seq.ff. de adopt. d.l. in priuatis.
i d.l.ij.ff.de offic.procon.
k l.quinetiam. ff. de arb. d.l. in priuatis.
l l.ille à quo.§. fin.ad Trebell.
m l.dies.§.hoc autem. ff. de dam.infect.

Filiusfamiliàs est magistratus.

Patria potestas quãdo nõ cõsideretur.

Priuata negocia.

Pater quãdo iudex in causa filij, & e contra.

Filius cogit patrẽ adire.

L. II. SED ETIAM.

Paulus lib. 4. ad Sabinum.

Sed etiam ipſum apud ſe[a] emancipari, vel in adoptionem dari, placet.

a *Apud ſe*) Idem de conſule,& præſide filiofamiliâs noſter Paulus alibi reſpondit, vt poſſit apud ſemet ipſe, vel emancipari, vel in adoptionem dari.[a] *a d. l. ſi conſul. vbi dixi. ff. de adopt.*

L. III. BARBARIVS.

Vlpianus lib. 28. ad Sabinum.

Barbarius Philippus,[a] cum ſeruus fugitiuus[b] eſſet, Romæ præturam petiit,[c] & prætor deſignatus[d] eſt. Sed nihil ei ſeruitutem obſtitiſſe ait Pomponius,[e] quaſi prætor[f] non fuerit, atqui[g] vera etiam, aliàs, verum eſt, prætura eum functum. Et tamen videamus, ſi ſeruus quandiu latuit,[h] dignitate prætoria functus ſit.[i] Quid dicemus? an quæ dixit, quæ decreuit, nullius fore momenti? an fore propter vtilitatem eorũ,[k] qui apud eum egerunt[l], vel lege[m], vel quo alio iure[n]? Et verum puto[o] nihil eorum[p] reprobari. Hoc enim humaniùs eſt.[q] cum populus Romanus etiam ſeruo potuiſſet[r] decernere hanc poteſtatẽ. Sed etſi ſciſſet ſeruum eſſe, liberum effeciſſet[f]. Quod ius[t] multò magis[u] in Imperatore[x] obſeruandum eſt.[y]

SVMMÆ.

1 *Fugitiuus ſeruus qui.*
2 *Magiſtratuum petitio.*
3 *Diuiſores.*
4 *Magiſtri curiæ.*
5 *Ambitionis leges.*
6 *Simonia.*
7 *Deſignatus magiſtratus.*
8 *Seruus non iudicat.*
9 *Lege agere.*
10 *Seruus dignitatis incapax.*
11 *Seruus quando inuito domino manumittatur.*

Species legis. a *Barbarius Philippus*) Ex prouincia Narbonenſi, finge ſeruus Barbarius Philippus, Romæ fugitiuus, multos annos ita ſe geſſit, ita vixit, vt eius fide,& integritate à Populo Romano maximè laudata,& probata, cum cõmuni opinione liber crederetur, in comitiis, ad quæ ſe contulerat, candidatus, prætor ſit deſignatus, deinde cùm præturam gereris menſes aliquot ius Romæ reddidiſſet, patefactum eſt eum ſeruum eſſe. Hic quæritur, an quæ tã quàm Prætor ante dixerat, decreuerátque conſiſtant? Et ab Vlpiano reſponſum eſt, benigniùs eſſe,& humaniùs, vt dicamus propter vtilitatem eorum qui bona fide apud Barbarium egerunt, nihil eorum quæ geſta ſunt, reprobari: cum potuiſſet populus Romanus Barbario Philippo, ſi eum ſeruum cognouiſſet, hanc dignitatem decernere, quo tamen caſu donaſſet eum vt veriſimile eſt, libertate. Sed an idem ſi non à populo, ſed ab Imperatore (penes quem lege regia, nunc eſt omne imperij Romani ius)[a] Barbarius fuiſſet prætor deſignatus? Et tradit Vlpianus, multo magis in Imperatore idem iuris ſeruandum. *a l. j. ff. de cõſt. prin.*

Fugitiuus ſeruus. 1 b *Seruus fugitiuus*) † Quia ea mente à domino receſſerat, ne ad eum vnquã rediret[b] domiciliúmque & proprium larem, quaſi liber eſſet, ſibi conſtituerat Romæ, neque enim aliter prætor fuiſſet creatus.[e] *b l. quis ſit. ff. de adil. edict. l. fugitiuus. ff. de ver. ſig. e l. ſi. C. de offi. prætor.*

Magiſtratuum petitio permiſſa. 2 c *Præturam petiit*) † Apud maiores virtutis id præmium fuiſſe Tacitus ſcribit, cunctíſque ciuium ſi bonis artibus fiderent, licitum magiſtratus petere,[d] dum nihil corruptelæ miſceretur, fierétque ſine largitione, ambitio *d Corne. Taci. lib. 11. annal.*

prehensos dextra ciues, benignis orando verbis, eorúmque gratiam, & suffragia, vel detectione vulnerum, quæ pro republica candidatus acceperat, vel alia honesta caussa emerendo.[e] neque principio dignitates vllo corruptelarum genere: sed pro cuiúsque meritis & virtute deferebantur, quo modo Barbarium hic euectum intelligere debemus: ne Iuliæ legis ambitus, alioqui reus arguatur. Cæterùm exardente hominum ambitione inter suffragia cœpit aurum & argentum se immiscere, minorúmque largitione, populus à candidatis corrumpi.† diuisorum præsertim ministerio pecuniam cuique tribui destinatam in populum viritim distribuentium:[g] singulis nanque curiis, in quas Romana ciuitas diuisa erat: diuisores præerant, quibus pecuniæ populo partiundæ tradebantur, vt largitione candidatus suffragatorum animos sibi conciliaret: † quos ideò senex Euclio magistros curiæ dixit:[h] 3 Diuisores. 4 Magistri curiæ.

e Plutarch. in Coriolano.
f l. j. ff. ad l. Iul. ambit.
g Cic. pro Plãcio.
h Plautus in Aulular.

Præsagibat mihi animus, frustra ire me quando exibam domo.

Itaque abibam inuitus: nam neque quisquam curialium
Venio, neque magister, quem diuidere argentum oportuit,

Contra † hanc ambitionem, latæ sunt leges Petilia, Cintia, Calphurnia, Fabia, Maria, Licinia, Ebutia, Pompeia, Iulia, & aliæ multæ, quarum boni authores sparsè meminerunt.[i] Extátque adhuc in Pandectis, lex Iulia ambitus: quám in vrbe Roma Modestinus hodie cessare dicit, cùm magistratuũ creatio non ad populi fauorem, sed ad ipsũm principem pertineat. Licet adhuc in municipiis duret, in quibus magistratum inhonesta ambitione petens, centum aureorum, & infamiæ pœna mulctatur.[k] Olim Q. Coponius, quod amphoram vini ei cuius suffragio magistratum petebat, dono dedisset, ambitus damnatus fuit. Acutum sanè fuit Cæsaris in Syllam scomma, Cum enim Sylla, præturam per suffragia muneribus corrupta adeptus, se sua in Cæsarem potestate vsurum comminaretur. Iure, inquit Cæsar, potestatem tuam dicis, quam tuo ære redemisti.[l] Huic ambitioni, non valdè dissimilis est, quæ à Simone Mago, nunc vulgò Simonia † dicitur: nisi quod eam in sacerdotiis, aliísque spiritualibus duntaxat caussis esse volunt.[m] 5 Leges ambitus. 6 Simonia.

i Alex. Neapol. lib. iij. Genial. dic. c. 17.
k l. j. ff. ad l. Iul. ambit.
l Plutar. in Sylla & Cæsare.
m l. si quemquam. C. de episc. & cle. c. j. c. licet Hely. & tit. de simo.

d *Designatus*) † Id est populi suffragio in comitiis more maiorum electus. nam si violenter Præturam inuasisset, nullius fore momenti tunc ab eo gesta crediderim.[n] Hîc porrò lector admonendus est, designatum propriè tum dici magistratum, cùm solerent Romani, in annum proximum magistratus creare. quíque creabantur in sequentem annum, ij designati dicebantur. Catilina nihilominus, inquit Salustius, in proximum annum consulatum petebat, sperans si designatus foret, facilè se ex voluntate, Antonio vsurum.[o] Adeò porrò creuisse ambitionem sub Imperatoribus, Lampridius scribit, vt vno anno xxv. consules, Anto. Commodus designarit.[p] Fuit autem designatorum consulum, hæc prærogatiua: vt princeps senatus, cùm res aliqua ad senatum referretur, primum designatos consules, super ea sententiam rogaret, ac deinceps cæteros senatores. Designabatur autem magistratus à populo suffragiis, & à consule, Prætore, aut eo qui comitiis præerat, voce declarabatur, seu renuntiabatur.[q] Hoc loco tamen Barbarium designatum, postea administrasse, satis vel ex eo constet, quòd de effectu & vtilitate gestorum ab eo disceptetur. 7 Designatus magistratus.

n l. ij. ff. de eo qui pro tut. l. qui neque ff. de reb. ec. l. decernimus. C. de sacr. sanct. eccl.
o Salust. in Catilinaria.
p Lampri. in Commodo.
q Cice. contra Rullum.

e *Pomponius*) De hoc Iurisconsulto, eiúsque moribus & vita, nos alibi quædam perstrinximus.[r]

r l. ij. in pr. ff. de orig. iur.

f *Quasi prætor*) Hoc est non fecit seruitus, vt Barbarius prætor, legitimè designatus, non fuerit prætor.

g *Atqui*) Dicebat adhuc Pomponius.

h *Quandiu latuit*) Idest occultum, & incognitum fuit populo Romano,

Barbarium Prætorem designatum, seruum esse.

Seruus nõ iudicat. 8 i *Functus sit*) Et videbatur prima fronte quòd non.† Cùm enim seruus iure ciuili velut mortuus intelligatur:[s] & negociis reipublicæ non se immisceat,[t] ac proinde ius dicere, iudicaréve non possit.[u] Barbarius secundum legem creatus, haudquaquam videtur: & ideò nec potuit Prætoria dignitate fungi.[x] sed potiùs debuit temeritatis suæ pœnas luere: qui seruili macula, tantę dignationis maiestatem fœdauit, aspersit & violauit:[y] maximè cùm populus voluntatem non habuerit eum manumittendi, quem seruum ignorauit, neque si sciuisset, domino reclamante potuisset.[z]

lz *Eorum*) Quos non conuenit, comitiorum, aut legis principísve decipi authoritate.[a]

l *Egerunt*) Bona fide eum liberum & rectè atque ordine Prætorem creatum existimantes.

Lege agere. 9 m *Vel lege*) † Lege agere dicitur, qui iure legibus constituto in iudicio aliquid petit, agit, certat & contendit: vt diffusè suprà docui.[b]

n *Alio iure*) Quàm sit in duodecim tabulis, aut alia ciuili lege scriptum, veluti iure municipali, aut longa consuetudine inducto.

o *Et verum puto*) Hic respondet Vlpianus quæstioni propositæ.

p *Nihil eorum*) Quæ dixit, quæque decreuit, vnde data libertas à Barbatio competeret, licet ipse posteà pronuntiaretur seruus.[c]

q *Humanius est*) Quasi dicat Vlpianus, non dubito quin stricto iure defendi possit, nullius fore momenti gesta à Barbario seruo per errorem prætore designato.[d] Cæterùm subtili hac interpretatione admissa, fieret ex summo iure, summa crux, vt aiunt, & iniuria: siquidem deciperentur litigatores, quíque apud eum egissent, ac sine culpa sua damnum paterentur. ideóque benignius est, vt ea consistere propter ciuium vtilitatem dicamus.[e]

Seruus dignitatis incapax. 10 † Nec quicquam facit, quòd seruus iudicare, publicáque fungi dignitate, nequeat.[f] nam boni publici fauore, gesta ab singulari, iure defenduntur.

r *Potuisset*) Si voluisset summa vti populus authoritate, quinimo simpliciter deferendo magistratum, populus soluisse eum legibus censeretur.[g]

ſ *Effecisset*) Solemniter ante decretum magistratum. Itaque populus licet Barbarium prætorem creârit, non tamen eum liberum effecit, vtpote quem

Manumissio serui inuito domino. 11 seruum ignorabat.[h] potuisset tamen si sciuisset & voluisset.† Nam licet stricta iuris ratione nequeat populus seruum inuito domino manumittere:[i] publicæ tamen vtilitatis gratia, si puta seruus virtute excellens videatur reipublicæ necessarius, hoc & populo, & principi licere debet.[k] maximè sine iniuria domini, qui pretium serui à fisco percipiet.[l] Alioqui si populus sola voluntate duceretur, seruus manumissus ex eius acclamatione non fieret liber.[m] Quod memorabili exemplo docuit Adrianus, quem cùm in spectaculo populus efflictim & magna voce rogaret, aurigam quendam liberum faceret, per tabellam se facturum negauit, ne domino eius vis & iniuria fieret.[n] Et si seruus obrepens principi ad dignitatem domino ignorante euectus sit, honore spoliatus in antiquum seruitutis iugum retrahetur.[o]

t *Quod ius*) Vt dicta videlicet, & decreta à seruo, per errorem prætore designato, consistant.

v *Multò magis*) Si enim error populi, & sic tot hominum, excusatur: multò magis vnius nempè Cæsaris, quando tolerabilior sit vnius error & lapsus quàm multorum.

x *Imperatorem*) In quem lege regia, populus Romanus omne imperium vniuersámque potestatem contulit.[p] vt ita hodie non ad populi fauorem: sed ad principis curam magistratuum creatio pertineat.[q]

y *Obseruandum est*) Vt videlicet gesta à seruo quem princeps cum liberum

- s l. intercidit. ff. de cond. & demon. l. quod attinet. l. seruitutem. ff. de reg. iur.
- t l. si quis seruum. ff. si quis cau.
- u l. cùm prætor. §. pe. ff. de iudi.
- x l. Herennius ff. de decur.
- y l. fi. C. si seru. aut libert. ad decur. aspi. lib. 10.
- z l. si priuatus. ff. qui, & à qui. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur.
- a l. j. C. de iis qui. ven. æta. impe.
- b l. magistratũ. ff. de adop.
- c l. multa contra. ff. qui & à quib.
- d d. l. si quis seruum. d. l. cùm prætor. §. pen.
- e d. §. pe. d. l. si quis seruum.
- f l. si quis in gra ui. §. vtrum. ff. ad Syllania.
- g l. idem Vlpianus. §. fi. ff. de exc. tut. l. quidam. in fi. ff. de re iudic.
- h l. quidam. §. j. C. de neces. ser. §. j. Inst. qui. tute. da. pos.
- i l. id quod nostrum. ff. de reg. iur.
- k l. item si verberatum. §. j. ff. de rei vend. l. Lucius. ff. de euict.
- l l. j. C. qui ex cau. ser. pro præ. lib. acci.
- m l. si priuatus. ff. qui. & à quib.
- n Dion. in Adria.
- o l. pen. & fi. C. qui milit. pos. lib. 12.
- p l. j. vbi dixi. ff. de constit. princi.
- q l. j. ff. ad l. Iul. de ambit.

crederet,ad Præturam,aut alium magiſtratum euexit, valeant errore,quod ad ea pertinet,in principe,ſicut in populo ius faciente.[r]

r l.iij.§.ſi.ff.de ſupello.leg.

L. III. PRÆTOR.

Idem lib.1.de omnibus tribunalibus.

* Prætor nec tutorem,[a] nec ſpecialem iudicem,[b] ipſe ſe dare poteſt.[c]

SVMMÆ.

1 *Tutor ſe ipſe nemo dat.*
2 *Specialis iudex.*
3 *Emancipari cur quis apud ſe poſſit.*
4 *Sacerdotium nemo ſibi confert.*

a NEc tutorem) † Non poteſt prætor ipſe,ſe tutorem dare. vt & idem Vlpianus alio loco reſpondit.[a] neque enim ſuſpicione vacat, qui ei muneri ſe ingerit.[b] 1

b *Specialem*) † Hoc eſt datum,ſeu vt craſſiùs loquimur,delegatum.[c] Prætor enim vt admonui ſæpè, non ipſe iudicare,ſed litigatoribus iudices dare ſolebat:à quibus tamen ipſe prouocabatur.[d] Vnde non debuit poſſe in certa cauſſa ſe iudicem dare: tum quòd ſe ingerens in ſuſpicionem veniat,[e] tum quòd ipſe prouocandus foret.[f] quod neque iuris, neque æquitatis patitur ratio: vt idem ſcilicet cognoſceret ex prouocatione, qui ſententiam tulit.[g] Solent autem Iuriſconſulti iudicem datum ſpecialem dicere: quod ſpecialis ſit: hoc eſt proprius & peculiaris in cauſſa ſibi demandata.[h] 2

c *Dare poteſt*) † Sed cur Prætor apud ſemetipſum emancipari, vel in adoptionem dari poteſt?[i] Et tamen tutor aut ſpecialis iudex,nequit ex ſua ſententia fieri?[k] Tu dic quòd emancipetur,aut adoptetur ipſe,priuatum eſſe, ſuúmque omninò negocium in quo non alterius intereſſe patet, quàm patris,vel emancipantis,vel adoptantis,qui iam conſenſit.[l]Diuerſum in tutela & delegatione: in quibus pupilli litigatorúmve cauſſa agitur,non etiã prætoris. Qua pariter ratione,vt mihi quidem videtur,ſacri canones conſtituerunt,ne† quis à ſeipſo prælaturam,vt vocant,accipiat,[m]ſibi ſacerdotium cõferat,[n] aut ſeipſum patronus præſentet.[o] 3 4

Tutor ſe ſe nemo dat.

Specialis iudex.

Emancipari apud ſemetipſum.

Beneficiũ nemo ſibi pſi cõferi.

a l.prætor.ff.de tuto. & cura. das.ab his.
b l.quæ omnia §.j.ff.de procu.
c l.iiij.ff.de of. præſid.
d l. j. in pr.ff. quis & à quo.
e d. l. quæ omnia.§.j.
f d.l.j. in prin.
g c.ij.de conſu. lib.6.
h l.fi.in pr. C. de iud. d. l.iiij. & hic.
i l.ij.hoc tit.
k l.prætor.ff.de tutor.& hic.
l l. cum donationis. C. de tranſac.
m c.vt ſingulæ de offi. archi. presb.
n c.vlt. de inſtitut.
o c.per noſtras de iur.patro.

IOANNES CORASIVS IVRISconſultus Valentiæ Allobrogũm ſcripſit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM.

TITVL. XV.

SVMMÆ RERVM.

1 *Incendia Romæ fœda quatuor.*
2 *Triumviri nocturni.*
3 *Præfectus vigilum cur creatus.*
4 *Præfecti vigilum an magiſtratus.*

FLA-

Incendia quatuor Romæ fœda.

1 FLAGRARVNT sæpenumero Romæ† fœdis incen
diis ædificia. Nam vt cætera prætercam, anno ab vrbe
condita Dxlj. Q. Fabio maximo Verrucoſo, & T.Sem-
pronio Graccho, Coſs. incendium ædificia omnia inter
ſalinas ac portam carmentalem, quæ poſtea ſcelerata di
cta eſt, cùm Aequimelio, Iugarióque vico, per diem v-
num & noctes duas arſit, in templíſque fortunæ, ac ma-
tris Matutæ, & Spei extra portam, longè latéque vagatus ignis ſacra, propha-
náque multa cõſumpſit.[a] Rurſus anno conditæ vrbis Dlxij. L. Q. Flaminio *a Liuius lib.*
& Cn. Domitio Aenobarbo Coſs. fœdum incendium in Boario foro exor- *23.*
tum cuncta ædificia in Tyberim verſa, ſolo æquauit, tabernáſque omnes cũ
mercibus maximi pretij, graui cum clade multorum aſſumpſit.[b] Deinde an- *b Liuius lib.*
no ab vrbe condita Dcclxxix. M. Licinio Craſſo, & L. Calphurnio Piſone *35.*
Coſs. & xxix. à Chriſto nato, vrbs tanta violentia ignis adfecta eſt: vt Cælius
mons deuſtus ſit, cunctáque circum flagrauerint, ſola Tiberij effigie ſita in
domo Iunij ſenatoris, inuiolata mãſit.[c] Nec multò poſt deuſta parte Cir- *c Corne. Ta-*

Triumuiri nocturni.

2 ci, Auentino contigua, ipſe quoque mons Auentinus conflagrauit.[d] † Cum *cit. lib. iiij. an-*
itaque perſæpè conflagrarẽt ædificia, præfecti ſunt arcẽdis incendiis Trium- *nal.*
uiri, qui ab eo quòd excubias, hoc eſt nocturnas vigilias agerẽt, dicti ſunt no- *d Tacitus lib. 5.*
cturni.[e] quos cum diuus Auguſtus, pluribus eodẽ die exortis incẽdiis, huic *e l. j. hoc tit.*
muneri ſatisfacere non poſſe intellexiſſet, ſeptem cohortes opportunis vr-
bis locis diſpoſuit, ita vt binas vrbis regiones (erãt quippe tũc regiones qua-
tuordecim) vnaquæque cohors præſidio tutaretur, Tribunos ſingulis cohor

Præfectus vigilum.

3 tibus præficiens. †ſed ſuper omnes vnum, qui præfectus vigilum eſt appella-
tus: quem tamen non fuiſſe magiſtratum, ſed extra ordinem vtilitatis cauſſa
4 conſtitutum, Pomponius noſter adfirmat.[f] Cæterùm † Feneſtella, aut quiſ- *f l. ij. & hac*
quis ille fuit, qui ſub Feneſtellæ nomine libéllum de magiſtratibus Roma- *omnia ff. de o-*
norum euulgauit, apertè & nulla circuitione vſus eum magiſtratum nuncu- *rig. iu.*
pat. Cuius ſententiam plurimum iuuerit, quòd præfectus vrbi, ſcelerum quæ
nocturno tempore patrabãtur, ſed incendij præſertim, & furti, cognitionem
haberet.[g] Neque verò ſatis pugnam ſedat, quod quidam aiunt, præfectũ vr- *g l. iij. hoc tit.*
bi minorem quidem eſſe magiſtratum, nõ etiam ex maiorum grege, & hoc
ſenſiſſe Pomponium.[h] Nam cùm Pomponius abſolutè dicat eum non eſſe *h d. §. & hac*
magiſtratũ, de minoribus quoque eum eſſe negat: alioquin falſus eſſet Pom *omnia. vbi*
ponij ſermo. Nam ſi minor eſt magiſtratus: ergo magiſtratus.[i] neque enim *Zaſ.*
homines proptereа hominis nomen amittũt, quòd puſilli ſint, & exigui cor- *i l. ſi quid. § j. ff. de leg. iij. l.*
poris. & quæ ſecundum plus & minus differunt, mediocritate quidem in- *inter agnatos.*
quit Labeo non genere diſtant.[k] Ego ſanè hac in re adhuc dubius lectori *ff. vnd legit.*
relinquo iudicium. *k l. vlt. ff. de fundo inſtructo.*

L. I. APVD VETVSTIORES.

Paulus libro ſingulari de officio præfecti vigilum.

APud vetuſtiores incendijs arcendis triumuiri[a] præerant, qui ab eo quod excubias[b] agebant, nocturni dicti ſunt. Interueniebant nonnunquam Ædiles,[c] & tribuni plebis.[d] Erat autem familia publica,[e] circa portas & muros[f] diſpoſita: quæ inde ſi opus eſſet, euocabatur.[g] Fuerunt & priuatæ familiæ, quæ incendia, vel mercede,[h] vel gratia[i] extinguerẽt, deinde diuus Auguſtus[k] maluit per ſe huic rei conſuli.

L. II. PLVRIBVS.

Vlpianus libro ſingulari de officio Præfecti vigilum.

Pluribus uno die incendiis exortis.

SVMMÆ.

1 *Triumuiri triplices.*
2 *Excubiæ.*
3 *Aedilium munus.*
4 *Fabri lignarij.*
5 *Gratis succurrere an teneamur.*
6 *Gratis & pretium contraria.*

a T*Riumuiri*) †Triumuiratus nomen fuit magistratus Romani, quem tres 1
collegæ certæ functioni deputati, pari potestate administrabant, fuerèque pro varietate functionum, multiplices. Cæterùm in iure nostro trium fit potissimum mentio, monetalium, capitalium (de quibus suo loco dictum est abundè)[a] & nocturnorum, quos hîc tractamus, incendiis arcendis præpositos, vt scilicet diligenti cura & sollicitudine ei rei intenderent ac occurrerent, graui alioqui pœnæ obnoxij. Nam M. Miluium, Cn. Iulium, & L. Sestiũ triumuiros nocturnos, quod ad incendium in sacra via ortum tardè venissent, à tribunis plebis die dicta damnatos Tacitus scribit.[b]

b *Excubias*) †A verbo excubo, idem quod vigilo, & diligenter custodio si- 2
gnificante. Nemo nescit Excubias dictas pro vigiliis & custodiis.[c] Nos tibi, inquit M. Cicero, excubias & custodias pollicemur.[d] & alibi, cuius ego excubias & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo.[e] Vegetius quoque excubitum non vno in loco pro vigiliis & excubiis posuit. Quaterni pedites inquit, qui noctibus excubitum faciunt, eliguntur.[f] & alibi, Quotidianas etiam vigilias in pace, item excubitum, vicissim milites faciunt.[g] Vigilias tamen ab excubiis, ita Valla separat: vt hæ diurnæ sint & nocturnæ: vigiliæ verò nocturnæ tantum.[h] Excubias itaque agere hîc à Paulo dicuntur, qui diligentet ex iniuncto eis munere vigilantes obseruant, custodiunt & explorãt, ne quicquam contingat aliundè periculi.

c *Aediles*) † Cum ad eorum munus id quodammodò pertinere videretur 3
vtpote qui sacrarum priuatarúmque ædium, adeóque totius vrbis curam haberent, quibúsque vrbs tota tuenda commissa esset. Sed de eorum officio supra diffusè.[i]

d *Tribuni plebis*) Quorum potestas & authoritas, cùm à nobis superiùs diligenter sit tractata, superuacaneum hîc esset, illic dicta repetere.[k]

e *Familia publica*) Hoc est milites, seu homines ad hoc publicè deputati.

f *Portas & muros*) Portæ, sicut alibi docui, propriè sunt ciuitatis, alteriúsve loci publici, muri quoque lapidei sunt, vrbium ambitus. Ianuæ verò, & parietes, priuatorum ædificiorum.[l]

g *Euocabatur*) Vt ad ignem extinguendum præsto esset.

h *Mercede*) †Quales sunt Tolosæ, fabri lignarij: qui annuam à ciuitate mer 4
cedem consequuntur, vt exortis incendiis, si quando postulet necessitas, diligenter occurrant. Atque hinc colligimus neminem teneri vltrò gratis oc-
currere incendiis. †nam si teneretur, turpiter mercedem acciperet, & soluta 5
repeti posset.[m] Quod vtcunque ciuili lege verum sit, non putauerim tamen iure diuino procedere: cùm præceperit Deus opt. max. vt si viderimus bouem aut asinum inimici nostri cecidisse, eum subleuemus.[n]

i *Gratia*) †Hoc est gratis, sine pretio & mercede, id enim apertè sensus lite- 6
ræ indicat quanuis dictio gratia, hanc expositionem non omninò recipiat, vt non malè mihi videar semper suspicatus, hîc non *gratia*, sed *gratis* legendum, quo verbo idem quòd gratuitò & sine vlla mercedis præstatione significatur. Martial.[o]

Sportula nulla datur gratis conuiua recumbis.

Solétque ideò hoc aduerbium, vt hîc à Paulo nostro, mercedi, & pretio opponi. Hic primum, inquit M. Cic. quæstus est non leuiter Saturius communem factum esse gratis cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fauni.[p] & Tranquil.

a l. ij. §. deinde cum esset. ff. de orig. iur.
b Cerne. Tacit. lib. iiij.
c l. qui excubias. ff. de re milit. l. si vendicari. C. de pœn.
d Cice. pro M. Marcello.
e Cicer. iij. Philip.
f Vegetius lib. iij. de re milit.
g Vegetius lib. ij.
h Lauren. Valla libr. iiij. cap. 69.
i l. ij. §. item que vt essent. ff. de ori. iu.
k d. l. ij. §. iisdem temporibus.
l l. j. vbi dixi. ff. de rer. diui.
m l. j. in fin. l. idem. §. quoties. ff. de cond. ob tur. caus.
n Exod. 23. Deut. 22.
o Martialis lib. 5. Epigr.
p Cicer. pro Rosc. Comœdo.

Triumuiratus. Triũuiri triplices.
Excubiæ.
Ædiliũ munus.
Fabri lignarij Tolosæ.
Gratis opem alteri ferre an teneamur.
Gratia. Gratis.

Tranquil. Sunt, ait, qui tradant eum tanta honestate præditum, vt temporibus Sillanis, proscriptorum liberos gratis & sine mercede vlla in disciplinam receperit.[q]

k *Augustus*) Octauium intelligit: qui primus Augusti cognomentum meruit, vt nos suo loco scripsimus.[r]

q Sueto. de claris Grammati.

r l. ij. §. deinde Cornelius. ff. de ori. iuris.

L. III. NAM SALVTEM.

Paulus lib. singulari de officio Præfecti Vigilum.

Nam salutem reipublicæ tueri nulli magis credidit conuenire: nec alium sufficere ei rei quam Cæsarem.[a] Itaque septem cohortes[b] opportunis locis constituit, vt binas regiones[c] vrbis, vnaquæque cohors tueretur, præpositis eis tribunis.[d] & super omnes spectabili[e] viro, qui Præfectus vigilum appellatur.[f]

SVMMÆ.

1 *Cæsar.*
2 *Augustus.*
3 *Cohors.*
4 *Manipulus.*
5 *Regiones quot Romæ.*
6 *Suburra.*
7 *Suburranæ mulieres.*
8 *Palantina.*
9 *Exquilina.*
10 *Collina.*
11 *Dignitatum distinctio.*

a *Cæsarem*) Hoc est Imperatorem & Augustum. Nam quem ante dixerat Augustũ,[a] hîc Cæsarem nuncupat. alioqui non me fugit, Cæsarem
Cæsar. 1 ita ab Augusto & Imperatore distingui, † vt Cæsar dicatur, qui futuri imperij successor est designatus.[b] Quem hodie Regem Romanorũ dicimus. Au-
Augustus 2 gustus † autem appellatur, qui iam regnat, rerúmque potitur, Imperatoris nomine decoratus.[c]
Cohors. 3 b *Cohortes*) † Cohors conuentus est militum, sic dicta quòd milites ipsi se inuicem cohortari solerent, ad sese in re militari exercendum, mutuáque cohortatione ad bellicæ disciplinæ studium excitare. Erant autem in vna le-
Manipulus. 4 gione cohortes x. in cohorte, 50 † manipuli: in manipulo viginti quinque milites.[d] quanquam hoc loco cohortis verbum, ad rigidam illam significationem non est coarctandum. Sed & militum in legione numerum, mirè frequentérque variatum ostendimus supra.[e]
c *Binas regiones*) Si binas vrbis regiones vnaquæque cohors, tutabatur, &
Regiones quot Romæ. 5 septem cohortes, per opportuna loca dispositæ erant: † Consequens est, Romæ quatuordecim regiones fuisse. Quod & perspicuè Tacitus in hæc verba tradit: Videbatur Nero condendæ vrbis nouæ, & cognomento suo appellandæ, gloriam quærere. quippe in regiones quatuordecim Roma diuiditur: quarum quatuor integræ manebant: tres solotenus deiectæ: septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant, lacera, & semi vsta.[f] decem quoque & quatuor portas, circumiectum vrbi murum, portulásque alias quasdam habuisse, Procopius scribit.[g] Quatuor tamen regiones, Plinius solùm memo-
Suburrana. 6 rat. † Suburranam, in qua meretricum diuersoria erant. Vnde † & scorta, à
Palantina. 7 poëtis suburrana appellata. † Palantinam, cuius Palantes Euandro duce, au-
Exquilina. 8 thores fuerunt. † Exquilinam, quæ ducit in Exquilias, hoc est in montem, v-
9 bi arx & excubiæ Tulli regis erant, † & Collinam, à colle Quirinali, quæ
Collina. Salaria. 10 nunc Salaria vocatur.[h]
d *Tribunis*) Habebant singulæ cohortes suum tribunum: quem nos hodie capitaneum, vulgò dicimus. Tribunus autem olim appellatus à tribu: quia militibus præerat, quos primus ex tribu Romulus elegit.[i] Sed de iis alibi.[k]
e *Spectabili*) Subditițius ille liber, qui falsò Fenestellæ titulo, circum fertur,

a l. j. hoc tit.

b l. & si excepta. C. de male. & mathema.

c Spartia. in Ælio Vero.

d Varro lib. 4. de ling. latin.

e l. ij. §. & cum placuisset. ff. de orig. iur.

f Corne. Tacit. lib. 15.

g Procop. lib. j. de bello Gottic.

h Plinius lib. 18. ca. 3.

i Vegetius lib. j. de re milit.

k l. ij. §. j. §. iisdem temporibus. & vtrobique dixi. ff. de orig. iur.

Præfectum vigilum non spectabilem, sed clarissimum dicit. Interpretes tamen cum Paulo nostro, eum spectabilem faciunt, †dignitatum ordines quatuor constituentes. 11 Superillustrium, quales sunt patricij, & senatores. Illustrium, vt consules, & prætorio præfecti. Spectabilium sicuti prætores, proconsules, & hic de quo agimus Vigilum præfectus. Denique clarissimorum, vt prouinciarum præsides.[l] Alij verò longè aliter.[m] Ego putaui semper à priscis Iurisconsultis, hanc dignitatum distinctionem (præterquam in ordine senatorio, eo tamen quo alibi docuimus modò) [n] tam scrupulosè obseruatam non fuisse: sed Iustiniani circiter seculo, in nostram Iurisprudentiam irrepsisse.

Dignitatum ordines. Superillustres. Illustres. Spectabiles. Clarissimi.

l DD. l. j. ff. de offic. eius cui man. est iuris dict.
m Alc. l. spectosas. ff. de verb. sig. & lib. iij. dispunct. ca. iiij.
n l. fœmina. & l. fi. §. fi. ff. de senat.

f *Appellatur*) Quia præsit illis vigiliis, quibus ab incendio vrbs munita est.

§. COGNOSCIT.

Cognoscit præfectus vigilum de incendiariis,[a] effractoribus,[b] furibus, raptoribus:[c] receptatoribus:[d] nisi si qua tā atrox, támque famosa[e] sit persona, vt præfecto vrbi remittatur. Et quia plerunque[f] incendia culpa fiunt inhabitantium: aut fustibus castigat[g] eos qui negligentiùs ignes habuerunt: aut seuera interlocutione[h] comminatus, fustium castigationem remittet. Effracturæ fiunt plerunque in insulis,[i] in horreísque,[k] vbi homines pretiosissimā partem fortunarum suarum reponunt: Cùm vel cella effringitur, vel armarium, vel arca, & custodes plerumque puniuntur, vt diuus Antoninus Erytio Claro rescripsit. Ait enim posse eum horreis effractis quæstionem habere de seruis custodibus: licet in illis,[l] ipsius imperatoris portio esset.[m]

SVMMÆ.

1 Incendiarij pœna.	8 Interloquutio.
2 Effractores qui.	9 Interrex, interregnum.
3 Raptores.	10 Sententia verbo diffinitiua.
4 Expilatores.	11 Insula quid.
5 Receptatores.	12 Granarium.
6 Famosa persona.	13 Horreum, Horrearius.
7 Plerumque dictio.	14 Portio.

a INcendiarius) †Incendiarij si dolo deliquerunt, ad vrbis præfectum remittuntur: qui eos vltimo afficiat supplicio:[a] variè tamen pro qualitate personarum & delicti circunstantijs irrogando.[b] Nam si non ædes modò, sed aceruum frumenti iuxta domum positum incendiarius sciens prudens combusserit: vinctus, verberatúsque & ipse igne peribit.[c] Quod si negligentia factum est incendium, præfectus vigilum cognoscit, reos fustibus castigando. Leuiùs tamen, aut seueriùs pro culpæ modo, cæterùm citra capitis pœnam.[d] 1 Incēdiarij pœna.

b *Effractoribus.*) † Effractores dicuntur, qui furandi causa fores effringunt: 2 Effractores. alij diurni, alij nocturni. & hi quidem atrociores.[e] Sunt & carcerum effractores, qui carceres, aut carcerum muros, vel portas effringunt, vt euadant: quorum pœna mors est.[f] Vnde non putauerim eorum cognitionem & animaduersionem ad vigilum præfectos pertinere: sed præfecto vrbi potiùs remittendos.[g]

c *Raptoribus*) † Raptores dicuntur, qui vi rapiunt, euellunt, & auferunt.[h] 3 Raptores. qui propterea fures improbiores existimantur.[i] sed præsertim, si id noctu agant, viatoribus pallia, & vestes diripiendo: qui expilatores dicuntur: aut

a l. capitaliū. §. incendiarij. ff. de pœ. l. fin. infra hoc tit.
b l. fi. ff. de inc. rui. & naufra.
c l. qui ædes. ff. de incend. rui.
d vt hac l.
e l. j. §. pen. & fi. ff. de effract.
f d. l. j. in prin.
g l. fi. infra hoc tit. & hic.
h l. sed eximēdi. ff. ne quis eum. l. iij. §. non solùm. ff. de incendio.
i l. si te expilasse. vbi Accur. C. ex qui. ca. infam.

Expilatores. 4 vt alij legere malunt,† *Expoliatores.*[k] ij autem ideo fures atrociores dicuntur, quia furto nocturno vim priuatam adiungunt.[l]

Receptatores. 5 d *Receptatoribus*) † Appellantur in iure nostro receptores, aut si mauis receptatores (nam vtrumque latinè dici non dubito) qui vel fures ipsos, vel eorum furta, & rapinas recipiunt & occultant.[m] pessimum quidem hominum genus, sine quibus delicta diu non laterent, proinde latronum exemplo puniuntur.[n]

Famosum. 6 e *Famosa*) † A fama deductum famosi nomen, quemcumque significat celebratæ famæ, siue eam nominis celebritatem vitio, siue etiam virtute quæsierit, licet enim frequentius in malam partem accipiatur: hominem insigniter impurum & infamem, notans:[o] in bonam tamen quoque partem nõnunquam capitur: vt illustrem, & dignum magna laude virum designet.[p] nam Plinius ad Arrianum scribens. Accipe, inquit, quod per hos dies actum est personæ claritate famosum.[q] & ad Triarium, Causam eius pulchram quidem, & honestam suo patrocinio famosam se facturam pollicetur.[r]

Plerumque. 7 f *Plerumque*) † Id est ferè semper, cuius voculæ proprietatem cæteri non percipientes miris afficiuntur crucibus, dum putant, quòd Alfenus scripsit, Incendia sine culpa habitantium fieri non posse,[s] cum textu nostro pugnare: cùm tamen euidenter concordet.

g *Fustibus castigat*) Quia fortuitò, hoc est casu & negligentia. nam si dolo, capite mulctandus esset incendium faciens: vt antè dixi.[t]

Interloqui. h *Interlocutione*) Iudex interloqui dicitur ante diffinitiuam sentẽtiam, cùm aliquid extrinsecus eloquitur, & interim decernit, quo principalis controuersia pleniùs instruatur, commodiúsque ad eius diffinitionem perueniatur.[u] † Interlocutióque hoc iudicis pronunciatum dicitur: quasi interim, † dum de principali iure disputatur, facta locutio.[x] vt & Interrex, & Interregnum, olim dicta sunt. & interdicta sicuti nonnullis placere video, quasi interim dicta.[y] Nostrates interpretes sententiam interlocutoriam vocant, generaliter per eam diffinientes quodcunque iudicis præceptum ad causam pertinens.[z] cui diffinitioni assentior ego quoque, quamuis non valdè probem, vt interlocutionem iudicis, sententiam dicamus, † cùm sententiæ verbum ad pronuntiationem illam iudicis, quæ negocio, totíque controuersiæ finem prorsus imponit, Iurisconsulti referant, non etiam ad interlocutionem,[a] in qua Iudex extrinsecus eloqui potiùs dicitur, quàm causa iudiciariè cognita aliquid pronunciare.[b] vnde solent iuris authores à sententijs interlocutiones iudicum, vbíque disertè separare.[c] Etsi quando sententiæ nomine Iustinianus, aut qui Iustiniani nomine constitutiones Codicis ediderunt, interlocutionem iudicis significant: hoc ex latiore sententiæ significatu defendendum est. quo sententia pro quocunque animi conceptu, iudicio & opinione ponitur, quamuis nec in eorum loquendi modo, velut latini sermonis non valdè peritorum magnam vim censuerim faciundam. Alioqui ingenuè professus multum iis nos debere, qui ius populi Romani, tanta cura, diligentiáque collegerunt.

Interlocutio. 8 Interrex. 9 Interregnum. Interdictum. Sententiæ verbo venit diffinitiua. 10

Insulæ. 11 i *Insulis*) † Id est domibus, & ædibus priuatis, vt enim terræ in mari vndique aquis circundatæ & inclusæ, propriè insulæ dicuntur:[d] ita domus, quæ communibus vicinorum parietibus non cinguntur, sed ab aliis separatæ sunt, & discretæ insulæ nominantur.[e] principúmque virorum & potentium, vt plurimum fuerunt, qui in iis, velut ab incendio cæterísque periculis, tutioribus pretiosissima quæque reponere solebant.[f] earum magna Romæ fuit multitudo. Censum populi (inquit Tranquillus) nec more, nec loco solito, sed vicatim, per dominos,* alias domos, insularum egit.[g] Inde insularij appellati, qui earum ædium custodiæ præficiebantur.[h]

Insularij.

12 lz *Horreisque*) † Horreum propriè locus est, in quo fruges, & grana recon-

k l.j.§.j.ff. de effr.
l l.iij.§.fi.ff.ad l.Iul.de vi priuat.
m l.cõgruit.ff. de off.præs.
n l.j.ff.de recep.
o l.mulierem. ff. de accusat. l.famosi.ff. ad l.Iul.ma.l.capitalium.§.fin.ff. de pœn.
p §.intro.in aut. vt stur. quod præst.col.y.
q Plin. lib.ij. epist.
r Plin. lib. 6. epist.
s l.si vendita. ff.de pericu.res vend.
t l.capitalium. §.incendiarij. ff.de pœn.
u l.j.ff.de cõsti. prin. l.quid erge.§.quantum. ff.de iis qui no. infam.
x l.interlocutio. C.ex quib. c.in.infa.irro.l.post sententiã. C.de senten.& hic.
y Alcia.l.pecunia.§.actionis. ff.de verb.sign. & lib. Parerg. iij.cap.15.dixi. l.ij.§.eodem tẽpore.ff.de orig. iur.
z l.cũ clericis. vbi Accurs.C. de epis.& cler.
a l.dicere in prin.ff.de arb. l.quod iussit.ff. de re iud.
b d.l.quid erge.§.quantum.
c ff.de re iud. & C.de sen.& interl.om.iud.
d §.insula.Instit.de rer.diu.
e l.iij.§.si quis insulam.ff.de eo quod cert.lo.l.Insulam.ff.de præs.verb.
f vt hac l.
g Sueton. in Cæsar vbi dicam.
h l.sequen.

duntur.[i] vnde & † granarium appellatum.[k] Iurisconsultis tamen frequen- 13 Granariũ.
ter vsurpatum pro loco, in quo res pretiosæ, & à quotidiano vsu separatæ,
veluti merces, reponuntur.[l] Hinc Horrearius, qui vel eius loci mercium- Horrearius.
que dominus est, vel earum custodiam recipit.[m]

l *In illis*) Seruis scilicet.

m *Portio esset*) Hoc est, quamuis in seruis custodibus partem Imperator habeat. Horreis tamen effractis, poterit vigilum præfectus de ijs quoque quæstionem habere. † Portionis autem verbo, quancunque rei partem signifi- 14 Portionis nomen.
cari nemo nescit.[n]

i l. tabernam. ff. de fund. instruc.
k l. quæsitum. §. j. ff. de fund. instr.
l l. dominus. ff. loc. l. claustris. ff. de contr. emp.
m l. cum in plures. §. fi. ff. loc.
n l. nomen. §. j. ff. de verbo. sig.

§. SCIENDVM.

Sciendum est autem præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare [a] calceatum [b] cum hamis [c] & dolabris: [d] vt curam adhibeat omnes inquilinos [e] admonere, ne per negligētiam aliquam, incendij casus oriatur. prætereà, vt aquam vnusquisque in cœnaculo [f] habeat. Sed aduersus capsarios [g] quoque qui mercede seruanda in balneis [h] vestimenta suscipiunt, iudex [i] est constitutus: vt si quid in seruandis vestimentis fraudulenter admiserint, ipse cognoscat.

SVMMÆ.

1 *Calceatus.*
2 *Caliga, Caligatus.*
3 *Hama.*
4 *Dolabra.*
5 *Inquilinus.*
6 *Cœnaculum, Cœnacularia.*
7 *Capsarius.*
8 *Balnea.*
9 *Balnearij fures.*
10 *Magistratus & iudex an differant.*

a *COerrare*) Sunt qui *oberrare* legant: sed nihil refert, quando vtroque verbo idem significetur: nimirùm hûc, atque illûc ite. Oberrare.

b *Calceatum*) Id † est instructum, & ornatum necessariis instrumentis: velu- 1 Calceatus.
ti hamis, & dolabris. Miles non timet (inquit Lampridius) nisi vestitus, calceatus, armatus, & habens aliquid in zona.[a] Suspicatus tamen aliquando fui, legendum hoc loco *Caligatum*, hoc est armatum. nam hæc dictio Iurisconsul
tis in eum sensum visitatissima est.[b] † Caliga autē genus militaris calciamen- 2 Caliga.
ti notat, quo tibiæ, cruráque armabantur. vnde Caligula Imperator, filius Germanici, nomen accepit: quòd videlicet in castris natus esset, vbi milites sunt caligati, vel Ausonio teste: [c]

Priuignus post hunc regnat Nero Claudius, à quo.
Cæsar cognomen, Caligæ cui castra dederunt.

Huc quoque commodè pertinent Satyrici verba.[d]

Adiutor gelidos veniam caligatus in agros.

Iustinianus tamen milites armatos, quos lex (inquit) caligatos appellat obscuriores, viliores, & infimæ conditionis milites, interpretatur.[e]

c *Hamis*) † Sunt qui malunt *armis* legere. idque tum ex supposititio illo Fe- 3 Hama.
nestellæ libello,[f] tum ex Satyrici loco.[g]

Dispositis prædiues armis vigilare cohortem
Seruorum noctu, Licinus iubet attonitus, pro
Electro signisque suis.

Ego verò ex vetere Iurisconsulti litera nihil immuto, siquidem subiectæ materiæ magis conueniat, vt *hamis* legamus. quo verbo, propriè longa quædam instrumenta significantur, ferream cuspidem & recuruam habentia: quibus

a Lamprid in Alex. Seuero.
b l. ij. in princ. ff. de iis qui notã. infam. l. de militibus. ff. de custo. reo. l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re milit. l. à caligato. C. de nupt.
c Auson. de ordine. xij. Imper.
d Iuuen. satyr. iij.
e §. quisquis. in auth. qui. mod. nat. effic. leg. col. 6.
f Fenestella de magistr. Rom.
g Iuuen. satyr. 14.

paulisper

paulisper à nobis disiuncta, & remota attrahimus, quæ cùm sint arcendis incendijs percommoda, quò scilicet vicinæ igni trabes, ab ignis calore retrahantur, in eam causam parari solent.[b] vnde Plinius, de vastissimo illo incendio, quòd Nicomediæ primùm violentia venti, deinde hominum inertia, latiùs sparsum publica & priuata opera, multa consumpserat, ad Traianum verba faciens.[i] Et alioqui nullus, inquit, vsquam in publico sipho, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. nec in citato Iuuenalis loco, legendum *armis*, sed *hamis*: vt sequentia verba demonstrant:[k]

b l. quæsitum. §. acetum. ff. de fund. instrunc.
i Plin. lib. 10. epist.
k Iuuen. vbi suprà.

Phrygiáque columna
Atque ebore & lata testudine dolia nudi
Non ardent cynici.

Quæ perspicuè ostendunt, Satyricum illîc agere, de instrumentis, quæ incendij extinguendi causa parantur. inter quæ multa ab Vlpiano commemorata, referuntur hamæ.[l]

l d. § acetum.

Dolare. Dolabra. 4 d *Dolabru*) Dolare est materiæ asperitatem complanare. à quo verbo fabrorum peculiari,[m] deducitur † dolabra, instrumentum significans quo ligna dolantur ad portas refringendas, accommodatissimum. Impetus hostilis, inquit Liuius, in transfugas factus, nec secus quàm aduersa acies cæsi eadémque porta signa infesta vbi illata, & alijs partibus, securibus dolabrísque cædebantur, & refringebantur portæ.[n] mœnia quoque Sagunti dolabris subruta Liuius scribit.[o]

m l. ferri. ff. de verb. signifi.
n Liuius lib. 28.
o Liuius lib. 21.

Inquilinæ. 5 e *Inquilinos*) † Hoc est habitatores quoscunque, siue suo nomine, siue alieno, domus incolentes: quanquam alioqui soleat Inquilini nomine, in tantùm significari, qui mercede prædium vrbanum colit in ciuitate: qui verò agrum conductum tenet colonus dicatur.[p]

p l. re pignoris. ff. de acq. poss.

Cœnaculum. 6 f *Cœnaculo*) Hoc est superiore parte domus.[q] † Veteres enim sicuti M. Varro scribit, locũ vbi cœnabant, cœnaculũ vocauere. & postquam in superiore parte domus cœnitare cæperunt, vniuersa superioris domus ædificia cœnacula dicta.[r] & Festus scribit, cœnacula loca esse altiora domus ad quæ scalis ascenditur. Cœnaculum (inquit Liuius) super ædes datum est, scalis ferentibus, in publicum obseratis, aditúmque in ædes verso.[s] Ea autem cœnacula, vtpote diuitibus incommoda, tenuioribus & inquilinis locari solebãt, in quæ ideo dicebat Satyr. perrarò militem venire. vt illûc habitantis cædes paret.[t]

q l. j. §. pen. ff. de actio. & oblig. l. aquissimũ. §. fi. de vsufruc. l. si verò. in princ. ff. de ijs qui deiece.
r M. Varro lib. ij. de ling. lat.
s Liu. lib. 39.
t Iuuen. Satyr. 10.

Et egregias Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors, rarus venit in cœnacula miles.

Cœnacularius. Cœcularium exercere. Inde Cœnacularius pro inquilino: qui cõductum tenet cœnaculum,[u] & cœnaculariam exercere, aut facere, dicebantur: qui cœnacula domus inquilinis locabant.[x] veluti qui hodie conclauia scholasticis locant. Vult itaque hoc loco Iurisconsultus, eos qui in cœnaculis habitant, aquam in cœnaculo debere semper habere, qua igneo terrore ingruente præsto possint violentiæ ignis occurrere.

u l. solutum. vers. planè. ff. de pign. actio.
x l. si verò vers. idem erit, & seq. ff. de ijs qui dei.

Capsarij. 7 g *Capsarios*) † Eos qui in balneis accepta mercede ad seruanda vestimenta suscipiunt Paulus hìc Capsarios appellat deducto inde, vt arbitror ego, nomine, quòd in capsis, ad eam rem destinatis, ea solerent includere: quibus grauiorum munerum vacationem (inquit Callistratus) conditio tribuit.[y] Alibi tamen ab Vlpiano capsarij dicuntur, qui portant libros.[z] Puerũ quippè ingenuum, ad præceptorẽ euntem, non modò pædagogus, sed Capsarius, hoc est custos librorum, & minutarum aliarum rerum adolescentis prosequebatur. significante id Satyrico:[a]

y l. fi. ff. de iure immunita.
z l. si collactaneus. de manu. vindic.
a Iuuen. Satyr.

Eloquium ac famam Demosthenis, aut Ciceronis
Incipit optare, & totis quinquatribus optat.

Quisquis adhuc vno partam colit asse Mineruam:
Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.

In quem sensum capsarij nomen Tranquillus vsurpat, dum scribit, Neronem tantùm sæuitiæ, in liberos damnatorum exercuisse, vt alios veneno, aut fame sustulerit, quosdam verò cum pædagogis & capsarijs, vno prandio necari iussetit.[b]

h *Balneis*) † Balnea, aut si mauis balneæ (neque enim ego scrupulosæ Gram 8 Balneæ.
maticæ seruio, sed hæc vsurpo promiscuè) loca erant publica, quibus aquæ calidæ & frigidæ dispositæ erant. sic appellata, vt Augustinus interpretatur à Græco nomine βαλάνειον balanion, quòd anxietatem ex animo pellant.[c] ad quæ vnicuique patebat aditus, sese mundandi, vel purgandi gratia.[d] vt & hodie ad hypocausta, quæ vulgò sudatoria, aut stuffas vocamus. soluto tamē quadrante balneatori, hoc est balnearum cauponi, seu magistro, qui balneas præbebat, lauabat, & aquam infundebat. vnde Poëta,[e]

Ne longum faciam, dum tu quadrante lauatum
Rex ibis.

Adeo quidem vt contra prohibentem in balneo publico lauare, prodita sit actio iniuriarum.[f] Sed & balnea introeuntes ab omni iniuria sartos tectos es
se iura nostra voluerunt: † grauioréque pœna ideo animaduertetunt, in bal- 9 Fures balnearij.
nearios fures, hoc est qui in balneis furantur, quam in cæteros.[g] Nam & impudentiores sunt nec soli rerum domino, verumetiam reipublicæ iniurij. vt Philosophus pulchrè disserit,[h] & ex nostratibus quidam attigerunt.[i] publicè quippè interest, publicum cuique locum tutum, & inuiolabilem esse.

i *Iudex*) Præfectus vigilium iudex quidem est: vt hoc loco Paulus scribit,
& tamen non est magistratus.[k] † quo fit manifestum, inter iudicem, & ma- 10 Magistratus & iudex differunt.
gistratum plurimum interesse, neque enim magistratus iudicare solebant de priuatorum controuersijs: sed iudices litigatoribus dare.[l]

b Sueton. in Nerone.
c Augustin. lib. 10. confessionum.
d l. taberna. §. fi. l. pictoris. §. fin. ff. de fund. instruc. l. vni. C. de monopol.
e Horat. lib. j. sermo satyr. iij.
f l. ij. §. si quis in mari. ff. ne quid in loc. pub. l. iniuriarum. §. penul. ff. de iniur.
g l. j. ij. & iij. ff. de furib. balnea.
h Aristotel. parte problemat. 29.
i Alciat. lib. ij. Parerg. c. 38.
k l. ij. §. & hæc omnia. ff. de orig. iu.
l l. j. ff. de iurisdic. om. iud. vbi dixi.

L. IIII. IMPERATORES.

Vlpia. lib. singulari de offic. præfec. vigilum.

Imperatores Seuerus & Antonin. Iunio Rufino præfecto vigilum ita rescripserunt: Insularios[a] & eos qui negligenter ignes apud se habuerunt, potes fustibus, & flagellis cædi iubere: eos autem qui dolo fecisse incendium conuincentur,[b] ad Fabium Cilonem præfectum vrbi amicum nostrum,[c] remittere: & fugitiuos conquirere, eósque dominis reddere debes.

SVMMÆ.

1 *Insularius.*
2 *Incendij pœna.*
3 *Amicus Principis.*

a INsularios) † Insulam, pro ædibus priuatis, præsertim ijs, quæ à parietibus 1 Insularius.
vicinorum distinctæ sunt, in iure nostro, & apud idoneos quoscunque authores accipi suprà docuimus.[a] vnde & Insularij, hîc ab Vlpia. intelligendi sunt, qui in insulis habitant, aut insularum custodiæ sunt deputati.[b] Fœdéque lapsus est Cælius, Insularios seruos, à Iureconsul. dictos existimans, qui ad opus ministerij metallici damnati perpetuò sunt: vt annullatis cruribus, ferrum assiduè terant.[c] Plautus, ferratile genus vocat.[d]

a l. iij. §. si quis insulam. ff. de eo quòd cert. loc. dixi. l. praeced. §. cognosce.
b l. si ita. ff. de vsu & habit.
c Rhodnig. lib. iiij. lectio. antiqua. c. 31.
d Plautus in Mostellaria.

Cis

Cis herclè paucas tempestates Tranio,
Augebis ruri numerum genus ferratile.

Rectè igitur Pomp. vrbanis seruis insularium annumerat, quòd huic, nulla rusticorum operum cura mandaretur, sed domus tantùm custodia. [e] *e l. vrbana. ff. de verb. sig.*

2 b *Conuincentur*) † Pœna quorum est, vltimum supplicium: pro personarum tamen, & delicti qualitate, ac circunstantijs, non vno modo irrogandum. [f] *f l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœn. l. qui ædes. ff. de incendio.*
vt paulò antè latiùs à nobis expositum est.

3 c *Amicum*) † Sic illustrissimus Galliarum Rex, cùm ad magistratus scribit, solet amicos suos, & fideles nuncupare in hæc verba, *à Nostre amé & feal.*

IOANNES CORASIUS IURISconsultus Valentiæ Allobrogûm scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO PROCONSVLIS ET LEGATI.

TITVL. XVI.

SVMMÆ RERVM.

1 *Proconsul quis.*
2 *Prorex, protutor, & similia.*
3 *Proconsulatus quando cœperit.*
4 *Legatus proconsulis.*
5 *Legatorum duo genera.*
6 *Oratores.*
7 *Proconsul an sit magistratus.*
8 *Triumphus cur negatus Scipioni.*
9 *Ius quintæ relationis.*

Proconsul quis. 1 PROCONSVL † dicebatur olim, qui ad administrandam prouinciam cum imperio & potestate consulari mittebatur, quòd consulis loco esset, eiusque vice, & authoritate fungeretur. vnde & ex consularibus deligi consueuerat proconsul, qui in prouincias illas mittebatur quarum cura, vel senatui, vel Cæsari relicta erat. sic appellatus, † vt & proregem, propratorem, & proquæstorem dicimus: qui cùm Regia, prætoria, aut quæstoria potestate alicui prouinciæ præest, & protutorem, qui vices tutoris agit. [a] † Huic autem proconsulari dignitati initium dedit bellum à populo Romano contra Æquos infeliciter gestum, Posthumio Albo, & Spur. Furio Fusco Conss. anno conditæ vrbis cclxxxix. Cùm enim Spurius Fuscus Consulum alter, cui ea prouincia obuenerat, in Æquos profectus imparem exercitum temerè pugnæ commisisset: ab Æquis profligatus, & in castra se recipere coactus, tanta hostium vi postero die circunsessus est, atque oppugnatus, vt ne nuncius quidem, Romam inde mitti posset. [b] quæ res per Hernicos Romæ nunciata tantum incussit omnibus terrorem: vt extremæ necessitatis senatusconsulto mandatum sit Posthumio alteri Consuli, *videre ne quid respublica caperet detrimenti*, vtque Romæ maneret, ad conscribendos omnes, qui arma ferre possent: creatúsque Procon-

Prorex, propraetor. Protutor. 2, 3 — *Proconsularis dignitas quando cœperit.*

a l. j. ff. de eo qui pro tutor.

b Liuius lib. iij.

P 2

ſul, T. Quintius, qui obſeſſo Conſuli Fuſco ferret auxilium.[c] Sanè propagatis imperij finibus compluriúmque bellorum exorta cura obſeruari cæptum eſt, vt qui Conſules vno anno fuiſſent, ſequenti Proconſules fierent, † 4
quibus legati dabantur, qui adminiſtrationi præſtarent auxilium. neque enim ob negociorum prouincialium multitudinem Proconſul per ſe omnia gerere poterat. Sed vt inferior multò legati poteſtas appareret, ſine equo, legatus olim prouinciam ingrediebatur.[d] † Ad quæ non ignorandum, duo 5
olim apud Romanos legatorum genera. vnum eorum, qui nuntij ſenatus, populíque Romani deſtinabantur: vt eius mandata peragerent:[e] ab orando, ideſt agendo, nonnunquàm † Oratores appellati. vt apud Vergi- 6
lium:[f]

Centum oratores auguſta ad mœnia Regis
Ire iubet.

c Liuius lib. ij.
d Alex. Neapol. ij. c. 27.
e l. j. l. ij. & tot. ti. ff. de legatio. l. ſanctum. vbi dixi. ff. de re. diuiſ.
f Vergil. lib. 7. Æneid.

Legati Proconſulum.
Legatorum duplex genus.
Oratores.

Alterum eorum, qui Imperatoribus & magiſtratibus dabantur: quorum opera & conſilio vterentur peregrè Imperatores in exercitu, & magiſtratus in prouincia. Cuiuſmodi fuêre proconſulum legati. Qualem autem oporteat eſſe Proconſulem, belliſſimè M. Cicero deſcribit.[g] † Sed an Pro- 7
conſul magiſtratus ſit, nuper mihi fuit cum viro non indocto, grauis concertatio. Nam ille ſiue controuerſia contendebat eum eſſe magiſtratum. Ego ex vno, atque altero Liuij loco non eſſe peruincebam. Neque enim ignotum, P. Scipionem in Hiſpaniam, à Romanis quondam miſſum, cum poteſtate proconſulari, & imperio. (Id enim vnum omnes, cùm ea de re inirentur ſuffragia, non centuriæ modò, ſed etiam homines, vt ait Liuius, iuſſerunt[h]) † Atqui ei ex Hiſpania, poſt rem, ſtrenuè, fœliciterque geſtam 8
redeunti, triumphum ideò non fuiſſe decretum, idem Liuius ſcribit, quòd conſtaret neminem, ad eam diem triumphaſſe qui ſine magiſtratu res geſſiſſet.[i] Alibi quoque tradit eadem ratione, L. Cornelium Lentulum Proconſulem ex Hiſpania, & ipſum re proſperè geſta redeuntem, abs ſenatu fruſtra poſtulaſſe, vt ſibi triumphanti liceret in vrbem inuehi.[k] Addebam, id iure noſtro demonſtrari ſubtiliter poſſe, ſi quidem, proconſularis poteſtas extraordinaria ſit: & qui extra ordinem alicui muneri præficiuntur, magiſtratus non ſint.[l] vide præfectis annonæ, & vigilum Pomponius noſter ſcriptum reliquit. Porrò autem poſteriorum Cæſarum tempore proconſularis hæc dignitas omnium maxima fuit. adeo, vt Imperatores quoque ipſi, nec alijs maiorem dare poſſent.[m] & ſibi, quemadmodum tribunitiam poteſtatem, ſic proconſulare imperium arrogarent, † cum iure *quintæ relationis*,[n] 9
hoc eſt vt nonnulli interpretantur, iure ad ſenatum referendi, de re quinquies iudicata, ac ſi nihil adhuc foret iudicatum.[o] alijs tamen aliter interpretantibus.[p]

g Cic. lib. j. ad Q. frat. epiſto. j.
h Liuius lib. 26.
i Liuius lib. 28.
k Liuius lib. 31.
l l. ij. §. & hæc omnia. ff. de orig. iur. l. ſi in aliquã. §. cum pleniſſimam. hoc titul.
m d. l. ſi in aliquam. §. ſi. cum l. ſeq.
n Iul. Capit. in M. Philoſopho.
o Egnat. Baptiſta in annota. ad Capitoli.
p Alci. lib. Parerg. 10. ca. 22.

Legati proconſulum. Proconſul an magiſtratus.
Triumphus cur negatus Scipioni.
Ius quintæ relationis.

L. I. PROCONSVL.

Vlpianus lib. 1. Diſputationum.

PRoconſul vbique quidem proconſularia inſignia[a] habet, ſtatim atque vrbem egreſſus eſt[b] poteſtatem[c] autem non exercet: niſi in ea prouincia, quæ ei decreta eſt.[d]

SVMMÆ.

1 *Proconſulis inſignia.*
2 *Proconſulis imperium quando conſulari æquatum*
3 *Poteſtas pro imperio.*

a PRoconſularia inſignia) † Proconſulatus inſignia, eadem propè fuerunt, 1
quæ cõſulatus, vt lictores, faſces, ſecures, prætexta, ſelláque curulis: niſi quòd

Proconſulis inſignia.

quòd sex fascibus, totidémque lictoribus procõsul duntaxat vtebatur.[a] cum consuli tamẽ duodecim fascium insignia præirent. Sed & si eam adibat prouinciam, in qua consul præsens foret, aut è prouincia sibi tradita decedens Romam veniret, insignibus proconsularibus non vtebatur, quòd indecens esset, præsente consule, sub cuius imperio prouinciæ omnes erant,[b] cuiusque munia tantùm proconsul obibat: proconsulem imperij insignia perferre: qui prætereà simul atque Romæ portam ingressus erat, deposito imperio, priuatus censebatur.[c]
2 † Quamuis nonnunquàm legimus, in magno rerum discrimine: cum aduentus Annibalis in vrbem timeretur, senatum decreuisse, ne L. Fuluio proconsuli minueretur imperium, si in vrbem venisset: sed vt ei par cum Consulibus esset potestas, imperium & authoritas.[d]

a l. proconsules. hoc titul.
b Cic. iij. Philip. & l. y. de legib.
c l. fi. hoc tit.
d Liuius lib. 26.

b *Egressus est.*) Vnde simul atque proconsul vrbem erat egressus, prætexta proconsulari vtebatur. quem prætereà sex lictores præibant, fasciculos illos virgarum, quibus securis alligata erat, deferentes.

c *Potestatem*) Id est imperium. † potestatis quippè verbo, in persona magistratuum, constat imperium significari.[e]

d *Decreta est.*) Extra quam non habet iurisdictionem contentiosam, licet voluntariam exerceat.[f]

e l. potestatis ff. de verb. signific.
f l. seq. vbi dicam.

L. II. OMNES.

Martianus lib. 1. Institutionum.

Omnes proconsules, statim quàm vrbem egressi fuerunt, habent iurisdictionem: non tamen contentiosam,[a] sed voluntariam:[b] vt ecce manumitti apud eos possunt, tam liberi,[c] quàm serui: & adoptiones fieri.[d] Apud legatum verò proconsulis, nemo manumittere potest.[e] quia non habet iurisdictionem talem.[f]

SVMMÆ.

1 *Iurisdictio contentiosa.*
2 *Voluntaria iurisdictio.*
3 *Manumissio an in liberos cadat.*

Contentiosa iurisdictio. 1 a *Contentiosam*) † Iurisdictio contentiosa dicitur, quam inter litigatores, de re aliqua contendentes, & altercantes magistratus exercet, iudicium in inuitum reddens:[a] eam dicit hîc Martianus, proconsulem in prouincia tantùm sibi decreta exercere posse.[b]

Voluntaria iurisdictio. 2 b *Voluntariam*) † Hoc est eam, quæ inter partes volentes, & consentientes, exercetur: vt super emancipationibus, adoptionibus, & manumissionibus. cuiusmodi negotia possunt apud proconsulem, simul atque Romam est egressus expediri.[c]

Manumissio seruorũ est. 3 c *Tam liberi*) Ad † quos propriè non refertur manumissio: sed ad seruos: quamquam Iurisconsulti interdum liberos, cæterùm abusiuè, manumitti dicant.[d]

d *Adoptiones fieri*) Etiam in ea prouincia, quam sortitus non est[e]

e *Manumittere potest*) Priusquàm prouinciam sibi decretam proconsul ingrediatur, cum nec eo tempore vtiliter mandare potuerit Proconsul iurisdictionem legato, nisi ex causa.[f]

f *Iurisdictionem talem*) Hoc est voluntariæ iurisdictionis exercitium extra prouinciam, sicut proconsul ipse habet. vnde non potest apud eum, nisi postquam prouinciam proconsul ingressus est manumitti seruus.[g]

a l. inter stip. §. j. ff. de verb. oblig.
b l. solet inf. hoc tit.
c l. j. §. alienatio. ff. quand. act. de pecu.
d l. liberam. ff. de adoptio. & hîc.
e l. emancipari. §. fi. ff. de adopt. & hîc.
f l. obseruare. §. fi. l. aliquando. hoc titul.
g l. apud proconsulem. in fi. ff. de manu. vind.

L. III. NEC ADOPTARE.

Vlpianus lib. 26. ad Sabinum.

Nec adoptare potest.[a] omninò enim non est apud eum legis actio.[b]

SVMMÆ.

1 *Legatus quando exerceat iurisdictionem.*
2 *Legis actio.*
3 *Legatus non habet legis actionem.*

a l. apud proconsulem. ff. de ma. vind. & ibi.
b l. magistratũ. vbi dixi. ff. de adop. l. j. ff. de offi. iurid. Alexan.
c l. j. C. de adop.
d l. seq. in fi.

a POtest) † Legatus proconsulis scilicet, apud quem proconsule necdum prouinciam ingresso, sicuti nõ possunt expediri manumissiones, ita nec adoptiones fieri.[a] 1

b *Legis actio*) † Hoc est liberum, & absolutum vtriusque iurisdictionis, & contentiosæ, & voluntariæ exercitium.[b] neque enim possunt adoptiones fieri, nisi apud eum, qui plenã hanc & liberam legis actionem habet.[c] † Constar autem legatum non habere iurisdictionem, antequàm procõsul sit prouinciam ingressus.[d] 2 3

Legatus quando exerceat iurisdictionem. Legis actio. Legatus nõ habet legis actionem.

L. IIII. OBSERVARE.

Idem lib. 1. de officio proconsulis.

Obseruare autem proconsulem oportet, ne * hospitiis præbendis[a] oneret prouinciam, vt Imperator noster cum patre Aufidio Seueriano rescripsit. Nemo proconsulum statores[b] suos habere potest: sed vice eorum milites ministerio[c] in prouincijs funguntur.

* ne in

SVMMÆ.

1 *Hospitia præbere qui teneantur.*
2 *Statores qui.*
3 *Posta.*
4 *Iupiter stator.*
5 *Stratores.*

a l. his onerib. §. j. ff. de vac. mune. l. fi. C. de profess. & med. lib. 10.
b l. iij. § eos mi lites. ff. de munerib. & honor.
c l. j. C. de cur. & statio. li. 12.
d Cic. lib. ij. epist.
e Cic. lib. 10. epist.

a HOspitiis præbendis) Tenentur † prouinciales hospitio recipere magistratus, & milites: nisi & ipsi milites sint vel liberalium artium professores.[a] Cæterùm curare debet proconsul, qui prouinciæ præest, ne nimis circa præbitionem hospitiorum, prouincialem, aut prouinciales ipsos onerare videatur, cum delectu hoc munus iniungere.[b] 1 2

b *Statores*) † Statores dicuntur apparitores, seu nuncij consulis Imperatoris, aut alterius, qui reipublicæ cum maximo imperio, vel exercitui præest. qui pro re nata, aut emergente necessitate ad prouincias, aut aliò mittebantur: vt aliquid nunciarent: quibus prouinciales mutare equos, quò celerius irent, † nunc postæ & equitantes principis, vulgò nuncupati.[c] Quæ cùm essent incerta (inquit M. Cicero Imperator ad Cælium Lucij filium quæstorem sibi designatum) existimaui tamen esse faciendum, vt ad te, statores meos, & lictores, cum literis mitterẽ.[d] & Plancus Imperator Ciceroni: præsto mihi fuit stator eius cum literis, quibus me venire denunciabat.[e] dictos statores plerique putant, quòd homines stare, aut sistere faciant. † vt & olim Iupiter, stator appellatus. quòd exoratus à Romulo, versos à Samnitibus in fugam Romanos, stare fecerit: aut quòd Dei nutu, prouidentia & beneficio omnia stent, cælestia, & terrestria. Ego verò statores dictos puto, quòd apud Imperatorem, aut summum reipublicæ præsidem assiduè starent, ad casus occurrentes seruire parati. Hos tradit hîc Vlpianus, proconsulem habere non posse. Nam si negotij ratio, necessitásue postulet, militum suorum ministerio poterit loco viatorum & apparitorum vti. suspicatus tamen aliquando non *statores*, sed *stratores*, legendum: tum 3 4

Hospitio rum præbitio. Statores. Postæ seu cursores. Iupiter stator.

quòd

quòd eorum in iure nostro valdè frequens fiat mentio.[f] tum quòd parum verisimile sit proconsulem, qui summa principis authoritate prouinciam moderatur,[g] cuíque sex fascibus, totidémque lictoribus, vti cōcessum est,[h] & à quo varia necessitate oportet Romam certos homines mitti, prohibitum stratores habere. Stratorum † autem verbo, milites illi significantur, qui exercitum præeuntes castris metandis loca complanant, pontes struunt, & alia id genus parāt, quo commodiùs traducatur exercitus.[i] Deindè cum esset (inquit Capitolinus, de Opilio Macrino) præfectus prætorio, collega ablegato, Antoninum Caracallam Imperatorem suum interemit: tanta fictione, vt ab eo non videretur occisus. Nam stratore eius redempto, & spe ingenti proposita, id egit, vt quasi militaribus insidiis, quod vel ob parricidium, vel incestum displiceret, interemptus diceretur.[k] Neque verò stratoribus simpliciter prohibetur vti proconsul: sed suis, hoc est in eam rem deputatis specialiter, ne nimis onerentur prouinciales. Nam si quando postulet necessitas, milites habet, quorum ministerio in hac parte vti poterit.

Stratores.

f l. in eadē. ff. ex quib. cau. maio. l. fi. ff. de iur. omnium. l. vnic. C. de stra. lib. 12.
g l. si in aliquā §. fi. cum l. seq. hoc ti.
h l. proconsules. hoc tit.
i Vegetius li. 3. de re milit.
k Iul. Capitolinus in Macrino.

c *Ministerio*) Illo scilicet, vt in prouinciis, aut Romam mittantur. *Si statores* legas, vel si *stratores*, ministerio complanandi loca, pontes struendi, aggeres, & tumulos æquandi, & aliis id genus, ad traducendum exercitum necessariis.

§. PROFICISCI.

Proficisci autem proconsulem melius quidem est sine vxore:[a] sed cum vxore potest: dummodò sciat, senatum Cotta & Messala Conss.[b] censuisse futurum, vt si quid vxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint:[c] ab ipsis ratio,[d] & vindicta exigatur.[e]

SVMMÆ.

1 *Vxor an comitari debeat magistratum.*
2 *Auaritia vsitum mulieribus peculiare.*
3 *Syndicare magistratus.*
4 *Rationem reddere & reposcere.*
5 *Maritus quando ex vxoris delicto teneatur.*

Vxor an comitari debeat magistratum.

1 a *Sine vxore*) † Memini me legisse apud Cornelium Tacitum, Seuerum Cercinnam censuisse, ne magistratum comitaretur vxor, idque ex veterum instituto, quo decretum erat, ne in socios, aut gentes externas, fœminæ traherentur. quod non imbecillis tantùm, & impar laboribus sexus fœmineus sit: sed si licentia pateat, supra modum sæuus, & ambitiosus cuiusque comitatui, quæ parem luxu bellum, formidine morentur, permulta insunt. Aduersus quem Valerius Messalinus exurgens, oratione habita, luculenter ostendit: iniquum esse, & impium quodammodò ob imbecillam vnius aut alterius mulieris mentem maritis omnibus, consortia secundarum aduersarúmque rerum eripere, simúlque sexū fragilem, natura deserere, & suo luxui alienísque cupiditatibus exponere, vix præsenti vigilantíque custodia manere illæsum coniugium quid futurum, si per multum temporis in modum dissidij oblitterentur: quid honestius præterea, reuertentibus post laborem, quàm vxoris leuamentum? neque sanè nobiles viri ad alias gentes, æquo animo ituri, si ab vxore clarissima, diuelli eos oporteat. Quod autem in ambitionem, aut auaritiam quædam prolapsæ sint: fieri quidem potest: at ipsorum quoque magistratuum, plerique variis libidinibus deprehensi sunt obnoxij, non tamen ideo neminem in prouînciam mitti. Hæc aliáque plura, in eam rē cum Messalinus grauiter disseruisset. Cercinnę sententia inquit Tacitus elusa est.[a]

a Corn. Tacit. lib. 3.

Consules maiores & minores.

b *Cotta & Messala Conss.*) Hi ex minoribus consulibus esse debuerunt: cùm

in annalibus quibus nomina consulum annuatim describuntur, nusquam eorum mentio fiat. qui verò maiores, quique minores consules dicantur, alibi dictum est.[b] Considera præterea, si dici potest, hunc locum aliter quàm vulgò fiat, legendum: sic videlicet, *senatum Cotta Messalino consulente, censuisse*. Nam fuit Messalinus Cotta, qui suasit senatusconsulto cauendum, vt magistratus prouinciarum non vitæ suæ modò, sed gestorum ab vxore rationem reddere teneretur. At Messalinus Cotta, inquit Tacitus, censuit, cauendum senatusconsulto, vt quamquam insontes magistratus & culpæ alienæ nescij prouincialibus vxorum criminibus, perinde quàm suis plecterentur.[c]

c *Deliquerunt*) † Cupiditate puta & auaritia, quod vitium mulieres peculiariter inuadit.[d] 2

d *Ratio*) Exigetur à proconsule ratio, vxorij delicti: hoc est, culpæ, fraudis, & cuiusque gesti ab vxore, proconsul maritus, rationem reddet, quemadmodum & eorum, quæ ipse perperam gesserat † quod nostrates, barbaro vocabulo, Syndicari vocant. at † Latini sui muneris rationem reddere, vel prouinciæ administratæ rationem exigere, repetere, reposcere.[e] Qua lege (inquit M. Cicero) in eo genere à senatore ratio repeti solet de pecuniis repetundis.[f] Rursus nihil est quod minus ferendum sit, quàm rationem ab altero vitæ reposcere eum qui non possit suæ reddere.[g] Tunc igitur magistratus vitę suæ ac prouinciæ administratæ rationem reddere dicitur, cum exponit causas à se gestorum. De quibus præsertim querela facta est: quod olim apud Censores fiebat. 3 4

e *Exigatur quod*) † Messalinus Cotta, senatusconsulto cauendum censuit (vt Tacitus scribit) magistratus scilicet quamquam insontes & culpæ alienæ nescios prouincialibus vxorum criminibus perinde plecti tenerique:[h] licet alioqui leges vetent, ob culpam coniugis coniugem inquietari:[i] nec sanè æquum est, ex alterius facto alterum puniri: aut aliqua ratione damnum pati.[k] nisi ei culpa aliqua adscribi possit. velut marito vxorem secum ducenti cuius conditionem nouisse debuit.[l] Qua ratione pariter dicimus nautam, cauponem, & stabularium, præstare factum improborum seruorum.[m] quod eis veniat imputandum, qui perditos seruos in clientela sua esse passi sunt.[n] 5

Auaritia peculiare vitium mulieris.

Syndicari, Rationē reddere.

b l. ij. §. exactis ij. ff. de orig. iu.
c Cor. Taci. li. iiij.
d l. si stipulata. in fi. ff. de don. inter vir. l. sed si ego. ff. ad Velle.
e Cic. in oratio post redit. & in orat.
f Ci. pro Cluēt.
g Cic. act. j. in Verr.
h Cor. Taci. li. iiij.
i l. ob maritorū l. cùm te. C. ne vxor pro marito.
k l. paterfami. ff. de here. inst. l. sancimus. C. de pœn.
l l. si vt certo. ver. plane. ff. commo.
m l. vnic. §. seruus. ff. fur. aduer. naut. §. item exercitor. Inst. de obli. quæ ex quas. delict.
n l. si seruus. §. Proculus. ff. ad leg. Aqu. l. videamus. ff. locati.

§. ANTEQVAM.

Antequam verò fines prouinciæ sibi decretæ, proconsul ingressus sit, edictum[a] debet de suo aduentu mittere, continens commendationem aliquam sui, si qua ei familiaritas sit, cum prouincialibus, vel coniūctio, & maximè excusans, ne publicè, vel priuatim ei occurrant. est enim conueniens, vt vnusquisque in sua cum patria excipiat. rectè autem & ordine[b] faciet, si edictum decessori[c] suo miserit, significétque qua die fines sit ingressurus. plerunque enim incerta, & inopinata turbant prouinciales, & actus[d] impediunt ingressus: etiam hoc obseruare debet, vt per eam partem prouinciam ingrediatur per quam ingredi moris est. sed & quas Græci ἐπιδημίας,[e] appellant, siue κατάπλοια,* obseruare, in quam primùm ciuitatem veniat, vel applicet. magni enim faciunt prouinciales seruari consuetudinem[g] istam, & huiusmodi prærogatiuas.[h] Quædam prouinciæ etiam hoc habent: vt per mare[l] in eas proconsul veniat, vt Asia scilicet, vsque adeo vt Imperator Antoninus Augustus, ad desideria[i] Asianorum rescripserit, proconsuli necessitatem impositam, per mare[k] Asiam[l] applicare,

* κατάπλουν.

Καὶ τῶν μητροπόλεων ἥψατο,[m] primam attingere.[n]

SVMMÆ.

1 *Edictum.*	8 *Asiæ prouinciæ descriptio.*
2 *Rectè & ordine.*	9 *Africa.*
3 *Decessor.*	10 *Europa.*
4 *Epidemia.*	11 *Ephesus.*
5 *Cataplum obseruare.*	12 *Erostrati ambitio.*
6 *Consuetudo loci quando seruanda.*	13 *Metropolis.*
7 *Mos crudelis tyrannus.*	

Edictum. 1 a EDictum) Hoc † est literas publicas,& vt vulgò loquimur patentes, sed de edicti significatione,satis abundéque suprà diximus.[a]

a l.y.§. eodem tempore. ff. de ori.iuris.

Rectè & ordine. 2 b *Rectè & ordine*)† Emphasim habent hæc verba, *rectè & ordine*. quibus maxima pollens authoritate,olim vti solebat:cùm rem ab aliquo gestam,absolutè probare,commendaréque volebat.[b] veluti senatus , his verbis , inquit M. Cicero,patres conscripti,senatus consultum faciendum censeo.cùm D. Brutus Imperator,consul designatus prouinciam Galliam , in senatus populi Romani potestate teneat , cùm exercitum tantum , tam breui tempore, summo studio municipiorum,coloniarúmque prouinciæ Galliæ,optimè de republic.meritæ,meritísque conscripserit. id eum rectè & ordine , exque republica fecisse.[c] Liuius item in hæc verba legatis Saguntinorum à senatu responsum refert.& diruttum & restitutum Saguntum fidei socialis vtrinque seruatæ documentum omnibus gentibus fore suos imperatores,rectè,& ordine,& ex voluntate senatus fecisse,quòd Saguntum restituerint : ciuésque Saguntinos,seruitute exemerint.[d] Rursus quid à senatu Massanissæ legatis, responsum sit,recensens,rerum gestarum (inquit) in Africa prosperè , sibi cum rege gratulationem esse.Scipionem rectè,atque ordine,videri fecisse, quòd eum regem appellasset,& quicquid aliud fecisset,quod honori foret, Massanissæ,ea patres comprobate atque laudare.[e] Denique nec multò post Senatum legatis Macedonum sic respondisse scribit Publium Scipionem, rectè atque ordine videri fecisse , & facere, quod eos qui arma contra populum Romanum ferentes capti sunt, hostium numero , in vinculis habeat.[f]

b Ci.pro Quintio.& in 5. & 11. Philip.
c Ci.5.Philipp.
d Liuius li.28.
e Liuius li.30.
f Liuius li.30. circa finem.

Decessor. 3 c *Decessori*) † Decessorem Iurisconsultus eum vocat, cui è prouincia abeunti successor mittebatur. vnde qui in officio præcessit (quem nullo latinitatis exemplo prædecessorem vulgò nuncupant) purè decessor appellabitur:[g] ab Vlpiano quandoque antecessor dictus.[h] Nam decedere prouincia,aut ex prouincia latini authores dicunt , eum magistratum , qui exacto administrationis legitimo tempore discedit , cuique successor missus est.[i] Etiam hoc ediderunt,inquit M.Cicero,vt ne cui statuas, nisi cùm is de prouincia decessisset,pollicerentur.[k] Et alibi,non putet nos senatus,ante oportere decedere,quàm nobis successum sit.[l]

d *Actus*) Hoc est quæ aguntur, vel agere conuenit, tum publicè,tum priuatim.[m]

g l.præses.ff.de minorib.l.vnic. §. administrationem. C. vt om.iud.
h l.quamuis.ff. de reb.eo.
i Cic. pro Q. Ligar. & in 3. Verrina.
k Cic. act.iiij. in Verrem.
l Cic.lib.7.ad Attic.
m l.actus.C.de ser.

Epidemia 4 e Ἐπιδημίας) Idest accessus.† Est enim epidemia,accessus ad ciuitatem aliquam obseruari plerunque solitus.Cæterùm terrestrem, hoc verbo significare videtur Vlpianus,cùm mox de maritimo loquatur.

n l. si aliquem.

Cataplū obseruare. 5 f Κατάπλουν)† Hoc est portum,ad quem proconsules solent appellere,id enim est græcis cataplum obseruare.

hoc tit. & ibi.

Consuetudo loci quando seruanda. 6 g *Consuetudinem*)† Mos equidem prouinciæ,ciuitatis aut cuiuslibet alterius loci,temerè mutandus non est.[n] Cæterùm si quod vsu longo seruatum fuit, vel religionem,vel publicum commodum,aut etiam priuatorum vtilitatem grauiter lædat: quamprimum debet id magistratus abrogare, corrigere , & reformare:[o] nec temporis diuturnitati quicquam concedere.[p] cùm perniciosæ istiusmodi consuetudines,vel potiùs corruptelæ & abusus nullo tem-

o l.eos.§. cæteros. C.de vsur. §. j. vt nulli. iud.coll.9.
p l.quod nō ratione. ff. de legib.c.fi.de consue.

poris interuallo confirmentur. q & dici vulgò solet, † morem crudelissi- 7 Mos crudelis tyrānus.
mum esse tyrannum, mala, pro bonis, iniustáque pro iustis sæpè nobis ob-
trudentem.

h *Prærogatiuas*) Prærogatiuæ, dicuntur à Iureconsultis peculiares quædam Prærogatiuæ.
eminentiæ, quas præ alijs habemus.[r]

i *Ad desideria*) Hinc obserua, quanta cura Romani quondam captauerint
prouincialium animos: vt eos non tam metu, quàm officiis & amore retinerent.

q aut habita. C. ne fil. pro pa. c. Messana de elec. c. mala. 8. dist.
r l. j. ff. de priuile. vetera. & hic.

lz *Per mare*) Sic legendum confirmo, non *pro more*, sicuti Budæus reponit.
Cuius lectio non mihi videtur ullatenus literæ conuenire.

l *Asia*) † Terra tribus potissimum partibus constat. Asia, Europa, & Africa. 8 Asia.
has verò Asia, magnitudine æquat. Quódque terrarum, inquit Mela, iacet à
freto ad Tanain, & Nilum flumina, ab altero latere, † Africam vocamus: ab 9 Africa.
altero † Europam, ad Nilum Africam, ad Tanain Europam. vltra quicquid 10 Europa.
est, Asia est.[s] Sic dicta ab Asia Iapeti coniuge, quæ Oceani & Tethyos filia
fuit: aut ab vxore Promethei (vt Herodotus mauult) qui fuit Iapeti filius.
quamquàm, inquit Lydi, hoc sibi nomen vendicant. asserentes ab Asio, Manei filio, Asiam appellatam. Vnde & Sardibus familiam quandam esse vocatam Asiadem.[t] Sed huius prouinciæ, fusior descriptio ex Geographis petenda est.

s Pomp. Mela. & hic.
t Herodotus lib. iiij. qui Melpomene inscribitur.

m *Ἔφεσον*) † Ephesus Ioniæ vrbs vetustissima, & famæ, Dianæque celeber- 11 Ephesus.
rimo templo, tum & clarorum virorum, quorum altrix & genitrix fuit dignitate insignis, & clarissima, ab Amazonibus condita. vnde & ipsa Amazonis, nonnunquā appellata.[u] aut, vt alij malunt, ab Androclo Codri Atheniensium Regis filio.[x] In hac templum illud spectatissimum Dianæ mirè fabricatum ccxx. annis à tota Asia conditum fuit adeò splendidum, excellens, & magnificum; vt cùm Asiatica templa Xerxes omnia igni daret, huic vni pe-
percerit, † tamen emersit postmodum vnus Erostratus, qui vt perpetui no- 12 Erostrati ambitio.
minis famam, hoc saltem nomine consequeretur, illud exusserit. Cæterùm maximis sumptibus, vt aliàs sæpè restauratum, ac edicto cautum, ne nominaretur incensor, vt fine cuius gratia perpetrarat flagitium frustraretur. Fuit autem Ephesus Asiæ metropolis ciuitas (vt hîc Vlpianus ait) hoc est matrix,
& veluti cæterarum parens. quippè † metropolis vrbs propriè dicitur, ex 13 Metropolis.
qua coloniæ deductæ sunt. & sic se habet Metropolis ad Coloniam, vt mater ad filiam. vnde Metropoles, Theodosius matres prouinciarum nūcupauit.[y] vt interim magnæ coarguantur vel inscitiæ, vel temeritatis, qui ex ciuitatum mensura, metropoles dici scriptum reliquerunt.[z]

u Plin. lib. 5. c. 29. Iustinus li. ij.
x Strabo li. 12.
y l. vnic. C. de Metropol. Beryth. lib. 11.
z c. cleros. 21. dist.

n *Primam attingere*) Significat Augustum ad petitionem Asianorum rescripsisse, vt per mare proconsul Asiaticus prouinciam applicaret. & primum attingeret Ephesum, velut matricem ciuitatem, &, vt Plinius ait, Asiæ lumen.[a]

a Plin. lib. 5. c. 29.

§. POSTHAEC.

Post hæc ingressus prouinciam, mandare iurisdictionem [a] legato suo [b] debet, neque tamen hoc antè facere, quàm fuerit prouinciam ingressus.[c] Est enim per quàm absurdum antequàm ipse iurisdictionem nanciscatur (neque enim prius ei competit, quàm in prouinciam venerit) alij eam mandare, quam non habet:[d] Sed si anteà fecerit,[e] & ingressus prouinciam in eadem voluntate fuerit: credendum est, videri legatum habere iurisdictionem:[f] non ex inde,[g] ex quo mandata est: sed ex quo prouinciam proconsul est ingressus.

SVMMÆ.

1 *Mandare iuriſdictionem.*
2 *Iuriſdictio in genere & in ſpecie.*
3 *Legatus cur daretur proconſuli.*
4 *Proconſul quando iuriſdictionem exerceat.*
5 *Transfert quandoque quis, quod non habet.*
6 *Ratihabitio retrotrahitur.*

Mandare iuriſdictionem.

1 a M*Andare iuriſdictionem*) † Mandare iuriſdictionem, eſt generaliter committere eam alteri exercendam.[a] Cæterum hoc loco iuriſdictionis verbum contrahimus ad ſuam ſpeciem, vt ſcilicet iuriſdiciariam poteſtatem deſignet, qua de litibus priuatorum, & ciuilibus controuerſiis, ius dici-

Iuriſdictio in genere & ſpecie.

2 tur.[b] † Nec enim iuriſdictio, vt capitalium quæſtionum iudicationem continet, mandari poteſt.[c] Vnde nec talem poteſtatem vi mandatæ iuriſdictionis, legatus nanciſcitur.[d]

Legatus cur daretur procõſuli.

3 b *Legato ſuo*) † Cùm per negotiorum prouincialium multitudinem, res omnes gerendas proconſul expedire non poſſet: legatum proconſuli princeps dabat, quo adiutore & miniſtro, tam in adminiſtranda prouincia, quàm etiam (ſi res exigeret) in gerendo bello vteretur. Cui tamen legato iuriſdictionem mandare, aut non mandare, poſitum erat in proconſulis arbitrio.[e]

Procõſul quãdo iuriſdictionem exerceat. Transfert quis quod non habet.

4 c *Prouinciam ingreſſus*) † Non poteſt proconſul, prius legato iuriſdictionem mandare, quàm in prouinciam venerit: niſi moram in itinere neceſſariam patiatur.[f]

d *Quam non habet*) Proconſul ſcilicet, qui cùm nequeat exercere iuriſdictionem contentioſam: hoc eſt, ius inter litigantes dicere priuſquàm prouinciam ſibi decretam ingrediatur.[g] præpoſterùm ſanè foret, permittere vt
5 id in alium iuris transferret.[h] † Nam quod Vlpianus ait, creditorem pignus vendendo cauſam dominij præſtare, quam ipſe non habuit:[i] illam rationem habet, quod de voluntate domini debitoris, debitum non ſoluentis, fieri quodammodò videatur. tametſi de diſtrahendo pignore nihil actum ſit.[k]

e *Antea fecerit*) Id eſt priuſquàm, in prouinciam venerit, legato ſuo mandârit iuriſdictionem.

f *Habere iuriſdictionem*) Mandatam ſcilicet, non ſuo iure propriam.[l]

Ratihabitio retrotrahitur.

g *Non exinde*) Hoc eſt non ab eo tempore. cùm in ea cauſa non fuerit tũc
6 iuriſdictio, vt à proconſule mandari potuerit.[m] alioqui ratihabitio † traheretur retro, & confirmaret ea, quæ ab initio inutiliter geſta fuiſſent.[n]

a l. ſolet cum l. ſeq. ff. de iuriſdict. l. j. ff. de offi. eius.
b d. l. ſolet.
c l. j. ff. de off. eius.
d l. ſolent. l. ſi quid. hoc titul.
e l. ſolent. §. fi. cum inf. hoc tit.
f l. ſequenti.
g l. fin. ff. de offic. præf. vrb. l. ij. ſuprà hoc tit.
h l. alienatio. ff. de cõtrah. emp. l. traditio. ff. de acquir. re. do. l. nemo plus. ff. de reg. iur.
i l. non eſt nouum. ff. de acq. re. do.
k l. ſi conuenerit. ff. de pig. actio.
l l. j. §. j. ff. de offi. eius l. legatus hoc tit.
m l. bonorum. ff. rem rat. haber.
n l. quid ergo. ff. de infa. l. fi. 6. ad Maced. l. donationes quas. C. de dona. int. vir.

L. V. ALIQVANDO.

Papinianus lib. 1. Quæſtionum.

Aliquando mandare iuriſdictionem[a] proconſul poteſt, etſi nondum in prouinciam peruenerit. quid enim ſi neceſſariam moram[b] in itinere patiatur? maturiſſimè autem legatus in prouinciam peruenturus ſit?

SVMMÆ.

1 *Iuriſdictio dupliciter conſideratur.*
2 *Procõſules quãdo deſierint eſſe in vſu.*
3 *Magiſtratus quando creare poſſunt legatos.*

Iuriſdictio dupliciter conſiderata.

1 a I*Vriſdictionem*) † Inculcandum eſt hîc, & alibi ſæpè, in hoc præſertim tractatu, iuriſdictionis verbum, non accipi generatim prout eſt quæcunque iuridiciaria magiſtratus authoritas, tam de priuatis, quàm de publicis quæſtionibus cognoſcendi.[a] nam ea reſpectu capitalis animaduerſionis

a l. j. ff. de offic. eius l. iij. ff. de iuriſdict.

b d.l.j.ff.de of.eius.
c l. selent. l.si quid. inf. hoc tit.
d l.solet. ff. de iurisdic. l.praeced.§.fi.
e l.praeced.§.fi.

demandatur.[b] quo circa nec eam in vim mandatæ sibi iurisdictionis à procõ
sule,legatus prætendere potest:[c] sed contracto vocabuli significatu,iurisdi-
ctionem hîc intelligimus,in specie: vt scilicet potestatem iuridiciariam de
ciuilibus priuatorum controuersiis,ius dicendi designet[d]
b *Necessariam moram*)Non aliter igitur,quàm ex hac,similíve causa poterat
proconsul iutisdictionem mandate priusquàm decretæ sibi prouinciæ fines
applicuisset.[e] † Succedente tamen tempore,cùm dignitas hæc proconsula- 2
ris,quæ quondam apud Romanos maximo in splendore fuit, paulatim in v-
su esse desiisset. pro belli, rerúmque gerendarum necessitate, magistratus
confusè,in prouincias sine legatis etiam mitti cœperunt. † quibus faculta- 3
tem esse Iustinianus voluit,priusquàm prouinciam attingerent, & quamvis
necessariam moram non paterentur,idoneos viros instituere:qui eorum vi-
cem sustinerent,ac omnia vsque ad sui præsentiam agerent,quæ possent ipsi
magistratus si adessent: citra tamen vltimum supplicium & membri abscis-
sionem.[f]

Proconsulis authoritas imminuta.
Magistratus quando creet legatum,

f §.antequam. in auth.de collate. & alus capit.col.9.

L. VI. SOLET.

Vlpianus lib.1. de officio proconsulis.

Solet[a] etiam custodiarum[b] cognitionem mandare legato:[c] scilicet, vt præauditas custodias[d] ad se remittat:[e] vt innocentem ipse liberet.[f] Sed hoc genus mandati[g] extraordinarium[h] est. Nec enim[i] potest quis gladij potestatem[k] sibi datam, vel cuius alterius coercitionis[l] ad aliũ transferre,[m] Nec liberandi[n] igitur reos ius habet,cùm accusari apud eum, possint.[o]

SVMMÆ.

1 *Sensus verus Vlpiani.*
2 *Custodis.*
3 *Vincula.*
4 *Legatos quot proconsul habuerit.*
5 *Præaudita res.*
6 *Absolutionis fauor.*
7 *Ordinarium.*
8 *Extraordinarium quid.*
9 *Iudicia extraordinaria.*
10 *Gladij potestas.*
11 *Coercitio magna & modica.*
12 *Legatus de quibus cognoscit.*
13 *Legatus mouet tutorem.*

a l.vnic. C. de offi.procons.
b l. iij.ff. de re iud.
c l. ne quis. l. milites. l. fi. de custod.reo.l. vnius. §.pen. & §. fi.ff.de quæstio.
d Suet.in Domitiane.
e l. pen. C. de custo.reo.
f l.aut damnũ. §.solent.ff. de pœ.e.quamuis. illo ti.in 6.
g Cicer. lib. j. Tus.& in Diuinatio.
h l. vinculorũ. ff.de verb. sig.

a SOlet) † Verus nec aliis obuius huius legis sensus est,vt cognitio crimina 1
lium causarum soleat à proconsule ita mandari legato,vt audiat reos le-
gatus.& de toto negocio,ad sententiam vsque,cognoscat. Tumque si pro-
uiderit delarum absolutione dignum.eum liberet: sin condemnandum, ad
se nimirùm proconsulem remittat.[a] Neque enim ius gladij, in legatum po-
test proconsul transferre.Quod mandati genus,sic truncatum non immeri-
tò extraordinarium dicitur. Cùm,regulariter is condemnare posit, qui ab-
soluere.[b]
b *Custodiarum*) † Custodias hîc accipe pro reis delatis,qui in vinculis,&car-
ceribus continerentur.ob eam rem sic appellari, quia custodiuntur.[c] Et nec 2
nisi secretò (inquit Tranquillus) atque solus plerásque custodias receptis
quidem in manu cathenis,audiebat.[d] interdum tamen custodiæ verbo, lo-
cus designatur, quo vincti malefactorésque publicè obseruari, custodiríque
solent.[e] Quia scilicet non pœnæ causa, sed custodiæ duntaxat illîc mittan-
tur.[f] in quem sensum M.Cicer.frequenter hoc verbum vsurpat.nam Socra
tem,in custodia publica fuisse indéque cùm posset,noluisse educi, non vno
in loco scribit.[g] Vnde & illud,quod inter vincula,& custodias discrimen Ve
nuleius constituit,confirmatur. † Vt vincula sint,tam publica,quàm priuata. 3
Nam & seruus à domino vinctus,in vinculis esse dicitur.Custodia verò,car-
cerem tantum,seu publicam magistratus authoritate custodiam significat.[h]

Sensus huius leg.
Custodiæ.
Vincula.

c Le-

Legatos quot proconsul habuerit.

4 c *Legato*) † Sic lego non vt vulgo legatis, licet non ignorem plures quandoque fuisse legatos vni proconsuli, quoties scilicet, vrgebat multitudo negotiorum, aut magnitudo, qualitásue prouinciæ exigebat.[i] Nam Q. Cicero Asię proconsul, tres habuit legatos, Tuberonem, Halienum, & Gratidium.[k] At sequẽtia verba ipse liberet, quæ singularis sunt numeri minimè quadrẽt: si legatis legeremus.

Præaudire.

5 d *Præauditas custodias*) † Præauditæ custodiæ, tum dicuntur, cùm rei tanta cura diligentiáque auditi sunt, & examinati: vt nihil præter sententiam diffinitiuam supersit. Pragmatici in Gallia, processum instructum vocant.

e *Remittat*) Legatus, non ciuiles modò, sed etiam criminales causas audit, tractat, & cognoscit vsque ad sententiam: quam si in reos ferendam existimet, eos ad proconsulem debet transmittere.[l] neque enim ipse legatus ius gladij habet: nisi ea prærogatiua à principe, singulari fauore, extra ordinem donatus sit, vt olim legatus Gordiani proconsulis Africæ, quem gladij potestate succinctum fuisse Capitolinus scribit.[m]

Absolutionis fauor.

6 f *Ipse liberet*) † Ipse scilicet legatus. Quippè solebat proconsul ita mandare custodiarum, hoc est reorum in vinculis detẽtorum cognitionem, vt de crimine cognoscens, si reos condemnatione dignos animaduerteret, non ipse legatus iudicaret, sed ad se proconsulem remitteret.[n] sin verò innocentes eos, & ita absolutionem merentes comperiret, ipse legatus liberaret.[o] quod mandati genus sanè extraordinarium est, vt Vlpia subiicit. Cęterum absolutionis, & innocentiæ fauor id suadet sustineri.[p] Neque nouum ea de causa videri debet, si is absoluere possit, qui non condemnat.[q]

g *Genus mandati*) Vt ius liberandi reos cõmittatur, à potestate cõdemnandi separatum, & ab eo, qui damnandi ius transferre non potest.

Ordinarium. Extraordinarium Iudicia extraordinaria.

h *Extraordinarium*) Hoc est inusitatum, nec secundum regulas iuris commu-
7 nis inductum. †[r] Vt enim ordinarium dicitur, quod solito ritu & ordine fit,
8 ad communísque iuris regulam dimensum est.[s] † Sic extraordinarium, quod
9 præter receptum morem, & vsitatum ordinem efficitur[t]. † Hinc extraordinaria iudicia,[u] extraordinariæ animaduersiones,[x] extraordinariæ cognitiones,[y] in quibus solemnis ordo, & vetus mos iudiciorum non seruatur.[z] Et ius extraordinarium, quod aduersus iuris regulas singulari quadam ratione est inductũ.[a] Vnde Iustinianus, cùm animaduerteret antiquas formularum cõceptiones in vniuersum sublatas,[b] omnia iudicia dixit, extraordinaria.[c] Liuius quoque extraordinariorum sacrificiorum meminit: ea significans, quæ præter morem solitum fiebant. Veluti cùm Gallus & Galla, Græcus & Græca in Boario foro sub terram viui demissi sunt, in locum saxo conceptum, ibi ante hostiis humanis, minimè (inquit) Romano sacro imbutum,[d] vt interim prætereeam extraordinarios honores, extraordinaria munera, extraordinarias pecunias, extraordinarias curas, extraordinaria imperia, extraordinarias petitiones, & alia id genus, quorum M. Cicero, & reliqui idonei authores sparsè meminerunt.

i *Nec enim*) Ratio hìc profertur, cur genus hoc mandati sit extraordinarium.

Gladij potestas.

10 lz *Gladij potestatem*) † Hoc est ius capitalis animaduersionis.[e] & ita merum imperium, quod est gladij potestas, ad animaduertendum capitaliter, in delinquentes.[f] Falluntur si quidem grauiter, qui putant Gladij nomine, quamcunque pœnam, qua ex delicto reus plectendus sit, comprehendi.[g] alioqui perperàm memorata gladij potestate damnationem in metallum, & alterã quamlibet coercitionem Iurisconsultus expressisset.[h]

Coercitio grauis & leuis.

11 l *Coercitionis*) † Grauis, est enim modica quædam coercitio, subseruiens iurisdictioni: quæ non expressim tantùm mandari potest: sed mandata simpliciter iurisdictione, in alium transfertur.[i]

m *Transferre*) Summam hanc gladij potestatem, quam merum imperium vocamus, noluit lex ad alium posse transferri.[k]

i l. cognitio. in pr. ff. de offi. eius.
lz Cic. ad Q. fra. epist. j.
l l. vnic. C. de of. procons.
m Capitoli. in Gordiano.
n d. l. vnic.
o vt hac l.
p l. absentem. ff. de pœn.
q l. fi. §. adeo. C. vbi senator. cle. j. vbi gl. de heret.
r l. ij. ff. de crimin. expil. her.
s l. seruũ. §. publicè ff. de proc. l. fi. ff. de priuat. delic.
t l. ij. §. & hoc omnia vbi dixi ff. de orig. iur.
u l. actio. ff. de neg. gest. §. j. Inst. de successio. subla.
x l. fi. ff. de furt.
y l. j. & tot. tit. ff. de Var. cognitio.
z d. l. actio. d. §. j
a l. ij. C. de in stitu. & rest.
b l. j. C. de formul. d. l. actio.
c §. fi. Inst. de interdic. d. §. j. Inst. de successio. subla.
d Liuius li. 22.
e l. aut damnũ. §. j. ff. de pœn.
f l. iij. vbi dixi ff. de iurisd.
g Alciat. li. ij. Paradox. c. 7. Longoual. l. imperiũ in parte. ff. de iurisdic.
h l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præs. l. nemo potest. ff. de reg. iur.
i l. fi. in fi. ff. de off. eius.
lz l. nemo potest ff. de reg. iur. & hic.

n *Nec liberando*) Genus hoc mandati, quo potestas legato datur, reum delatum absoluendi, non etiam condemnandi, extraordinarium esse, Vlpianus ab oppositis sic probat. cùm ius gladij hoc est capitaliter animaduertendi in delinquentes, non possit mandari[l]: videtur à contrario[l], quòd nec ius liberandi, nec absoluendi[m].

o *Non possunt*) † Legati proconsulum de causis tantùm ciuilibus cognoscunt. Vnde nec quidem reus accusari apud eos potest.[n] proposita tamen coram proconsule accusatione, legatus causam audiet:[o] hoc est litem & processum, vt pragmatici loquuntur, instruet, condemnatoria sententia ipsi proconsuli reseruata.[p] Quod enim attinet ad absolutionē, solet ita mandari legatis per proconsules iurisdictio, vt reos, & accusatos quorum innocentiā ex actis cognouerint, ipsi possint liberare.[q] † Sanè verò potest apud legatum, in quem mandata iurisdictione, totum iurisdicendi officium transit, tutor suspectus postulari.[r] hoc enim negotium, principaliter pecuniarium est & ciuile. circa cuiusmodi causas, ius dicentis officium versatur.[f] Et tametsi criminis, nonnihil sit admixtum: pupillorum tamen vtilitas suadet hanc cognitionem legato dari.[t] Vt mirùm minimè videri debeat, si prætor & legatus habeant ius suspectos tutores remouendi,[u] cùm tamen neuter gladij potestate fruatur.

12 Legatus de ciuilibus cognoscit.
13 Legatus tutorem remouet.

l d. l. nemo potest.
m l. fi. §. fi. ff. de leg. iij.
n vt hac l.
o l. vni. C. de offi. procons.
p d. l. vnic.
q vt hac l.
r l. j. §. damus. ff. de susp. tuto. l. cognitio. ad fi. pri. ff. de off. eius.
f l. j. ff. de iurisd.
t l. pen. ff. de of. eius.
u §. j. Instit. de susp. tut. d. §. damus.

§. SICVT.

Sicut autem mandare iurisdictionem, vel non mandare, est in arbitrio proconsulis:[a] ita[b] adimere mandatam iurisdictionem licet[c] quidem proconsuli: non autem debet[d] inconsulto principe hoc facere. Legatos non oportet principem[e] consulere, sed proconsulem suum: & is ad consultationes[f] legatorum debebit respondere.[g]

SVMMÆ.

1 Locus ab oppositis.
2 Proconsul an adimat legato potestatem.
3 Facti consultatio.

a *Proconsulis*) Qui lege non cogitur suam iurisdictionem mandare legato.

b *Ita*) † Locus ab oppositis si est in arbitrio dare, ergo adimere.[a] 1 Locus à cōtrariis.

c *Licet*) Sic in simili Paulus, iudicium soluitur, inquit, vetante eo, qui iudicare iusserat.[b]

d *Debet*) † Licet proconsul summo iure possit mandatam iurisdictionem adimere legato.[c] Non tamen id agere debet, nisi prius consulto principe,[d] à quo legatus proconsuli datus fuit: non item proconsulis delectus arbitrio. 2 Proconsul non remouet legatum.

e *Principem*) Quippe seruandus est ordo, vt inferior scilicet ad proximè superiorem recurrat.[e]

f *Consultationis*) De consultationibus, & consultoribus suprà quædam scripsimus.[f]

g *Respondere*) † Vnde alibi idem Vlpianus de hoc ipso proconsulis officio agens, Iudicibus (inquit) de iure dubitantibus, præsides respondere solent, non item de facto consulentibus, hoc enim nonnunquam infamat, & materiam gratiæ, vel ambitionis tribuit.[g] Quæ verba hunc sensum habent. Præsides prouinciæ iudicibus de iure dubio consultantibus respondere debere, non etiam referentibus de facto nominatim inter Caium & Seiū (puta) nunc controuerso: hoc namque posset litigatorū personas infamare: si veluti de crimine, aut alterius litigatoris dolo tractaretur. 3 Facti consultatio.

a l. fi. §. fi. ff. de leg. iij. l. iij. §. cōdictio. ff. de adi. leg.
b l. iudicium. ff. de iudic.
c §. si verò iudex. in auth. de iudicib. col. 6.
d vt hoc §.
e l. imperator. ff. de appel. §. sit tibi quoque in fi. in auth. de mand. pri. col. iij.
f l. iij. §. iuris ciuilis. ff. de orig. iur.
g l. eum quem. §. fi. ff. de iudic.

Præ-

Prætereà posset hoc ipsum dare occasionem præsidi consulto, in alterutrius gratiam, cui ex aliqua necessitudinis causa, magis fortè esset affectus contra ius, fálsque respondere.

§. NON VERO.

Non verò in totum xeniis[a] abstinere debebit[b] proconsul, sed modum adiicere: vt neque morosè in totum abstineat, neque auarè modum xeniorum excedat. quam rem diuus Seuerus & Antoninus, elegantissima epistola sunt moderati. cuius verba hæc sunt. Quantum ad xenia pertinet, audi quid sentimus, Vetus prouerbium est, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων.[c] Nam valdè inhumanum est à nemine accipere, sed passim[d] vilissimum est, & per omnia auarisimum. & quod[e] mandatis[f] continetur, ne donum, vel munus ipse proconsul, vel qui in aliquo officio[g] erit, accipiat, emátve[h] quid, nisi victus quotidiani[i] causa, ad xenia[k] iam non pertinet:[l] sed ad ea quæ edulium[m] excedunt vsum. sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem.[n]

SVMMÆ.

1	*Xenia, Xenius.*	9	*Magistratus emere prohibetur.*
2	*Iupiter Xenius.*	10	*Victus verbo quid.*
3	*Encenia.*	11	*Edulium.*
4	*Munera capere prohibitum.*	12	*Edulitas.*
5	*Titia lex.*	13	*Agoranomi.*
6	*Lex Cincia.*	14	*Qualitas muneris.*
7	*Mandatum principis.*	15	*Aureus.*
8	*Officium, officialis.*	16	*Sestertius, sestertium.*

Xenia. Xenius.

1 a XEniis) † Xenia propriè dona sunt hospitibus & amicis dari solita: quasi dicas, hospitalia munera ξένος enim Græcè hospitem & amicum significat. Mittit mihi Bitrhena, inquit Apuleius, Xeniola, porcum optimũ, & quinque gallinulas.[a] & Appianus, Phamea, inquit, à senatu Xenius condonatus plurimis, purpurea veste, & fibula aurea &c.[b] inde Xenius præfectus

Iupiter Xenius.

2 hospitij: & Iuppiter Xenius quod præsit † hospitibus. Vnde Xenium hoc loco accipi videtur pro munere, quod proconsuli nouè prouinciam ingres-

Encenia.

3 so ad captandam, & emerendam eius gratiam offertur.† Encenia verò sunt festi dies, cùm scilicet aliquod sacrum Diis immortalibus paratur. Vnde Capitolinus significans Adrianum M. Antonino Philosopho eum honorem detulisse, qualis solebat olim Diis, cùm eorum sacra celebrabantur, sic ait, Educatus est in Adriani gremio, qui illum nominabat verissimum, & qui ei honorem, qui & publicis enceniis detulit.[c]

a Apule. lib. ij. de asino aureo.
b Appian. de rebus Lybuis
c Iul. Capitoli: in M. philosopho.

Munera accipere iudici prohibitum.

4 b *Abstinere debebit*) Contrà † Deus optim. maxim. omninò vetat, à magistratibus xenia, & dona quæ iudicum oculos excæcant, iustorúmque mentes peruertunt accipere.[d] & beatus (inquit propheta) qui excutit manus suas ab omni munere.[e] nec dixit à munere, ait Gregorius: sed ab omni munere.[f] Quamuis autem Lateranense concilium de iis donis oraculum diuinum interpretetur, quæ accipientis animum allicere vel peruertere solent.[g] Ego simpliciter accipio, vt careat iudex omni suspicione corrupti iudicij. Nam & Iustinianus prohibet administratores, vel minimum donum, vel lucrum contingere.[h] Et Plinius magnopere sibi gratulatur, ad Seuerianum scribens, quòd in causis agendis & exercendis iudiciis non modò pactione, dono, munere verùm etiam xeniis, semper abstinuerit. eleganter subiiciens oportere quæ sunt inhonesta, & parum decora-

d Exodi. 23. Deuter. 16. Eccle. 21.
e Esaie 33.
f c. sunt nonnulli. j. q. j.
g c. & si quæstiones. in fi. de simo.
h §. oportet in auth. de mãda. princ. coll. iij.

non quasi illicita, sed quasi pudenda vitare.[i] Sic & Pescennius Niger Imperator, salaria iudicibus è publico dari voluit, ne cui essent oneri: adiiciens iudicem, nec dare debere, nec accipere.[k] Quod vtinam nostræ ætatis iudices, paulò religiosiùs seruarent, quorum plerique omnia, ab omnibus sine delectu & discrimine accipiunt. vnde fit, vt in corruptorum iudicum suspicionem plerunque veniant. Cum tamen ansam coniecturæ tam perniciosæ recidere, sit (vt Tiberius Cæsar iureiurando obstrictus dicebat) è republica.[l] † Et si lex Titia, vetuit ob causam orandam, donum accipere. 5
eandémque iuuans † lex Cintia pœnam statuerit aduersus eos qui merces 6
de conducti, causas orassent.[m] magistratus magis veriti intelligi debent, munusculorum acceptione, iudiciorum, tantæque dignitatis eleuare authoritatem. Nam neque boni viri ab iis existimantur, qui munera illis offerunt. Rectè igitur Epaminundas cùm ei pauperi, numos aureos quinquaginta Iason, dono mitteret, iniuriam inquit mihi facere incipis. & Ephrates Sophonidæ filius, pauperrimus, cùm ei decem talenta amici dono darent, ea recusans dixit, vel hæc me cogerent præter ius aliquid concedere, vel si minus vos obseruarem, ingratissimum videri.[n] Munera itaque per se accipere malum non est, ac ideò minimè prohibitum,[o] præter quàm in iudice quem veretur lex, ne propter munera iudicium peruertat. Vt & alibi tradidi.[p] neque huius legis authoritate iudices sese tueri possunt, cùm de proconsule agat, qui nec per se iudicare solebat, & in longinquam prouinciam missus, irritare prouinciales potuisset, si oblata ab eis xeniola indiscriminatim abiecisset. Eadémque ratio est in præside prouinciæ, cui lex potestatem facit, esculentum, poculentúmve capere.[q]

c πάντων) Id est nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. sunt enim quædam, quæ valdè sit inhonestum accipere: contrà verò quædam indecorum recusare, & quæcunque sine delectu accipere, turpissimum est, ac vilissimum. itaque modus adhibendus, vt cum delectu scilicet munera, accipiantur, & recusentur.

d *Passim*) Id est à quocunque, & sine delectu.[r]

e *Et quod*) Occurrit tacitæ obiectioni.

f *Mandatis*) Vna ex præcipuis iuris scripti partibus, ea est quam constitutiones principum vocamus.[s] inter quas, non infimum locum tenent, † principū 7
mandata: hoc est ea principum rescripta, quæ magistratibus super ratione administrandæ sibi decretæ prouinciæ pro temporis & locorum qualitate princeps dare, dirigeréque solebat.[t] quorum bonam partem, eis legum latores in vniuersùm iustam, sanctam, & honestam animaduerterent: eam in iuris ciuilis corpus redegerunt: ex speciali certæ prouinciæ lege, vniuersalem facientes.[u]

g *Officio*) † Hoc est magistratu, aut publica alia administratione. in quē 8
sensum, officij verbum, passim nostrates Iurisconsulti vsurpant.[x] Veluti cùm fœminis officia ciuilia adempta dicunt.[y] inde Officiales appellati, qui vel administrationi principaliter præsunt, vel administratoris magistratúsue ministerio funguntur.[z] Quibusdam tamen in eam significationem, iis vocabulis vti religio est: quòd nusquam veteres legerint scriptores sic vsurpasse.

h *Emáne*) † Magistratus administrator, aut iudex eo loci vbi præ- 9
est, emere prohibetur: & si emat, lex irritum facit contractum:[a] nisi tamen, paterna bona à fisco distraherentur,[b] aut princeps specialiter id magistratui permiserit.[c] sanè non emere modò, sed mutuam pecuniam dare, & quoquo modo negotiari prohibetur.[d] tum ne particularibus commodis intento à publicorum cura negotiorum auocetur.[e] tum etiam, quia reuerentia & authoritas magistratus facilè subditos induceret ad contrahendum pro illius arbitrio.[f] qua ratione vxorem ducere in prouincia

cui

i Plin. li. 5. episto.
k Spartia. in Pescennio.
l Corn. Tacit. lib. iiij.
m Plin. lib. 5. epist. Corn. Taci. lib. 11.
n Æli. lib. 12. de varia histo.
o ij. Paralippo. 9.
p l. plebiscito. ff. de offi. præs.
q d. l. plebiscito.
r l. palam. in pr. ff. de ritu. nupt.
s l. ius autem. ff. de iusti. & iur.
t l. iij. ff. de offi. præsi. & si contra. C. de nup. l. mandatis. ff. de pœn. l. iij. ff. de colleg. illic. l. vnic. ff. de offici. præfe. Augu. l. vni. C. de mād. princ.
u §. j. in auth. de mand. princi. coll. iij.
x l. si quis officium. ff. de ritu. nup.
y l. j. ff. ad Vellei. l. ij. ff. de reg. iur.
z l. præsidis. ff. si cert. pet.
a l. pen. ff. ad l. Iul. rep.
b l. qui. officij. ff. de cōtr. emp.
c l. vnic. in pr. C. de contrac. iud.
d l. principalibus. ff. si cert. pet.
e l. milites. ff. de re mil. l. ab administratione. C. de leg.
f d. l. vnic. C. de contra. iud.

Titia lex.
Cintia lex.
Mandata principū.
Officiū.
Officiales.
Magistratus contrahere prohibe-

cui præest,aut filio ducenti consentire, prohibetur.[g] præsumit quippè lex
liberum ex parte subiectæ illi mulieri defuisse consensum, minásque, ac
terrorem,interuenisse.[h] Et hæc in administratoribus temporariis, quales o-
lim erant proconsules,cæteríque ferè omnes.Perpetui verò contrahere,aut
aliter honestè negotiari, non vetantur.[i] ne alioqui publicum munus maxi-
mo sit illis detrimento,si velut serui pœnæ à commerciis arceantur.[k] Vnde
magistratibus hodiernis,qui principis arbitrio creantur.[l]quíque administra-
tioni solent perpetuò relinqui,contrahendi facultas interdicta censeri non
debet.[m]

Victus verbo. 10 i *Victus quotidiani*) † Quo verbo,quæcunque continentur,ad viuendū ne-
cessaria,siue ad esum,potum,cultúmque corporis pertineant.[n] super quibus
officialis,aut magistratus,non intelligitur prohibitus contrahere.[o]

lz *Ad xenia*) Id est ad ea munera,quæ proconsuli nouè in prouinciam ve-
nienti offeruntur,ad eorum gratiam aucupandam & promerendam.

l *Non pertinet*) Ea siquidem proconsul accipere potest:modò cum delectu
faciat,vt dictum est.

Edulium. 11 m *Edulium*) † Quidquid edimus,aut edendi gratia nobis paratum est,edu
lium dicitur. Modestinus, & Bonifacius,pontifex,esculentum,& poculen
Edulitas. tum vocant.[p] Edulitatis quoque meminit Papinianus.[q] quod tamen ver-
bum,velut insolens,& barbarum,nouissimi respuentes, ea dictione expun-
12 cta,† ædilitatis,reposuerunt.[r] Nos vt nouum esse verbum fatemur, si eius
temporis habeamus rationem,quo Romana floruit eloquentia. Ita Papinia-
ni seculo quo iampridem latinitatis puritas degenerauerat, receptum Ælij
Lampridij verba satis significant. Cùm ædulitatem (inquit) populus Ro-
manus ab Alexandro peteret,interrogauit per Curionem,quam speciem ca
ram putarent,illi continuò exclamauerunt, carnem bouinam atque porci-
nam.tunc ille,non quidem edulitatem proposuit,sed iussit, ne quis sumina-
tam occideret. ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem,[s]
&c.Quibus verbis nouo illo edulitatis verbo,ab edendo deducto,intellige-
re est facile significari largitionem edulium, quam princeps in magna an-
nonæ caritate, populo Romano conferre soleat. Quæ interpretatio mirè
conuenit Papiniani responso.[t] Ait enim damnatum eo nomine, quod ar-
ctiorem annonam tempore edulitatis præbuerit compensationem habere.
quoniam non propterea frumentariæ rei debitor censeatur: alioqui ces-
saret compensatio.[u] vt ita nulla nos adigat necessitas circunducta di-
ctione *edulitatis*, illius loco *Aedilitatis* reponere: licet non ignorem
mensurarum & annonæ cognitionem ad Ædilium curam pertinuisse.

Agoranomi. 13 Ac proinde dictos Græcè *Agoranomos*, † id est foro venalium rerum le-
gem imponentes, & macello ius dicentes, vt suo loco fusiùs ostensum
est.

Muneris qualitas. 14 n *Munerum qualitatem*) † Vt videlicet quæsito munusculorum prætextu
ingentia dona proconsul aucupetur. neque enim eo colore,quòd xenia pos
sit accipere, magnum auri pondus oblatum ei capete fas est. hoc siquidem
muneris qualitatem euidenter excedit. Venuleius tamen vrbanis magistra-
tibus, postquàm eos ab omni sorde abstinere iussit, doni, munerísque no-
mine quotannis ad centenos aureos vsque, accipere permittit.[x] quæ
summa antè à Claudio Cæsare præfinita erat. quemadmodum ex Ta-
citi verbis liquet. Hæc ita (inquit) haud frustra dicta princeps ratus
capiendis pecuniis posuit modum. vsque ad dena sestertia, quæ egres-
si repetundarum tenerentur.[y] Conueniunt siquidem inter se hæ quan-
Aureus. 15 titates. Centum † aurei, & decem sestertia. seu quod idem est, sestertij de-
Sestertius. Sestertiū. 16 cem mille. † Sestertius enim masculino genere denariis nostris Gallicis,
quos turonenses vocamus, circiter decem æstimatur. Centum autem se-
stertij idem quod aureus significat. Et sestertium genere neutro, millenos

g l. qui in prouincia. l. si quis officij. ff. de ritu. nup. l. j. C. si rec. pro.
h l. pe. C. quod me. cau. l. vni. C. si qua. pred. potest.
i l. præsidis. ff. si cert. pet.
k l. si longius. §. fi. ff. de iudi. l l. j. ff. ad l. Iul. amb.
m d. l. præsidis.
n l. verbo victus. ff. de ver. sign.
o l. vnica. § pro uincias. C. de contr. iud.
p l. plebiscito. ff. de offi. præf. c. statutum. §. insuper. de re-script. in 6.
q l. ideo condemnatus. ff. de compensa.
r Alci. l. pupillus. §. decuriones. ff. de verb. sig. Bud. d. l. ideò.
s Lamprid. in Alexandro.
t d. l. ideò, condemnatus.
v l. ob negotiorum. ff. de compens.
x l. eadem. in fi. ff. ad l. Iul. re pet.
y Corn. Tacit. lib. 12.

sestertios continet. Quæ omnia à Budæo immortali ætatis nostræ lumine luculentissimè exposita cernere est.[k]

k Gulie. Bud. lib. 5. de asse. Alci. lib. dispunct. iij. c. 9.

L. VII. SI IN ALIQVAM.

Idem lib. 2. de officio proconsul.

Si in aliquam celebrem ciuitatem, vel prouinciæ caput[a] peruenerit, pati debet commendari sibi ciuitatem, laudésque suas non grauatè audire. cum honori suo[b] prouinciales id vindicent, & ferias[c] secundum morem & consuetudinem,[d] quæ retro obtinuit, dare.[e] Ædes etiam sacras & opera publica circumire inspiciendi gratia, an sarta tecta sint:[f] & quæ sint, vel an aliqua refectione indigeant. & si quæ cœpta sunt, vt consummentur, prout vires eius[g] reipublicæ permittunt, curare debet. Curatorésque operum, diligentes, solemniter præponere: ministeria quoque militaria,[h] si opus fuerit, ad curatores adiuuandos dare.

SVMMÆ.

1 *Laudes nostras audire.*
2 *Adulatores vitandi.*
3 *Ferias quis edicat.*
4 *Confirmans dat.*
5 *Sarta tecta.*
6 *Sarcire, sartè.*
7 *Sarta tecta locare & exigere.*
8 *Penna nido maiores.*
9 *Ministeria militaria.*

a **P***rouinciæ caput*) qualem vrbem esse Ephesum in Asia, idem author Vlpianus suprà dixit.[a]
b *Honori suo*) † Assentantur, qui nos coram & in os laudant. vnde nec con 1
tinentis, nec prudentis hominis esse puto, laudes nisi quam modestissimè † 2
pati. Præter quàm, cùm is, qui nos laudat, & commendat, pro suscepto munere, vel pro recepta consuetudine, honori & gloriæ sibi vertit.[b] Equidem Bion eos qui auscultarent adulatoribus dicebat similes esse amphoris, quæ auribus circumaguntur.[c] De Sigismundo quoque Imperatore legimus eum assentatores, veluti pestes odisse. vnique supra modum eum laudanti, Diisque similem esse dicenti, alapas dedisse. quærentique illi, & dicenti, cur me cædis Imperator? Sigismundum respondisse: cur me mordes adulator?[d]
c *Ferias*) De quibus & multiplici earum specie à nobis suprà copiosè dictum est.[e]
d *Consuetudinem*) Quæ sanè ab iis qui prouinciæ præsunt, temerè mutanda non est.[f]
e *Dare*) Hoc est confirmare, & statuere: neque enim proconsul, magistra-
tus, aut alius quiuis reipublicæ administrator, authoritate sua potest † nouas 3
edicere ferias.[g] † Hinc autem obserua, cum dici dare qui confirmat.[h] 4
f *Sarta tecta*) † Hoc est bene curata, integra, incorrupta, & an refectione
aliqua indigeant.[i] Opus illud, inquit M. Cicero, quamuis sartum tectum, in-
tegrúmque esset.[k] † Et sarcire idem est quod integrum facere. Vnde vete- 5
res, sicuti Festus Pompeius scribit, sartè pro integrè, dixerunt. eóque sartum, vt sartum tectum habere, sit integrum, & inuiolatum seruare. Debetis quoque mihi prospicere, inquit M. Cicero, qui hoc imperij domicilium, sartum tectum ab omni periculo conseruaui.[l] Rursus, hoc mihi da, atque largire, vt M. Curium sartum & tectum, vt aiunt, ab omni incommodo, detrimento, molestia, sincerum, integrúmque conserues.[m] Et gloriatur apud Plautum Lysiteles adolescens, quòd patris

a l. obseruare. §. antequam. suprà hoc tit.
b vt hac l.
c Eras. in Apoph.
d Æn. Syl. lib. ij. commentar. de reb. gestis Alphonsi.
e l. ij. §. & hæc omnia. ff. de orig. iur.
f d. §. antequã.
g l. à nullo. C. de fer.
h l. adoptio. ff. de adopt. l. lege obuenire. ff. de ver. sig.
i l. hactenus. ff. de vsufr. l. lex Iulia. §. illud quoque. ff. ad l. Iul. repet. l. pe. C. de condi. in publ. horre. lib. 10.
k Cicero act. 5. in Verrem.
l Cic. in oratio. antequàm iret in exilium.
m Ci. li. 13. epist.

Laudes nostras audire.
Adulatores vitandi.
Ferias quis indicat.
Dat qui cõfirmat.
Sarta tecta.
Sarcire.

tris sui præcepta, semper habuerit sarta tecta, hoc est religiosè sanctè, & optimè custodita.[n] — n Plaut. in Trinummo.

Neu noctu irem obambulatum: neu suum adimerem alteri:
Neu tibi ægritudinem pater parerem, parsi sedulo.
Sarta tecta tua præcepta, vsque habui mea modestia.

Ex ijs autem solennibus Iurisconsultorum verbis, manasse diuerbium illud, Erasmus testatur, vt pro consummatis, & omni ex parte absolutis in quibus videlicet nihil desideretur, *Sarta tecta* dicamus. Sanè quòd ad rem nostram propius attinet, sciendum, summi magistratus authoritatem & imperium nō ad iudicialia modò, sed ad extraiudicialia quoque, veluti ad exactionem

Sarta tecta locare.

7 sartorum tectorum pertinere. † Vt scilicet opera publica locarent redemptoribus, qui certa pensione quotannis de publico recepta, suo sumptu tenerentur ea sarta tecta, incorrupta, & integra præstare. quæ locandorum operum cura ad Censores Romæ maximè pertinebat.[o] Cura verò exigendi istam operum integritatem à redemptoribus ad consules, ædiles, prætores, censores, cæterósque summos magistratus.[p] In prouincijs verò ad proconsules & reliquos præsides prouinciarum (qui omnium magistratuum Romanorum eorúmque qui extra ordinem ius dicunt in prouincijs funguntur) vtraque cura locandorum scilicet & exigendorum spectat.[q] Sed audiamus paululùm de ijs M Ciceronem, & Liuium, latrocinia furtaque eius inquit M. Cicero, de prætura Verris agens: Primùm in sartis tectis exigendis, deinde in iurisdictione defert.[r] & alibi. Quapropter ita me ait, de præturæ criminibus auditote, vt ex vtroque genere, & iuris dicendi, & sartorum tectorum exigendorum, ea postuletis, quæ maximè digna sunt eo reo cui parum & mediocriter obijci nihil oporteat.[s] Item Liuius, censores interim Romæ M. Liuius, & M. Claudius sarta tecta acriter, & cum summa fide exegerunt.[t] Rursus alio in loco. Detractum (inquit) culmen templo nudatum tectum patere imbribus putrefaciendum, cēsorem moribus regendis creatum, cui sarta tecta exigere sacris publicis, & loca tuenda more maiorum, traditum esset.[u]

o Cicer. lib. iij. de legib.
p Cic. act. ij. & iij. in Verrem.
q l. ij. C. de cōd. in publ. horr. lib. 10. l. præses. ff. de off. præs. & hic.
r Cic. ij. Verrina.
s Cice. iij. Verri.
t Liuius lib. 29.
u Tit. Liuius lib. 42.

g *Vires eius*) Et in publicis, & in priuatis rebus, nobis summa cura prouidendum est, ne maiora quàm pro nostra facultate, aut eorum quorum tute-

Pennæ nido maiores.

8 la nobis commissa est, conemur. † Pennasque, vt est in diuerbio, nido maiores extendamus.

Ministeria.

9 h *Ministeria militaria*) Hoc est ministros milites.† Ministeria autem pro ministris ipsis, Iurisconsulti nostri passim vsurpant.[x]

x l. in eadē ff. ex quib. caus. ma. l. 7. ff. de ser. fugit.

§. CVM PLENISSMAM.

Cùm plenissimam autem iurisdictionem[a] proconsul habeat: omnium partes, qui Romæ quasi magistratus funguntur, vel extra ordinem[b] ius dicunt, ad ipsum pertinent.

SVMMÆ.

1 *Iurisdictio plenissima.*
2 *Proconsulis summa potestas.*
3 *Extra ordinem ius dicere.*

Plenissima iurisdictio.

1 a *IVrisdictionem*) † Plenissimam iurisdictionem dicitur is habere, qui summam habet, & liberam potestatem, omnia in vniuersum expediendi:

Proconsulis summa potestas.

2 maxima, mediocria, & infima. † qualem proconsul habet in prouincia sibi decreta: in qua tantùm ipse solus potest, quantùm Romæ simul omnes magistratus, atque adeò, qui ius extra ordinem dicunt.[a]

a L. ex omnibus. l. omnia. ff. de offic. præsid.

Extraordiné ius dicere.

3 b *Extra ordinem*) † Ius extra ordinē dicunt, quibus præter solennem maiorum morem, & vsitatum ritum iudiciorum, ordinemq́ iurisdicendi potestas

b L.ij. §. & hac est concessa, qui proinde magistratus propriè non sunt.[b]

b omnia. : ubi dixi. ff. de orig. iur. & his.

L. VIII. ET IDEO.

Idem lib. 39. ad Edictum.

Et ideo,[a] maius imperium [b] in ea prouincia habet, omnibus post principem.

SVMMÆ.

1 *Proconsularis authoritas summa.*
2 *Appellatio quid.*
3 *Prætorio præfecti supra proconsules.*
4 *Appellari quomodo à procõsulibus debeat.*

a l. præcedenti.

b l. à procõsulibus C. de appel.

c l. j. §. j. ff. de appella.

d Cassiodo. lib. 6. epistol.

e l. præcipimus. C. de appel.

f l. j. ff. quis & à quo.

g l. unic. ff. de offi. præfec. prætor.

h l. si quando. l. præcipimus l. à procõsulibus. C. de appell.

i l. ex omnibus. ff. de off. præsid.

k in rub. de off. præfec. prætor.

Procõsularis authoritas maxima.

Appellatio quid.

Præfecti prætorio supra proconsules.

Appellatio à proconsule.

a ETideò) † Cùm eorum omnium qui ius Romæ dicunt proconsul in de- 1
creta sibi prouincia, partibus fungatur: vt dictum est.[a] Vlpianus re-
ctissimè nunc infert, eum maius imperium, eminentiorem que authorita-
tem in prouincia cæteris omnibus post principem habere. Quamobrem si
ab eo prouocabatur (vt concessum erat [b]) princeps ipse appellari debeat.† 2
cùm appellatio sit de minori ad maiorem prouocatio.[c] † Posteriore tamen 3
seculo cùm mandari cœperunt in prouincias præfecti prætorio cum summa
illa principis authoritate, cui nullam Cassiodorus scribit, æqualem fuisse,[d]
à proconsulibus (quorum potestas tum imminuta valdè fuit) cœpit ad præ-
torio præfectos principis vicem agentes prouocari.[e] & proconsules, iurisdi-
ctione iudicum duntaxat ordinariorum partibus fungi cœperunt. præfecti
autem, non nisi ex appellatione de causis prouincialium cognoscere, & iu-
dicare, aut sicut prætores in vrbe, litigatoribus iudices constituere.[f]

b *Maius imperium*) Ne summa præfecti prætorio dignitas obstet. à qua non
esse prouocationem, iam antè traditum est.[g] † cum tamen à proconsule li- 4
ceat appellare. & id quidem ad prætorio præfectum.[h] hic Vlpiani locus ne-
cessariò referendus est, ad tempus, quo necdum prætorio præfecti mitte-
bantur in prouincias: sed in comitatu principis iugiter agebant Romæ tan-
tùm, aut in curia principis cognoscentes.[i] Iuniorum nanque Cæsarum dun-
taxat temporibus præfecti prætorio cœperunt in prouincijs, ad quas mitte-
bantur, summum illud secundum principem imperium obtinere, & exer-
cere, quod & suprà perstrinximus.[k]

L. IX. NEC QVICQVAM.

Idem lib. 2. de officio proconsulis.

Nec quicquam est in prouincia, quod non per ipsum expediatur.[a] Sanè si fiscalis [b] pecuniaria [c] causa sit, quæ ad procuratorem principis [d] respicit, melius fecerit,[e] si abstineat.

SVMMÆ.

1 *Fiscalis causa.*
2 *Fiscus.*
3 *Fiscus publicus & priuatus.*
4 *Confiscatio.*
5 *Pecuniaria causa.*

a l. si in aliquam. §. si. sup. hoc. titul.

b l. ij. §. hoc interdictum. ij. ff. ne quid in lo. pub.

c d. §. hoc interdictum.

d l. j. & tot. ti. C. vbi ca. fis.

Fiscalis causa.

Fiscus.

a EXpediatur) Infert nunc aliud & generaliter Vlpianus, quòd cum ea po-
testate solus in prouincia proconsul vtatur, qua simul omnes Romæ
iudices: [a] nihil in prouincia occurrere potest, quod non rectè queat, per
ipsum explicari.

b *Fiscalis*) † Fiscalis causa dicitur, quæ ad fiscum, hoc est ad principem 1
ipsum pertinet.[b] Res enim fiscales, inquit Vlpianus, quasi propriæ, & priua-
tæ principis sunt.[c] Hic accipi causam fiscalem video pro ea, quæ ad fiscum
spectet, ex alterius delicto.[d] † Fiscum autem pro publica principis pecunia 2
accipi,

accipi, Pædianus author est, à fiscis idest sportulis, quæ nummorum receptacula sunt dicta.[e] † Vnde & fiscus priuatus appellatus, qui non modò propriũ
Fiscus publicus & priuatus. 3 Cæsaris patrimonium eiusque reditus contineret: sed redactam quoque in dominium ex publico Cæsaris pecuniam.[f] Veluti quæ ex indictione, vel ex rerum promercalium venditione, aut portorijs à subditis principi penditur.[g] vel etiam quæ ex bonis damnatorum ei obuenit.[h] Damnatorum bona, inquit Spartianus, in fiscum priuatum, redigi vetuit omni summa in ærario publico recepta.[i] Vnde & illud cognoscimus fiscum propriè principis esse: Ærarium verò (de quo satis multa suo loco scripsimus[k]) publicum est ciuitatis, puta, aut reipublicæ. At fortasse fiscum inquit Plinius, non eadem seueritate qua ærarium cohibes: imo tanto maiore, quanto plus tibi licere
Confiscationes. 4 de tuo quàm de publico credis.[l] Rursus illud quoque à fisco † confiscationes, nostratibus dictas pro publicationibus bonorum, & confiscare, pro eo quod est fisco applicare, seu in principis patrimonium redigere. Ad quæ cõticenda non est memorabilis, & penè diuina Traiani vox dicentis, fisci causam sub bono principe malam esse oportere, ne nimium crescat: alioqui quemadmodum liene tumente, membra nostra tumescunt, ita turgente principis fisco, subditos ægrotare, marcescere ac tandem exinaniri conuenit.[m]
Pecuniaria causa. 5 c *Pecuniaria*) † Potest ad procuratorem principis causa dupliciter respicere vel ex delicto priuati, propter quod bona fortasse publicanda veniunt, & tunc causa fiscalis dicitur.[n] vel ex priuato principis patrimonio (habet námque proprias sibi facultates princeps[o]) & tunc causa pecuniaria significanter vocatur.[p]

d *Principis*) Ad fiscum pertinentes causas procurator Cæsaris, id est principis tractat.[q]

e *Melius fecerit*) Potest si summo iure velit vti proconsul etiam de causis fiscalibus, quarum cognitio propriè ad Cæsaris procuratorem spectat, cognoscere[r]. cùm de omnibus, quæ cæteri magistratus, aut administratores etiã extra ordinem ius dicunt ipse iudicare possit.[s] verum melius fecerit, si abstineat, procuratorique principis negotium permittat.[t]

§. VBI DECRETVM.

Vbi decretum[a] necessarium est,[b] per libellum[c] id proconsul expedire non potest.[d] omnia enim quæcunque causæ cognitionem[e] desiderant, per libellum[f] non possunt expediri.[g]

SVMMÆ.

1 *Decernere.*
2 *Sententia in quo à decreto distet.*
3 *Decretum.*
4 *Libellus.*
5 *Causæ cognitio.*
6 *Expedire per libellum.*

a VBi decretum) Ad synceram huius literæ interpretationem, non vulgò cognitam, plurimum confert præuidisse Cari Carini & Numeriani constitutionem.[a] Rursus & illud nouisse, † Decernere verbum, esse graui-
Decernere. 1 tatis plenum, notans de magnis rebus certam proferri sententiam.[b] Hinc à decurionũ collegio solemniter diffinita dicuntur decreta.[c] item & ea, quæ à prætoribus,[d] à senatu,[e] à summis pontificibus, aut in generalibus concilijs,[f] rectè, atque ordine constituta sunt. Denique & illa quibus iudex, aut magistratus causa cognita suam interponit authoritatem: licet citra priuatæ causæ decisionem. Vt in alienatione rerum minoris,[h] Transactione super alimentis,[i] restitutione in integrum,[k] & alijs id genus. † Quo nomine dif-
Sententiæ & decreti differentia. 2 fert à Decreto, diffinitiua sententia, quæ decisionem negocij, vel absoluen-

e Ascon. Pedia. in ij. Verri.
f d. §. hoc interdictum.
g l. inter publica. ff. de verb. sig.
h l. j. & tot. tit. ff. de iur. fis.
i Spartia. in Adriano.
k l. ij. §. deinde cum ærarium. ff. de ori. iur.
l Plin. in Panegyrico Traiani.
m Sextus Aure in Victor in Iuliano. Plin. vbi sup.
n l. j. C. vbi caus. fiscal.
o l. apud Iulianum. §. fi. ff. de leg. j.
p vt hac l.
q l. ij. in fine. C. si ad. delic.
r l. ad fiscum j. C. vbi ca. fiscal.
r d. l. ij. d. l. ad fiscum.
s l. ex omnibus ff. de off. præs. l. si in aliquam. §. fi. sup. hoc titul.
t vt hic.
a l. minorum. C. de præd. minor.
b l. item eorũ. §. j. ff. quod cuius. vniuer.
c l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. fa. & toto illo tit. ac. C. de decr. decurio. lib. 10.
d l. decreta. ff. de re iudic.
e l. abolitionẽ. C. de adult.
f c. si Romanorum. 19. distin. c. pen. 20. dist.
g l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infe.
h l. magis. §. ne passim. ff. de re. eo. l. j. C. de præd. min.
i l. cum ij. cum in princ. & §. si prætor. ff. de transac.
k l. omnes. l. diuus. ff. de rest. in inte.

do, vel condemnando, continet.[l] cum tamen † decretum, simplicem autho- 3 Decretū.
ritatis iudiciariæ interpositionem, cum causæ tamen cognitione factam demonstret.[m] vt & in hac litera.

b *Necessarium est*) Veluti in restitutione in integrum, Transactione alimentorum, prædijs minorum alienandis, & similibus quæ iam probauimus decretum, hoc est authoritatem iudicis cum causæ cognitione desiderare.

c *Libellum*) † Supplicem scilicet. quamuis enim verbo libelli, quæcunque 4 Libellus.
scriptura significetur:[n] passim tamen in iure nostro contrahitur ad simplicem scripturam qua inferior à principe, vel magistratu, nonnihil postulat. Pragmatici supplicationem, & requestam Vulgò dicunt.[o] Vnde cùm Papinianum libellos egisse Triphoninus scribit, eum supplicibus libellis ab Imperatore præfectum fuisse demonstrat.[p] Nec ab hoc significatu idonei authores abhorruerunt. Atticus libellum composuit (inquit Cicero) cum mihi dedit, vt darem Cæsari. Cæsar autem scripsit æqua eum postulare.[q] Præterea Tranquillus, Quinta fere hora (inquit) progressus est Cæsar, libellúmque insidiarum indicem ab obuio quodam porrectum, libellis cæteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus, commiscuit.[r] & alibi, Augustum tanta comitate adeuntium desideria excepisse scribit: vt quendam testiuè increpuerit, quod sic libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem.[s] Plinius item ad Attiū Clementem, sedeo pro tribunali (inquit) subnecto libellus conficio tabulas. scribo plurimas, sed illiteratissimas literas.[t]

d *Non potest*) Sensus est. In huiusmodi negocijs nihil debere proconsulem summatim pertractare, ac diffinire per libellum supplicatorium, ei videlicet ratione rei non examinata subscribendo. sed accuratam causæ cognitionem adhibere. Quem sensum patefacit & illustrat Fenestella, aut quisquis ille fuit, qui mutuato eius nomine, libellum de magistratibus euulgauit. Lites (inquit) quæ seriosa excussione animaduersionéque indigēt, summatim pertractare ac diffinire proconsul non debet.[u] Veluti si quis vel ætate, vel alia quauis ratione, in captionem incidisse se dicat, ob eámque causam supplici libello se restitui à proconsule petat: aut vt venditioni prædiorum[x] alteriúsve rei immobilis proconsul suam interponat authoritatem supplicatorio libello non adhibita alia causæ cognitione quis postulet. non satis esse docet hoc loco Vlpianus, & ideò nec posse proconsulem sic defunctoriè, & summarim libello subscribere: sed debere eum apud acta causas deductas discutere diligenter, & examinare. quæ si probatæ fuerint, & exploratę decernet, hoc est, suam interponet authoritatem.

e *Causæ cognitionem*) † Veluti de alimentis transactio,[y] in integrum restitu- 5 Causæ cognitio.
tio,[z] rerum immobilium minoris alienatio,[a] & cætera huiusmodi. In hac autem cognitione causæ non solùm præsentia litigatorum exigitur, verumetiam magistratus pro tribunali sedentis, & solemniter more maiorum cognoscentis.[b]

f *Per libellum*) Supplicem vt suprà dixi, qui non sufficit. hoc enim esset indicta causa decernere. sed legitimus contradictor admittendus est, vt sic plena causæ cognitio adhibeatur.

g *Expediri*) † Libellum subnotando, aut ei simpliciter subscribendo. hoc e- 6 Expedire per libellum.
nim appellat Vlpianus, per libellum expedire, explicare scilicet, petitum negotium per simplicem subscriptionem, & subnotationem porrectæ postulationis.

l l.j. ff. de re iudic.
m d. §. Iulianus.
n l. si publicanus. §. de rebus. ff. de publica. l. si ego. §. planè. ff. de iu. dot.
o l. fi. ff. de offic. pro Cæsar. l. j. ff. de offic. Assessor. l. lib. ij. ff. de in ius voc. l. ferre oportet. l. excusare. ff. de excus. tuto. l. j. C. quand. lib. & hic.
p l. rescriptum. ff. l. de distrac. pign.
q Cicer. ad Attic.
r Sueto. in Cæsare Dictatore.
s Sueto. in Augu.
t Plin. Iunior. lib. j. epistol. 2.
u Fenestella de magistra. Rom. sub tractatu procon.
x l. minorum. C. de prædi. minor.
y l. cum ij. ff. de transact.
z l. omnes. ff. de rest. in integ. l. in causa. §. caus. ff. de minor.
a l. magis. §. nec passim. ff. de reb. eo. d. l. minorum.
b d. l. omnes. d. §. causæ. & hic.

§. CIRCA.

Circa aduocatos[a] patientem esse proconsulem oportet. sed cum ingenio, ne contemptibilis[b] videatur. nec ideo dissimulare, si quos causarum concinnatores,[c] vel redemptores[d] deprehendat, eos quoque solos pati postulare, quibus per edictum[e] eius

postulare

postulare permittitur.

SVMMÆ.

1 *Aduocatus.*
2 *Claudij Cæsaris socordia.*
3 *Concinnare, Concinnator.*
4 *Causidicis vrbes si careant, fœlices.*
5 *Redemptor.*
6 *Edictum proconsulis.*

Aduocatus. 1 a A*Duocatos*) † Aduocatum definit Pædianus eum esse, qui alterum in iudicio defendens, aut ius suggerit, aut suam commodat præsentiam amico: qui verò orat patronus est, nos causidicum dicimus.[a] Iurisconsulti verò, non adeo superstitiosi aduocatorum nomen omnibus tribuunt, qui causis forensibus dicendis & agendis quoquo studio operantur.[b]

Patron. Causidicus.

a Asco. Pædian. in diuina. Cicer.
b l.j.§.aduocatos.ff. de varijs cognitio.

Claudij Cæsaris socordia. 2 b *Contemptibilis*) Qualem † se præbuit Claudius Cæsar, cuius patientia adeo Causidici abutebantur: vt descendentē è tribunali, non solùm voce reuocarent: sed & extrema parte vestis apprehensa, ac plerumque concisa, pedéque comprehenso retinerent. quin & græculum quendam litigatorem ei dixisse aliquando ferunt, Καὶ σὺ γέρων εἶς καὶ μώρος id est, *& tu senex es, & stultus.*[c] Ergo præses prouinciæ, & quicunque Magistratus in adeundo se facilem præbeat, sed arte, & cum ingenio, ne contemni, atque se despici patiatur.[d]

c Sueto. in Claudio.
d l.obseruandum.ff. de offi. præs.

Concinnare. 3 c *Concinnatores*) † Concinnare, est adornare, perpolire, & rem eleganter, aptéque componere. Ego, inquit ad M.Ciceronē Trebonius, nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti concinnaui tibi munusculum ex instituto meo.[e] Vnde qui rem infucant, aut compingunt, quò ornatior videatur concinnare dicuntur. & in iure nostro qui causæ iniustitiam quæsitis extrinsecus fucis, & compositis mendacijs colorant, vel lites in longum captionibus & cauillis producere moliuntur, litis materiam continuò suggerentes causarum concinnatores appellati. Quod hodie, incredibili reipublicæ malo ex rabulis forensibus non pauci faciunt: quos Deus optimus Max. vel emendet, vel malè perdat. † Equidem de ijs Columelam sensisse puto, cùm ait, sine Causidicis, fœlices olim fuisse, futurasque esse vrbes.

Concinnator.

Causidicis, si careat vrbs. 4

e Cicer.lib.12. epistol.
f l.redemptores.ff. de re. vend.l.cum vrbe que.§. Labeo. ff. de institor. l. cum in plures. §. lege. ff. locat.

Redemptor. 5 d *Redemptores*) † Redemptor in iure nostro dicitur, non is modò, qui certo pretio aliquod opus faciendum conducit:[f] aut, qui vectigalia reditúsque ciuitatis, vel reipublicæ certo pretio redimendos exigit:[g] sed etiam per translationem, qui litium anfractus mercatur, hoc est dubios litis euentus redimit.[h]

g l.an honoribus. §. non alios. ff. de vacat. mune.
h l.si remunerandi.§.M... ff.man.l.si contr.l.per diuersas.C.eodem titul.& hic.

Edictum proconsulis. 7 e *Per edictum*) † Quemadmodum prætor in vrbe, sic in prouincia Proconsul, edicta proponebat.[i] & quibus permitteret postulare suis admonebat edictis. Qui verò iure postulare possint, vel prohibeantur, aliundè petendum est.[k]

i l.j. in fin.ff. quod cuiusque vniuer.
k l.j.ff.de postul.

§ DE PLANO.

De plano[a] autem próconsul potest expedire hæc: vt obsequium parentibus & patronis, liberísque patronorum exhiberi iubeat: comminari etiam, & terrere filium à patre oblatum,[b] qui vt non oportet, conuersari dicatur, poterit de plano similiter & libertum non obsequentem emendare: aut verbis, aut fustium castigatione.[c]

a l.miles.§.sexaginta.ff.de adulter.l.vnus.§.fi.ff. de quæstio.l.ij. §. de plano. ff. quis ordo
b l.pen.C. de naufrag.li. 11.
c l.j.vbi fusè dixi ff.de consti.princ.

SVMMÆ.

1 *De plano cognoscere.*
2 *Filius à patre iudici offertur.*

De plano cognoscere. 1 a D*E plano*) † De plano cognoscere, aut expedire negotia dicitur iudex aut magistratus: qui summatim defunctor è, neque pro tribunali sedens, rem tractat, definit, aut iudicat.[a] quod nostrates nunc dicunt, velo leuato fieri, prouerbiali figura, ab Honorio mutuata.[b] Sed de ijs alibi plura.[c]

b *Oblatum*) † Solebant olim parentes magiſtratibus offerre diſſolutos filios castigandos: & ſi grauiter deliquerant, puniendos. quod ſi leuiter peccauerat filius, eum magiſtratus obiurgabat, corripiebat, increpabat, tandémque minis perterrebat, ac ſic deterritum cum ſpe emendationis, & velut frugi factum, patri reddebat.[d] Sin verò capitaliter deliquerat filius, minorem ei magiſtratus infligebat pœnam, ne pater ad ſupplicium videretur filium obtuliſſe.[e] 2

Filius à patre iudici oblatus.

c *Fustium castigatione*) Si libertus verbis emendatus & dimiſſus, querelæ cauſam rurſus præbuerit, fuſtibus caſtigabitur: citra tamen ignominiæ notam.[f]

d vt hîc.
e l. milites. §. fi. ff. de re milit.
f l. j. ff. de iur. pat.

§. OBSERVARE.

Obſeruare itémque eum oportet, vt ſit ordo aliquis poſtulationum, ſcilicet, vt omnium deſideria, audiantur. ne fortè dum honori poſtulantium locus datur, vel improbitati ceditur, mediocres deſideria ſua non proferant: qui aut omninò non adhibuerunt, aut minus frequentes,[a] neque in aliqua dignitate[b] poſitos aduocatos, ſibi proſpexerunt. Aduocatos quoque petentibus debebit indulgere.[c] plurimúmque fœminis, vel pupillis, vel aliàs debilibus,[d] vel ijs qui ſuæ mentis non ſunt, ſi quis eis petat, vel ſi nemo ſit, qui petat, vltrò[e] eis dare debebit. Sed & ſi quis per potentiam aduerſarij non inuenire ſe aduocatum dicat, æquè oportebit ei aduocatum dare. Cæterùm opprimi aliquem per aduerſarij ſui impotentiam,[f] non oportet. hoc etiam ad inuidiam[g] eius qui prouinciæ præeſt ſpectat, ſi quis tam impotenter[h] ſe gerat, vt omnes metuant aduerſus eum aduocationem ſuſcipere. Quæ etiam omnium præſidum communia ſunt, debent & ab his obſeruari.

a l. j. vbi dixi. ff. de constit. princ.
b l. j. §. aut prætor. ff. de postul.
c l. vnic. C. quādo Imper. int. pup. l.
d l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. oper. l. a.
ſty. §. hoc autem. ff. de dam. infect.
e l. congruit. ff. de offic. præſ. l. ſi quis in hoc. C. de epiſ. & cler.
f l. ſi vacantia. C. de bo. vac. lib. 10.
g l. ſancimus. ſy. §. 1. C. de administ. tu.
h §. ſi autē hæres. in auth. de eccleſiaſt. tit. coll. 9.
i l. vel negare. ff. quemad. teſt. aper.

SVMMÆ.

1 *Aduocati frequentes.*
2 *Indulgere.*
3 *Iudex quando nemine petente impartiatur officium.*
4 *Impotentia.*
5 *Inuidia quid Vlpiano.*

a FRequentes) † Aduocatos frequentes appellat, celebres & honoratos qui à multis clientulis frequentantur, & adeuntur, in foróque cauſas, frequenter agunt. 1

Aduocati frequentes.

b *Aliqua dignitate*) Hoc eſt ſplendore, fama & exiſtimatione. tunc enim aduocatus in aliqua dignitate poſitus dicitur, cùm apud eos qui in foro verſantur, alicuius eſt opinionis.

c *Indulgere*) † Ideſt dare, & gratioſè concedere.[a] ait námque prætor, *Si aduocatum non habuerint, ego dabo.*[b] 2

Indulgere.

d *Debilibus*) Hinc obſerua pupillos, & fœminas inter debiles perſonas referri: quas ideo imperator debiles, & miſerabiles nuncupat.[c]

e *Vltro*) † Iudex non rogatus regulariter officium ſuum nō accommodat,[d] 3 præterquàm in ijs, quæ ad publicum fauorem reſpiciunt.[e] vel fiſci,[f] vel etiā quæ pietatis cauſam tuentur, & conſeruant. ſicut inter perſonas, quæ per ſexum. ætatem, aut morbum rebus ſuis commodè conſulere non poſſunt.[g] Nec abſimili ratione, idem iuris conſtituendum in vltimæ voluntatis executione: ſi præſertim de relictis pijs agatur, iudicem videlicet, nemine etiam petente ſuum poſſe, & debere aduerſus hæredem impertiri officium.[h] nam & reipublicæ intereſt ſuprema teſtantium indicia effectum habere.[i] 4

Iudex nemine petente quādo impartiatur officium.

Impotēs impotentia.

f *Impotentiam*) Præter notam impotentis, & impotentiæ pro debili, & debilitate

debilitate significationem, impotentes ab idoneis authoribus passim appellantur, qui seuerè, violenter & superbè suam exercent potentiam. Equitem Romanum, inquit Tranquillus, obscœnitatis in fœminas reum, sed falsò, & ab impotentibus inimicis conficto crimine satis constat.[k] Unde & impotentia pariter vsurpatur pro violenta, superba & immoderata potentia.[l] Quam vim (ait Mar. Cicero) mali significantes poetæ, impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt, ob scelera, animique impotentiam & superbiloquentiam.[m]

k Sueto. in Claud.
l vt hoc textu.
m Cicer. li. iiij. Tuscul.

Inuidia. g *Ad inuidiam*) †Reprimendam scilicet & conseruandam eius dignitatem, & existimationem: vt & alibi idem Vlpianus loquitur.[n] Sunt tamen qui ex eodem Vlpiano, *ad religionem* legere malint.[o] quæ restitutio, ob ingentem vocum, & syllabarum dissimilitudinem parum congruit. Alij verò censent *ad iniuriam*) legendum. Vt sic velit Vlpianus, cùm humiliores à potentioribus opprimuntur, non eos modò, sed ipsum quoque proconsulem, (qui deludi contemníque videtur) iniuria affici. verum nec quidem hæc lectio, conuenit implicatiuè *etiam*, qua Iurisconsultus hîc vtitur. Porrò autem inuidiæ nomen dupliciter accipi constat: aut pro dolore alienæ fœlicitatis: vt in illo Horatij loco.[p]

n l. j. §. j. ff. de vent. inspicien.
o l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præs.
p Horat. lib. j. epist.

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

A nimis intuendo fortunam alterius sic appellata.[q] Aut pro odio, & maleuolentia, vt cùm M. Cicero ait, senatum religionis calumniam non religione, sed maleuolentia & illius Regiæ largitionis inuidia cōprobare.[r] Et alibi inuidiæ vocabulum, ambiguum esse scribit in vtrunque cadens, & in eum qui inuidet, & in eum cui inuidetur. Vnde potentia, virtus, eruditio, & opes inuidiosæ dicuntur.[s]

q Cic. lib. iij. Tusculana.
r Cic. lib. j. epist.
s Cic. lib. iij. & iiij. Tuscul.

h *Impotenter*) Superbè, violenter, immoderatè. Monendus est puer, (inquit Fabius) ne quid improbè, ne quid impotenter, faciat.[t]

t Quint. lib. j. instit. orator.

i *Omnium præsidum*) Proconsul, præses quidem est: sed non omnis præses, est proconsul.[u]

u l. j. ff. de offic. præsid.

L. X. MEMINISSE.

Idem lib. 10. de offic. proconsul.

Meminisse oportebit, vsque in aduentum [a] successoris omnia debere proconsulem agere:[b] cùm sit vnus proconsulatus,[c] & vtilitas prouinciæ exigat esse aliquem, per quem negotia sua prouinciales explicent. Ergo in aduentum [d] successoris debebit ius dicere.[e] Legatum suum ne ante se de prouincia dimittat,[f] & lege Iulia repetundarum, & rescripto diui Adriani ad Calphurnium Rufinum proconsulem Achaiæ [g] admonetur.

SVMMÆ.

1 *Magistratus quando deponat imperium.*	5 *Peloponnesus.*
2 *Dignitas semper eadem.*	6 *Morea.*
3 *In, dictio.*	7 *Achaia.*
4 *Ius dicere.*	

a §. fi. in auth. de adminis. col. 7.
b l. si fortè. ff. de offici. præs.

Proconsul quando deponat imperiū. 1 a *IN aduentum*) †Sed & ante aduentum, per duos dies, priusquàm successor ingrediatur prouinciam, decessor cingulum deponit,[c] modò successorem aduenisse sciat,[b] præterquàm in præfecto Ægypti, qui non ante deponit imperium, quàm successor Alexandriam omnium (vt Marcellinus ait) in Ægypto ciuitatum, verticem, re ipsa sit ingressus.[d]

c Ammia. Marcel. lib. ij.
d l. vnic. ff. de off. præfec. Augus.
e d. §. fi. de admini.

b *Agere*) Neque enim ferendum est sine magistratu prouinciam relinqui.[e]

c *Vnus proconsulatus*) Idem † manet perpetuò proconsulatus, eadem sem- 2
per est dignitas eius, licet administratio per personas, & tempora diuidatur.[f]
d. *In aduentum*) Id est vsque ad aduentum.[g] Hæc† enim natura præpositio- 3
nis *in*, accusatiuo casui iuncta est, vt idem quòd *vsque ad*, significet. Quod &
grammaticorum doctissimi docuerunt. nec in iure nostro infrequens locutio.[h] Sanè verò proconsul post successoris aduentum quinquaginta dies in prouincia manere debet, vt interim libera sit omnibus reposcendi exigendíque rationem administrationis, facultas.[i]

e *Ius dicere*)†Hoc est publica illa qua polluit Magistratus proconsulatis au- 4
thoritate, super prouincialium querelis & negotijs, decernere, ac statuere.[k] Quid autem inter ius dicere, & iudicare sit, vel olim fuerit discriminis, alio loco tractamus.[l]

f *Dimittat*) Cùm antè docuisset Vlpianus in arbitrio proconsulis esse, vt mandatae ita mandatam legato iurisdictionem adimere.[m] videbatur quoque licere procõsuli legatum ante se dimittere: sed tamen hîc diuersum respondet, non enim potest esse proconsul in prouincia sine legato: quare tametsi possit mandatam iurisdictionem adimere legato, mox tamen adempta ei iurisdictione alium creare debet: quem pariter non ante se dimittere poterit de prouincia, quippè oportet vtrumque suæ administrationis ante actæ vitæ rationem reddere.[n]

g *Achaia*) Peloponnesus prouincia, quæ nunc † Morea dicitur regio 5
Græciæ est amplissima, octo sub se regiunculas continens: quarum † vna, 6
Achaia est: [o] cui vniuersæ libertatem a Domitio Nerone datam, Plinius 7
author est.[p]

Dignitas non mutatur. — In, dictio. — Ius dicere. — Peloponnesus. — Morea. — Achaia.

f l. proponebatur. ff. de iudic. l. cum constet. ff. de aqua plu. arcen.
g l. venditor. §. fin. ff. de iudic.
h l. cum precario. ff. de prec. l. notionem. in fi. ff. de verbo. signi. l. si pater. C. de vsufruc.
i l. vnic. C. vt om. iudic. tam ciuil.
k l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict.
l l. j. ff. de iurisdi. omn. iudi.
m l. solet. §. sicut. hoc tit.
n l. si post depositam. C. de assess.
o Pomp. Mela li. ij.
p Plin. lib. iiij. cap. 6.

L. XI. SI QVID.

Valerius Saturninus lib 2 de offic. procons.

Si quid erit, quod maiorem animaduersionem [a] exigat, remittere legatus ad proconsulem debet. neque enim animaduertendi, coercendi, vel atrociter verberandi, ius habet.[b]

SVMMÆ.

1 *Merum & mixtum imperium.* 2 *Animaduersio.*

a ANimaduersionem) His † verbis includi videtur merũ imperium, quod 1
est gladij potestas, ad animaduertendum in delinquentes,[a] Nam & imperij verbo significatur animaduersio:[b] quæ si maior est, & grauis, merum imperium dicitur.[c] Si verò leuis & modica, mixtum imperium quod iurisdictioni cohæret.[d] quæ omnia diffusiùs opportuniore loco tractabimus.[e]

b *Ius habet*) † Mandata quippè iurisdictione, grauis illa animaduersio, 2
quam merum imperium vocamus, nõ transfertur.[f] sed modica tantum coërcitio, nempè sine qua deludi posset concessa iurisdictio.[g]

Merũ & mixtum imperiũ. — Animaduersio.

a l. imperium. ff. de iurisdict.
b l. j. §. fi. ff. de offic. eius.
c d. l. imperiũ.
d l. fi. ff. de officie. eius. d. §. fi.
e d. l. imperiũ.
f l. fi. ff. de offi. eius.
g c. ex literis. de offi. deleg. l. j. §. fi. & d. l. fi. ff. de offic. eius.

L. XII. LEGATVS.

Paulus lib. 2. ad Edictum.

Legatus, mandata sibi iurisdictione, iudicis dandi ius habet.[a]

SVMMÆ.

1 *Legatus non est iudex datus.* 3 *Iudicem dare.*
2 *Mandare iurisdictionem.*

a IVs habet) Hanc sententiam repetens idem Paulus. Is quoque (inquit) cui mandata est iurisdictio, iudicẽ dare potest: vt sunt legati proconsulũ.[a] vt nullatenus dubitandum sit, quin contra veterũ typographorũ imposturam, hæc litera affirmatiuè legi debeat.[b] nec nos mouet, quod à iudice iudex datus, iudicis dandi non habeat potestatem.[c] Nam † legatus, iudex datus non 1
est: sed

Legatus non est iudex dat.

a l. cùm prætor. §. is quoque. ff. de iudic.
b Ang. Pol. in Miscella. cap. 75.
c l. à iudice. C. de iudic.

Mandare iurisdi- ictionem 2 est: sed mandatam habet iurisdictionem.[d] † Aliud autem est mandare iu- d l.obseruare. §.fi.& toto.hoc tit.
risdictionem, (quod contingit, cùm generaliter demandatur causarum o-
mnium cognitio: vt in legatis proconsulum, [e] aut species vna iurisdictio-
Iudicem dare. 3 nis.[f]) † Aliud iudicem dare, quod tunc fit cùm certæ vnius causæ particu- e l.j.§.fi. cum l.seq.ff. quis & à quo.
laris cognitio, decisióque alicui committitur:[g] Is autem cùm iurisdictionem
nõ habeat, sed potius sit veluti nudus quidam minister, eius qui eum dedit,[h] f l.solet ff. de iurisdictio.
iudicem ipse dare non potest.[i] Contrà verò qui mandatam suscepit iurisdi-
ctionem, quia iurisdictione fungitur, licet alieno beneficio,[k] potestatem & g l.sæpè.in fi. cum l.seq.ff.de offic.præsid.
ius habet dandi iudicem.[l] Si tamen hoc ei ius nominatim sit vel à lege, vt
legato proconsulis, vel à principe, vel prouinciæ moribus tributum.[m] h c.fi.§.fi.de of fic.deleg.

L. XIII. LEGATI.

Pomponius lib.10.ad Q. Mutium. i d.l.à iudice.

Legati[a] proconsulis nihil proprium habent: nisi[b] à proconsu- k l.j.§.j.ff.de offic.eius d.l. seq.hoc titul.
le eis mandata sit iurisdictio. l d.§.is quoque & hîc.

SVMMÆ. m l.pen.ff.de iudi.d.§.is quoque & hîc.

1 *Legatus an proprium habeat.*
2 *Proprietas iurisdictionis apud quem*
3 *Legatus à quo creetur.*

Legatus an proprium habeat. 1 a LEgati) † Creato Romæ proconsule, mox illi designabatur legatus: qui
iurisdictionem exercendam à procõsule susciperet. Cæterùm non an-
tè mandabat ei iurisdictionem procõsul, quàm prouinciam esset ingressus.[a] a l.a.obserua-re.§.fi.sup. hoc titul.
Vnde nec antè quicquam proprium habebant legati, sed priuati cense-
bantur. Vt pote quibus publicæ administrationis ratio, nec dum vlla per-
missa erat.[b] b Vt hîc.
b *Nisi*) Malè videtur excipere Iuriscõsultus, cùm nec quidem is qui man-
datam suscepit iurisdictionẽ, proprium quicquam habet. sed eius qui man-
dauit potestate vtatur.[c] ideóque pressiùs considerandum, cum cui manda- c l.j.§.qui mãdatam.ff.de officio eius.
ta est iurisdictio, nihil quidem habere proprium suo iure ex propria perso-
na.[d] cùm non sua iurisdictione fungatur, sed eius qui mandauit.[e] nec item d l.more. ff.de iurisd.
beneficio mandantis, respectu meri imperij,[f] quod potuit mandans in a-
Iurisdictionis proprietas apud quem. 2 lium transferre.[g] Alioquin proprium habere dicitur.[h] cùm à lege principa- e l.solet. ff. illo tit.
liter potestatem recipiat[i] hoc est ab ipso principe, qui lex est animata in
3 terris.[k] quique creato proconsule, mox † ipse quoque, vt & olim populus f l.si quid sup. hoc tit.
Romanus proconsuli legatum dabat: procõsulis tamen arbitrio relinquens,
an, & quando, mandatam ei conferret iurisdictionem. Quòd si hæc non per- g l.nemo potest.ff.de regul. iur.
placeant, & Anton. Vaccæ eruditi, & diligẽtis Iurisconsulti iudicium sequi
malis, non valdè repugno. qui dictionem *proprium*, pro eo quod est certum, h l. cognitio.§. cùm propriam. ff.de offic.eius.
accipi censet, vt in eo Vergilij loco:[m]

Hunc mihi da proprium, virgo sata nocte laborem. i l. more.l.& quia ff. de iurisdict.

Vt hîc sit sensus, legati potestatem, non planè certam esse, donec mandata
sit ei à proconsule iurisdictio. licet enim legatus sit, & ea quæ nominatim k §.fi.in auth. de consul.col. iiij.
proconsul ei mandat, exequatur: non tamẽ vniuersam iurisdictionem exer-
cet, donec ei specialiter demandetur. l d.l.solet.§.fi-nem.

L. XIIII. PROCONSVLES. m Vergilius lib.7.Æneid.

Vlpianus lib.20.ad legem Iuliam & Papiam.

Proconsules, non ampliùs quàm sex fascibus,[a] vtuntur.

SVMMÆ.

1 *Proconsulis fasces.*
2 *Fasces.*
3 *Lictores.*
4 *Hetrusci.*
5 *Alexandria prærogatiua.*

a S *Ex fascibus*) Consulem duodecim fasces & totidem lictores præibant : † 1
proconsulem verò , sex tantummodò fascium insignia: quò interim re-
cordaretur , se iustum consulem non esse : sed eo longè inferiorem.† Erant 2
autem fasces , quidam virgularum fasciculi, intra quos securis obligata erat,
ita vt ferrum in summitate fasciculorum emineret : vt admonerentur ho-
mines facinorosi , tale futurum in eos summæ potestatis exercitium , vt si
virgis primum castigati,non resipiscerent, è viuis securi tollerentur. Cæte-
rùm lentè , ad pœnam irrogandam,magistratui pergendum, sub stricta ob-
ligatáque fascibus securis , tacitè commonebat . Deferebant autem hos
fasciculos coram magistratu , honoris gratia † lictores, hoc est ministri, 3
& apparitores : quos sic appellatos , alij autumant , à Licio. quod magistra-
tibus præministrantes olim Licio cingerentur. [a] Alij verò , quod magis
probo , à ligando , litera C. interiecta , quod cùm magistratus populi Ro-
mani aliquem virgis cædi iussissent , eum lictores comprehensum ligarent,
vincirént que, lictor , inquit Cicero , colliga manus. [b] hos Græci vt Plutar-
chus scribit , λειτουργοὺς vocant, λῆιτος enim est populus , quasi publicos popu-
li ministros. [c] † Detulerunt autem Hetrusci , primùm hæc fascium insignia 4
Romulo cum aurea corona , sceptróque super caput aquilam habente , ac
tunicam purpuream. [d] duodecímque illas secures , ex singulis Hetruscæ
vrbibus , (quæ duodecim erant) singulas sumpserunt : quas cùm virgarum
fasces lictores ante regem deferrent : & ei , ius reddenti, astarent. [e] †Sed nec 5
illud prætereundum , Consules, & maiores magistratus , qui cum lictoribus
& fascibus per prouincias ire poterant , solùm Alexandriæ vrbem cum hu-
iusmodi insignibus, accedere prohibitos fuisse.Quod diuino vaticinio præ-
dictum foret , tunc demum Ægyptum fore liberam , cùm ad eam Romani
fasces aduentarent. [f]

Proconsulis fasces. — Fasces. — Lictores. — Hetrusci. — Alexandriæ prærogatiua.

a Tyro Tullius Ciceronis libertus.
b Cicer. pro C. Rab.
c Plut. in Romulo.
d Lilius lib. j.
e Helicarnas. l. j.
f Cic. contra Gabinium.

L. XV. ET LEGATI.

Licinius Rufinus lib. 3 regularum.

Et legati proconsulum tutores dare possunt.[a]

SVMMÆ.

1 *Tutores qui dare possunt.* 2 *Legatus tutorem dat.*

a D *Are possunt*) † Tutorem dare non possunt, nisi quibus lex, S.C. aut ali- 1
qua constitutio specialiter indulsit [a] Vnde nec mandari potest, ex hac
causa iurisdictio, ab eo cui nominatim idipsum cõcessum est. [b] cùm singula-
riter & nominatim alicui tributa , neque mandentur , neque mandata iuris-
dictione transferantur. [c] † Qua ratione nec legatus proconsulis, tutorem 2
dare potuisset : nisi oratione diui Marci , id ei specialiter à senatu fuisset in-
dultum. [d] Sed & si exiguæ sint impuberis facultates, poterit minor magistra-
tus iussu præsidis, aut prætoris, tutorem creare. [e]

Tutorē quis dare possit. — Legatus dat tutorem.

a l. muto §. tutoris. ff. de tutelis.
b l. nec mandante. ff. de tutorib. & curator. dat. ab his.
c l. j. ff. de offic. eius.
d d. §. tutoris.
e l. Lucius §. cum testamento. ff. de administ. tuto. §. sed hodie. Instit. de Attilia. tutor.

L. XVI. PROCONSVL.

Vlpianus libr. 2. ad Edictum.

Proconsul portam Romæ ingressus,[a] deponit imperium.[b]

SVMMÆ.

1 *Proconsul ingressu vrbis abit imperio.* 2 *Episcopi quando deponunt insignia.*

a I *Ngressus*) † Vt proconsul designatus qui proficiscitur in prouinciam. sta- 1
tim cùm exijt vrbe proconsularia insignia accipit, & priuatus esse desi-
nit : quia iam iurisdictionem exercere potest, saltem voluntariam. [a] ita cùm
reuertitur, portam Romæ ingressus, imperium, omnémque magistratus au-
thoritatem deponit. [b]

Proconsul ingressu vrbis abit imperio.

a l. j. & ij. hoc tit.
b Vt hac l.

Episcopi quando deponant insignia. 2 b *Imperium*) † Sic fortassè dicendum, in Antistitibus nostris, quos Episcopos, & Archiepiscopos, vocamus. Vt Romam vrbem ingressi, suam deponant in vniuersum authoritatem, adeo vt nec Archiepiscopus insignia crucis, ante se deferre, nec Episcopus sacerdotia conferre possit. Quod & hîc nonnulli eleganter perstrinxerunt.[c]

c Raphael Ful. hîc.

IOANNES CORASIUS Tolosas Iurisconsultus Valentiae Allobrogûm scripsit, Ferrariae recognouit.

DE OFFICIO PRAEFECTI AVGVSTALIS.

TITVL. XVII.

SVMMAE RERVM.

1 *Augustum, Augusta.*
2 *Menses Quintilis & Sextilis.*
3 *Augustales ludi.*
4 *Hieratica charta.*
5 *Milites Augustales.*
6 *Praefectus Augustalis.*
7 *Iuridicus Alexandriae.*
8 *Aegyptiaca praefectura.*
9 *Augustalis praefecti origo.*

Augustū. 1 AVGVSTVM † propriè significat, quod sanctum est, augurio conditum, & consecratum. ex hoc Platonis sancto (inquit M. Cicero) augustóque fonte, omnis nostra manabit oratio.[a] Vnde & templa mœniáque augusta dicuntur. Ouidius.[b]

a Cic. libr. 5. Tuscul.
b Ouid. lib. 5. Fasto.

Sancta vocant augusta patres, augusta vocantur
Templa sacerdotum, ritè dicata manu.

Et virgilius.[c]

c Virgilius lib. 7. Aenеid.

Centum oratores, augusta ad mœnia regis
Ire iubet.

Octauius quoque Romanorū imperator, ex Munacij Planci sentētia, Augusti nomen asumpsit. non tantùm nouo, (vt Tranquillus scribit) sed etiam ampliore nomine: quod loca quæque religiosa, & in quibus augurato quid consecretur, augusta vocantur: ab auctu vel ab auium gestu.[d] sicut etiam Ennius docet.

d Suet. in August.

Augusto augurio, postquam inclita condita Roma est.

Quod Augusti nomen posteriores Imperatores, diligenter retinuerunt.
Mensis Sextilis & Quintilis. 2 omnes Augusti, ab Augusto dicti, † a quo prætereà mensis qui Sextilis anteà vocabatur, Augustus appellatus. vt & Quintilis, à Iulio Cæsare, qui
Augustales ludi. 3 Pompeium superauit, Iulius.[e] † Item ab eodem Augusto, ludi Augustales dicti: qui petitione tribunorum plebis additi fastis fuere.[f] & charta reli-
Hieratica charta. 4 giosis tantùm voluminibus dicata, quæ † olim Hieratica dicebatur, nomen accepit, & Augusta dicta est.[g] Ab eodem prætereà milites principales,

e Plutar. in Numa Pompilio.
f Cor. Tacit. lib. 1.
g Plinius lib. 13. c. 12.

hoc est qui primos ordines in acie ducunt: quia illos ordinarijs, Augustus
coniunxit, † Augustales sunt nuncupati.[h] Denique cùm idem Augustus, M. 5 Milites Augustales.
Antonio & Cleopatra Ægypti Regina, (egregium par, si Dijs placet) fœ-
licissimè deuictis, Ægypto potiretur, † Præfectum illinc mittendum, Au- 6 Præfectus augustalis.
gustalem appellari voluit.[i] Et sub quo præfecto iuridicum esse, † qui A- 7 Iuridicus Alexandriæ.
lexandriæ agens, iuri dicundo potissimum præesset.[k] Quod Strabo luculen-
ter exprimit, Superato (inquit) Africa pugna Antonio, Octauius in formam
tributariæ prouinciæ, Ægyptum redegit, & qui ei regendæ præesset, præ-
fectum constituit Augustalem, appellatum alio nomine, rectorem prouin-
ciæ: quod vicem principis, in prounicia obtineret, summa quæque tractans,
iudicia verò, in iuridici potestate relinquens.[l] † Ægypriaca autem hæc præ- 8 Aegyptiaca præfectura.
fectura propter magnitudinem prouinciæ, & gentis leuitatem præcipuum
sibi locũ sub Cæsaribus vindicauit.[m] Dacia, inquit Spartianus, Turboni cre-
dita, titulo Ægyptiacæ præfecturæ, quo plus authoritatis haberet ornato.[n]
Quoniã verò de Ægypto verba facimus, minimè prætereundum censeo,
quòd veterum annalibus proditum extat, neminem Romanorum cum fa-
scibus Ægyptum ingredi potuisse: quod apud Memphim in aurea colu-
mna Ægyptijs esset literis scriptum: tunc demùm liberam Ægyptum fore,
cùm in eam venissent Romani fasces.[o] Vnde cùm Galienus Imperator vel-
let Theodoto imperium proconsulare decernere, à sacerdotibus prohibi-
tus est, qui dixerunt, fasces consulares ingredi Alexandriam non licere.
Cuius rei Spartianus, in xxx. tyrannis, de Æmiliano agens, author est. Quod
in causa † fuisse videtur huius Augustalis præfecti constituendi, & ne in 9
prouinciæ formam Ægyptus redigeretur.

h Vegetius lib. ij. de re milita. c. 6.
i l. j. & l. ij. C. de offic. præfect. Augusta. l. j. C. de priua. carcer. l. quinque C. de decuri. li. 10.
k l. j. & l. ij. ff. de off. iurid. Alexand.
l Strabo libr. Geograph. 17.
m §. j. § illud in auth. de appella. & intra colla. iiij.
n Spartianus in Adriano.
o Cice. in oratione cõtra Gabinium.

L. I. PRÆFECTVS.

Vlpianus libr. 2. ad Edictum.

PRæfectus Ægypti[a] non priùs deponit præfecturam, & imperium[b] (quod ad similitudinem proconsulis lege sub Augusto ei datum est) quàm Alexandriam[c] ingressus sit[d] successor eius, licet in prouinciam venerit, & ita mandatis eius[e] continetur.

SVMMÆ.

1 *Ægypti prouincia.*	9 *Anima immortalis primũ Aegyptis visa.*
2 *Cathabatanus.*	10 *Præfecti Augustalis officium.*
3 *Plinthinete.*	11 *Appellatur ab Augustali præfecto.*
4 *Schœni.*	12 *Alexandria vrbs.*
5 *Parasanga.*	13 *Alexandri Magni cadauer.*
6 *Ægypti fertilitas.*	14 *Medici quo nomine olim laudati.*
7 *Nilus flumen.*	15 *Præsides quando deponant imperium.*
8 *Ægyptus cur sic dicta.*	16 *Mandata principum.*

A *Egypti*) † Ægyptus, regio est versus Orientem, in duas diuisa par- 1 Aegypti prouincia.
tes: Deltam videlicet, ex forma literæ, quæ Ægyptus inferior
vocatur: & Thebaidem, iuxta Nilum, cui (vt Strabo scribit) Æthiopia
opposita est.[a] Id autem Ægyptum veteres duntaxat vocauêre, quod ha-
bitatur, & à Nilo irrigatur: à locis Siene proximis incipiens, vsque ad ma-
re: & ideò dicebat Vlpianus, Nilum incremento suo Ægyptum operire.[b]
Posteriores verò, ad hoc vsque tempus omnes ferè orientales (inquit Stra-
bo) partes absumpserunt, quæ sunt inter Arabicum sinum, atque Nilum ab
occidente verò loca vsque ad Abases. in ora maritima, ab ostro Canopico,
vsque ad eum locum, qui † Cathabatanus dicitur, & ea quæ Cyrenei te- 1 Cathabatanus.
nent, indicantibus ita Romanis, qui Ptolemaicis regibus successerunt.[c]
Herodotus verò Ægypti longitudinem, secundum marè à sinu † Plinthi- 2 Plinthinete sinus.
nete, id est lateritio, vsque ad stagnum Selbonidis, ad quod mons Cassius
vsque

a Strabo libr. vlt.
b l. j. §. ripa. ff. de fluminib.
c Diodorus lib. j. Joseph. lib. 5. Strabo libr. 17. Pompo. Mela. lib. j.

Schœni. 4 vſque pertingit ſexaginta † ſchœnorum facit, hoc eſt ſexagies ſexaginta
Paraſangæ. 5 ſtadiorum. Vt enim † Paraſangæ, tricenis ſtadiis, ita ſchœni eodem autho-
re, ſexagenis conſtant.[d] Quamquàm non me fugit, aliter atque aliter Para-
Ægypti fertilitas. 6 ſangas, & Schœnos, ab aliis determinari.[e] † Eſt autem hæc Ægypti terra, li-
cet imbrium expers (qui aut nulli ſunt, aut rari) mirè tamen fertilis, inquit
Mela, hominum, aliorumque animalium generatrix perfœcunda[f], in qua
citiſſimè fruges omnes matureſcunt adeò vt tertio die illic legumina naſci
Plinius ſcribat.[g] & alibi, omni menſe ſationem fieri[h] vt non immeritò, pu-
blicum orbis horreum veteres Ægyptum dixerint, cuius incolæ aliquando
ſunt gloriati, ſe cunctos mortales paſcere, adeóque Deos ipſos hoſpitio ex-
cipere poſſe. Quæ maxima terræ fœcunditas, mirabilis eſt profectò cùm a-
Nili fœcunditas fluminis. 7 quæ celeſtes eam non adiuuent: † ſed hoc Nilus efficit omnium fluuiorum
maximus,[i] & coloni vice fungens,[k] vnicáque ſpes Ægypti. Nam ſterilis, aut
fertilis annus eſt, inquit Seneca, prout ille magnus influxit, aut parcior. vnde
Tibullus ad Nilum.[l]

Te propter, nullos tellus tua poſtulat imbres:
Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui.

Et Claudianus.[m]

Aegyptus ſine nube ferax, imbréſque ſerenos
Sola tenet ſecura poli, non indiga venti,
Gaudet aquis quas ipſe vehit, Nilóque redundat,

Plinius item ad Traianum, Ægyptus inquit, augendis, alendiſque ſemini-
bus ita gloriata eſt, vt nihil imbribus, cælóque deberet, ſiquidem proprio
ſemper amne perfuſa, nec alio genere aquarum ſolita pingueſcere, quàm
quas ipſe aduexerat.[n] cuius prætereà Nili fluminis fœcundi potu beneficio,
fœminæ valdè fœcundæ ſunt, adeo vt plerumque ſeptenos pariant.[o] Vnde à
Aegyptus cur ſic dicta. 8 tanto Nili beneficio, hæc regio Nilus olim dicebatur, poſteà † Ægyptus ap-
pellata, ab Ægypto rege Beli filio, ſi Hamnonio credimus. Ægypti deni-
que fœlicitati addenda eſt inſignis hominum ſapientia, & omne diſciplina-
Animæ immortalitas. 9 rum inuentum: quod omnes fermè authores, Ægyptiis attribuunt.[p] † Equi-
dem primi omnium, immortalem eſſe animam prodiderunt, quamuis eam
de corpore in corpus migrare, ridiculò aſſeruerint, quæ fuit etiam Pithago-
ræ ſententia: poſt quam ex Ægypto ad quam regionem artium capeſcenda-
rum gratia perrexerat, reuerſus eſt.

Præfecti Auguſtalis officiũ 10 b *Imperium*) † Hoc eſt exercitium, ſuæ poteſtatis, quæ in hoc maximè ver-
ſatur, vt per Ægyptiacam diœceſim curet à prouinciarum moderatoribus,
exigi tributa & militari manu, refractarios ad ſolutionem cogere.[q] De cri-
minibus iudicum ordinariorum cognoſcit. & ſuper his ad principem refert,
non tamen eos punit, aut amouet.[r] Ex eorum appellationibus vſque ad de-
Appellatio ab Auguſtali præfecto. 11 cem libras auri, vice ſacri cognitoris, id eſt appellatione remota iudicat[ſ] †
ſuprà tamen eam quantitatem, ab eo rectè prouocatur,[t] olim quidem ad
principem, ſed poſt inſtitutam prætoriæ præfecturæ dignitatem, ad præfe-
ctum prætorio, qui in comitatu principis erat, vel quæſtorem palatij,[u] quo
ſatis nouiſſe poſſumus, iſtiuſmodi præfectum, licet & ipſe prætorij Au-
guſtalis præfectus dicatur:[x] non tantæ dignationis tamen, & autho-
ritatis fuiſſe, quantæ præfecti prætorio, à quibus nullo modo licuit pro-
uocare.[y]

Alexandria vrbs. 12 c *Alexandriam*) † Vrbs eſt Ægypti celeberrima ad oſtium Nili ſita: quam
Alexidri magni cadauer. 13 loci opportunitate perſpecta, magnus ille Alexander Macedo condidit, †
cuius corpus adhuc ibi iacere Strabo ſcribit. licet non in eodem Alueolo.
nam qui prius aureus erat, vitreus factus eſt.[z] De Alexandriæ origine, aliiſ-
que in ea inſignibus,[a] Plutarchus & Strabo[b] plura ſcribunt: nobis ſatis erit
Marcellini verba referre. Alexandria vertex eſt omnium inquit, in Ægypto

d Herodotus l. ij. qui Euterpe inſcribitur.
e Plin. lib. 6. c. 26. & lib. 12. c. 14. Petr. Crin. lib. 21. c. 10.
f Pompo. Mela lib. j.
g Plinius lib. 18. c. 7.
h Plinius lib. 17. c. 18.
i Pompo. Mela. lib. j. de ſitu orbis.
k Plinius lib. 18. c. 18.
l Tibullus li. j.
m Claudianus de raptu Proſerpi.
n Plin. in Panegyrico Traiani
o Plinius lib. 7. c. 3. Strabo. li. 15.
p Plini. li. 7 c. 56.
q l. j. C. de offi. præfect. Auguſt.
r l. ij. C. illo tit.
ſ §. illud. de appel. & intra col. iiij.
t d. §. illud.
u l. præcipimus. C. de appell.
x d. l. ij.
y l. vnic. ff. de offic. præfect. præto.
z Strabo li. 17.
a Plutar. in Alexandro.
b Strabo li. 17.

ciuitatum, quam multa nobilitant, & magnifica conditoris altissimi Alexandri, & architecti Dinocratis solertia, inibi auræ salubriter spirantes, aër trãquillus, & clemens, atque vt periculum docuit, per varias collectum ætates, nullo penè die incolentes hanc ciuitatem, solem serenum non vident.[b] Tanta porrò fuit huius loci dignitas, & æstimatio, vt medicis † ad se, suamque commendandam artem, satis olim fuerit dicere, se Alexandriæ eruditos. Floruit siquidem Alexandria aliquando omnium liberalium artium scholis.[c]

Medicus quo nomine laudatus.

d *Ingressus est*) † In aliis præfectis & præsidibus secus statim quippè deponunt præfecturam, & imperium, cùm successores prouinciam ingrediũtur,[d] 15 atque adeò biduum ante.[e]

Præfectus quando deponat imperiũ.

c *Mandatis eius*) † Cæsares administratoribus prouinciarum, siue maioribus siue minoribus certam vt suprà docui,[f] regendæ prouinciæ formam codicillis perscribere solebant, ad cuius præscriptum deberent prouinciam regere,[g] cuiusmodi codicillos, & formas, mandata dixerunt, quæ postea, in corpus iuris ciuilis redacta, vim legis generalis habuerunt.[h] 16

Mandata.

b Ammia. Marcelli. li. 12. c Marcelli. verbi. 3. d l. obseruare. §. antequam. l. meminisse. 3. ti. j. l. si forte. infrà. tit. j. e §. fi. in auth. de administr. coll. 7. f l. solet. §. non verò. 3. tit. j. g l. mandatis. ff. de pœn. l. & si contra. C. de nup. l. j 3. tit. j. h l. vni. C. de mand. prin. §. j. illo tit. in auth. coll. iij.

IOANNES CORASIUS TOLOSAS Iurisconsultus Valentiæ Allobrogũm scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO PRÆSIDIS,

TITVL. XVIII.

SVMMÆ RERVM.

1 *Præses quis.*
2 *Gubernatores.*
3 *Balliui seneschalli.*
4 *Præses an vicerex dici possit.*
5 *Præsidis potestas.*

PRÆSIDIS † nomen vt Macer ait, generale est, nempè quo proconsules, legati Cæsaris, & omnes prouincias regentes contineantur.[a] Qui omnes summum habent in decreta prouincia, post principem imperium. Hos non alios esse Budæus noster existimat, quàm quos tum † gubernatores, id est, rectores, tum locum tenentes regis, hoc est principis legatos & nonnunquam vicarios, seu reges, vocamus, Vt interim manifestum sit, inexcusabili eos errore labi, qui præsides prouinciæ esse putant, quos † Balliuos, & seneschallos, in Gallia dicimus, cùm ij non habeant summam in balliuatu, seu seneschallia iurisdictionem, aut authoritatem: ea potius apud supremam parlamenti senatus curiam reside, cùm tamen prouinciarum præsides, in decretis sibi prouinciis maius imperium haberent, omnibus post principem.[b] Proinde Balliuos illos, & seneschallos, rectiùs vocauerimus præfectos, aut (inquit Budæus) iuridicos: cui hac in re non libenter suffragabor, quandoquidem iuridicorum munus olim proprium fuerit exercere iudicia.[c] Seneschalli autem nostri militiæ tantum intendant militibus congregandis (quos in expeditionem, aut aliò oportet reipub caussa) destinati. Vnde meliùs id iuridicorum nomen, iis conueniret, qui Balliuorum, aut Seneschallorum, in iurisdictione, vices

1 Præses quis.

2 Gubernatores. Balliui. Seneschalli.

3 Iuridici.

a l. j. hoc tit.

b l. si in aliquã §. fi. cum l. seq. 3. tit. j. l. ex omnibus. l. omnia hoc tit. c l. & ij. ff. de offi. iuridic. Alexan.

ces agunt: quos ſolemus in Aquitania Iudices maiores nuncupare. niſi mal s 4 ſuppræfectos dicere. Sed nec Budæo in eo aſſentior,† cùm Vice reges, apud nos eos eſſe autumat, qui olim præſides prouinciæ. Si quidem noſtri regis locum tenentes, ſeu vicereges, forenſibus cauſis, iuri'ue dicundo nullatenus præſint, ſed rei tantum bellicæ, militariſque cura, ad eos pertineat, cùm tamen olim ad præſides forenſium quandoque negociorum tractatio ſpectaret, in id quod princeps in vrbe, in ſingulas prouincias, eos præſertim mitterent: vt ius prouincialibus redderent. quamuis & cætera omnia poſſent in prouincia, quæ ipſe princeps: cuius vices gerebant.[d] omniúmque magiſtra- 5 tuum vrbis Romæ partibus fungerentur.[e] Ideóque reſpõſum ſit, præſidem† prouinciæ poſſe apud ſe adoptare, filium emancipare, ſeruum manumittere, dare tutorem,[f] & generaliter ius dicere, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, inter homines tamen ſuæ prouinciæ.[g] & ante aduentum ſucceſſoris.[h] habétque præſes ſummum illud gladij ius,[i] quo maximè curare eum oportet, malis hominibus, ſuam purgare prouinciam,[k] delicta pro modo coercendo: grauia nimirùm grauibus: leuiora, leuibus pœnis ſubiugando.[l] qui nec ipſe ſua authoritate, hoc eſt ſine cauſſa, poteſt prouincia excedere. cùm nec quidem ei liceat abnoctare: multóque minus, magiſtratu ſe abdicare.[m] Quæ ſingula ſuis locis diligentiùs obſeruabuntur.

Iudices maiores. Suppræfecti. Vice reges.

Præſidis authoritas.

d l.iiij. hoc tit. d. §. fi. cũ l. ſeq.
e d.l. de omnibus. d.l. omnia. hoc tit.
f l.ij. l.5. hoc tit.
g l.iij. hoc tit.
h l. ſi fortè. hoc tit.
i l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offi. præſi.
k l.iij. l. congruit. hoc tit.
l d. l. congruit. & l. fi. hoc tit.
m l. illud. l. pe. hoc tit.

L. I. PRÆSIDIS.

Macer. lib. 1. de officio præſidis.

PRæſidis nomen generale[a] eſt, eo quod & proconſules, & legati Cæſaris,[b] & omnes prouincias regentes (licet ſenatores[c] ſint) præſides appellentur. proconſulis appellatio, ſpecialis eſt.[d]

SVMMÆ.

1 *Præſes quis dicatur.*
2 *Legati Cæſaris.*
3 *Senatores, præſides.*
4 *Proconſul ſpeciale nomen.*

1 a G*Enerale eſt*) † Præſes, ſicuti Valla docet, à præſideo deducitur. quare quicunque præſidet, rectè præſes dicitur,[a] eóque fit, vt proconſules legati Cæſaris, & omnes in vniuerſum rectores prouinciarum, præſides prouinciæ, iure optimo dicantur.[b]

2 b *Legati Cæſaris*) † Cæſar in prouincias, quas populo non conceſſerat, ſed reſeruauerat curæ ſuæ, legatos mittere ſolebat: quos ideò Cæſaris legatos, appellatos arbitror: ij ſunt, ſi Budęo noſtro credere fas eſt, quos Galli locum tenentes regis, & vicereges nuncupant.[c] quod non ſat probatu dignum paulo ante docui. cùm Vicarij regij, apud nos ſolius militaris diſciplinæ curã habeant, neque forenſium cauſarum, vel minima ſit penes eos cognitio, quæ tamen olim fuit apud Cæſaris legatos.[d]

4 c *Senatores*) † Mittebantur ex ampliſſimo ordine, plerunque regendis prouinciis ſenatores,[e] qui tamen in prouincia quam adminiſtrabant, non ſenatores, ſed præſides dicebantur. Quia non ſenatorio ſed præſidiali munere illic fungerentur.[f]

d *Specialis eſt*) † Proconſul dicebatur, qui pro conſule, hoc eſt conſulis loco mittebatur in decretam ſibi prouinciam, in qua ideò conſulis vices agebat. Vnde ſpecialis eſt eius appellatio. neque enim alius prouinciæ rector proconſul dici poteſt, quàm qui conſulari authoritate mittebatur ad regendam prouinciam.

Præſes quis dicatur.

Legati Cæſaris cur ſic dicti.

Senatores quandoque mittebantur in prouincias.

Proconſulis ſpeciale nomẽ.

a Laur. Valla. li. 5. c. 75.
b vt hic.
c Bud. l. ſi in aliquam §. fi. ſ. tit. j.
d l. diem functo ff. de offi. aſſeſſor. l. diem. ff. locat.
e Dion. lib. 53.
f vt hic.

L. II. PRÆSES.

Vlpianus lib.26.ad Sabinum.

Præſes apud ſe adoptare poteſt:[a] quemadmodum & emancipare filium,& manumittere[b] ſeruum poteſt.

a *Poteſt*) Quo pacto poſſit apud ſe præſes adoptare,filium emancipare,& ſeruum manumittere,iam ſuprà docuimus.[a]

b *Manumittere*) Niſi minor ſit xxv.annis,qui niſi cauſſa apud collegam pro bata,apud ſe non manumittit.[b]

a l.ſi cõſul.ff.de adop.l.j.ff.de offi.præto.
b l.j. ubi dixi. ff.de offic. conſul.

L. III. PRÆSES II.

Paulus lib 13. ad Sabinum

Præſes in ſuæ prouinciæ homines imperium habet, & hoc dũ in prouincia eſt:nam ſi exceſſerit,priuatus eſt.[a] Habet interdum imperium aduerſus extraneos[b] homines: ſi quid in alium manu[c] commiſerint.[d] nam & in mandatis principum[e] eſt, vt curet is qui prouinciæ præeſt,malis hominibus purgare prouinciam:nec diſtinguitur,[f] vnde ſint.

SVMMÆ.

1 *Magiſtratus quid poſſit extra fines.*
2 *Extraneus,extrarius.*
3 *Incantamenta verborum.*
4 *Forum ratione delicti.*
5 *Mandata principum.*
6 *Diſtinguere quando poſſimus.*
7 *Teſtium reiectio.*

a *Priuatus eſt*) † Vt præfectus vrbi,cum terminos,hoc eſt centeſimum lapidem egreſſus eſt,omne deponit imperium: neque ſuæ poteſtatis retinet exercitium.[a] ſic præſes,ſimul atque ſuæ prouinciæ fines exceſſit,imperio & authoritate ſua adeo exuitur,vt iam non publica perſona, ſed priuata cenſeatur:[b] præterquàm reſpectu eorum quæ iuriſdictionis ſunt voluntariæ.[c] Sed & iubere iudicare poteſt extra prouinciam,[d] dummodò intra ſuæ prouinciæ terminos iudices à ſe dati cognoſcant & iudicent.[e] 1 Magiſtratus quid poſſit extra territorium.

b *Extraneos*) Hoc eſt homines alterius prouinciæ. † quippè extraneus propriè dicitur, qui eſt ex altera terra, quaſi dixeris, exterraneus,licet extrarius omnem ſignificet,qui non domeſticus ſit, aut ex eadem familia. 2 Extrane°. Extrari°.

c *Manu*) † Idem cenſeo,ſi verbis,veluti carminum incantamentis(quibus magnam vim ineſſe ad magicas perſuaſiones docti etiam viri teſtantur)[f] aut alia quacunque fraude nocitum.[g] 3 Incantamenta.

d *Commiſerint*) Id eſt,delinquerint.Qua enim prouincia quis delinquit,in ea puniendus eſt,[h] & dici vulgò ſolet,† ratione delicti quem ſortiti forum,hoc eſt effici de iuriſdictione alterius.[i] Quinimò nouella lege conſtituit Iuſtinianus,vt reus criminis in alia degens prouincia,capi debeat,& ad eum prouinciæ præſidem,tranſmitti puniendus,in qua peccauit.[k] Forum ratione delicti. 4

e *Mandatis principum*) † Iam ſemel,atque iterum admonui,[l] ſolitos olim fuiſſe principes,iis quos ad prouinciarum regimenta mittebant,certam adminiſtrandæ prouinciæ formam dare:quam rectores ad amuſſim ſeruare tenebãtur.[m] Et hę formulę poſtmodum ſumpſerunt nomen mandatorum principis,quarum permultę in corpus iuris ciuilis (cùm omnium locorum moderationi, quàm optimè congruerent) vt vim legis generalis haberent, redactę ſunt[n]. 5 Mandata principũ.

f *Nec diſtinguitur*) † Vbi lex non diſtinguit, non eſt noſtrum diſtinguere[o]. quaſi nec ea legis ſit intentio:[p] pręterquàm in iis quę magis arbitrio iudicis 6 Diſtinguere vbi lex nõ diſtinguit.

lex

a l.ſ.ff.de offi. præfect.vrb.
b vt hac.l.
c l.ij.ff.de offi. proconſul.
d d.l.ſi.vbi dixi.
e l.cùm vnus. §.is qui. de bo. autho.iud.poſſiden.
f Plinius li.28. c.ij.& iiij.l.j.§.j.ff.de var. cognit.
g l.ſi quis aliquid. §.qui aliamaterium. ff. de pœn.
h l.ſi cui. §.idẽ impe. ff. de accuſ.l.j. C.vbi ſenat.autb.qua in prouincia. C.vbi de crim.
i c.poſtulaſti.c. fin.de for.compe.c.j.de rapto. l.2. §.ſi verò quis vi multis. iud.coll.9.
l l.ſolet. §.nõ verò.ff.de offi. proconſ.l.vn. §.tit.j.
m l.& ſi citra. C.de nupt.l.ut. ff.de colle.illic.& hic.
n §.j.de man.j. princip. coll.iu.
o l.imperator. ff.de poſtul.& hic.
p l.de pretio.ff. de publician.

lex commisit, quàm vt super iis statuendum quicquam putauerit.[q] veluti in probanda fide testium, de qua lex sic ad iudicem, *Tu magis scire debes, quanta sit testibus fides adhibenda.*[r] † Quare cùm quærimus, an calumniæ damnatus in publico iudicio testimonium perhibeat, licet legibus, Rhemnia, de vi repetundarum, aut peculatus, expressim vetitus non sit: & lex dicat adhiberi posse testes, quibus lege non interdicitur testimonium.[f] Papinianus tamen egregiè respondit, Quod legibus omissum est, religione iudicantis suppleri, qui ex caussa potest eum, lege non prohibitum, testimonio arcere.[t]

Testes qui reiiciantur. 7

q l. liberti. ff. de offi. assesso.

r l. iij. §. j. ff. de testib.

f l. j. ff. de testib.

t l. quæsitum. ff. de testib.

L. IIII. PRÆSES. 3.

Vlpianus lib. 39. ad Edictum.

Præses prouinciæ maius imperium[a] in ea prouincia habet, omnibus post principem.[b]

a IMperium) Id est potestatem & authoritatem.[a]

b *Post principem*) Suprema illa potestate, secundum principem, fulget quicunque prouinciæ præest: siue præsidis, legati Cæsaris, Rectoris, aut proconsulis titulo, præsideat.[b]

a l. ij. ff. de adopt.

b l. & ideo. ff. de offi. procon.

L. V. PRÆSES 4.

Idem lib. 1. de omnibus tribunalibus.

Præses prouinciæ, non magis tutorem,[a] quàm specialem iudicem ipse se dare potest.

SVMMÆ.

1 *Tutorem nemo se ipse dat.* 2 *Specialis iudex.*

Tutorem sese nemo dat. 1 a TVtorem) † Nec præses, nec prętor, nec alius quiuis magistratum gerens, seipse tutorem dare potest.[a] nec sanè suspitione caret, qui se huic muneri obtrudere tentat,[b]

Specialis iudex. 2 b *Specialem*) † Hoc est delegatum: quod enim datus iudex, in causa sibi cōmissa particularis iudex sit, & illius negocij litisque proprius, solet à iuris authoribus specialis dici.[c]

a l. prætor. ff. de tutor. & curat. dat. ab his l. fi. ff. de offi. præto.

b l. quæ omnia. §. j. ff. de procu.

c l. fi. ff. de offi. præto. l. fi. C. de iudic. & ibi.

L. VI. ILLICITAS.

Idem lib. 1. opinionum.

Illicitas exactiones, & violentia factas, vel extortas metu venditiones, & cautiones,[a] vel sine pretij numeratione,[b] prohibeat præses prouinciæ. Item nequis iniquum lucrum,[c] aut damnum sentiat, præses prouinciæ prouideat.

SVMMÆ.

1 *Cautio.*
2 *Syngrapha.*
3 *Chirographum.*
4 *Venditio sine pretio.*
5 *Simulata conuentio.*

Cautio. 1 a CAutiones) † Cautio, Scripturam illam, quæ conficitur inter contrahentes significat,[a] quam latini syngrapham, aut syngraphum, mutuato à Gręcis nomine, ἀπὸ τοῦ συγγράφειν, quod pro eo est, ac si dixeris, à simul scribēdo, dicunt.[b] Alterum putabo Regē (inquit M. Cicero) si habuerit, vnde tibi

a l. si sine. §. j. ff. de admi. tu. l. fi. ff. de fun. & leg.

b Cic. pro Rabi.

e Cic. de A-rusp.respons. soluat, quod ei per syngrapham, credidisti.[e] † maximè autem syngrapha 2 *Syngrapha.* dicitur de re pecuniaria. Tanquam enim, inquit ad Trebatium M.Cicero, syngrapham ad Imperatorem attulisses, non epistolam: sic pecunia oblata, domum redire properabas.[d] † nonnunquam etiam chirographū vocant 3 *Chirographum.* quasi manu contrahentium conscripta cautio, ἀπὸ τῆς χειρὸς id est manu, & γράφω scribo. Iuuenalis.[e]

d Cicero li. 6. epist. famil. *e Iuuena. satyr. 13.*

Debitor aut sumptos, pergit non reddere numos,
Vana superuacui, dicens chirographa ligni.

Hoc tamen interesse scribit Pædianus, inter syngrapham, & Chirographū, quòd in hoc tantum scribi soleant, quæ gesta sunt. In syngraphis autem etiā contra veritatis fidem, & non numerata pecunia, pactio perscribatur.[f] Cui consentiens Varro, Syngrapha, inquit, cautio est per contrahentium scripturam de gestis inter eos facta. Chirographarium debitorem, Iureconsultus *Chirographarius.* eum quoque dicit, qui se proprio chirographo obligauit.[g] Cæterùm similes cautiones, contra fidem rei gestæ conscriptas, nisi bona fide fiant, improbat hoc loco Vlpianus.

f Asco. Pædia. in diuinat. Cic. *g l. pen. ff. de priuil. credit.*

b *Sine pretij numeratione*) † Per dolum & fraudem emptoris, qui fortè simu- 4 *Venditio sine pretio.* lat se emisse, cùm verè pignoris nomine, rem acceperit,[h] clanculum agens ne pretium aliquod numeretur, quanuis instrumentum venditionis nomen præ se ferret,[i] vnde quod dicitur, non pretij numeratione, sed mutuo partiū consensu, venditionem perfici,[k] sufficereque de pretio fidem haberi.[l] verū quidem est, † Cæterum in actibus istiusmodi fictitiis, & simulatis deest con 5 *Simulata conuētio.* sensus.[m] nec in specie proposita fides de pretio habita fuit.[n]
c *Iniquum lucrum*) Honestum ergo, & iustum lucrum, ex licita puta negociatione non prohibetur.[o]

h l. iij. l. fi. C. plus vale. q. ad nostrā. de empt. & vend. *i l. cum ea. C. de transactio.* *k l. ij. inst. C. de contra. emp.* *l l. empti. C. ad lo. tit.* *m d. l. fi. d. l. iij.* *n §. item pretium. Instit. de emp. & uen.* *o §. ne potentio re. j. hac l.*

§. VERITAS.

Veritas rerum erroribus [a] gestorum, non vitiatur. [b] Et ideò præses prouinciæ id sequatur quod cōuenit eum ex fide eorum [c] quæ probantur sequi.[d]

SVMMÆ.

1 *Error pro dolo.* 2 *Veritatis magna vis.* 3 *Iudicet an iudex secundū conscientiam.*

a *Erroribus*) † Error hîc, si verum amamus, dolum, & calliditatem designat. 1 *Error pro dolo.* vt & in illo poetæ loco cum Vergilius ait,[a]

a Vergil. lib. 2. Æneid.

Aut aliquis latet error, equo ne credite Teucri.

Et apud M.Ciceronem dum Ægyptiorum mentes, prauitatis erroribus imbutas scribit.[b] Quam interpretationem, præcedentia Vlpiani verba, quibus hæc connectuntur, perspicuam faciunt. cùm enim venditiones, exactiones, & cautiones, vi, dolo, metúve fieri prohibuisset: nunc subiungit, si ita factæ reperiantur, rei veritatem errore gestorum. hoc est propter ea quæ fraudulenter, & simulatè gesta sunt, non interire: sed plus valere, quod re vera probabitur gestum, quàm quòd per fraudem simulatè conscriptum, aut aliter conceptum erit.[c]

b Ci. li. 5. Tusc. *c l. j. l. iij. l. fina. C. plus valer.*

b *Non vitiatur*) † Non corrumpitur, non euertitur: sed semper eadem per- 2 *Veritatis magna vis.* manet: errorísque, ac cæteris quibuscunque rebus fortior est & præponderat.[d] Nec absimile est, quod idem Vlpianus, alibi ait, errore originis per mendacium assumptæ veritatem non mutari.[e] Libet autem hoc loco, cum M. Cicerone exclamare. O magna vis veritatis, quę contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam facilè per seipsam defendit,[f] quam qui contemnunt, *Iudex an secundū conscientiam iudicet.* Deum vtique prodere videntur.[g]
c *Ex fide*) Id est ex veritate.
d *Sequi*) † Hinc vulgò traditum, iudicem non secundum veritatem, cuius

d tij. Esdr. iiij. *c. consuetudo 8. dist.* *e l. assumptio. ff. ad municip.* *f Cic. pro M. Cælio.* *g c. absit. xi. q. iij.*

ipse

ipſe conſcius ſit:ſed ſecundum ea quæ exactis, & probationibus comperta habet,debere iudicare.[h] Et quoniam Deus opt. maxi. cui nihil contectum, nihil abſconditum, non tamen ante deteſtanda Sodomæ crimina punire voluit,quàm ea manifeſtè patuiſſent. Deſcendam,inquit,& videbo vtrum clamorem qui venit ad me,opere compleuerint.[i] Sed certè neque æquitati,neque iuſtitiæ congruit hæc ſententia: quam ſi ſequamur,veritatem, & charitatem cum primis oppugnamus:[k] & ita Deum ipſum qui charitas eſt, & veritas.[l] neque ſanè credendum eſt leges noſtras diuerſum conſtituiſſe: quæ omnia poſtpoſitis verborum ſolemniúmque ſcrupulis ad bonum,& æquum referri volunt,[m] nec iudiciorum formulas inſtituerunt, vt illis ancillaretur veritas,& obumbrata iaceret; ſed vt per eas potiùs magis ſplendeſceret in lucem,& fieret illuſtrior.nam alioqui non ex iure rectitudo & iuſtitia:ſed iniquitas ſumma,& graues iniuriæ naſcerentur.[n] nempè innocentis condemnatio, proprij iuris ablatio, & abſolutio nocentis, quo quæſo, quid iniuſtius?[o] Neque verum puto quod Aul. Gell. ſcribit, Iurare debere iudicem de cauſſa ſibi non liquere,[p] cùm vel proprio ipſe iuramento obſtringatur, quod ſibi iuſtius viſum fuit iudicare.[q] eiúſque arbitrio permiſſum ſit quantam fidem teſtibus adhibere debeat.[r] Huícque meæ opinioni Vacca apertè adſtipulatur,& Coſtalius videtur ſubſcribere,cùm ita ex actis iudicem iudicare debere probat,vt nunquam contra conſcientiam iudicet.[ſ] Quod autẽ hîc Vlpianus ait,meam potius iuuerit ſententiam: cùm dicat rei veritatem nullis geſtorum erroribus vitiari,perimi aut corrumpi,[t] neque memoratum, ex ſacris libris exemplum[u] ad rem pertinet.cùm eo nolit aſtruere Deus opt, teſtimoniorum cæterorúmque actorum mendacia, magis quàm veritatem ipſam ſequenda,qui eam alibi rebus omnibus præſtare, fortiorémque eſſe conſtituit.[x] ſed vtile nobis exemplum proponere,ne præcipites ſimus in iudicandis priuatorum controuerſiis, néve alitèr ea, quam maturè diſcuſſa, diligentérque cognita,& probata,diffiniamus.[y] Quod & à nobis alibi annotatum extat.[z]

h ca. paſtoralis.§.quia verò de offi.deleg.
i Geneſ.18.
k Eccleſia.iiij.
l Ioan.14.c.abiit.11.q.iij.
m l.j.in pr. ff. de iuſt. & iur. l.non dubium. C.de legib.
n l.meminerint C. vnde vi. c. veniẽs. de iure iur.
o l.abſentẽ. ff. de pœn.§ iuris. de iuſt. & iur. in Inſtit.
p Gell. lib.14. c.ij.circa fin.
q auth. hodie. de iudi.§. iuſiurandũ.in auth. de defenſo. ciuit.coll.iij. §. j. in auth. iuſiur. quod præſ.coll. ij.
r l.iij.ff.de teſt.
ſ Vacca & Coſtalius hîc.
t l. aſſumptiõ. ff. ad municip. & hîc.
u Geneſ.18.
x 3. Eſdræ iiij. c. conſuetudo. 8.diſt.
y c.Deus omnipotens ij.q.j.
z lib.iiij.Miſce.ca.20.

§. NE POTENTIORES:

Ne potentiores viri humiliores[a] iniuriis afficiant:néve defenſores[b] eorum calumnioſis criminibus inſectentur innocentes,ad religionem[c] præſidis prouinciæ pertinet. Illicita miniſteria[d] ſub prætextu adiuuantium militares viros,ad concutiendos[e] homines procedentia prohibere, & deprehenſa coercere præſes prouinciæ curet. Et ſua ſpecie tributorum[f] illicitas exactiones fieri prohibeat,nec licita negotiatione aliquos prohiberi,nec prohibita exerceri, nec innocentibus pœnas irrogari ad ſollicitudinem ſuam præſes prouinciæ reuocet. Et ne tenuis vitæ homines ſub prætextu aduentus officiorũ vel militum,limine[g] vnico vel breui[h] ſupellectili,[i] ad aliorum vſus translatis iniuriis vexentur,Præſes prouinciæ prouidebit. Ne quid ſub nomine militum, quod ad vtilitates eorum in commune non pertinet,à quibuſdam propria ſibi commoda iniquè vendicantibus committatur; præſes prouinciæ prouidebit.

SVMMÆ.

1 Clientes.
2 Patroni & clientis neceſſitudo.
3 Clientela ciuitatum.
4 Religio.
5 Securitas.
6 Saluagardia.
7 Executores iuſtitiæ.
8 Concuſſionis crimen.

9 *Denunciare testimonium.*
10 *Tributum.*
11 *Tribuni ærarij.*
12 *Æs militare.*
13 *Vectigal.*
14 *Stipendiarium vectigal.*
15 *Lunen.*
16 *Breue.*
17 *Breue apostolicum.*
18 *Supellex.*
19 *Luxuria quando Romam inuasit.*

a HVmiliores) Hoc est ignobiles, pauperes, & inferioris conditionis viri:
quos infrà vitæ tenuis homines nnncupat.
b *Defensores*) Veluti patronos: qui defensionem humiliorum susceperunt,
quod & olim moris fuit, ex antiquo Romuli instituto: vt tenniores homines
sese in fidem, tutelam, patrociniúmque potentiorum dederent: quorum pręsidio caput ac fortunas suas tuerentur, & quos ipse vicissim omni obsequio
& obseruantia sanctè colerent.† Vnde & clientes, quasi colentes, appellati. 1 Clientes.
a Halica. li. j. Illi verò patroni dicti, quasi patres.[a] Cuiusmodi clientelas & patrocinia, Romulus instituit,† constituens vt omnia pro clientibus patroni facerent, quæ 2 Patroni & clientis necessitudo.
pro filiis patres: & è diuerso eam patronis exhiberent clientes reuerentiam,
b Plutar. in Romulo. & obsequium, & pietatem, quam parentibus filij.[b] quòd si alteruter clientelam violasset, reus fieret proditionis.[c] Fuitque istiusmodi patronorum &
c Diony. Halicar. lib. j. clientum coniunctio arctior habita, quàm necessitudo propinquorũ. quod
Gellius eleganter ostendit de gradu atque officiorum ordine differens: ait
enim, more maiorum iuxta parentes, primum locum tenuisse pupillos nostræ fidei creditos: deinde clientes, qui sese in tutelam nostram, & patrocinium contulerunt: tertio loco hospites: postmodum cognatos & affines.[d]
d Gel. li. 5. c. 13. vnde M. Cato aduersus cognatos patronus pro cliente testatur, testimoniũ
contra clientem nemo dicit. & conquerebatur Satyricus, quòd suo tempore, tam ingrati essent patroni, vt sæpe numerò deluderent clientes, qui se apud eos cœnaturos, diu in vestibulo domus sperauerant.[e]
e Iuuenal. Satyr. j.

Vestibulis abeunt veteres, lassique clientes,
Votáque deponunt quamquam longissima cœnæ.

Sed nec obiter prætereundum in more veterum, illud quoque positum fuisse † vt quisque populus, ac quæque natio populo Romano confœderata, 3 Clientela ciuitatũ.
Romæ suum haberet vnum ex proceribus patronum: in cuius clientelam sese darent. Vt si quando iis opus esset, eorum, illi causam tuerentur.[f] Vt Siculi
f Cicero in diuina. M. Tullinm Ciceronem: Allobroges Fabium Sangam: Syracusani Marcellorum familiam: Lacedæmonij Claudiorum: & Bononienses Antoniorum.
Scis quàm diligam Siculos, inquit M. Cicero, & quàm honestam illam clientelam iudicem?[i] Tranquillus item de Bononiensium clientela. Bononien-
i Cice. ad Attic. sibus quoque ait, publicè, qnod in Antoniorum clientela antiquitùs erant,
k Sue. in Augusto. gratiam fecit, coniurandi cum tota Italia, pro partibus suis.[k] Porrò perseuerauit constantissimè, hæc patronorum, clientúmque cõsuetudo ab vrbe cõdita ad Alexandrũ Seuerũ vsque: sub quo noster Vlpianus floruit, qni docet
hoc loco oportere præsidem prouinciæ curare, ne potentior humiliorẽ opprimat: aut humilioribus patrocinantem falsis criminibus insectetur, vt cum
à clientum suorum defensione deterreat.
c *Religionem*)† Id est officium, curam, & sollicitudinem: q. d. Curare debet 4 Religio.
præses ne humilis plebecula à potentioribus timeat offendi, principis, aut
maioris magistratus, imploret officium, quo † cogetur potens, illi de quo ti- 5 Securitas.
metur securitatem, fidémve præstare.[l] Nos Galli materna lingua † *Saluam-* 6 Saluagardia.
l l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confug. *gardiã* vocamus. Cuius tamẽ vsus apud nos hoc habet peculiare: vt à solo Rege id postuletur, solúsque Rex in securitatẽ, tutelámve publicam, formidolosos recipiat, à potentiorúmque iniuriis tueatur.
d *Illicita ministeria*) Hoc est illicitos hominum conuentus, & congregationes:† quas exequutores iustitiæ nonnunquàm faciunt, quasi per se ipsi mã- 7 Iustitiæ executores.
data iudicum explere non possint.

e Con-

Concutere.

8 c *Concutiendos*) † Concutere propriè subditos dicitur magistratus, iudex, aut
alius quidam officium gerens: qui publicæ authoritatis, aut iustitię exercendæ prætextu, aliquid vltra salarium extorquet.[m] Sed & priuati, qui vel in accusationem innocentium conspirarunt,[n] vel denunciandi, aut non denunciandi testimonij gratia, pecuniam acceperunt,[o] concussionis crimen con-

Denunciare testimonium. Concussionis crimen.

9 trahunt. Denunciare† autem testimonium Iureconsulti, cum M. Cicerone[p]
vocant, quem ad iudicium testimonij ferendi gratia accersere & euocare.[q] Porrò concussionis crimen publicum non est: neque certam pœnam à lege irrogatam habet:[r] sed priuatum est, & animaduersione extraordinaria coercendum.[s]

Tributū.

10 f *Tributorum*) † Tributum Festus dictum putat, quod è priuato in publicum
tribuatur. Cæterùm M. Varro, dictum à tribubus, tributum scribit.[t] quod ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à singulis pro portione census exigebatur, ab ea quæ assignata erat, attributum dictum, ab eo quo-

Tribuni ærarij. Æs militare.

11 que quibus attributa erat pecunia, vt militibus reddant, † tribuni ærarij di-
12 cti. id quod attributum erat † æs militare, & hoc est, inquit, quod Plautus
ait.[u]

Ubi nugiuendis res soluta est omnibus,
Ibi ad postremum cedit, miles æs petit.

Noster verò Vlpianus, tributum existimat à contributione dictum: vel eo, quòd militibus tribuatur.[x] differtque à vectigali, quòd tributi summa sem-

Vectigal.

13 per certa sit, vectigalis incerta.[y] † quippè vectigal, quod portorium erat, re-
bus quæ veherentur in ciuitatem aut venirēt impositum, modò pluris, modo minoris, locabatur. Tributum autem quia certæ summæ est, nunquàm locatur. Vnde id M. Cicero vectigal certum & stipendiarium nuncupat. Cæ-

Stipendiarium vectigal. Lunen.

14 teris prouinciis impositum est vectigal † certum quod stipendiarium dici-
tur. vt Hispanis, & plerisque Pœnorum, quasi victoriæ præmium ac pœna belli.[z]

15 g *Limine*) Sic legendum confirmo, non *lumine*. † Liminis autem verbo si-
gnificat hoc loco Iurisconsultus, paruam quandam domunculam, aut locum quem tenuiores homines inhabitant. Iuuenalis.[a]

Limine summoueor, perierunt tempora longi
Seruitij nunquam minor est actura clientis.

Quamvis interpretes illîc, limen pro familiaritate & amicitia accipiant. Apud Vergilium quoque limen pro domo accipitur, cùm ait.[b]

Sollicitant alij remis freta cæca ruúntque
In ferrum penetrant aulas, & limina regum.

quamquam & eo loco Seruius limina dicat interiorem familiaritatem. Vult itaque noster Vlpianus, propter aduentum officialium, hoc est magistratuū, & militum, inopes & tenuis vitæ viros sua non esse priuandos habitatione, translato suæ casulæ vsu in aduenas.

Breue.

16 h *Breui*) † Id est exigua: nouo quidem loquendi modo, cùm propriè breue,
opponatur lōgo. Ac multos inquit M. Cicero, decipit imitatio breuitatis: vt cū se breues esse putēt lōgissimi sint.[c] Et alibi, longū est dicere, sed hoc breui dicā.[d] Sed nec obiter hîc præteriri velim, breuē & breue, masculino neutróque genere, à nō contemnendis authoribus vsurpari pro minore aliquo prin-

Breue apostolicū.

17 cipis diplomate, & in eo significatu, quo vulgus † breue Apostolicum dicit.
Milites suos, inquit Lampridius, sic vbique sciuit: vt in cubliculo haberet breues, & numerum & tempora militantium.[e] Flauius item Vopiscus Mnesteus ait secretorum Aureliani notarius, qui sciret Aurelianum neque frustra minari solere, neque si minaretur, ignoscere. Breue nominum conscripsit mistis iis, qnibus Aurelianus verè irascebatur: cùm iis de quibus nihil asperum cogitabat, ac breue, legit singulis, quorum nomina continebat.[f]

m l. j. ff. de concus. l. ij. C. de cond. ob tur. cau. l. iiij. C. ad l. Iul. repet. c. in bemus. j. q. j.
n l. fi. ff. de concus.
o l. j. ff. de fal. l. eadem. ff. ad l. Iul. repetund. d. l. fi.
p Cic. pro Flacco, & in prat. vrba.
q l. lege Iulia. ff. de testib. d. l. eadem.
r l. ij. ff. de concus.
s l. fin. ff. de priua. delict. l. fin. ff. de furt.
t M. Varro li. j.
u Plaut. in Aulularia.
x l. ager. in fi. ff. de ver. sign.
y Cic. pro L. Flacco.
z Cic. actio. 5. in Verrem.
a Iuuena. Satyr. iij.
b Vergil. lib. ij. Georgico.
c Cic. de inuēt.
d Cice. pro Sestio.
e Lamprid. in Alexandro Seuero.
f Vopiscus in Aureliano.

Nec valdè dissimiliter Imperator breuem accipit, pro parua quadam scriptura, & annotatiunculа summa rerum memoriæ caussa continente.[g]

i *Supellectili*) † Supellex, inquit Pomponius, domesticum est patris familiâs 18 Supellex.
instrumentum, rerum ad quotidianum vsum paratarum, quod nec argento, auróve facto: nec vesti annumeratur. Veluti mensæ, scamna, lecti, & iis similia.[h] Fictili autem, aut linea, aut vitrea, aut ærea, denique suppellectili, veteres vsos fuisse Celsus ex Labeonis sententia demonstrat.[i] & Ælij Cati exemplum: quem Ætoloram legati in consulatu prandentem in fictilibus inuenerunt.[k] Nunc verò, inquit, ex ebore, atque testudine, & argento, ex auro etiã,
atque gemmis supellectili vtimur.[l] † Luxuria supellectilis modum vt cæte- 19 Scipio Asiaticus.
ra omnia variante, quamprimum in Italiam misit Asia deuicta. Siquidem Lucius Cornelius Scipio, qui ab Asia domita, Asiaticus postea dictus est, Anno conditæ vrbis, DLXV. M. Fuluio nobiliore, & Cn. Manlio Volsone Coss. Romam transtulerit inter cætera vasorum argenteorum (quæ omnia cælata erant, & insculpta) mille pondo, & 424. aureorum mille pondo xxiiij.[m] aut vt Plinius scribit, pondo C. mille.[n]

g l. fi. C. de conuen. fisc. debi. lib. 10. l. excellentia. C. de erog. milit. anno. lib. 12.
h l. j. & iij. ff. de supelle. leg.
i l. Labeo. ff. illo tit.
k Plin. lib. 33. c. 11.
l d. l. Labeo.
m Liuius li. 37.
n Plin. li. 33. c. 11.

§. SICVTI.

Sicuti medico euentus mortalitatis[a] imputari non debet:[b] ita quod per imperitiam[c] commisit, imputari ei debet. prætextu enim humanæ fragilitatis[d] delictum decipientis in periculo hominis innoxium[e] esse non debet.

SVMMÆ.

1 *Mortalita..* 2 *Medicus non curat omnẽ morbũ.* 3 *Imperitia quãdo culpæ assignetur.*

a MOrtalitatis) † Id est mortis, atque ita nõ vno in loco Iuris authores mor- 1 Mortalitatis.
talitatis verbum vsurpant, vt mortem significet.[a] à qua acceptione non valdè abhorret M. Cicero, cæterique optimi authores, Mortalitatis nomine cuiusque rei finem, exprimentes. vt cùm Cicero dixit, omne quod ortum est, mortalitatem cõsequi,[b] Et Plinius Octauium ad poësim accẽdens: Habe (inquit) ante oculos, mortalitatem, à qua asserere te hoc vno monimento potes. nam cætera fragilia & caduca non minus quàm ipsi homines desiuunt, occidúntque.[c] Vsurpatur & nonnunquàm pro fragilitate huiusce vitæ mortalis, & naturæ communis conditione: vt cùm de Claudio Cæsare Tranquillus ait. & in vltima cognitione, pro tribunali accessisse se, ad finem mortalitatis (quam quàm abominantibus qui audiebant) semel atque iterũ pronunciauit.[d] Et Plinius, Vana mortalitas, inquit, & circunscribendum se ipsam ingeniosa computat more Thraciæ gentis, & reliqua.[e]

b *Non debet*) † Cùm omnium morborum curatio (sicuti Lucianus scri- 2 Medicus non præstat immortalitatem.
ptum reliquit) non sit posita in medicorum potestate.[f] & vt ad Rufinum Poeta ait.[g]

Non est in medico semper curetur vt æger:
Interdum docta plus valet arte malum.

Satis est igitur medico ea ad curationem ægroti adhibuisse, quæ secundum medicæ artis præcepta iudicantur vtilia: neque enim ipse immortalitatem præstare potest.

c *Imperitiam*) † Quam in quibuscunque artificibus, & disciplinam aliquam 3 Imperitia quando culpæ vertatur.
profitentibus adscribi culpæ iura nostra meritò voluerunt.[h] tanquam se immiscuerit, vltrò temeréque, rei ad se non pertinenti.[i] Vnde si quis iuris peritiam professus magistratui, aut litibus iudicandis se obtruserit, móxque inscitia perperam ius reddat, extra ordinem coercendus est.[k] multóque magis medicus, pharmacopola & Chirurgus:[l] qui tam graui periculo mortalium profitentur, de hominum vita temerè ludentes: ac ita acci-

a l. pen. ff. de vi & vi armat. §. pen. Inst. qui. mo. test. infi. & ibi.
b Cic. lib. j. de natur. Deo.
c Plin. lib. v. epist.
d Suet. in Claudio Cæsare sub finem.
e Pli. lib. 7. c. 40.
f Lucianus in abdicato.
g Ouid. lib. j. de ponto. eleg. iiij.
h l. si fundum. §. Celsus. l. item queritur. §. si gẽma. ff. Locat.
i l. culpa. ff. de reg. iur. c. nõ est. illo tit. in 6.
k l. ij. ff. quod quisque iur. l. fin. de Var. cog.
l l. qua actione §. fi. cum l. seq. ff. ad l. Aquil. c. sua. de homicid. & ibi.

accipere soleo, quod vulgò iactatur, Imperitiam culpæ annumerari.[m] d *Humanæ fragilitatis*) Quæ artem aliquam profitentibus, iustam non præbet exusationem.[n] si quidem non carcat culpa (vti diximus) qui muneri ad se nō pertinenti se ingessit, magnóque aliorum periculo obtrusit.[o] e *Innoxium*) Inculparum, & impunitum. vt sic velit Vlpianus, non excusari medicum, qui non dolo, sed per imperitiam malè curauit ægrum,[p] ratione quàm attigimus.

§. QVI VNIVERSAS.

Qui vniuersas prouincias[a] regunt: ius gladij[b] habent. & in metallum[c] dandi potestas eis permissa est.[d]

SVMMÆ.

1 Gladij ius.
2 Gladij nomine qua coercitio veniat.
3 Morte olim rei non plectebantur.
4 Metalli pœna.
5 Præses cur non deportet.
6 Insulam assignare cuius sit.

a *Vniuersas prouincias*) Exundat hîc dictio, *Vniuersas*, cùm Vlpiani seculo solus Imperator vniuersas simul rexerit prouincias per selectos magistratus.

Gladij ius. 1 b *Ius gladij*) † Hoc est maiorem illam animaduersionem in delinquentes,[a] quam merum imperium dicimus.[b] Vt sic velit Vlpianus, Præsidem prouinciæ posse, cùm hoc ei videbitur, reum morte plectere, & punire. Nā hoc est animaduertere gladio,[c] & summa vti potestate, quæ gladij verbo, demonstratur.

Gladij verbo quæ coercitio veniat. 2 † Vnde falluntur inexcusabiliter, qui putant gladij nomine quamcūque coercitionem delictorum, ac in reos animaduersionem contineri.[d] Alioqui noster Vlpianus hîc superfluò addidisset, quæ sequuntur verba, *Et in metallum dandi*. Et cùm alibi dixit, neminem posse gladij potestatem, vel alterius cuiuscúnque coercitionis in alium transferre.[e] alterius coercitionis frustra meminisset.

Romani vix morte reos mulctabant. 3 c *In metallum dandi*) † Priscis Romanorum religio fuit, hominem quamlibet malum & reipublicæ perniciosum, necare. vnde M. Cicero scribit, morte damnare, non Romanorum, sed externorum esse.[f] omniúmque crudelissimus Sylla habitus est: qui primus Romæ mulctare morte reos, introduxit. Alia itáque supplicia Romani excogitârunt, vt aquæ & ignis interdictionē, exilium, Relegationem, & inter ea quædam, ad quæ nihilominus damnati, aliquo possent esse reipublicæ commodo, vt damnationem in Calcariam, in sulfurariam, in salinas, in metallum, & in opus metalli.

Metalli pœna. 4 † Damnatus in metallum, grauibus vinculis pressus metallicum opus faciebat.[h] nam intra terræ venas metallū perquirebat, & scrutabatur, arenas lauabat, quod subsidebat: deinde coquebat in fornacibus, diu noctúque aurē in labore perseuerabat, nullàque ab opere dabatur ei requies aut laboris intermissio: quin plerúnque verberibus vsque adeo augebatur calamitas, vt ob miseriæ grauitarem mors vita optabilior illi esset. eadémque pœna erat, damnati in opus metalli: nisi quod leuioribus vinculis premebatur.[g]

Præses cur non deportet. 5 d *Permissa est*) † Mirùm profectò videtur, quòd cùm Præses prouinciæ ius habeat non modò damnandi in metallum, sed etiam ius gladij, & ita potestatem reos morte mulcandi,[h] in insulam deportare nequeat?[i] cùm ei quod minus est non soleat denegari, cui licet quod plus est.[k] Considerandum igitur, Præsidem prouinciæ pronunciare quidem posse, quem deportandnm.[l]

Insulæ assignatio. 6 † Cæterùm assignare insulam damnato, quæ non sit in prouincia, cui præsidet, non potest: ne fuæ iurisdictionis terminos excedere videatur.[m] Quocirca Imperatori rescribere debet, vt assignet insulam,[n] quam si sub se præses haberet, hoc intra prouinciæ suæ fines posset

m l. imperitia. ff. de reg. iur. §. imperitia. Inst. de l. Aqu.
n l. si seruus §. si fornacarius. in fi. ff. ad l. Aquil.
o d. l. culpa. d. c. tua.
p l. qua actione §. fi. l. item si. §. j. ff. ad l. Aqui. §. præterea. de leg. Aquil. in Institu.

a l. solet. l. si quid. ff. de off. procons. l. nemo potest gladij. ff. de reg. iur.
b l. iij. ff. de iurisd.
c l. aut damnū §. j. ff. de pœn. l. j. ff. de abige.
d Alciat. lib. Paradox. ij. c. 7. Longoual. l. imperium. parte. iij. ff. de iurisdic.
e d. l. solet. d. l. nemo.
f Cic. pro Q. Ligario.
g l. aut damnū. §. inter eos. ff. de pœn.
h d. l. aut damnum. §. j.
i l. ij. §. j. ff. de pœ. l. inter. §. j. ff. de interd. & releg. l. j. §. ij. quibus. ff. de leg. iij.
k l. nec in ea. ff. de adult. c. cui licet de reg. iur. in 6.
l l. diui. ff. de pœn.
m l. fin. ff. de offi. præfec. vrb. l. iij. hoc tit. sup.
n l. j. ff. quand. app. sit. d. l. diui. §. pe.

eam quoque dubio procul assignare.[o] Sed de hoc deportandi, relegandíque iure ac insularum asignatione plura præstrinximus.[p]

o L. inter. §. j. & præsides. l. relegatorum §. j. & ij. ff. de interdic. & releg. d. §. penul.
p L. j. in pr. ff. de offi. præfe. vrb.

§. PRÆSES.

Præses prouinciæ si mulctam,[a] quam irrogauit, ex præsentibus facultatibus eorum quibus eam dixit, redigi non posse deprehenderit, necessitatem solutionis moderetur:[b] reprehensa exactorum illicita auaritia,[c] remissa propter inopiam[d] mulcta à prouincias regentibus exigi non debet.[e]

SVMMÆ.

1 *Mulcta.*
2 *Emenda.*
3 *Mulctare qui possint.*
4 *Mulcta certatio.*
5 *Arbiter an mulctet.*
6 *Auaritia radix omnis mali.*
7 *Paupertatis fauor.*
8 *Mulcta semel remissa quãdo restauretur.*

a MVlctam) † Hoc est pœnam pecuniariam:[a] quam nos Gallico vocabulo vocamus † *Emendam.* inde deducto vt arbitror ego nomine, quòd 1 Mulcta. 2 Emenda.
per eam damnum irrogatum sarciatur, & emendetur. Mulctam verò inde dictam M. Varro scribit,[b] quòd cùm olim pecuniaria peccati pœna vna tantùm exigi soleret, vt ouis, aut bos, mul[c]a seu multiplex, postea exigi cœperit, & vinum atque oleum addi. Porrò Mulctæ vocabulum non latinum, sed Sabinum esse idem M. Varro author est. Erat autẽ olim maxima mulcta xxx, boum, & duarum ouium: minima autem vnius ouis.[c] Cuius solemnia verba hæc fuisse Gellius ex Varrone, scriptum reliquit. M. *Terentio, quando citatus, neque respondit, neque excusatus est, Ego ei vnam ouem mulctam dico.* Postea verò lege Aterina cœptum est, in pecunia mulctari, & oues singulæ, denis æris, boues centum æstimatæ.[d] Hodie mulcta arbitraria est, ex arbitrio nimirum iudicantis pendens:[e] dum non legitimum modum egrediatur:[f] qui definitus est, in iis, qui iure ordinatio prouincias moderantur ad duas vncias auri, in proconsulibus, Comite orientis, & augustali præfecto, ac omnibus illustribus ad sex: in cæteris spectabilibus ad tres vsque,[g] † Sanè verò non omnibus 3 Mulctare qui possint.
iudicibus, aut etiam magistratibus datum est ius infligendæ mulctæ:[h] sed iis tantùm (inquit Vlpianus) quibus publicè iudicium est.[i] Veluti magistratibus vrbis Romæ, & Præsidibus in prouinciis.[k] ij enim publicè iudicium habent cum imperio.[l] Videturque id antiquum fuisse, legis xij. tab, institutum. Cuius hæc fuisse verba testatur M. Cicero.[m] *Iusta imperia sunto, iisque ciues modestè ac sine recusatione parento. Magistratus nec obedientem & nocuum ciuem, mulcta, vinculis, verberibusve, coercento. Cum magistratus iudicassit, irrogassitve per populum mulctæ certatio esto,* Etenim postquam dixerant magistratus mulctam, ab iis ad populum poterat prouocari. coram quo † tum de mulcta 4 Mulctæ certatio.
certari dicebatur: cùm scilicet disceptabat populus suffragiis, an irrogata à magistratu mulcta, vel confirmanda, vel abroganda esset. Excitatíque tandem (inquit Liuius) duo tribuni plebis. Sp. L. Caruilij eum rem inuisam, infamémque cernerent: ducentum millium æris mulctam M. Posthumio dixerunt.[n] cuius certandæ cùm dies aduenisset conciliúmque tam frequens plebis adesser, vt multitudinem ex ea capitolij vix caperet. & rursus non multo post. Confestim Caruilij Trib. plebis, omissa mulctæ certatione rei capitalis, diem posthumio dixerunt.[o] Itaque cùm solis magistratibus Pop. Romani ius infligendæ mulctæ datum sit: euidenter constat duumviris, defensoribus ciuitatum, cęterísque municipiorum magistratibus, quia nec vrbis Romæ magistratus sunt, nec publici iudicij, & imperij vim vllam habent: non esse concessum ius hoc dicendę mulctę.[p] licet in proteruos & cõtumaces aliis remedis vti possint.[q] nequaliscunque eorum authoritas, alioqui deludatur & in contemptum planè veniat.

a l. aliud. §. j. ff. de ver. sig.
b M. Varro. lib. 19. rer. humana.
c Gel. lib. 11. c. j.
d Gel. vbi sup.
e d. l. aliud. §. j.
f l. si qua pœna. in fi. ff. de verb. sig.
g l. fi. in pr. C. de mod. mulcta. l. fi. C. de sportul.
h l. defensores. ij. C. de defens. ciui.
i l. ij. §. fi. ff. de iud.
k d. l. aliud. §. fi.
l L. ij. ff. de in ius voc. l. cum prætor. j. ff. de iudi.
m Cic. li. iij. de legib.
n Liuius lib. 25.
o Liuius li. 25.
p l. vni. ff. si quis ius dic. d. l. defensores.
q l. contumacia ff. de re iud.

veniat.[r] Sed nec ij quibus est mandata iurisdictio, aut qui sunt in certa lite iudices constituti (tametsi modicam habeant aliam coercitionem[s]) illa ratione mulctare poterũt:[t] præter quàm in causis à principe delegatis.[u] præsertim cõtra apparitores, negligentiùs mandata iudicis exequentes.[x] Amplius videtur, nec præsidibus quidem prouinciarum ex vetere præsertim lege, ius fuisse irrogandæ mulctæ: cùm magistratus pop. Romani non essent. & ita in vrbe Roma non haberent publicè iudicium[y] nisi mandatis principum, legatos suos in prouincias destinantium, hoc eis specialiter tributum fuisset.

Arbiter an mulctare possit. 5 [z]† Quod autem Iabolenus scribit, arbitrum (qui tamen nullam habet iurisdictionem, sed notionem tantùm, hoc est simplicem cognoscendi facultatem[a]) litigatoris contumaciam punire posse pecuniam eum aduersario dare iubendo.[b] necessariò accipiendum venit, vbi hoc ei à partibus in compromisso nominatim permissum est: cùm non aliud quicquam, vel minimum arbiter statuere queat.[c] quamuis illud quoque dici possit satis cautum censeri respectu pœnæ adiectæ compromisso, vt eam scilicet ob nimiam litigatoris proteruiam, perinde ac si arbitrio paritum non esset, aduersario possit arbiter addicere.[d] siquidem par sit arbitrio iam lato, non obtemperare & impedire, ne pronuncietur.

Mulcta nõ remittitur. b *Moderetur*) Vel mulctam in totum remittendo, vel eius solutionem in aliud tempus differendo,[e] pœnam verò corporalem, semel sententia magistratus irrogatam nullus reuocare aut moderari potest fine principis authoritate:[f] Sed nec apud Athenienses illatas semel mulctas quas in aram Iouis conseruatoris dedicabant, remittere fas fuit.[g]

Auaritia radix omnium mali. 6 c *Illicita auaritia*) Non satis habuit Vlpianus, *auaritia* dicere, quæ dictio nimiam & improbam habendi cupiditatem, notat[h] † occasionem. & radicem (vt D. Paulus, & Iustinianus scribunt) omnium malorum:[i] sed adiecit *illicita*. quo magis inexplebilem eorum cupiditatem, qui mulctis exigẽdis præfecti, nullius misereantur, sed omnibus omnia *per fas nefásque* corradere cupiunt.

Paupertatis fauor. 7 d *Propter inopiam*) † Fauetur ergo hac in re inopiæ & paupertati: quæ efficit vt illata mulcta remitti, aut moderari possit: quemadmodum etiam tributum, aut collecta.[k] Rursus & in sportularum exolutione, quas iudex (vt tabellio mercedem instrumenti) ab inopibus exigere vetatur.[l] Debétque magistratus negociorum multitudine obrutus, causam pauperis potiùs tractare.[m] vnde solent interpretes efferre vulgò, paupertatem aliquando prodesse Nos verò qui, cum Asinio Marcello inopiam censemus malorum præcipuum:[n] Deum opt. Max. precamur, vt ab istiusmodi commodis, nos defendat ab omníque paupertatis miseria vindicet.

Ne nos paupertas vitæ traducat inerti.

Spiritus paupertatem sanè probamus, veneramur, & suspicimus, nec in aliis contemnimus bonorum inopiam: quæ tamen dum erit procul à nobis gratior futura est.

Mulcta remissa quando restauretur. 8 e *Exigi non debet*) † Licet postmodum soluẽdo effectus sit. quippè remissio mulctæ, cùm sit merum lucrum perpetua intelligitur. Secus ergo si ob paupertatem fieret remissio eius quod debitum est: quia tunc temporaria censeretur.[o] Vt semper verum sit fauorabiliorem damni quàm lucri rationem.[p] nec diuersum si excusatio tantùm esset non etiam vera remissio.[q]

r l. fi. ff. de off. eius. e. ex literis. de offic. de. sig. s d. l. contumacia. d. l. fi. d. c. ex literis. t l. ij. §. fi. ff. de iu. d. l. aliud. §. fin. u e. de causis. §. fi. de offi. deleg. x l. fi. de sport. y d. l. ij. §. fi. ff. de iud. z l. fin. C. de mod. mulcta. d. l. aliud. §. fi. a l. ait prætor. ff. de re iud. l. notionem. ff. de verb. sig. b l. nõ ex omnibus. §. j. ff. de arb. c l. non distinguemus. §. de offic. ff. de arb. d d. l. non ex omnibus. e l. fin. in fin. C. de mod. mulcta. f l. acta. §. j. ff. de re iud. l. pœnã. C. de pœn. g Alciat. l. si qua pœn. ff. de verb. sig. h l. fi. vbi dixi. C. de iur. emphy. c. cum omnis. j q. j. i j. ad Timot. 6. §. j. vt iud. sine quoque. col. §. k Accur. Lomnes. 3. C. de anno. & trib. lib. 10. l l. tam demẽtis. fi. C. de epis. aud. c. charitatem 12. q. ij. m c. in primis in pri. vbi glo. ij. q. j.

L. VII. PRÆSES, V.

Idem lib. 3. opinionum.

Præses prouinciæ, inspectis ædificiis dominos eorum causa cognita[a] reficere ea cõpellat.[b] & aduersus detrectantem com-

m c. in primis in pri. vbi glo. ij. q. j.

n Cornel. Tacit. li. 14. Annal. o l. si vno. in prin. ff. loc. l. qui bonis. ij. ff. de cessio. bo. p l. fi. C. de codicil. q l. non solum. §. fi. libertus. ff. de excus. tutor.

petenti remedio [c] deformitati auxilium ferat.

a *CAusa cognita*) Vocato scilicet domino ædificij, & audito, si non per contumaciam absit.[a]

b *Compellat*) Ad officium namque curatoris reipublicæ pertinet curare dirutas domus à dominis extrui, & refici.[b]

c *Competenti remedio*) Per captionom videlicet, & distractionem pignorum irrogationémque mulctæ: quæ remedia sunt prætorum, & magistratuum.[c]

d *Deformitati*) Quippè interest reipublicę ruinis publicos aspectus non deformari.[d]

a l. in causa. j. §. causa. ff. de mino.
b l. ad curatores. ff. de dam. infect.
c l. j. §. cogenda. ff. de vent. insp. l. vni. ff. si quis ius dic.
d l. ij. §. si quis nemine l. fi. ff. ne quid in lo. pub. l. negociãdi. C. de adif. priuat.

L. VIII. SÆPE.

Iulianus lib. 1. Digestorum.

Sæpè audiui Cæsarem nostrum,[a] dicentem hac rescriptione,[b] *Eum qui prouinciæ præest, audire potest.* non imponi necessitatem [c] proconsuli vel legato eius, vel præsidi prouinciæ suscipiendæ cognitionis:[d] Sed æstimare debere ipse cognoscere, vel iudicem dare, debeat.

SVMMÆ.

1 *Iulianus quo tempore floruerit.*
2 *Rescriptio.*
3 *Necessitas quando iudici imponatur.*

a *CÆsarem nostrum*) Ælium Adrianum intelligere mihi videtur. Per cuius imperium Saluius † Iulianus floruit: edictúmque perpetuum ma- 1
gna cura congessit, & composuit. cuíque iudicanti, in consilijs assedit. nisi malis Antoninum Pium significari, quo rempublicam moderante, Iulianus semel, atque iterum consul fuit. & vrbanam præfecturam administrauit: vt suo loco distufiùs scripsi.[a]

Saluianus Iulianus quo tempore floruerit.

b *Rescriptione*) Hoc est † eo rescriptionis, & epistòlæ genere, qua litigatori- 2
bus Impp. respondent. & eos ad prouinciæ præsides remittunt.[b]

Rescriptio.

c *Necessitatem*) † Non enim quod iudicis potestati permittitur, iuris subij- 3
citur necessitati.[c] vnde licet nonnunquàm absentem damnare possit: non tamen tunc compellitur.[d] & quamuis adueniente peremptorij die possit ferre sententiam: non tamen cogitur. Sed liberum est illi in aliam diem differre negotium.[e]

Necessitas quando iudici imponatur.

d *Suscipiendæ cognitionis*) Poterat prima fronte videri contrarium, ex quo nominatim eiúsce rei & negocij tractatio ad præsidem prouinciæ transmittebatur.[f] nec earum causarum cognitio in alium transferri possit, quæ specialiter magistratibus tribuuntur.[g] Verum non admittimus hac rescriptione, *eum qui prouinciæ præest*, &c. aliquid specialiter præsidi concedi: cùm non ad ipsum, sed ad litigatorem verba referantur.

a l. ij. § fi. ff. de origin. iur.
b l. sequenti.
c l. non quicquid. ff. de iud.
d l. j. C. quo, & quand. iud.
e c. consuluit. de offic. deleg.
f l. j. in princ. ff. de offi. eius.
g d. l. j.

L. IX. GENERALITER.

Calistratus lib 1. de cognitionibus.

Generaliter quoties princeps ad præsides prouinciarum remittit negocia per rescriptiones, veluti *eum qui prouinciæ præest, adire poteris.* vel cum hac hac adiectione, *Is æstimabit, quid sit partium suarum.* non imponitur necessitas proconsuli, vel legato suscipiendæ cognitionis, quamuis non sit adiectum, *Is æstimabit, quid sit partium suarum.* Sed is æstimare debet, vtrum ipse[a] cognoscat, an iudicem dare debeat.

Ipse

a IPse Per se, non alius pro eo quod pontificij personaliter dicunt cætera quæ ad huius legis tractatum pertinent superiori capite à nobis explicata sunt.

L. X. DE OMNIBVS.

Hermogenianus lib. 2. iuris ἐπιτομῶν.

De omnibus causis de quibus, vel præfectus vrbi, vel præfectus pretorio, itémque consules & prætores cæteríque[a] Romæ cognoscunt, rectorum,[b] & præsidum prouinciarum notio est.[c]

SVMMÆ.

1 *Rector & corrector.*
2 *Notio.*
3 *Delegatus non habet iurisdictionem.*

a CÆterique) Etiam extra ordinem ius dicentes[a]

Rector & Corrector. 1 b Rectorum) † Sic legere malo quàm *correctorum*, vt alij cùm nusquam legerim fungi præsidis munere correctorem. De Rectore autem expressus extat in Iustinianeo Codice titulus:[b] eam démque literæ restitutionem, in Papiniani verbis facio.[c]

Notio. 2 c Notio est) Hoc est cognitio cum potestate iuris dicendi.[i] Notionis quippè verbum generatim hîc accipitur, vt cognitionem, & iurisdictionem simul demonstret.[d] quamuis nonnunquàm contrahatur ad simplicem cognoscendi facultatem sine iurisdictione.[e] qualem habent arbitri, atque adeò dati iudices,[f] qui non de iure cognoscebant, sed facti tantùm habebant notionẽ, ex eo iure sententiam ferentes, quod à magistratu eis præscriptum erat.[g] Qua de re latiùs commodiore loco.[h]

Delegat⁹ nõ habet iurisdictionem. 3 † Eum quoque cui mandata est iurisdictio, quia nihil proprium habet, sed eius qui mandauit, iurisdictio ne vtitur.[i] notionem tantum, hoc est nudam cognoscendi facultatem censetur habere:[k] nisi sit proconsulis legatus, qui potest mandatam sibi à proconsule iurisdictionem propria fungitur potestate.[l]

a l. si in aliquam. § fi. ff. de offic. procons.
b C. de offi. rector. pro.
c l. pen. hoc tit. inf.
d l. notionem. ff. de verb. sig.
e l. ait prætor. ff. de re iud.
f l. vni in fin. C. qui pro sua iurisd.
g d. l. ait prætor.
h l. j. ff. de iurisd. omn. iud.
i l. j §. qui mãdatam. ff. de offic. eius.
k d. l. ait prætor.
l l. legati. ff. de offic. proconsul. l. cognitio. vers. cum propriam. ff. de offic. eius.

L. XI. OMNIA.

Martianus lib. 3. Institutionum.

Omnia enim prouincialia desideria,[a] quæ Romæ varios iudices habent: ad officium præsidum pertinent.[b]

SVMMÆ.

1 *Prouinciales, prouincialia negocia.*
2 *Præsidis magna potestas.*

Prouincialia negotia. 1 a PRouincialia desideria) † Prouincialia desideria vocat Martianus, quæ M. Cicero, negotia prouinialia dicit.[a] hoc est, ad eos pertinentia, qui ex prouincijs orti, oriundíque sunt: aut in ijs domicilum habent: nam & hi prouinciales sunt.[b]

Præsidis potestas. 2 b Pertinent) † Q.d. Martianus, consulis, prætoris, præfecti, ædilis, cæterorúmque omnium omninò magistratuum, qui Romæ ius etiam extra ordinem dicunt, præsides in prouincia funguntur, quamuis illorum diuersæ sint functiones, & munera.[c]

a M. Cic. lib. ij. ad Atticum.
b l. prouinciales. ff. de verb. signifi.
c l. si in aliquam. §. fi. vbi dixi. ff. de offi. procons.

L. XII. SED LICET.

Proculus libr. 1. ἐπιστολῶν.

Sed licet is qui prouinciæ præest, omnium Romæ magistratuum vice, & officio fungi debeat:[a] non tam spectandum est, quid

quid Romæ factum sit, quàm quid fieri debeat.

SVMMÆ.

1 *Præiudicia periculosa.*
2 *Glossarum authoritas.*
3 *Commentariorum pernicies.*

a DEbeat) † Vtinam haberent ante oculos hanc continuò sententiam, magistratus præsertim supremi, qui piaculum esse putant, aduersus monitum Iustiniani,[a] à senatusconsulto iamdiu facto recedere. suarum sententiarum præiudicia religiosiùs, quam bonum & æquum, ac iustitiæ causam, sequentes, ita vt personarum, temporis, loci, aliarúmue circunstantiarum nullam plerumque rationem obseruent, sed præiudicati, & eius (vt aiunt) quod in simili negotio, curia aliquando decreuit, indignam tantis hominibus vocem. nec enim tam spectandum est, quemadmodum Proculus hîc ait, quod Romæ, Lutetiæ, Tolosæ, aut in alio celebri loco factum sit, quàm quod fieri debet. Nec maiorum exempla, inquit Cicero, quærenda sunt: sed consilium eorum, à quo exempla nata sunt, inquirendum.[b] sed de ijs alibi.[c] Hanc † item literam, Accursius noster annotauit aduersus eos, qui glossarum authoritate nituntur, indignitatem hominum huius seculi præsagiens, qui plus operæ in retinendis glossarum, interpretúmque vanis opinionibus quàm in tractandis Iurisconsultorum nitidissimis responsis, miserè consumunt. † Hinc enim tot digladiationes, tot ciuilia iurgia, tot lites in immensum protractæ. dum enim quisque noua comminiscitur, fit vt nihil aliud posteris relinquamus, quàm rixas, materiam & fomitem accendendarum litium. Ego quindecim plus minus annos de scriptorum verbis tam anxiè fui sollicitus, vt me hac vna tantùm via peritissimũ fieri putarem iurisconsultum. nunc autem cùm per ætatem, politius meum limaui iudicium, ab illis sic abhorreo, vt vix prioris vitæ, maximè pœniteat, & nostrorum leguleorum vanitatem expertus, nunc resipiscere videar.

Margin: 1 Præiudicia periculosa. — 2 Glosarũ authoritas. — 3 Commẽtariorum pernicies.

a l. nemo. C. de sententi.
b Cic. Philip. 9.
c l. ingenuum. ff. de statu homi.

L. XIII. CONGRVIT.

Vlpianus lib. 5. de offic. procons.

Congruit bono & graui præsidi curare, vt pacata, atque quieta[a] prouincia sit, quam regit, quod non difficilè obtinebit, si sollicitè agat, vt malis hominibus prouincia careat, eosque conquirat.[b] nam & sacrilegos,[c] latrones,[d] Plagiarios,[e] fures,[f] conquirere debet:[g] & prout quisque deliquerit,[h] in eum animaduertere, receptorésque[i] eorum coercere, sine quibus latro, diutiùs latere non potest.

SVMMÆ.

1 *Paci studeat magistratus.*
2 *Sacrilegi, sacrilegium.*
3 *Sacrilegi omnes, sacrilegus nullus.*
4 *Latrones.*
5 *Laterones.*
6 *Satellites.*
7 *Stipatores.*
8 *Somatophylaces.*
9 *Plagiarij.*
10 *Balduinus iureconsultus.*
11 *Fures.*
12 *Manifestarij fures.*
13 *Furtum per lancem & licium.*
14 *Pœna delicto commensuranda.*
15 *Iudex obseruet circunstantias.*
16 *Receptores.*

a QVieta prouincia) Studere † maximè debet, qui prouinciæ præest, vt eam reddat pacis, quietis & tranquillitatis plenissimam:[a] quo nomine plurimùm apud Cæsarem, M. Cicero Ligarium collaudat.[b]

b Conquirat) Per se aut per ministros suos, neque enim ipse potest omnibus locis adesse.

Margin: 1 Paci studeat præses.

a l. 1. §. quies. ff. de offi. præfe. vrb.
b Cic. pro Q. Liga.

Sacrilegi. Sacrilegium.
2 c *Sacrilegos*) † Sacrilegi dicti sunt, quòd sacrum è sacro legant, id est furentur, aut auferant. [c] Vnde propriè † sacrilegium est, vbi res sacra, ex sacro quoque loco, surripitur. [d] nam si res profana tollatur è sacro, furtum est: ideóque furti iudicium datur, non sacrilegij. [e] contrà verò si res sacra sit, sed locus profanus: iudicium erit peculatus magis quàm sacrilegij, aut furti, [f] quãuis olim latior fuerit acceptio sacrilegij. [g] nam & in legibus suis M. Cicer. sacrilego pœnam esse vult, neque ei soli, qui sacrum abstulerit, sed etiam (inquit) ei, cui sacrũ commendatum. [h] Et Agesilaus Lacedæmoniorum Rex, se vehementer admirari dicebat, eos in sacrilegorum numero duntaxat haberi, qui Deos ipsos, aut templorum ornatum spoliarent, non etiam illos Deorum ministros, & præcones, contumelijs afficerent. [i] Equidem si extensiore sacrilegij significatione vti velimus, quemcunque Dei contemptum, oménque profanationem rei sacræ, rectè possumus sacrilegium dicere. Vnde Paulus Apostolus in eos irruens, qui diuinæ legis scientiam habentes, non tamen secundum legem viuunt. Idolatriam & simulacrorum cultum sacrilegium nuncupat. Qui prædicas non furandum (inquit) furaris. qui dicis non mœchandũ, mœcharis. qui abominaris idola sacrilegium facis. [k] Ex his non dubito quin clericos sacerdotiorum fructus dilapidantes, & in malos vsus profundentes iure optimo sacrilegos dicere possimus [l]: cum pecuniam Deo immortali, pauperibúsque Christi dicatam, inuadant, diripiant & depopulentur. Ad hæc Bionis philosophi & sophistæ callidissimi sententia minimè

Sacrilegi omnes.
3 prætereunda venit, † qui omnes esse sacrilegos, & nullum esse sacrilegum, sic probabat. Quisquis id quod Deorum est, tollit, sacrilegus est: omnia Deorum sunt: ergo qui aliquid tollit, sacrilegus est. Deinde cum effringi iubebat templa, nullum esse sacrilegum sic colligebat. quia sublatum ex loco qui Deorum erat, in eum locum transfertur qui Deorum est. [m]

Latrones.
4 d *Latrones*) † Latrones antiqui dixerunt, vt Festus Pompeius scribit stipendiarios milites: qui videlicet stipe, hoc est pecunia conducti, militarent. quasi λατρεύοντες, id est seruientes, & obsequentes. nam λατρεύω dicunt, obsequor, & λατρεία seruitus est: in quam significationem Plautinus Miles hoc verbo vsus est. [n]

Videtur tempus esse, vt eamus ad forum,
Vt in tabellis, quas consignaui hic heri,
Latronibus ego denumerem stipendium.
Nam Rex Seleucus, me opere orauit maximo,
Vt sibi latrones cogerem, & conscriberem.

Hoc autem in more verum Imperatorum fuit, vt istiusmodi conductitios milites circa se, aut ad latus suum semper haberent, velut corporis sui custodes, vnde latinam etymologiam deduci posse, M. Varro scribit, vt scili-

Laterones. Satellites. Stipatores. Somatophylaces.
5 cet latrones dicti sint, à latere, quasi † laterones: quia circa latera Regum,
6 Imperatorum, & Ducum sint: quos Liuius [o] Pliniúsque, [p] † Satellites vo-
7 cant. Cicero autem † stipatores, à stipe hoc est à pecunia, quàm mercedis nomine accipiunt, vel quod stipent, hoc est circundent principis corpora
8 eius defendendi causa. [q] Græci † Somatophylacas quasi corporis custodes. Portò nunc latrones dicuntur, viarum obsessores, quique spe prædæ hominum vitæ insidiantur [r] Iuuenalis. [s]

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Et Horatius. [t]

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones.

Vel quòd à latere adoriantur, vel quòd insidientur latenter, & ex occulto sic appellati.

Plagiarij.
9 e *Plagiarios*) † Plagiarij dicuntur, qui liberos homines emunt, vel vendunt,

c l. sacrilegi. ff. ad l. Iul. pecula.
d l. aut facta. §. locus. ff. de pœn.
e l. diui. ff. ad l. Iul. pecul.
f §. item lex Iulia. Instit. de pub. iudi. l. j. ff. ad l. Iul. pecu.
g Quintil. lib. 7. c. iiij.
h Cic. lib. ij. de leg.
i Plutarc. in Agesilao.
k Ad Romanos ij.
l c. j. vbi Archidia. 48. distin.
m Laert. in Bione.
n Plautus in milite glorioso.
o Liuius lib. ij.
p Plinius lib. ij. c. 14.
q Cice. pro leg. Agrar. ij. offic. & 5. Verri.
r l. succurritur. ff. quib. ex cau. maio. l. hostes. ff. de capt. l. si Barsatorã. C. de fideiusso.
s Iuuen. satyr. 10.
t Horat. li. j. episto.

quíque ſeruos inſcientibus aut inuitis dominis celant: aut vinctos habent, vel perſuadent, vt à dominis fugiant.[u] ἀπὸ τοῦ πλαγίου id eſt ab obliquo', vt philoſophus ſcripſit: quia per obliquum, & malis artibus, ac dolis ſeruos homines in ſeruitutem traherent: aut iam ſeruitutem ſeruientes ad fugam inducerent. Plagiarios non lex modo ciuilis,[x] ſed Moſaica[y] capite plectit: quæ capitalis pœna, plagium appellatur. Sanè per tranſlationem plagiarios appellamus, qui libros alienos ſurripiunt ant illorum ſcripta ſibi aſcribunt. Martialis[z].

Hoc ſitérque quatérque clamitaris,
Impones plagiario pudorem.

Qua de re feruntolim Ptolomeum Philadelphum, Regem Alexandrinum 10
criminale iudicium inſtituiſſe.[a] Et per contrarium publico falſi iudicio coercendos hodie, qui libros recèns conſcriptos, ementitis titulis veteribus adſcribunt: politè monet, Franſ. Balduinus, ætatis noſtræ iureconſultorum diſertiſſimus.[b]

f *Fures*) †Cur fures ſic dicti ſint, variè Iulius Paulus enarrat.[c] vel enim à fur- 11
uo dictum eſt furtum, quod clam & obſcurè fiat, ac plerunque nocte, vel à fraude, vel à ferendo, vel à Græco ſermone, qui φῶρας appellant fures.[d] Latini tamen authores, ſuperiorem etymologiam magis probant, vt fur dictus ſit, à furuo, quo priſci Romanorum atrum & obſcurū ſignificarunt: namque per obſcuras & atras noctes, fures faciliùs & opportuniùs ſua ſolent explere
facinora. †Inter autem omnes furum ſpecies maxima pœna digni ſunt, ma- 12
nifeſtarij, hoc eſt in ipſo furto deprehenſi.[e] in quos quadrupli conſtitura eſt actio.[f] quin & eos, lex xij. tab. occidi permiſit, ſi noctu delinquerent, aut in-
terdiu comprehenderentur, ſe telo defenderent.[g] † In id quoque furum ge- 13
nus qui per lancem liciúmque furta concipiebant, perinde vindicatum eſt Decemuirali lege, ac in manifeſtarios.[h] Quod furti genus, ideo per lancem & licium dicebatur (vt eruditi & celeberrimi nominis viri ſcriptū reliquerunt) Quia in alienam domum expilandi, & diripiendi conſilio ingreſſurus ſe licio (vt olim magiſtratibus miniſtrantes lictores[i]) præcingeret. quo ſe publica authoritate venire demonſtraret: lancem, prætereà ferens quam obijceret oculis, ne matrem familias, aut virgines alicubi conſpicaretur.[k] Ego verò, lance, & licio vſos quoſdam fures fuiſſe puto, conturbandæ & implicandæ occurrentium mentis gratia quo ſcilicet licio ſuffarcinati, & lance oculis obtenſa, ne cognoſcerentur occurrentibus metum incuterent: vt & olim in veneficiis, & incantationibus, licio veteres vtebantur.[l] Indéque, furtum iſtiuſmodi, per lancem & licium appellatum.[m] Prodierunt & alij non indocti viri, qui diuerſam multò rationem proferant, furtum hoc fuiſſe rerum, ad ſacrificia collectarum autumantes à miniſtris ſacrorum, patrari ſolitum, qui licio præcincti, pecuniam ſub religionis, & ſacri miniſterij prætextu conquirebant: & corrogatam in lancem quam ſecum deferebant, in eorū vſum imponebāt: nihil aut parum deinde, ad cultum Dei conferentes: quales & hodie multos in religione noſtra impoſtores fert ſeculum noſtrum.

g *Conquirere debet*) Sic alibi Martianus, mandatis caueri ſcribit, vt præſides conquirant ſacrilegos, latrones, plagiarios, & prout quiſque deliquerit, in eum animaduertant.[n]

h *Quiſque deliquerit*) †Pœna quippè delicto commenſurari debet: vt ſcilicet 14
grauiora, grauius: leuiora, leuius coerceantur.[o] neque aſſentiendum eſt Stoicis, æqualia eſſe peccata tradentibus:[p] & valde iniquus foret rerum æſtimator, vt Lyricus ait.[q]

Si quis eum ſeruum, patinam qui tollere iuſſus
Semeſos piſces, tepidúmque ligurierit ius,
In cruce ſuffigat.

Debet

u l. j. l. non ſtatim. §. fi. ff. ad l. ſta. de plagia. l. quaniam. l. eum. & l. fi. C. ...llo titul.
x d. l. j. d. l. quo man. d. l. fi. d. §. fi.
y Deuteron. 24.
z Mart. l. j. epigr.
a Vitru. lib. 7.
b Franc. Baldui. in rub. de pub. iud. in Inſtitutio.
c l. j. ff. de furt.
d §. j. de oblig. quæ ex delict.
e l. iij. ff. de furt.
f §. quadrupli. de actionib. in Inſtit.
g Gell. lib. 11. c. 18.
h Gel. vbi ſup. dixi in epiſt. queſt. c. iii.
i Gell. lib. 12. c. iij.
k Cæl. Rhodig. li. 10. antiq. lectio. c. 6. Alci. li. parerg. 5. c. 7.
l Plin. lib. 28. c. iij.
m Dixi c. iij. epiſt. quæſti.
n l. lege. §. j. ff. ad l. Iul. Pecula.
o c. non afferamus 24. q. j.
p Cic. in paradox.
q Horat. lib. ſermo.

Balduini iureconſultus laus.
Fures.
Manifeſtarij fures.
Furta per lancē & licium.
Pœna delicto cōmenſuranda.

Iudex obseruet circunstantias.

15 Debet† igitur præses prouinciæ delicti qualitatem, & circunstantias diligenter obseruare.[r] Vt videlicet pro rei, personæ, loci, temporis, ætatis, & sexus conditione, vel seuerius, vel clementius statuat.[s]

Receptores seu receptatores.

16 i *Receptoresque*) † Receptores dicuntur, qui fures, & rapinas recipiunt, celántque, & occultant. in quos acerrimè vult lex animaduerti,[t] quod sine his, diu non possint latere maleficia.[u]

r l. aut facta. ff. de pœn.
s l. sacrilegij. ff. ad l. Iul. pecul. c. fraternitas. 12. q. ij.
t l. iij. §. cognoscet. ff. de offic. præf. vigil.
u l. j. ff. de recepto.

§. FVRIOSI.

Furiosi si non possint per necessarios[a] contineri, eo remedio per præsidem obuiandū est: vt scilicet carcere contineantur. Et ita Diuus Pius[b] rescripsit. Sanè excutiendū, diui fratres[c] putauerunt, in persona eius, qui parricidiū admiserat, vtrum simulato furore facinus admisisset: an verò cùm reuera mentis compos non esset: vt si simulasset, plecteretur:[d] si fureret, in carcere contineretur.

SVMMÆ.

1 *Necessitas, necessitudo.*
2 *Necessarij.*
3 *Antoninus Pius.*
4 *Diui fratres.*

Necessitudo. Necessarij.

1 a *NEcessarios*) † Necessitas, & necessitudo coniunctionem quandam & affinitatem significant. Inde affines & cognati, sæpenumerò † necessa-
2 rij dicuntur,[a] quod in eos, vt apud Festum Gallus Ælius ait, officia necessaria, præter cæteros conferamus.

Diuus Pius.

3 b *Diuus Pius*) † Titum Fuluium, Antoninum intelligit: qui tantæ fuit iustitiæ & pietatis, vt Pij nomen meruerit. de quo alibi plura.[b]

Diui fratres.

4 c *Diui fratres*) † M. Antoninus videlicet, & L. Verus Commodus: qui ambo eodem tempore imperauerunt. quosque verbo duorum fratrum, in iure nostro significari supra docuimus.[c]

d *Plecteretur*) Vide quæ sequenti capite annotabo.

a l. hæc autem. §. j. ff. quib. ex cau. in poss. ea. l. si. vbi dixi. ff. de iusti. & iur.
b l. Imperator. j. ff. de statu hominis.
c l. in tantum. §. j. ff. de rer. diuis.

L. XIIII. DIVVS.

Macer. lib. 2. de iudiciis publicis.

Diuus Marcus & Commodus Scapulæ Tertylio rescripserūt; in hæc verba: Si tibi liquidò[a] compertum est Ælium Priscum in eo furore esse, vt continua mentis alienatione omni intellectu careat: nec subest vlla suspicio, matrem ab eo simulatione dementiæ occisam: potes de modo pœnæ eius dissimulare:[b] cùm satis furore ipso puniatur.[c] Et tamen diligentiùs custodiendus erit, aut (si putabis) etiam vinculo coercendus: quia non tam ad pœnam, quàm ad securitatem & tutelam proximorum pertinebit. Si verò, vt plerūque assolet, interuallis quibusdā sensu sanior est, nûm fortè eo momento scelus admiserit, nec morbo eius danda sit venia, diligenter explorabis. Et si quid tale comperies, cōsules nos,[d] vt æstimemus, an per immanitatem facinoris si cùm posset videri sentire, commiserit, supplicio afficiendus sit.[e] Cùm autem ex literis tuis cognouerimus tali eum loco atque ordine[f] esse, vt à suis vel etiam in propria villa[g] custodiatur: rectè facturus nobis videris, si eos à quibus illo tēpore obseruatus est, vocaueris: & causam tantæ negligentiæ excusseris, & vnumquemque eorum prout tibi leuari, vel onerari culpa eius videbitur, constitueris. Nam custodes furiosis non ad hoc solùm adhibentur, ne quid perniciosiùs ipsi in se moliantur: sed ne aliis quoque exitio sint: quod si com-

mittatur, non immeritò culpæ eorum adſcribendum eſt, qui negligentiores[h] in officio ſuo fuerint.

SVMMÆ.

1 *Liquidò.*
2 *Iurare liquidò.*
3 *Adriani clementia.*
4 *Afflicto non eſt danda afflictio.*
5 *Parricidæ ſupplicium.*
6 *Culeus.*
7 *Canis natura pugnax.*
8 *Gallus gallinaceus.*
9 *Vipera parentem necat.*
10 *Ægyptiorum lex in parricidas.*
11 *Parricida primus apud Romanos.*
12 *Loco atque ordine.*
13 *Ordo pro ſtatu.*
14 *Furioſi apud agnatos.*
15 *Ad agnatos deduci.*

a *Liquidò*) †Hoc eſt certò & verè. Nemo erat, inquit M. Cicero, quin hoc ſe audiſſe, liquidò diceret,[a] & alibi, Confirmare hoc liquidò, iudices poſſunt.[b] Ouid. item in faſtis.[c] 1 Liquidò.

Quæritis vnde putem, Maio data nomina menſi,
Non ſatis eſt liquidò cognita cauſa mihi.

Nonnunquàm etiam idem quod purè, rectè, ſyncereque, ſignificat. Gratiſſimum eſt (ait ad Catonem Cicero) te libenter amicitiæ dediſſe, quòd liquidò veritati dares.[d] & cùm Myſis Terentiana Dauum rogaret, cur non ipſe verbenas ſubſterneret, vafer Dauus reſpondit:[e]

Quia ſi fortè opus ſit, ad herum iuſiurandum mihi,
Non appoſuiſſe, vt liquidò poßim: Cui Myſis. Intelligo.
Noua nunc religio, te iſtûc inceßit.

Quod & illud intelligimus, à nobíſque intelligi valdè intereſt †liquidò iurare, idem eſſe quod ſyncerè, & ad rei veritatem, ſanctè iurare.[f] Ouidius.[g] 2 Iurare liquido.

Te quoque dem liquidò poſſum iurare precari.
O mihi non dubia, cognite Brute fide.

Et alibi.[h]

Scis tamen & liquidò iuratus dicere poſſes,
Non me legitimos, ſollicitaſſe toros.

Atque hinc lucem accipiunt, Vlpiani verba aientis, ſi dominus petat, cogi docere reum liquidò ſe iuraſſe, oppoſita ſcilicet exceptione.[i]

b *Diſsimulare*) Diui Adriani Cæſaris exemplo de quo Dion ſcribit: † quòd cùm apud Tarraconem, per viridaria inambularet, eum hoſpitis ſeruus maximo cum impetu furoris gladio transfigere tentauit. ſed miniſtris accurrentibus retentus eſt. quem Adrianus, vbi furioſum eſſe intellexit, nullatenùs omninò commotus, medicis dedit curandum.[k] tantum abeſt, vt vllo ſupplicio afficere voluerit. 3 Adriani clementia.

c *Puniatur*) Huius conſtitutionis argumento generaliter Modeſtinus tradit, eum qui percitus furore parentem interemit, impunitum eſſe, quòd ſatis dementiæ ſupplicio plectatur.[l] Vnde & illud vulgare colligitur, † Afflictis non eſſe ſuperaddendam afflictionem.[m] 4 Afflicto non dãda afflictio.

d *Conſules nos*) Licet præſes prouinciæ, ius habeat gladij:[n] Si tamen nouum aliquod, & inauditum crimen emergat, principem ipſum conſulere debet.[o]

e *Afficiendus ſit*) †Vt ſcilicet, culeo inſutus cum gallo gallinaceo, cane, vipera, & ſimia, in propinquum mare, aut flumen, abiiciatur.[p] Quod ſuppliciũ à Tarquinio Rege primum excogitatum videtur: qui M. Tullium Duumuirum, quòd libros ſecreta ciuilium ſacrorum continentes, cuſtodiæque ſuæ commiſſos, Petronio Sabino corruptus deſcribendos dediſſet, culeo inſutũ, in mare abiici iuſſit: ídque ſupplicij genus (inquit Maximus) non multo poſt parricidis lege irrogatum eſt. iuſtiſſimè quidem, quia pari vindicta parentũ, ac Deorum violatio eſt expianda.[q] Hoc ſupplicium ſingulare M. Cicero in hæc verba vocat. Solon cùm interrogaretur, cur nullum ſupplicium conſti- 5 Parricidæ pœna.

tuiſſet

a Cic. 5. Verr.
b Cic. 6. Verr.
c Ouid. lib. 5. Faſto.
d Cicer. lib. 15. epiſt. famil.
e Terent. in Andr.
f l. alias. ff. de iureiuran.
g Ouid. lib. iiij. de Põto elegia. 6.
h Ouid. lib. iiij. de Ponto eleg. iij.
i d. l. alias.
k Dion in Adrian.
l l. pen. §. fin. ff. ad l. Pomp. de parric.
m l. nanis. §. fi. ff. ad l. Rhod. l. ex facto. §. fin. ff. de vulg. l. tã dementis. C. de epiſc. aud. c. in dicas. iij. q. 9. c. cum percuſſio. 7. q. j.
n l. illicitas. §. qui vniuerſas. hoc tit.
o vt hîc.
p l. pen. ff. ad l. Pomp. de parricid. §. alia. de publi. iudic. in Inſtit.
q Val. Max. lib. j. c. j.

tuisset in eum, qui parentem necasset. Respondit, se id neminem facturum
putasse: sapienter fecisse dicitur, cùm de eo nihil sanxerit, quod antea com-
missum non erat, ne non tam prohibere, quàm admonere videretur. quan-
to maiores nostri sapientius, qui cùm intelligerent, nihil esse tam sanctum,
quod non aliquãdo violaret audacia: supplicium in parricidas singulare ex-
cogitauerunt: vt quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ij magni-
tudine pœnæ maleficio submouerentur: insui voluerunt in culeum viuos,
Culeu. 6 atque ita in flumen deiici.[r] & reliqua. † Culeus autem hoc loco saccum co- *r Cice. pro Ro-*
riaceum, vel lineum significat: ab occulendo, id est claudendo, quemadmo- *scio Amerino.*
dum Fulgentius scribit, sic dictum, quo ad portandum frumentum, vinum
etiam, & oleum in plerisque partibus vtuntur. Plinius de fortitudine Iunij
Valentis, verba faciens. A. Iunius Valens (ait) meruit in prætorio Diui Augu-
sti centurio: vehicula cum culeis onusta, donec exinanirentur, sustinere so-
litus carpenta comprehensa vna manu retinere. obnixè contra nitentibus iu
mentis, & alia mirifica facere: quæ insculpta monumento eius spectantur.[s] *s Plin. lib. 7. c.*
neque verò ignoro vsurpatum ab ipsis etiam Iurecõsultis, culei nomen, pro *20.*
prægrandi quodam vase,[t] viginti amphoras,[u] aut vrnas quadraginta,[x] con- *t l. fi. §. fi. ff. de*
tinente. de quo Priscianus grammaticus. *pig. actio. l. lega*
tum. §. fin. ff. de

Est & bis decies, quem conficit amphora nostra, *ann. le. l. 4. §.*
Culeus, ac nulla est maior mensura liquoris. *fin. ff. de tri. vi-*
no.

Budeus noster ad mensuram Gallicam redigit, vt Culeus modios nostros *u Plin. lib. 14.*
duos & semis caperet.[y] subiungens vas magnum fuisse, vel ex eo apparere, *c. iiij.*
quòd in Culeo Scorteo, hoc est ex corio, & animalium pellibus confecto *x Columel. lib.*
Canis cur in pœna parricidæ. 7 damnati Pompeia lege, cum cane, gallo, & vipera, insuerentur. † Porrò cum *iij. c. iij.*
cane, parricidam in culeo includi veteres voluerunt, vt ab eo animali, natu- *y Guliel. Bud. lib. 5. de asse.*
ra pugnaci, & aduersus ignotos cumprimis feroci, crudelique[z] grauius infe- *z Plin. lib. 8. c.*
Gallus Gallinaceus. 8 staretur: & per momenta dilaniaretur. eadémque ratione † gallus gallinaceus *11.*
cũ serpente, & vipera additus est. quo hæc inter se animalia natura inimicis-
Viperæ natura. 9 sima, sine intermissione pugnando parricidam grauiùs affligant. Vipera † au-
tem, quam aptè cõcinnéque huic permixta sit supplicio crudelis eius in pa-
rentes natura declarat, quæ nascendo parentem enecat.[a] Simiam autem ad- *a Plin. lib. 10.*
iunctam puto, quò demõstretur parricidam qui parentem tam immani sce- *c. 62.*
lere violauit, non hominem fuisse, sed efferam quandam belluam hominis
duntaxat figuram habentem. Rectè ergo Satyricus de Nerone parricida &
matricida verba faciens.[b] *b Iuuen. satyr. 8.*

Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus, vt dubitet, Senecam præferre Neroni.
Cuius supplicio, non debuit vna parari
Simia, nec serpens vnus, nec Culeus vnus.

Quasi dicat, multa in eum parari debuissent, istius generis supplicia, qui mul
ta commiserat parricidia, *Deinde in mare profundum*, inquit Modestinus, *iacte-*
tur Culeus.[c] fuítque primus omnium P. Malleolus, qui matre occisa culeo in- *c l. pen. ff. ad l.*
clusus in mare præcipitatus est.[d] quòd si mare vicinum non sit, in proxi- *Pomp. de par-*
mum flumen (Constantinus & Iustinianus, statuerunt) culeum abiiciẽ- *ricid.*
dum. vt omnium (inquit) elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei cœlũ *d Liuius lib.*
superstiti, & terra mortuo auferatur. Quod ipsum videtur Imperator ex M. *48.*
Ciceronis oratione totum excerpsisse. Cuius elegantissima verba adscribe-
» re placuit.[e] O singularem (inquit) sapientiam Iudices, nonne videntur hunc *e Cicer. pro Ro*
» hominem ex rerum natura sustulisse, & eripuisse? cui repente cœlum, solem, *scio Amerino.*
» aquam, terrámque ademerunt? vt qui eum necasset, vnde ipse natus esset,
» careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt
» feris corpus obiicere, ne bestiis quoque quæ tantùm scelus attigissent, im-

manioribus vteremur. non sic nudos in flumen deiicere, ne cùm delati es-
sent in mare, ipsum polluerent. quo cætera quæ violata sunt, expiari putan-
tur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius partem vllam reli-
querint. Etenim quid tam est commune, quàm spiritus viuis, terra mortuis,
mare fluctuantibus, littus eiectis? ita viuunt dum possunt, vt ducere animam
de cælo non queant. ita moriuntur, vt eorum ossa terra non tangăt. ita iactan
tur fluctibus, vt nunquam abluantur. ita postremò eiiciuntur, vt ne ad saxa
quidem mortui conquiescant. Hactenus ille. qui tamen cùm ait, priscos Ro-
manorum noluisse parricidam bestiis obiici, ad Adriani vsque tempora in-
telligi debet. nam si deesset mare proximum aut vicinum flumen, Adrianus
constituit, vt bestiis parricida subiiceretur.[f] † Ægyptiis verò quondã in mo- 10
re positum fuit, vt parricidas acutis calamis articulatim, membratímque vi-
uos primum cæderent, subinde viuos adhuc in spinarum aceruum, conie-
ctos comburerent: patri verò qui filium enecasset, triduo eum circa occisi
corpus spectatorem assistere iubebant. quo continuo dolore magis affligе-
retur.[g] Sanè multo tempore nulla fuit Romæ tam tetri, immanísque scele-
ris mentio. † Quippe L. Ostius, patrem primus enecasse fertur: P. Malleolus 11
verò matrem paulò post bellũ Cymbricũ, & C. Marij nepotis v. consulatũ,
atque ita annis ab vrbe cõdita plus minus sexcẽtis quinquaginta quatuor.[h]

f *Loco atque ordine*) † Hoc est qualitate, conditione, & vt vulgatiùs loqui- 12
mur, statu. † Ordo enim quemadmodum noster quoque Budæus monuit, 13
pro eo plerunque ponitur, quod statum dicere solemus. Vergilius.[i]

Tum satus Anchisa delectus ordine ab omni
Centum oratores Augusta ad mœnia regis,
Ire iubet.

Et M. Cicero, Marcum Octauium hominem ornatissimum loco, nomine,
virtute, ordine.[k] Nec ignotum tres olim ordines Romæ fuisse: Senatorium,
Equestrem, & plebeium: quos diligenter suo loco enarrauimus.[l]

g *In propria villa*) † Furiosi, non obscuro loco nati (qualem hunc de quo a- 14
gimus Ælium Priscum fuisse, coniicimus) in propria villa, à propinquis, &
necessariis suis continebantur inclusi: ne quid furiosè, aut insolenter moli-
rentur. Vnde lex xij. tab. in agnatorum curatione furiosos esse, in hæc verba
constituit.[m] *Prodigo, & furioso, bonorum suorum administratio interdicta esto: & in
agnatorum curatione sunto.*[n] aut ita, vt M. Cicero scriptum reliquit. *Si furiosus exi-
stet, agnatorum gentiliúmque in eo, pecuniáque eius potestas esto.*[o] ad quam legem
Horatius allusit, cùm ait,[p]

Interdicto huic, omne adimat ius
Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos.

Inde prouerbiale fuit veteribus, cùm furere aliquem significare volebant: † 15
vt ad agnatos & gentiles deducendum esse dicerent. nam Catonem dixisse
solitum Columella refert, eum qui agrum coleret, nec salubri cælo, nec fer-
tilem ad agnatos & gentiles velut parum sanæ mentis perducendum.[q] Ad
eandémque sententiam M. Varro, Qui salubrem (inquit) locum negligit,
mente captus est, atque ad agnatos & gentiles deducendus.[r]

h *Negligentiores*) Eorum sanè vitio & culpæ vertendum est, qui in officio,
curáque sibi demandata negligenter se gesserunt.[s]

f l. pen. ff. ad l. pom. de parric.
g Diodor. lib. ij.
h Liu. lib. 48.
i Verg. lib. 7. Aeneid.
k Cic. in pratura vrbana.
l l. ij. §. deinde cùm esset. & §. ex his. ff. de orig. iu.
m §. furios. de curator. in Instit.
n l. j. ff. de cur. furios.
o Cic. lib. ij. de Inuentio.
p Horat. lib. ij. Sermo. satyr. iij.
q Columella. c. iij.
r Varro lib. j. de re rust. c. ij.
s l. si quos. C. de offic. præfec. præt. orient.

Aegyptij in parricidas.
Parricidæ primi.
Loco atque ordine.
Ordo pro statu.
Furiosi apud agnatos.
Ad agnatos deducere.

L. XV. ILLVD.

Martianus lib. 2. de publicis iudiciis.

Illud obseruandum est, ne qui prouinciã regit, fines eius exce-
dat:[a] nisi voti soluendi[b] causa, dum tamẽ abnoctare[c] ei nõ liceat.[d]

SVMMÆ.

1 *Votum soluere.*
2 *Votum quid.*
3 *Nuncupare.*
4 *Ludi votiui.*
5 *Abno-*

5 *Abnoctare.*
6 *Magistratus non abnoctet.*
7 *Flamen dialis.*
8 *Tribuni plebis non egrediuntur vrbem.*
9 *Regij consiliarij an abnoctare possint.*
10 *Senatorum commeatus.*

a *EXcedat*) Hinc admonentur Magistratus & iudices, ne temerè fines suæ iurisdictionis territoriíque egrediantur.

Votum soluere. b *Voti soluendi*) † Hoc est implendi, & liberandi. Antonius (inquit M. Cicero) ea vota quæ nunquam solueret, nuncupauit.[a] Et Martialis.[b]

Ceperunt certam medici spondere salutem,
Ne votum soluat, nunc Maro vota facit.

a Cicer. iiij. Philip. b Martialis. lib. 12. Epigrāma.

Votum quid. 3 Votum † autem, nemo nescit, sponsionem illā significare, qua nos vltrò Deo obligamus.[c] Vnde finiri solet, vt sit aliquid faciendi, vel non faciendi versus Deum, delibetata promissio.[d] quíque suscepto voto, se numinibus in euentum conditionis obligat, Reus voti dicitur. Damnatus autem, qui postquàm euehit conditio, & impetratam petitionem promissa vota non soluit.[e] Porrò solebant veteres pro republica, aut principis salute vota concipere, eáque ingenti cum apparatu, deinde persoluere.[f] Pro æternitate imperij, & pro salute ciuium imò pro salute principum (inquit Plinius) ac propter illos, pro æternitate imperij, nuncupare vota solebamus.[g] quod proprium erat imperatorum, hoc est eorum, qui exercitui præerant, aut summorum magistra-
Nuncupare votū. 3 tuum.[h] Nam vt Festus ait, † nuncupata vota dicuntur, quæ consules, Prætores cùm in prouinciam proficiscuntur faciūt, ea in tabulas præsentibus multis referentes. est enim nuncupare, palam nominare. quippè pontifices Maximi, Consules, Prætores, Censores vota publica suscipiebant: quæ præsen-
Ludi votiui. 4 te populo referebantur in tabulis. inde † votiuorum ludorum apud probatos authores frequens mentio, quos exercituum duces principio præsertim noui belli, vouebant, si res bene, fœliciterque succederet. Camillus, dictator dictus satis iam omnibus (ait Liuius) ad id bellum paratis ludos magnos ex S.C. vouit Veijs captis, se facturum ædémque Matutæ matris refectam dedicaturum. iam ante ab Rege Seruio Tullo dedicatam.[i] Et alibi, Cum delectum (inquit Liuius) Consules haberent, pararéntque, quæ ad bellum opus essent, ciuitas religiosa in principiis maximè nouorum bellorum supplicationibus habitis, iam & obsecratione circa omnia puluinaria facta, nequid prætermitteretur, quod aliquando factū esset, ludos Ioui, donúmque vouere Consulem, cui prouincia Macedonia euenisset, Senatus iussit.[k] M. Cicero ludos votiuos appellat, quos inquit Pædianus, vouerat Pompeius, si Sertorium superasset.[l] Sanè verò pro principis incolumitate vota post tertium diem calendarum Ianuariarum concipi solita, Caius scribit.[m] aut si Tacito credere malumus, calendis ipsis Ianuariis.[n] Ob diem verò natalium, aut imperij celebrandum obseruabatur dies, quo princeps, vel natus, vel ad imperium assumptus erat.[o] Cuiusce negotij partes, in vrbe Roma, ad pontifices pertinebant. in prouinciis verò ad proconsules, cæterósque præsides prouinciatum. Quod non vno in loco Tacitus, Pliniúsque Nouocomensis ostendunt.[p] scribit siquidem ille, molestè tulisse Tiberium, quòd pontifices, cùm pro eius salute vota susciperent, Germanici quoque filios iisdem Diis commendassent.[q] & alibi, Thraseam vel eo nomine ab accusatore maximè impetitum, quòd principio anni nuncupationibus votorum non adfuisset, licet sacerdocio quindecemuirali præditum.[r] Plinius autem proconsulatum gerens ad Traianum scribit: se cum prouincialibus & commilitonibus solemnia vota pro eius salute & incolumitate, suscepisse, & soluisse.[s] Et paulopost, Se præ eunte, diem imperij Traiani solemni more cum commilitonibus & prouincialibus celebratum, significat.[t] Vt non sit hinc obscurum intelligere de eo voti genere Martianū hoc loco tractare, quod

c Cicer. l. j. de le. ib. d l. si quis rem. ff. de pollicit. & j. c. licet. & tot. tit. de voto & voti redemp. e Macrobius lib. iij. Satur. c. ij f Plin. lib. 7. c. 48. Cicer. de arusp. respons. g Plinius in panegyrico Traiani. h Cicer. 6. Verri. i Liuius lib. 5. k Liuius lib. 31. l Cice. ij. Verrina. m l. si calumnietur. §. fi. ff. de verbo. sig. n Cornel. Taci. lib. iiij. o l. omnes ij. ad fi. C. de fer. p Pli. lib. 10. epist. Cornel. Tacitus lib. iiij. q Cornel. Tacitus lib. iiij. r Cornel. Tacitus lib. 16. s Plin. lib. 10. epist. t Plin. eod. lib.

præses prouinciæ ex iniuncto sibi munere, & secundum morem regionis nuncupauerat. cuius soluendi gratia, permittit Iurisconsultus præsidi fines administrationis egredi, modo non abnoctet, hoc est noctem vnam à prouincia non absit.

c *Abnoctare*)† Abnoctare, vt pernoctate dicitur: qui nulla parte noctis, seu qui per integram noctem abest.[u] 5 Abnoctare.

d *Non liceat*) † Vetatur hinc præses, & sub præsidis nomine, quicunque magistratus peregrinari, etiam per noctem vnam, & licet probabili aliqua causa suadente (vt hic soluendi voti) iniussu principis.[x] De flamine Diali Liuius idem scribit, ei noctem scilicet vnam manere extra vrbem nefas fuisse.[y] Tacitus tamen, de duabus agit noctibus, cùm ait, non vltra binoctium tametsi aduersa incidisset valetudo, abnoctare ipsum potuisse.[z] Plutarchus de tribus noctibus scribit. Eodem pacto (inquit) apud Romanos quoque, sacerdotis proprium est, vt nec equo vtatur, nec plusquam tribus noctibus ab vrbe absit.[a] † Sed nec Tribunis liberum fuit diem integrum abesse Roma[b], nec item prætori vrbano vltra dies decem. † Consiliarios quoque regios in parlamentis Galliæ nostræ curijs Philippi constitutione vetitos constat, † ne rusticentur, peregrinentur, aut etiam abnoctent ab vrbe, quo minus nisi per regium, aut Cancellarij commeatum) omnibus curiæ consessibus intersint.[c] Senatores verò Romanos, Augustus Italia tantum excedere vetuit.[d] Postea receptum vt si aliò quàm Romæ commorari aut proficisci cuperent, à principe impetrarent commeatum.[e] verum Iustinianus procedente tempore eisdem, cæterisque dignitatem sine administratione habentibus, liberum fecit quò vellent proficisci, & commorari.[f]

6 Magistratus non abnoctet. 7 Flamen Dialis. 8 Tribuni Plebis. 9 Consiliarij regij. 10 Senatorũ commeatus.

u l. urbana. §. fin. ff. de verb. sig.
x l. nullus. C. de ef. recto. pro.
y Liuius lib. 5.
z Cornel. Tacitus. lib. iij.
a Plutar. in problema.
b Aul. Gel. lib. iij. c. ij.
c Guliel. Bud. l. vm. ff. de of. præfec. prætor.
d Dion lib. 52.
e l. filij. §. penul. ff. ad municipal.
f l. clarissimis C. de dignitã. lib. 12.

L. XVI. SENATVSCONSVLTO.

Macer. lib. 1 de officio præsidis.

Senatusconsulto[a] cauetur, vt de ijs quæ prouincias regentes, comitésue,[b] aut liberti eorũ antequam in prouinciam venient[c] contraxerunt, parcissimè[d] ius dicatur,[e] & vt actiones[f] amissæ ob eam causam quòd institutæ non sint,[g] postea quàm quis eorum ea prouincia excesserit, restituantur.[h] Si quid tamen inuito[i] accidit: veluti si iniuriam, aut furtum passus est: hactenus ius dicendum est,[k] vt lis contestetur,[l] résque ablata exhibeatur, & deponatur:[m] aut sisti,[n] exhiberiue satisdato[o] promittatur.

SVMMÆ.

1 *Res nedum persona sistitur.*
2 *Comites præsidum qui.*
3 *Magistratus qui non intrent iudicium.*
4 *Ius quomodo dicatur in causa propria.*
5 *Satisdare.*
6 *Sequestrum cessat data cautione.*
7 *Satisfacere.*

a *Senatusconsulto*) Docet hîc Vlpianus, licet admodum subobscurè, vt si præses, aut comites eius, sicuti Quæstores, Præfecti, Tribuni, vel etiam liberti, priusquàm in prouinciã venissent, illic contraxerint, ex ijs contractibus nõ debere durante Præsidis magistratu, & administratione, nisi perparcè & moderatè experiri: & si fieri potest, nullo modo. Nec est quod timeant amitti actiones tempore. Nam si aliquis eorum, ob eam causam eas omiserit intra legitimũ tempus instituere, eidem restituentur. Hoc in contractibus. Nam si furtũ vel iniuriã præses, aut vnus ex comitibus suis liberisue passus esset, ius ad id vsque dicendum foret, quò cautum esse posset, agẽtis indemnitati. † quod fieret lite contestata, si res ablata exhiberetur, aut (inquiunt) qui intulisset iniuriam satisdaret de iudicio sisti. quod non satis textui nostro consentit, 1 Res nedũ persona sistitur.

consentit.qui non de personis,sed de rebus ablatis sistendis,hoc est præsentandis,& exhibendis loquitur.neque portò personæ ipsæ duntaxat,sed ipsæ quoque res sistuntur,& exhibentur in iudicio.

Comites. 2 b *Comitésve*) † Comites præsidum, Proconsulum, aliorúmque magistratuum,prouincias regentium erant legati, præfecti, Quæstores, scribæ & reliqui,qui cum magistratibus in prouincias mittebantur.[a] Comites illi tui (inquit M.Cicer.in Verrem) manus erant tuæ,præfecti, Scribæ, medici,accensi,aruspices,præcones,manus tuæ erant. vt quísque te maximè cognatione,affinitate,necessitudine aliqua attingebat,ita maximè manus tua putabatur.in hos magistratuum comites,perinde atque in magistratus ipsos, iudicium lege Iulia repetundarum dari Marcellus scribit.[c]

c *Antequàm venerint*)De contractibus factis priusquàm in prouinciã venerint,Martianus loquitur.quia postquam sunt in prouincia,&qui prouinciam regunt,& qui circa eos sunt,à contractibus,&omni genere negotiorum abstinere debent.[d] Quod & ipsum attigimus suprà.[e]

d *Parcißimè*) Moderatissimè, non quod prohibeatur (sicuti vulgò creditũ est) ius dici:sed parciter,ac moderatè,ius reddendum Martianus cẽset.vt videlicet tũc sit contentus Præses.cùm indemnati suæ cautum erit, vel omninò diffiniat,in leuioribus causis.[l]

Magistratus quãdo actores & rei sint. 3 e *Ius dicatur*) Durante administrationis tempore.† Magistratus summos (inquit Iulius Paulus) quo in administratione erunt annu,neque actores,neque reos esse oportet.vbi autem magistratu functi fuerint,& ipsis aduersus reos, & reis aduersus ipsos,sunt actiones introducendæ.[g]

f *Actiones*) Temporariæ:Redhibitoria puta,& quanto minoris. hæc enim anno,illa sex mensibus finitur.[h]

g *Non essent*) Intra tempus à lege præfinitum.

h *Restituerentur*) Ipso iure. vt sic nulla exceptione impediatur, quominus agere possit.[i] Nec dicas propterea,quod agere potuerit, vt saltem sibi caueretur,[k] ei non succurrendum.[l] etenim culpandus non est,sed laudandus potiùs,qui quoad fuit in magistratu,prouinciales diuexare noluit,aut quoquomodò litibus implicare.[m]

i *Inuito*)Hoc dicit ad superioris casus differentiam,in quo de contractibus agitur,qui non ab inuitis procedunt,sed à volentibus.[n]

Ius quandoque in causa propria. 4 lz *Dicendum est*) † Ergo si furtum sit factum præsidi,aut iniuria illata,ius dicet ipse præses,in causa propria.sed ad contestationẽ vsque litis duntaxat:vlterius non.[o] Id autem necessitate quodammodò exigente permittitur, ne res ipsa,vel morte,vel tempore, aut actio ipsa perire possit.[p] cum alioqui vel tempore,vel morte delinquentis euanescat plerunque actio, ex maleficio descendens:quæ aduersus hæredes, non nisi lite cum defuncto contestata, datur.[q] Potest quoqne dici,vbi de præsidis causa agitur, Præfectum prætorio,si quis in prouincia,adeundum[r] (nam is est præside maior[s]) aut alium quemuis magistratum,licet æqualem,aut inferiorem, cuius iurisdictioni se præses subiicere volet.[t]

l *Lis contestetur*) Nec vlterius (quod antè monui) ius dicatur:cùm per contestationem litis actori satis sit consultum.omnes siquidem actiones temporariæ semel inclusæ iudicio saluæ permanent.[u]

m *Deponatur*) Satis enim redditur propter delictum suum fur suspectus,vt meritò deposito seu sequestro locus esse debeat.[x]

n *Sisti*) Non quidem persona (sicuti vulgò creditur) sed res ipsa surrepta, de cuius exhibitione agit hoc loco Iurisconsultus,neque porrò personæ dũtaxat:sed ipsæ quoque res sistuntur in iudicio,& exhibentur.

Satisdare. Sequester cessat data cautione. 6 o *Satisdato*) Id est datis fideiussoribus.† Satisdare quippè dicitur,qui ita cauet,vt aduersarium securum faciat, dando fideiussores.[y] & tunc sequestro

a l.diem.ff.de off.assesso.l.j.§.sed si comites.ff.de Var.cog.l.abesse.ff.ex qui.ca.ma.l.diem.ff.loca.l.administr.ates.§.eorum.ff.de excus.tut. b Cicer.act.iij.in Verrem. c l.in comites.ff.ad l.Iul.repetund. d l.principalibus ff.si cert.pet.a.l.non licet.l.qui officij.ff.de cont.emptio.l.vnic.C.de cõtr.iud. e l.solet.§.fi.ff.de offi.Proconsul. f l.de eo.l.quid enim.ff.de iud. g l.pars.ff.de iud. h l.sciendũ.§.fi.ff.de adil.edict. i §.meminimus in auth. vt cũ de app.cog.col.8.§.si verò episc.in auth.de sanctis.epis.col.9. lz d.l.de eo.d.l.quid enim. l l.non enim.ff.ex qui.ca.maior. m l.si extraneus.ff.de iur.dot. n l.in commodato.§.sicut.ff.commod.l.sicut C.de actio.& oblig. o l.qui iurisd.ff.de iurisd.l.vn.C.ne quis in sua ca. p l.j.§.fi.ff.de ser. q l.omnes.ff.de re iud.l.vni.C.ne ex deli.def.§.nõ autẽ.de perpe.actio.in Inst. r l.vni.C.de offi.praef.prat. s Dixi.l.& ideo.ff.de off.procõs. t l.est receptũ ff.de iurisd. u d.l.omnes.d.l.vni.d.§.nõ autẽ. x l.fideiuss.§.fi.ff.qui satisd.cog. y l.j.ff.qui satisd.cog.

locus non erit, cùm satisdatio faciat cessare sequestrum: vt hinc probatur. neque verò ignoro, satisdationis quandóque verbo, repromissionem, hoc est nudam stipulationem significari.[a] Cæterùm propriè refertur ad dationem fideiussorum.[a] † licet satisfacere generaliter dicatur, qui qualitercúnque reddit securum, contentúmve creditorem.[b] quamvis creditor volens in hoc circumventus reperiatur.[c] 7 Satisfacere.

a l. satisd. ff. de verb. sig.
a d. l. j. ff. qui satis.
b l. si rem. §. omnis. ff. de pig. actio. l. item liberatur. in pr. ff. qui. mod. pig. sol.
c d. §. omnis. in fin.

L. XVII. SI FORTE.

Celsus lib. 3. Digestorum.

Si fortè præses prouinciæ manumiserit, vel tutorem dederit, priusquàm cognouerit successorem aduenisse, erunt & hæc rata.[a]

a RAta) Potest, & debet in aduentum vsque successoris Præses ius dicere.[a] sed & post aduentum potest. si necdum resciuerit successorem aduenisse.[b]

a l. meminisse. ff. de off. procos.
b vt hac l.

L. XVIII. PLEBISCITO.

Modestinus lib. 6. regularum.

Plebiscito continetur, vt ne quis præsidum[a] munus, donúmve[b] caperet[c]: nisi esculentum, poculentúmve,[d] quod intra dies proximos prodigatur.

a §. pe. in auth. vt iud. sine quoque col. ij. §. oportet. de man da. prin. col. iij.

SVMMÆ.

1	*Magistratus ne munus capiat.*	4	*Esculentum.*
2	*Aduocatus honorarum rectè accipit.*	5	*Iudex etiam à poculentis abstineat.*
3	*Donum & munus in quo differunt.*	6	*Munera Deos ligant.*

a PRæsidum) † Sub præsidis nomine, quoscunque iudices, & magistratus intellige prohibitos, donum, munúsve capere.[a] Et generaliter, quicquid præter salarium eis de publico constitutum est.[b] Hoc enim redolet iustitiam habere venalem.[c] † quamuis autem aduocato, patrocinium iustum, & Iurisconsulto rectum consilium vendere liceat: non tamen (inquit Augustinus) iudici iustum iudicium.[d]

1 Munus capere magistratui prohibitum.
2 Aduocatus & doctor munus capiunt.

b Munus donúmve) † Munus à dono solet hoc nomine distingui, vt munus cum causa præstetur nuptiarum puta, aut sublati filij. donum verò latiore significatione accipiatur.[e] 3 Donum & munus.

c Caperet) Quippè munera sapientum oculos excæcant, & iustorum verba peruertunt.[f]

d Esculentum poculentúmve) † Quod esui aptum est ab esca (quo verbo cibus quicunque, vel hominis, vel ferarum significatur) Esculentum dicitur.[g] Ea pars oris (inquit M. Cicero) qua esculentis & poculentis, iter natura patefacit.[h] & alibi, Antonius vomens frustis esculentis, vinum redolentibus, totum tribunal impleuit.[i] Vnde & lepores, cuniculos, cæteráque animalia quibus vescimur, Plinius esculenta vocauit.[k] Hinc à simili quoque patet, † Poculentum dici, quicquid ebibi, potaríque potest.[l] à poculo, quo verbo non modò vas, in quo bibitur: sed idipsum quod bibimus, plerunque demonstratur.[m] Ergo potest præses prouinciæ, quia in longinquam prouinciam mittitur, neque se morosum prouincialibus præstare debet, quique non solet, controuersias istiusmodi forenses per se tractare: edulia quæ intra paucos dies consumuntur, inculpatè capere.[n] At non ideo permissum idem intelligi debet magistratibus, & iudicibus, quos Nouella Iustiniani constituit, ab istius-

4 Esculentum. Esca.
5 Poculentum.

b l. fi. C. ad l. Iul. repetund.
c l. si quemquā in fi. C. de episco. & cleric.
d c. non licet. 11. q. iij. c. fi. 14. q. 5.
e l. munus. l. inter donum. ff. de ver. sig.
f Exod. 23. Deuter. 16. j. reg. 8. ij. Paralipom. 19. Esa. j. 5. e Mich. iij. Ecclesiastis 20.
g Plin. lib. 8. c. 25.
h Cic. li. ij. de natu. Deor.
i Cic. ij. Philip.
k Plin. lib. 8. c. 55.
l Cic. li. ij. de natu. Deor.
m Ci. pro Cluē. & in j. Verri.
n c. statutum. §. insuper. de rescr. in 6. & ibi.

istiusmodi etiam esculentis,& poculentis abstinere debere:[o] vt puras omninò manus habere dicantur.[p] Nam quibuscunque munusculis, non homines modò,sed ipsos quoque Deos flecti, & ad voluntatem largientis inclinari, vulgari diuerbio celebratum est. Ouidius.[q]

o §.pe.in auth. vt iud.sine quoque col.ij.
p l.fin. C.ad l. Iul.repet.
q Ouidius.

Dij mune ribus li- gantur.

6 *Munera † crede mihi capiunt hominésque,Deósque.*
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Et generaliter,Theodosij lege prohibetur iudex & quicunque magistratus accipere quod est vltra sibi præstitutum salarium. [r] quod & attigimus suprà.[s]

r l.fi. C. ad l. Iul.repetund.
s l.solet.§.fi.ff. de offi.procons.

L. XIX. OBSERVANDVM.

Calistratus lib.1.de cognitionibus.

Obseruandum est ius reddenti,vt in adeundo quidem se facilem præbeat: sed contemni non patiatur.[a] ne præsides prouinciarum,in vlteriorem familiaritatem[b] prouinciales admittant,Nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur.[c] Sed & in cognoscendo,neque excandescere aduersus eos, quos malos putat: neque precibus calamitosorum illacrimari,oportet. Id enim non est constãtis & recti iudicis,cuius animi motum,vultus detegit. Et summatim,ita ius reddere debet, vt authoritatem dignitatis ingenio suo augeat.

SVMMÆ.

1 *Magistratus curet ne contemnatur.*
2 *Vlterior familiaritas.*
3 *Familiaritas parit contemptum.*

Curet magistratus ne contemnatur

1 a NOn patiatur) † Sic Vlpianus,posteaquàm admonuit proconsulem circa aduocatos patientem esse, mox addit, sed cum ingenio ne contemptibilis videatur.[a] qualem se præbuisse Claudium Cæsarem, ex Suetonio illic retuli.[b]

Vlterior familiaritas.

2 b *Vlteriorem familiaritatem*) † Hoc est arctissimam,intimam,& talem, vt ea videatur æqualiter præses cum prouincialibus conuersari.

Familiaritas nimia.

3 c *Nascitur*) Hinc vulgare illud comprobari videtur,†Nimia familiaritas parit contemptum,causamque aliquando dat odio:quæ fuit Theophrasti sententia.[c] Vnde Lacydes Cyrænеus cùm ab Attalo Rege accerseretur, lepidè respondit,[e]imagines procul esse intuendas:inde significans,assiduam familiaritatem,virtutis admirationem plerunque minuere.[d] quod rectè possumus cum plerísque interpretari,verum inter nebulones & fatuos.[e]
d *Augeat*) Obserua hinc,eum qui est in magistratu, cum arte, & ingenio debere suæ dignitatis augere authoritatem.

a l. nec quicquam.§.circa. ff.de offic. proconsul.
b Sueto. in Claud.
c Eras. lib.5. A.10.
d Laer.in Lacyde.
e Glo.c.quando.86.distin.

L. XX. LEGATVS.

Papinianus lib.1.responsorum.

Legatus Cæsaris,[a] vel præses,vel rector[b] prouinciæ, abdicando se,[c] non amittit imperium.[d]

SVMMÆ.

1 *Magistratus sua authoritate non deponit magistratum.*
2 *Abdicare se magistratu.*
3 *Dictatura se abdicauit Valerius.*
4 *Renunciatio beneficij authoritatem superioris exigit.*

a *Legatus Cæsaris*) † de legato Cæsaris, aut præside prouinciæ, non temerè 1
expressum videtur. in quorum sanè potestate, si esset inconsulto principe se magistratu abdicare, posset princeps vniuersæ prouinciæ moderatore carentis, iacturam facere: idcirco traditum istiusmodi magistratus, non
modò imperium † se abdicando non amittere:[a] sed etiam contrahere cri- 2
men maiestatis, quasi populi Romani authoritatem deserentes.[b] Quæ ratio cùm cesset in magistratibus Romanis: quia scilicet nullum impendeat reipublicę periculum, quod præsens sit princeps, aut vices eius agens Senatus, qui
alium statim possit sufficere, illos puto se abdicando, imperium amittere.[c] † 3
Nam & Valerium curia egressum dictatura se abdicasse legimus.[d] Scipio quoque, & Figulus, quòd augures eos vitio creatos renuntiassent, magistratu se abdicarunt.[e] Quæ fuit Anto. Vaccæ, hoc loco sententia.

Magistratus suum deponens imperiũ.

Abdicare se magistratu.

Dictaturæ abdicatio.

a vt hac l.
b l.iij.§.fi.ff.ad l.Iul.maiest.
c c.quod in dubiis. de renun.
d Liuius lib.5.
e Cic. in diuina.

b *Rector*) hic reponere placuit, cùm antea *corrector*, legeretur: cuius rei rationem apud Hermogenianum in l.de omnibus. suprà hoc tit. docui.

c *Abdicando se*) Hoc est deponendo sponte vltrò & iniussu magistratum.

d *Imperium*) Non est positum in potestate[f] prouincialis magistratus abire
magistratu: nisi iubente principe, & authoritate. † Quod & in ecclesiasticis 4
dignitatibus, Pontificij obseruari volunt.[g] nec aliter ratam esse sacerdotiorum renuntiationem, quam si in manu superioris fiat,[h] prçterquàm in detrimentum renuntiantis.[i]

Renuntiatio beneficij.

f Vt hac l.
g c.denique.6. q.iij.
h c. admonet. ca.fi.de renũt.
i d. c. quod in dubiis.

L. XXI. PRÆSES.

Paulus lib. singulari de officio assessorum.

Præses, cùm cognoscit de seruo corrupto,[a] vel ancilla deuirginata,[b] vel seruo stuprato, si actor rerum[c] agentis, corruptus esse dicetur, vel huiusmodi homo, vt nõ solum iactura aduersus substantiam:[d] sed ad totius domus euersionem pertineat, seuerissimè animaduertere[e] debet.

SVMMA.

1 *Deuirginari.*
2 *Virgo.*
3 *Seruorum gradus.*
4 *Atrium, Atriensis.*
5 *Dispensator.*
6 *Actores serui.*
7 *Mediastinus.*
8 *Mesonauta.*
9 *Substantia.*
10 *Vsia.*
11 *Hypostasis.*

a *Corrupto*) Nempè aduersus eum, qui seruum alterius corruperit, aut quoquo modo malis persuasionibus deteriorem fecerit.[a]

b *Deuirginata*) † Ancillam deuirginatam, nouo loquendi modo, Iulius Pau 1
lus appellat, Virginem vitiatam, & stupratam: qua pariter loquutione, Vallã vsum in versione Herodoti comperio. Hoc isti ex omnibus pœnis, (inquit) soli factitant, solique virgines nupturas regi exhibent: quæ illi placita fuerit, eam deuirginat.[b] Sic & sacrotum librorum Versores. nam concupiscentia spadonis, aiunt deuirginauit iuuenculam.[c] propriè autem deuirginari (quemadmodum Nonius ex Varronis sententia scribit) dicuntur pueri, aut puellæ, quę ex ephebis excesserũt. nam non solùm fœminę, sed etiam inuestes pue-
ri vocantur virgines: † quinimò omne intactum, incorruptum & inuiolatũ, 2
metaphoricôs, virginis verbo, veteres significârunt.[d]

Deuirginare.

Virgines.

c *Actor rerum*) † Dominus plures habens seruos variè prouinciam eis de- 3
mandare solebat, inter illos, dignitatis quodammodò gradus constituens.[e] Nam alios grauioribus familiæ negotiis præficiebat: exigendis puta debitis, & rebus venalibus distrahendis, supellectili custodiendæ, & aliis id genus:

Seruorũ varia officia.

a l.j in pr.ff.de seruo corrupt.
b Herodotus. li.iiij. qui Melpomene inscribitur.
c Eccles.20.
d Cic. in orator.
e l.item apud. §.prætor ait. ff. de iniur. Cic. in Pisonem. & in paradox.

ab a-

Atrienses. 4 ab atrio, quæ pars anterior domus est, † Atrienses appellatos.[f] quod scilicet
eam ędium partem habitarent, in qua diuitiæ veterum adseruabantur, illa-
rum custodiæ veluti præfecti.[g] Neque enim placet, quod quidam aiunt, sic
dictos, quòd cæteris seruis cibaria, quæ in vestibulo domus diuidi solebant,
Dispensatores serui. 5 ipsi familiæ præcipui distribuerent.[h] hoc enim eorum munus fuit, † qui di-
spensatores dicti sunt.[i] qui ad personam quoque domini respiciebant. Alijs
vilium, & abiectarum rerum curam dominus committebat. vt lixis, caloni-
bus, cæterísque eius generis. Inter honoratiores erant, quibus omnium re-
rum suarum, sed præsertim rusticarum munus, iniungebat: quas serui pro sua
Actores serui. 6 diligentia vt villici agebant, curabántque, † & ij actores dicebantur.[k] quod
& Columella indicat. Nam & ipsi diripiunt (ait) & ab alijs furibus non cu-
stodiunt: sed nec conditum, cum fide rationibus inferunt. ita fit, vt actor, &
Mediastini serui. 7 familia peccent, & ager sæpiùs infametur.[l] † Medium porrò locum tenuis-
se, quibusdam videntur, Mediastini. nam & inde eos sumpsisse nomen Iusti-
nianus innuere videtur, dum eos nomen medij actus homines nuncupat.[m]
Crebriùs tamen existimatum abiectiores fuisse seruos, qui vilissima quę-
que, & sordida ministeria domi curabant.[n] Sic dictos, quod in media
domo excubarent, ad omnium imperia parati,[o] qua pariter ratione in-
colam medię ciuitatis, seu in medio vrbis habitantem: Horatius Media-
Mediastinus. stinum dixit.[p]

Tu Mediastinus, tacita prece rura petebas:
Nunc vrbem, & ludos, & balnea, villicus optas.

Mesonautæ. 8 Sic † Mesonautas Vlpianus, nauis ministros appellat, qui in media naui ad
omnium nutus, & imperia desidere solebant.[q]
Substãtia pro facultatibus. 9 d *Substantiam*) † Hoc est maiorem partem facultatum. Neque ignoro sub-
stantiam propriè appellari, essentiam rei. quod rem scilicet substare, hoc est
Vsia. 10 subsistere faciat: eius veluti fundamentum: quam Gręci nunc † Vsiam, nunc
Hypostasis. 11 hyparxim, & † hypostasim vocant.[r] quamuis nonnulli vsiam, ab hypostasi
distinguant: vt vsia Gręcè propriè significet essentiam latinè. Hypostasis au-
tem substãtiam, quasi subsistentiam. quod verbum medici quoque pro sub-
sessione, & sedimento vrinę vsurparunt. Cęterũ substantiæ quoque verbum
pro facultatibus, authores idonei plerunque accipiunt.

e *Animaduertere*) Mediastinum, lixam, calonem, aut aliud manci-
pium abiectius, qui corrumpit, vtique delinquit, ac proinde in eum ani-
maduertendum. Cæterùm seueriore multò pœna dignus est, qui seruum
actorem, cui rerum summa, & totius familiæ procuratoris credita erat, cor-
rumpit. cùm hæc iactura ad totius domus euersionem pertineat. quo mo-
do hic textus enodandus est, ab alijs, vt mihi quidem videtur, haud dum
perceptus.

IOANNES CORASIUS TOLOSAS Iurisconsultus Valentiæ Allobrogũm scripsit, Ferrariæ recognouit.

f l. in lege. de ver. sig.
g l. instrumenta. ff. de fund. instru.
h Alci. d. l. in lege.
i d. §. prætor ait.
k §. pœna. Inst. de iniur. & hîc.
l Columella li. j. de re rust. c. 7.
m d. §. pœna.
n l. j. §. cæterũ. ff. naut. caupo.
d. §. prætor ait.
o Columella li. j. c. 9. & 13.
p Horat. lib. j. epistola. c. 14.
q d. §. cæterum.
r l. in venditionibus. §. fin. ff. de contr. empt.

DE OFFICIO PROCVRATORIS CÆSARIS, VEL RATIONALIS.

TITVL. XVIIII.

SVMMÆ RERVM.

1 *Procurator Cæsaris & fisci.* 2 *Rationalis.* 3 *Vel pro id est.*

HABET princeps duos procuratores, per quos negotia
sua administrat.1 Cæsaris nimirum,& fisci ad huius cu- 1 Procurator Cæsaris & fisci.
ram publica principis iura pertinent.ille verò priuatum
Cæsaris patrimonium moderatur.vterque autem & fis-
ci & Cæsaris procurator,alio nomine 2 Rationalis dici- 2 Rationalis.
tur,quia scilicet (vt mihi quidem videtur) & hic & ille
principis rationes tractet,& procuret.[a] Nam & procura
tor fisci,rationalis reipublicæ,procurator verò Cæsaris, rationalis rei priua-
tæ,[b] aut priuatæ rationis appellatur.[c] vel etiam quandoque diuinæ domus,
id est imperatoriæ,aut rei dominicæ, hoc est propriæ,priuatæque principis
substantiæ.[d] quo satis intelligimus particulam 3 vel,in hoc rubro,pro id est, 3 Vel, pro id est.
accipi,vt & Imperator euidens facit.procuratores meos (inquit) id est,ratio
nales.[e] suffragatúrque Lampridius, Et quia de publicanis (ait) dispositioni-
bus mentio contingit,vbi aliquos voluisset,vel rectores prouinciis dare,vel
præpositos facere procuratores: id est,rationales ordinare, nomina eorum
proponebat.hortans populum vt si quis criminis quid haberet,manifestis re
bus probaret.[f] Rationalem quoque Iulius Capitolinus,pro fisci procurato-
re posuit.Erat inquit,fisci procurator in Lybia: qui omnes Maximini studio
spoliauerat.hic per rusticanam plebem interemptus:sed per eos,qui rationa
lem in honorem Maximini defendebant,viderunt authores cædis.[g] & reli-
qua.cognoscebat autem & iudicabat rationalis de causis ad fiscum perti-
nentibus.[h]

a l.ij.C.de modo mulctar.
b l.fi.C.de aduoca.fisc.l.vniuersi.C.de fund.rei pri.lib.11.
c l.procurator.C.de edend.
d l.ij.l.benè à Zenone.C.de quad.præs.
e d.l.ij.
f Lamprid.in Alexand.Seuero.
g Iul.Capit.in Maximino.
h l.ad fiscum.C.vbi caus.fisc.

L. I. QVÆ ACTA.

Vlpianus lib.16. ad Edictum.

QVÆ acta gestáque[a] sunt à procuratore Cæsaris.sic ab eo cóprobantur,atque si à Cæsare[b] gesta essent.Si rem Cæsaris procurator eius,quasi rem propriam[c] tradat, non puto eum dominium transferre.tunc enim transfert, cùm negotium gerens Cæsaris consensu ipsius,[d] tradit. Denique si venditionis,transactionis, vel donationis causa quid agar, nihil agit.[e] non enim alienare ei rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est. Est hoc præcipuum[f] in procura-

tore

tore Cæsaris, quod eius iussu seruus Cæsaris[g] adire hæreditatem potest: etsi Cæsar hæres instituatur,[h] miscendo se opulenta hæreditati,[i] procurator hæredem Cæsarem[k] facit.

SVMMÆ.

1 *Procuratorum Cæsaris autheritas.*
2 *Gesta ab actis quomodo distinguuntur.*
3 *Libera administratio.*
4 *Hæres quando princeps rectè instituatur.*
5 *Pertinacis diuina vox.*
6 *Hæreditas opulenta.*
7 *Procurator an hæreditatem habeat.*

a Acta & gesta. 1 A *Cta gestáque*) Vlpianus, ex Labeonis sententia subtilem quandam differentiam inter acta gestáque constituit.† vt gestum, rem notet sine verbis factam. Actum verò latiore significatione accipitur siue re, siue verbis quid agatur. Quam differentiam, vti superstitiosam nimium, Caius neglegit: generaliter censens omnia quocunque modo agantur, vtriusque nomine contineri.[a] *a l. Labeo. ff. de ver. sig.*

b *A Cæsare*) Hunc locum perbellè Taciti verba explicant. Eodem anno (inquit) sæpiùs audita vox principis (de Claudio loquitur) parem vim rerum Procuratoru Cæsaris authoritas. 2 habendam à procuratoribus à suis iudicatarum, ac si ipse statuisset. ac ne fortuitò prolapsus videretur, senatus quoque consulto cautum, plenius quàm antea, & vberius. nam Diuus Augustus apud equestres, qui Ægypto præsiderent, lege agi, decretáque eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituissent. mox alias per prouincias, & in vrbe, plerunque concessa sunt, quæ olim à prætoribus nascebantur.[b] *b Corn. Taci. li.12.*

c *Rem propriam*) Sciens nihilominus Cæsaris esse. qua in re facile est intelligere quantum ab Accursij, cæterorúmque interpretatione, dissentiamus.

d *Consensu ipsius*) Cæsaris scilicet, q. d. rum de consensu principis censeri procuratorem Cæsaris dominium transferre, cùm negotium gerit principis. *c l. contra. §. si filij. ff. de pact. l. filiusfa. ff. de don. l. j. §. j. ff. quæ res pign.*

Libera administratio. 3 e *Nihil agit*) † Licet enim dicamus, eum liberam bonorum administrationem habere: donandi tamen, aut alienandi sine causa ius non habet.[c] neque enim verisimile est principem in hoc procuratorem suum præposuisse.[d] *d l. sies cui §. fi. ff. de solu. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empt.*

f *Præcipuum*) Peculiare, & singulare. Nam regulariter in adeunda hæreditate procuratoris factum inutile est.[e] *e l. per procuratorē. ff. de acq. hær.*

g *Seruus Cæsaris*) Hæres institutus. Vnde alibi idem Vlpianus, si principis seruus, inquit hæres institutus sit, iussu procuratoris Cæsaris adibit hæreditatem.[f] *f l. si quis mihi §. si seruus. ff. de acquir. hær.*

Imperator quomodo rectè instituatur hæres. 4 h *Instituatur*) † Imperatores olim frequenter hæredes instituebantur. Idque vtiliter, dum non litis, id est calumniæ causa, ne creditoribus puta potentior aduersarius opponatur, facta sit institutio.[g] Vnde † Pertinax imperator, Pertinacis vox. 5 sua voce confessus est, nullius se aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius delata esset, aut lite perplexa, vt legitimi hæredes priuarentur, sanctius esse inquiens, inopem rempublicam obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum per dedecorosa vestigia peruenire.[h] Augustum autem Cæsarem ex ignotorum testamentis, nihil vnquam capere voluisse Tranquillus author est.[i] Ampliùs Adrianum hæreditates ignotorum recusasse, nec notorum admisisse, si filios haberent scribit Spartianus.[k] *g l. pen. ff. de hære. insti. §. fi. Inst. qui. mod. test. infir.* *h Iul. Capit. in Pertinace.* *i Suet. in Augusto.* *k Sparti. in Adriano.*

Opulenta hæreditas 6 i *Opulenta hæreditas*) † Opulentam hæreditatem hîc Vlpianus appellat, quæ soluendo est: nullum in se damnum habens.[l] quamuis significantissimè ea dicatur opulenta, quę opibus abundat: quasi plena opum, & diuitiarum, lucrosa autem, ea etiam dici potest ex qua lucrum, quamlibet exiguum, quærit hæres.[m] *l l. seq.* *m l. si procuratorem. ff. manda. §. neque Inst. de autho. tu.*

Procurator non adit hæreditatem. 7 k *Hæredem Cæsarem*) † Non idē in procuratore priuati: per quem hęreditas acquiri non potest: nisi mandatū habeat speciale,[n] in vim cuius grauissima *n l. per procuratorē. ff. de acq. hæred.*

V

o c.ſi.de procur. in 6. quæque negocia explicantur,[o] atque ita ſemper placuit, cùm Ciſalpinis noſtris, Pauli reſponſum interpretari.[p]

p d. l. per procuratorem.

L. II. QVOD SI EA.

Paulus lib. 5 Sententiarum.

Quòd ſi ea bona, ex quibus imperator hæres inſtitutus eſt, ſoluendo non ſint: re perſpecta, conſulitur [a] Imperator. Hæredis enim inſtituti in adeundis vel repudiandis [b] huiuſmodi hæreditatibus voluntas exploranda eſt.

a *Conſulitur Imperator*) Hoc eſt, exquiritur, & exploratur Imperatoris voluntas.

b *Vel repudiandis*) Non deſunt, qui hæc verba deeſſe putent, quod arbitrentur in hæreditatis repudiatione, quæ ſoluendo non eſt, minimè explorandam hæredis ſcripti voluntatem. Quibus ego non aſſentior, ſiquidem communi licet æſtimatione iudicetur hæreditas non ſoluendo: poteſt tamen probabili aliqua affectione duci ſcriptus hæres, quo carius longè & pretioſius hæreditatem æſtimabit, quia puta res hæreditariæ maiorum fuerunt[a].

a l. ſi in emptionem. ff. de minor. l. lex quæ. C. de admini. tuto.

L. III. CVRATORES.

Caliſtratus lib. 6. de cognitionib.

Curatores Cæſaris[a], ius deportandi non habent: quia pœnæ[b] conſtituendæ ius non habent. Si tamen quaſi tumultuoſum[c], vel iniurioſum[d] aduerſus colonos[e] Cæſaris prohibuerunt in prædia Cæſariana accedere, abſtinere debebit. ídque diuus Pius Iulio reſcripſit. Sed deinde, neque redire [f] cuiquam [g] poſſunt permittere.[h] ídque Imperatores noſtri Seuerus & Antoninus ad libellum Hærmiæ reſcripſerunt.

SVMMÆ.

1 *Curatores Cæſaris.*
2 *Procuratores priuatæ rationis quando primùm creati.*
3 *Remotio generis & ſpecies.*
4 *Tumultuoſus.*
5 *Iniurioſus.*
6 *Procuratoris Cæſaris iuriſdictio.*

a *Curatores Cæſaris*) Id eſt[†] procuratores Cæſaris, per quos ſcilicet diuinæ domus, hoc eſt propriæ Imperatoris & ſereniſſimæ coniugis ſuæ ſubſtantia gubernatur,[a] quos primum Septimi Seueri tẽpore conſtitutos Spartianus ſignificat, dum ait, † cùm Imperator Seuerus magnam partem auri per Gallias, Hiſpanias, & Italiam iam feciſſet: tunc primùm priuatarum rerum fuiſſe procurationem conſtitutam.[b] Hi autem de crimine non cognoſcunt, ſed de bonis, id eſt pecuniariis cauſis inter fiſcum & priuatum.[c] citra tamen vllam indicendæ mulctę poteſtatem.[d] 1 Curator Cæſaris. 2 Procuratores Cæſaris quando primũ creatus.

a l. benè à Zenone. C. de quad. præſ.
b Spartia. in Seuero.
c l. j. & ij. C. vbi cauſ. fiſc.
d l. ij. & iij. C. de mod. mulct.

b *Quia pœnæ*) Ridiculi profectò ſunt: qui eandem cum dicto, putant hîc à Caliſtrato proferri rationem, quaſi verò idem ſit pœna quod deportatio, & pœnæ verbum, non latiùs multò pateat. Rectè igitur à genere ducit argumentum Iuriſconſultus, procuratores Cæſaris non habere ius deportandi: quia pœnæ conſtituendæ ius non habent, quippè deportatio ſpecies eſt pœnæ.† à quo autem remouetur genus, conſequens eſt quamlibet eius ſpeciem remoueri.[e] q. d. ideò non poteſt Cæſaris procurator deportare: quia nullam pœnam vel minimam quidem infligere poteſt.[f] 3 Generis remotio.

e l. ſi quid. §. j. ff de leg. iij.
f l. j. C. de modo mulcta.

c *Tumul-*

Tumultuosus.

4 c *Tumultuosum*) † Tumultuosus homo dicitur, qui turbas & tumultus excitare solet. In otio (inquit Liuius) tumultuosi, in bello segnes.[g]

Iniurios⁹.

5 d *Iniuriosum*) † Iniuriosus homo dicitur, qui detrimentum & iniuriam aliis inferre solitus est. Primum peccant, ait Marcus Cicero, quod iniuriosi sint in proximos.[h]

Procur. Cæsa. iurisdictio.

6 e *Colonos*) † De pecuniariis causis inter fiscum & priuatum cognoscit procurator Cæsaris.[i] sed præsertim vbi colonorum principis negocium vertitur: cognitione aliis iudicibus penitùs interdicta.[k] præterquàm in caussa criminali.[l]

f *Redire*) Ad prædia Cæsaris, in quæ ne accederet, procuratores Cæsaris prohibuerunt.

g *Cuiquam*) Cui videlicet facta sit eiusmodi prohibitio.

h *Possunt permittere*) Vult Iurisconsultus, procuratores Cæsaris postquam tumultuoso aut iniurioso homini vetuerunt in prædia Cæsariana accedere non posse palinodia cantata, ei deinde potestatem facere redeundi.

g *Liuius lib. iiij.*
h *Cice. j. offic.*
i *l. j. & ij. C. vbi cau. fisc.*
k *l. dominicis. illo tit.*
l *l. cùm aliquid illo tit.*

IOANNES CORASIUS TOLOSAS Iurisconsultus Valentiæ Allobrogûm scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO IVRIDICI ALEXANDRIÆ.

TITVL. XX.

SVMMÆ RERVM.

1 *Iuridici qui.*
2 *Consulares iudices.*
3 *Rectorum munus.*
4 *Balliui, Senescalli.*
5 *Iudices maiores.*
6 *Alexandria vrbs.*
7 *Iuridicus Alexandriæ.*

Iuridici qui. Consulares iudices. Rectorũ munus. Balliui. Iudices maiores. Alexandria vrbs.

1 IVRIDICI † quemadmodũ Budæus noster explicat, dici possunt, qui apud nos Balliui, & Senescalli vocantur.[a] quíque plures à M. Antonino philosopho fuêre quondam in Italia constituti. Datis, inquit Ælius Spartianus, iuridicis Italiæ consuluit, ad exemplum quo Adrianus consulares viros iura reddere præceperat.[b] Consti-
2 tuerat autem Adrianus Imperator regendæ Italiæ † quatuor consulares iudices: quorum Antoninus pius vnus fuit.[c] in Ægypto quoque iuridicos fuisse, sub rectoribus prouinciarum Strabo scri-
3 bit. † Rectores munus principis obibant in prouincia. Iuridici verò tractabant iudicia.[d] quò fit vt dubitem, an proba sit iuridicorum,
4 quam Budæus facit,[e] comparatio.† cum Balliuis, & Senescallis Gallicis, qui
5 rei militari ipsi intendunt, iudiciáque tantùm exercent, per vicarios: quos
6 Aquitani † iudices maiores: Celtæ locum-tenentes vocant. Alexandria †

a *Guliel. Bud. l. solet. ff. de offi. procons.*
b *Spartianus in M. philosopho.*
c *Iul. Capitoli. in Antonino. Spartianus in Adriano.*
d *Strabo lib. Geogr.*
e *in d. l. solet.*

præſes prouinciæ ex iniuncto ſibi munere, & ſecundum morem regionis nuncupauerat. cuius ſoluendi gratia, permittit Iuriſconſultus præſidi fines adminiſtrationis egredi, modo non abnoctet, hoc eſt noctem vnam à prouincia non abſit.

c *Abnoctare)* † Abnoctare, vt pernoctare dicitur: qui nulla parte noctis, ſeu 5 *Abnoctare.*
qui per integram noctem abeſt.[u]

d *Non liceat)* † Vetatur hinc præſes, & ſub præſidis nomine, quicunque 6 *Magiſtratus non abnoctet.*
magiſtratus peregrinari, etiam per noctem vnam, & licet probabili aliqua
cauſa ſuadente (vt hîc ſoluendi voti) iniuſſu principis.[x] De flamine Diali 7 *Flamen Dialis.*
Liuius idem ſcribit, ei noctem ſcilicet vnam manere extra vrbem nefas fuiſſe.[y] Tacitus tamen, de duabus agit noctibus, cùm ait, non vltra binoctium tametſi aduerſa incidiſſet valetudo, abnoctare ipſum potuiſſe.[z] Plutarchus de tribus noctibus ſcribit. Eodem pacto (inquit) apud Romanos quoque, ſacerdotis proprium eſt, vt nec equo vtatur, nec pluſquam tribus noctibus
ab vrbe abſit.[a] † Sed nec Tribunis liberum fuit diem integrum abeſſe Ro- 8 *Tribuni Plebis.*
ma[b]. nec item prætori vrbano vltra dies decem. † Conſiliarios quoque re- 9 *Conſiliarij regij.*
gios in parlamentis Galliæ noſtræ curijs Philippi conſtitutione vetitos conſtar,
† ne ruſticentur, peregrinẽtur, aut etiam abnoctent ab vrbe, quo minus 10 *Senatorũ commeatus.*
niſi per regium, aut Cancellarij commeatum) omnibus curiæ conſeſſibus interſint.[c] Senatores verò Romanos, Auguſtus Italia tantum excedere vetuit.[d] Poſtea receptum vt ſi aliò quàm Romæ commorari aut proficiſci cuperent, à principe impetrarent commeatum.[e] verum Iuſtinianus procedente tempore eiſdem, cæteriſque dignitatem ſine adminiſtratione habentibus, liberum fecit quò vellent proficiſci, & commorari.[f]

u l. vrbana. §. fin. ff. de verb. ſig.
x l. nullus. C. de of. recto. pro.
y Liuius lib. 5.
z Cornel. Tacitus lib. iij.
a Plutar. in problema.
b Aul. Gel. lib. iiij. c. ij.
c Gubel. Bud. l. vn. ff. de of. præfec. prætor.
d Dion lib. 52.
e l. filij. §. penul. ff. ad municipal.
f l. clariſſimus C. de dignitã. lib. 12.

L. XVI. SENATVSCONSVLTO.

Macer. lib 1 de officio præſidis.

Senatuſconſulto[a] cauetur, vt de ijs quæ prouincias regentes, comitéſue,[b] aut liberti eorũ antequam in prouinciam venient[c] contraxerunt, parciſſimè[d] ius dicatur,[e] & vt actiones[f] amiſſæ ob eam cauſam quòd inſtitutæ non ſint,[g] poſtea quàm quis eorum ea prouincia exceſſerit, reſtituantur.[h] Si quid tamen inuito[i] accidit: veluti ſi iniuriam, aut furtum paſſus eſt: hactenus ius dicendum eſt,[k] vt lis conteſtetur,[l] réſque ablata exhibeatur, & deponatur:[m] aut ſiſti,[n] exhiberíue ſatiſdato[o] promittatur.

SVMMÆ.

1 *Res nedum perſona ſiſtitur.*
2 *Comites præſidum qui.*
3 *Magiſtratus qui non intrent iudicium.*
4 *Ius quomodò dicatur in cauſa propria.*
5 *Satiſdare.*
6 *Sequeſtrum ceſſat data cautione.*
7 *Satiſfacere.*

a *Senatuſconſulto)* Docet hîc Vlpianus, licet admodum ſubobſcurè, vt ſi præſes, aut comites eius, ſicuti Quæſtores, Præfecti, Tribuni, vel etiam liberti, priuſquàm in prouinciã veniſſent, illîc contraxerint, ex ijs contractibus nõ debere durante Præſidis magiſtratu, & adminiſtratione, niſi perparcè & moderatè experiri: & ſi fieri poteſt, nullo modo. Nec eſt quod timeant amitti actiones tempore. Nam ſi aliquis eorum, ob eam cauſam eas omiſerit intra legitimũ tempus inſtituere, eidem reſtituentur. Hoc in contractibus. Nam ſi furtũ vel iniuriã præſes, aut vnus ex comitibus ſuis libertiſue paſſus eſſet, ius ad id vſque dicendum foret, quò cautum eſſe poſſet, agẽtis indemnitati.
† quod fieret lite conteſtata, ſi res ablata exhiberetur, aut (inquiunt) 1 *Res nedũ perſona ſiſtitur.*
qui intuliſſet iniuriam ſatiſdaret de iudicio ſiſti. quod non ſatis textui noſtro conſentit,

consentit.qui non de personis,sed de rebus ablatis sistendis,hoc est præsentandis,& exhibendis loquitur.neque porrò personæ ipsæ duntaxat,sed ipsæ quoque res sistuntur,& exhibentur in iudicio.

Comites.
2 b *Comitésve*) † Comites præsidum , Proconsulum , aliorúmque magistratuum,prouincias regentium erant legati, præfecti, Quæstores, scribæ & reliqui,qui cum magistratibus in prouincias mittebantur.[a] Comites illi tui (inquit M.Cicer.in Verrem) manus erant tuæ,præfecti, Scribæ, medici,accensi,aruspices,præcones,manus tuæ erant. vt quísque te maximè cognatione,affinitate,necessitudine aliqua attingebat,ita maximè manus tua putabatur.in hos magistratuum comites,perinde atque in magistratus ipsos, iudicium lege Iulia repetundarum dari Marcellus scribit.[c]

c *Antequàm venerint*)De contractibus factis priusquàm in prouinciā venerint,Martianus loquitur.quia postquam sunt in prouincia,&qui prouinciam regunt,& qui circa eos sunt,à contractibus,&omni genere negotiorum abstinere debent.[d] Quod & ipsum attigimus suprà.[e]

d *Parcissimè*) Moderatissimè, non quod prohibeatur (sicuti vulgò creditū est)ius dici:sed parciter,ac moderatè,ius reddendum Martianus cēset.vt videlicet tūc sit contentus Præses.cùm indemnati suæ cautum erit, vel omninò diffiniat,in leuioribus causis.[1]

Magistratus quādo actores & rei sint.
3 e *Ius dicatur*) Durante administrationis tempore.† Magistratus summos(inquit Iulius Paulus)quo in administratione erunt anno,neque actores,neque reos esse oportet.vbi autem magistratu functi fuerint,& ipsis aduersus reos, & reis aduersus ipsos,sunt actiones introducendæ.[g]

f *Actiones*) Temporariæ:Redhibitoria puta,& quanto minoris. hæc enim anno,illa sex mensibus finitur.[h]

g *Non essent*) Intra tempus à lege præfinitum.

h *Restituerentur*) Ipso iure. vt sic nulla exceptione impediatur, quominus agere possit.[i] Nec dicas propterea,quod agere potuerit , vt saltem sibi caueretur,[k] ei non succurrendum.[l] etenim culpandus non est,sed laudandus potiùs,qui quoad fuit in magistratu,prouinciales diuexare noluit,aut quoquomodò litibus implicare.[m]

i *Inuito*)Hoc dicit ad superioris casus differentiam,in quo de contractibus agitur,qui non ab inuitis procedunt,sed à volentibus.[n]

Ius quandoque in causa propria.
4 k *Dicendum est*)† Ergo si furtum sit factum præsidi,aut iniuria illata,ius dicet ipse præses,in causa propria.sed ad contestationē vsque litis duntaxat;vlterius non.[o] Id autem necessitate quodammodò exigente permittitur, ne res ipsa,vel morte,vel tempore, aut actio ipsa perire possit.[p] cum alioqui vel tempore,vel morte delinquentis euanescat plerunque actio , ex maleficio descendens:quæ aduersus hæredes, non nisi lite cum defuncto contestata, datur.[q] Potest quoque dici,vbi de præsidis causa agitur , Præfectum prætorio,si quis in prouincia,adeundum[r] (nam is est præside maior[f]) aut alium quemuis magistratum,licet æqualem,aut inferiorem , cuius iurisdictioni se præses subiicere volet.[t]

l *Lis contestetur*) Nec vlterius (quod antè monui) ius dicatur:cùm per contestationem litis actori satis sit consultum.omnes siquidem actiones temporariæ semel inclusæ iudicio saluæ permanent.[u]

m *Deponatur*) Satis enim redditur propter delictum suum fur suspectus,vt meritò deposito seu sequestro locus esse debeat.[x]

n *Sisti*) Non quidem persona (sicuti vulgò creditur) sed res ipsa surrepta, de cuius exhibitione agit hoc loco Iurisconsultus,neque porrò personæ dūtaxat:sed ipsæ quoque res sistuntur in iudicio,& exhibentur.

Satisdare. Sequester cessat data cautione.
6 o *Satisdato*) Id est datis fideiussoribus.† Satisdare quippè dicitur,qui ita caueat,vt aduersarium securum faciat , dando fideiussores.[y] & tunc sequestro.

a l.diem.ff.de off.assesso.l.j.§.sed si comites.ff.de Var.cog.l.abesse.ff.ex qui.ca.ma.l.diem.ff.loca.l.administr.itec.§.eorum.ff.de excus.tut.
b Cicer.act.iij.in Verrem.
c l.in comites.ff.ad l.Iul.repetund.
d l.principalibus.ff.si cert.peta.l.non licet.l.qui officij.ff.de cont.emptio.l.vnic.C.de cōtr.iud.
e l.solet.§.fi.ff.de offi.Proconsul.
f l.de eo.l.quid enim.ff.de iud.
g l.pars.ff.de iud.
h l.sciendū.§.fi.ff.de adil.edict.
i §.meminimus in auth. vt cū de app.cog.col.8.§.si verò episc.in auth.de sanctis.epis.col.9.
k d.l.de eo.d.l.quid enim.
l l.non enim.ff.ex qui.ca.maior.
m l.si extraneus.ff.de iur.dot.
n l.in commodato.§.sicut.ff.commod.l.sicut C.de actio.& oblig.
o l.qui iurisd.ff.de iurisd.l.vn.C.ne quis in sua ca.
p l.j.§.fi.ff.de ser.
q l.omnes.ff.de re iud.l.vni.C.ne ex deli.def.§.nō autē.de perpe.actio.in Inst.
r l.vni.C.de offi.praf.prat.
f Dixi.l.& ideo.ff.de off.procōs.
t l.est receptū ff.de iurisd.
u d.l.omnes.d.l.vni.d.§.nō autē.
x l.fideiusso.§.fi.ff.qui satisd.cog.
y l.j.ff.qui satisd.cog.

istiusmodi etiam esculentis,& poculentis abstinere debere:[o] vt puras omninò manus habere dicantur.[p] Nam quibuscunque munusculis, non homines modò, sed ipsos quoque Deos flecti, & ad voluntatem largientis inclinari, vulgari diuerbio celebratum est. Ouidius.[q]

o §.pe.in auth. vt iud.sine quoque col.ij.
p l.fin.C.ad l.Iul.repet.
q Ouidius.

Dij muneribus ligantur.

6 *Munera † crede mihi capiunt hominésque, Deósque.*
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Et generaliter, Theodosij lege prohibetur iudex & quicunque magistratus accipere quod est vltra sibi præstitutum salarium.[r] quod & attigimus suprà.[f]

r l.fi.C.ad l.Iul.repetund.
f l.solet.§.fi.ff. de offi.procons.

L. XIX. OBSERVANDVM.

Calistratus lib.1.de cognitionibus.

Obseruandum est ius reddenti, vt in adeundo quidem se facilem præbeat: sed contemni non patiatur.[a] ne præsides prouinciarum, in vlteriorem familiaritatem[b] prouinciales admittant, Nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur.[c] Sed & in cognoscendo, neque excandescere aduersus eos, quos malos putat: neque precibus calamitosorum illacrimari, oportet. Id enim non est constãtis & recti iudicis, cuius animi motum, vultus detegit. Et summatim, ita ius reddere debet, vt authoritatem dignitatis ingenio suo augeat.

SVMMÆ.

1 *Magistratus curet ne contemnatur.*
2 *Vlterior familiaritas.*
3 *Familiaritas parit contemptum.*

Curet magistratus ne contemnatur

1 a Non patiatur) † Sic Vlpianus, posteaquàm admonuit proconsulem circa aduocatos patientem esse, mox addit, sed cum ingenio ne contemptibilis videatur.[a] qualem se præbuisse Claudium Cæsarem, ex Suetonio illic retuli.[b]

Vlterior familiaritas.

2 b *Vlteriorem familiaritatem*) † Hoc est arctissimam, intimam, & talem, vt ea videatur æqualiter præses cum prouincialibus conuersari.

Familiaritas nimia.

3 c *Nascitur*) Hinc vulgare illud comprobari videtur, †Nimia familiaritas parit contemptum, causámque aliquando dat odio: quæ fuit Theophrasti sententia.[c] Vnde Lacydes Cyræneus cùm ab Attalo Rege accerseretur, lepidè respondit,[e]magines procul esse intuendas: inde significans, assiduam familiaritatem, virtutis admirationem plerunque minuere.[d] quod rectè possumus cum plerísque interpretari, verum inter nebulones & fatuos.[e]

d *Augeat*) Obserua hinc, eum qui est in magistratu, cum arte, & ingenio debere suæ dignitatis augere authoritatem.

a l. nec quicquam.§.circa.ff.de offic.proconsul.
b Suet. in Claud.
c Eras. lib.5. Apo.
d Laer.in Lacyde.
e Glo.c.quando.86.distin.

L. XX. LEGATVS.

Papinianus lib.1.responsorum.

Legatus Cæsaris,[a] vel præses, vel rector[b] prouinciæ, abdicando se,[c] non amittit imperium.[d]

SVMMÆ.

1 *Magistratus sua authoritate non deponit magistratum.*
2 *Abdicare se magistratu.*
3 *Dictatura se abdicauit Valerius.*
4 *Renunciatio beneficij authoritatem superioris exigit.*

a LEgatus Cæsaris) † de legato Cæsaris, aut præside prouinciæ, non temerè 1
expressum videtur.in quorum sanè potestate, si esset inconsulto prin-
cipe se magistratu abdicare,posset princeps vniuersæ prouinciæ moderato-
re carentis,iacturam facere: idcirco traditum istiusmodi magistratus, non
modò imperium † se abdicando non amittere: [a] sed etiam contrahere cri- 2
men maiestatis,quasi populi Romani authoritatem deserentes.[b] Quæ ratio
cùm cesset in magistratibus Romanis:quia scilicet nullum impendeat reipu
blicę periculum,quod præsens sit princeps,aut vices eius agens Senatus,qui
alium statim possit sufficere,illos puto se abdicando,imperium amittere.[c] † 3
Nam & Valetium curia egressum dictatura se abdicasse legimus. [d] Scipio
quoque,&Figulus,quò d augures eos vitio creatos renuntiassent,magistratu
se abdicarunt.[e] Quæ fuit Anto.Vaccæ,hoc loco sententia.

b *Rector*)hic reponere placuit,cùm antea *corrector*,legeretur:cuius rei ratio-
nem apud Hermogenianum in l.de omnibus.suprà hoc tit.docui.

c *Abdicando se*)Hoc est deponendo sponte vltrò & iniussu magistratum.

d *Imperium*) Non est positum in potestate [f] prouincialis magistratus abire
magistratu: nisi iubente principe,& authoritate. † Quod & in ecclesiasticis 4
dignitatibus,Pontificij obseruari volunt.[g] nec aliter ratam esse sacerdotio-
rum renuntiationem,quam si in manu superioris fiat,[h] prę terquàm in detri-
mentum renuntiantis.[i]

Magistratus suum deponens imperiũ. — *Abdicare se magistratu.* — *Dictaturæ abdicatio.* — *Renuntiatio beneficij.*

a vt hac l. *b l.iij.§.fi.ff.ad l.Iul.maiest.* *c c.quod in dubiis. de renun.* *d Liuius lib.5.* *e Cic. in diuina.* *f Vs hac l.* *g c.denique.6. q.iij.* *h c. admonet. ca.fi.de renũt.* *i d. c. quid in dubiis.*

L. XXI. PRÆSES.

Paulus lib.singulari de officio assessorum.

Præses,cùm cognoscit de seruo corrupto,[a] vel ancilla deuirginata,[b] vel seruo stuprato,si actor rerum [c] agentis, corruptus esse dicetur,vel huiusmodi homo,vt nõ solum iactura aduersus substantiam:[d] sed ad totius domus euersionem pertineat, seuerissimè animaduertere [e] debet.

SVMMÆ.

1 *Deuirginari.*
2 *Virgo.*
3 *Seruorum gradus.*
4 *Atrium, Atriensis.*
5 *Dispensator.*
6 *Actores serui.*
7 *Mediastinus.*
8 *Mesonauta.*
9 *Substantia.*
10 *Vsia.*
11 *Hypostasis.*

a COrrupto)Nempè aduersus eum,qui seruum alterius corruperit,aut quo-
quo modo malis persuasionibus deteriorem fecerit.[a]

b *Deuirginata*)† Ancillam deuirginatam,nono loquendi modo,Iulius Pau 1
lus appellat,Virginem vitiatam,& stupratam:qua pariter loquutione, Vallã
vsum in versione Herodoti comperio. Hoc isti ex omnibus pœnis, (inquit)
soli factitant,solique virgines nupturas regi exhibent:quæ illi placita fuerit,
eam deuirginat.[b] Sic & sacrotum librorum Versores. nam concupiscentia
spadonis,aiunt deuirginauit iuuenculam.[c] propriè autem deuirginari(quem
admodum Nonius ex Varronis sententia scribit)dicuntur pueri,aut puellæ,
quę ex ephebis excesserũt.nam non solùm fœminę,sed etiam inuestes pue-
ri vocantur virgines:† quinimò omne intactum, incorruptum & inuiolatũ, 2
metaphoricôs,virginis verbo,veteres significârunt.[d]

c *Actor rerum*) † Dominus plures habens seruos variè prouinciam eis de- 3
mandare solebat,inter illos, dignitatis quodammodò gradus constituens.[e]
Nam alios grauioribus familiæ negotiis præficiebat: exigendis puta debitis,
& rebus venalibus distrahendis,supellectili custodiendæ, & aliis id genus:
ab a-

Deuirginare. — *Virgines.* — *Seruorũ varia officia.*

a l.j in pr.ff.de seruo corrupt. *b Herodotus. li.iiij.qui Melpomene inscribitur.* *c Ecclesi.20.* *d Cic. in orator.* *e l.item apud. §.prætor ait.ff. de iniur.Cic.in Pisonem.& in paradox.*

Atrienses.
4 ab atrio, quæ pars anterior domus est, † Atrienses appellatos.[f] quod scilicet
eam ędium partem habitarent, in qua diuitiæ veterum adseruabantur, illa-
rum custodiæ veluti præfecti.[g] Neque enim placet, quod quidam aiunt, sic
dictos, quòd cæteris seruis cibaria, quæ in vestibulo domus diuidi solebant,

Dispensatores serui.
5 ipsi familiæ præcipui distribuerent.[h] hoc enim eorum munus fuit, † qui di-
spensatores dicti sunt.[i] qui ad personam quoque domini respiciebant. Alijs
vilium, & abiectarum rerum curam dominus committebat. vt lixis, caloni-
bus, cæterísque eius generis. Inter honoratiores erant, quibus omnium re-
rum suarum, sed præsertim rusticarum munus, iniungebat: quas serui pro sua

Actores serui.
6 diligentia vt villici agebant, curabántque, † & ij actores dicebantur.[k] quod
& Columella indicat. Nam & ipsi diripiunt (ait) & ab alijs furibus non cu-
stodiunt: sed nec conditum, cum fide rationibus inferunt. ita fit, vt actor, &

Mediastini serui.
7 familia peccent, & ager sæpiùs infametur.[l] † Medium porrò locum tenuis-
se, quibusdam videntur, Mediastini. nam & inde eos sumpsisse nomen Iusti-
nianus innuere videtur, dum eos nomen medij actus homines nuncupat.[m]
Crebriùs tamen existimatum abiectiores fuisse seruos, qui vilissima quę-
que, & sordida ministeria domi curabant.[n] Sic dictos, quod in media
domo excubarent, ad omnium imperia parati,[o] qua pariter ratione in-
colam medię ciuitatis, seu in medio vrbis habitantem: Horatius Media-
stinum dixit.[p]

Mediastinus.

Tu Mediastinus, tacita prece rura petebas:
Nunc vrbem, & ludos, & balnea, villicus optas.

f l. in legat. de ver. sig.
g l. instrumenta. ff. de fund. instru.
h Alci. d. l. in lege.
i d. §. prater au.
k §. pœna. Inst. de iniur. & hic.
l Columella li. j. de re rust. c. 7.
m d. §. pœna.
n l. j. §. caterũ. ff. naut. caupo.
d. §. prator au.
o Columella li. j. c. 9. & 13.
p Horat. lib. j. epistola. c. 14.

Mesonautæ.
8 Sic † Mesonautas Vlpianus, nauis ministros appellat, qui in media naui ad
omnium nutus, & imperia desidere solebant.[q]

q d. §. caterum.

Substátia pro facultatibus.
9 d *Substantiam*) † Hoc est maiorem partem facultatum. Neque ignoro sub-
stantiam propriè appellari, essentiam rei. quod rem scilicet substare, hoc est

Vsia.
10 subsistere faciat: eius veluti fundamentum: quam Gręci nunc † Vsiam, nunc

Hypostasis.
11 hyparxim, & † hypostasim vocant.[r] quamuis nonnulli vsiam, ab hypostasi
distinguant: vt vsia Gręcè propriè significet essentiam latinè. Hypostasis au-
tem substãtiam, quasi subsistentiam. quod verbum medici quoque pro sub-
sessione, & sedimento vrinę vsurparunt. Cęterũ substantiæ quoque verbum
pro facultatibus, authores idonei plerunque accipiunt.

r l. in venditionibus. §. fin. ff. de contr. empt.

e *Animaduertere*) Mediastinum, lixam, calonem, aut aliud mancipium abiectius, qui corrumpit, vtique delinquit, ac proinde in eum animaduertendum. Cæterùm seueriore multò pœna dignus est, qui seruum actorem, cui rerum summa, & totius familiæ procuratoris credita erat, corrumpit. cùm hæc iactura ad totius domus euersionem pertineat. quo modo hic textus enodandus est, ab alijs, vt mihi quidem videtur, haud dum perceptus.

IOANNES CORASIUS TOLOSAS
Iurisconsultus Valentiæ Allobrogũm scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO PROCVRATORIS CÆSARIS, VEL RATIONALIS.

TITVL. XVIIII.

SVMMÆ RERVM.

1 *Procurator Cæsaris & fisci.* 2 *Rationalis.* 3 *Vel pro id est.*

HABET princeps duos procuratores, per quos negotia sua administrat. 1 Cæsaris nimirum, & fisci ad huius cu- 1
ram publica principis iura pertinent. ille verò priuatum
Cæsaris patrimonium moderatur. vterque autem & fis-
ci & Cæsaris procurator, alio nomine 2 Rationalis dici- 2
tur, quia scilicet (vt mihi quidem videtur) & hic & ille
principis rationes tractet, & procuret.[a] Nam & procura
tor fisci, rationalis reipublicæ, procurator verò Cæsaris, rationalis rei priua-
tæ,[b] aut priuatæ rationis appellatur.[c] vel etiam quandoque diuinæ domus,
id est imperatoriæ, aut rei dominicæ, hoc est propriæ, priuatæque principis
substantiæ.[d] quo satis intelligimus particulam 3 vel, in hoc rubro, pro id est, 3
accipi. vt & Imperator euidens facit. procuratores meos (inquit) id est, ratio
nales.[e] suffragatúrque Lampridius, Et quia de publicanis (ait) dispositioni-
bus mentio contingit, vbi aliquos voluisset, vel rectores prouinciis dare, vel
præpositos facere procuratores: id est, rationales ordinare, nomina eorum
proponebat. hortans populum vt si quis criminis quid haberet, manifestis re
bus probaret.[f] Rationalem quoque Iulius Capitolinus, pro fisci procurato-
re posuit. Erat inquit, fisci procurator in Lybia: qui omnes Maximini studio
spoliauerat. hic per rusticanam plebem interemptus: sed per eos, qui rationa
lem in honorem Maximini defendebant, viderunt authores cædis.[g] & reli-
qua. cognoscebat autem & iudicabat rationalis de causis ad fiscum perti-
nentibus.[h]

Procurator Cæsaris & fisci.

Rationalis.

Vel, pro id est.

a l. ij. C. de modo mulctar.
b l. fi. C. de aduoca. fisc. l. vniuersi. C. de fund. rei pri. lib. 11.
c l. procurator. C. de edend.
d l. ij. l. benè à Zenone. C. de quad. præs.
e d. l. ij.
f Lamprid. in Alexand. Seuero.
g Iul. Capit. in Maximino.
h l. ad fiscum. C. vbi caus. fisc.

L. I. QVÆ ACTA.

Vlpianus lib. 16. ad Edictum.

QVÆ acta gestáque[a] sunt à procuratore Cæsaris, sic ab eo còprobantur, atque si à Cæsare[b] gesta essent. Si rem Cæsaris procurator eius, quasi rem propriam[c] tradat, non puto eum dominium transferre. tunc enim transfert, cùm negotium gerens Cæsaris consensu ipsius,[d] tradit. Denique si venditionis, transactionis, vel donationis causa quid agat, nihil agit.[e] non enim alienare ei rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est. Est hoc præcipuum[f] in procura-

tore

tore Cæsaris, quod eius iussu seruus Cæsaris[g] adire hæreditatem potest: etsi Cæsar hæres instituatur,[h] miscendo se opulenta hæreditati,[i] procurator hæredem Cæsarem[k] facit.

SVMMÆ.

1 *Procuratorum Cæsaris authoritas.*
2 *Gesta ab actis quomodo distinguuntur.*
3 *Libera administratio.*
4 *Hæres quando princeps rectè instituatur.*
5 *Pertinacis diuina vox.*
6 *Hæreditas opulenta.*
7 *Procurator an hæreditatem habeat.*

Acta & gesta.

a *Acta gestáque)* Vlpianus, ex Labeonis sententia subtilem quandam differentiam inter acta gestáque constituit.† vt gestum, rem notet sine verbis factam. Actum verò latiore significatione accipitur siue re, siue verbis quid agatur. Quam differentiam, vti superstitiosam nimium, Caius negligit: generaliter censens omnia quocunque modo agantur, vtriusque nomine contineri.[a]

a l. Labeo. ff. de ver. sig.

Procuratoru Cæsaris authoritas.

b *A Cæsare)* Hunc locum perbellè Taciti verba explicant. Eodem anno (inquit) sæpiùs audita vox principis (de Claudio loquitur) parem vim rerum habendam à procuratoribus à suis iudicatarum, ac si ipse statuisset. ac ne fortuitò prolapsus videretur, senatus quoque consulto cautum, plenius quàm antea, & vberius. nam Diuus Augustus apud equestres. qui Ægypto præsiderent, lege agi, decretáque eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Romani constituissent. mox alias per prouincias, & in vrbe, plerunque concessa sunt, quæ olim à prætoribus noscebantur.[b]

b Corn. Taci. li. 12.

c *Rem propriam)* Sciens nihilominus Cæsaris esse. qua in re facile est intelligere quantum ab Accursij, cæterorumque interpretatione, dissentiamus.

d *Consensu ipsius)* Cæsaris scilicet, q. d. tum de consensu principis censeri procuratorem Cæsaris dominium transferre, cùm negotium gerit principis.

Libera administratio.

3 e *Nihil agit)* † Licet enim dicamus, eum liberam bonorum administrationem habere: donandi tamen, aut alienandi sine causa ius non habet.[c] neque enim verisimile est principem in hoc procuratorem suum præposuisse.[d]

c l. contra. §. si filius. ff. de pact. l. filiusfa. ff. de don. l. j. §. j. ff. quæ res pign.

d l. sicut cui §. fi. ff. de solu. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empt.

f *Præcipuum)* Peculiare, & singulare. Nam regulariter in adeunda hæreditate procuratoris factum inutile est.[e]

e l. per procuratorem. ff. de acq. hær.

g *Seruus Cæsaris)* Hæres institutus. Vnde alibi idem Vlpianus, si principis seruus, inquit hæres institutus sit, iussu procuratoris Cæsaris adibit hæreditatem.[f]

f l. si quis mihi §. si seruus. ff. de acquir. hær.

Imperator quomodo rectè instituatur hæres.

4 h *Instituatur)* † Imperatores olim frequenter hæredes instituebantur. Idque vtiliter, dum non litis, id est calumniæ causa, ne creditoribus puta potentior aduersarius opponatur, facta sit institutio.[g] Vnde † Pertinax imperator,
5 sua voce confessus est, nullius se aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius delata esset, aut lite perplexa, vt legitimi hæredes priuarentur, sanctius esse inquiens, inopem rempublicam obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum per dedecorosa vestigia peruenire.[h] Augustum autem Cæsarem ex ignotorum testamentis, nihil vnquam capere voluisse Tranquillus author est.[i] Ampliùs Adrianum hæreditates ignotorum recusasse, nec notorum admisisse, si filios haberent scribit Spartianus.[k]

Pertinacis vox.

g l. pen. ff. de hære. insti. §. fi. Inst. qui. mod. test. infir.

h Iul. Capit. in Pertinace.

i Suet. in Augusto.

k Spartia. in Adriano.

Opulenta hæreditas

6 l *Opulenta hæreditas)* † Opulentam hęreditatem hîc Vlpianus appellat, quæ soluendo est: nullum in se damnum habens.[l] quanuis significantissimè ea dicatur opulenta, quę opibus abundat: quasi plena opum, & diuitiarum, lucrosa autem, ea etiam dici potest ex qua lucrum, quamlibet exiguum, quærit hæres.[m]

l l. seq.

m l. si procuratorem. ff. manda. §. neque Inst. de autho. tu.

Procurator non adit hæreditatem.

7 lz *Hæredem Cæsarem)* † Non idẽ in procuratore priuati: per quem hęreditas acquiri non potest: nisi mandatũ habeat speciale,[n] in vim cuius grauissima

n l. per procuratorẽ. ff. de acq. hæred.

V

o c.fi.de procu. in 6. p d. l. per procuratorem.

quæque negocia explicantur,[o] atque ita semper placuit, cùm Cisalpinis nostris, Pauli responsum interpretari.[p]

L. II. QVOD SI EA.

Paulus lib. 5 Sententiarum.

Quòd si ea bona, ex quibus imperator hæres institutus est, soluendo non sint: re perspecta, consulitur [a] Imperator. Hæredis enim instituti in adeundis vel repudiandis [b] huiusmodi hæreditatibus voluntas exploranda est.

a *COnsulitur Imperator*) Hoc est, exquiritur, & exploratur Imperatoris voluntas.

b *Vel repudiandis*) Non desunt, qui hæc verba deesse putent, quod arbitrentur in hæreditatis repudiatione, quæ soluendo non est, minimè explorandam hæredis scripti voluntatem. Quibus ego non assentior, siquidem communi licet æstimatione iudicetur hæreditas non soluendo: potest tamen probabili aliqua affectione duci scriptus hæres, quo carius longè & pretiosius hæreditatem æstimabit, quia puta res hæreditariæ maiorum fuerunt[a].

a l. si in emptionem. ff. de minor. l. lex qua. C. de admini. tuto.

L. III. CVRATORES.

Calistratus lib. 6. de cognitionib.

Curatores Cæsaris[a], ius deportandi non habent: quia pœnæ[b] constituendæ ius non habent. Si tamen quasi tumultuosum[c], vel iniuriosum [d] aduersus colonos[e] Cæsaris prohibuerunt in prædia Cæsariana accedere, abstinere debebit. ídque diuus Pius Iulio rescripsit. Sed deinde, neque redire [f] cuiquam [g] possunt permittere.[h] ídque Imperatores nostri Seuerus & Antoninus ad libellum Hærmiæ rescripserunt.

SVMMÆ.

1 *Curatores Cæsaris.*
2 *Procuratores priuatæ rationis quando primùm creati.*
3 *Remotio generis & speciei.*
4 *Tumultuosus.*
5 *Iniuriosus.*
6 *Procuratoris Cæsaris iurisdictio.*

a *CVratores Cæsaris*) Id est† procuratores Cæsaris, per quos scilicet diuinæ domus, hoc est propriæ Imperatoris & serenissimæ coniugis suæ substantia gubernatur,[a] quos primum Septimi Seueri tẽpore constitutos Spartianus significat, dum ait, † cùm Imperator Seuerus magnam partem auri per Gallias, Hispanias, & Italiam iam fecisset: tunc primùm priuatarum rerum fuisse procurationem constitutam.[b] Hi autem de crimine non cognoscunt, sed de bonis, id est pecuniariis causis inter fiscum & priuatum.[c] citra tamen vllam indicendæ mulctę potestatem.[d]

1 Curator Cæsaris.
2 Procurator Cæsaris quando primũ creatus.

a l. benè à Zenone. C. de quad. præs.
b Spartia. in Seuero.
c l. j. & ij. C. vbi caus. fisc.
d l. ij. & iij. C. de mod. mulct.

b *Quia pœnæ*) Ridiculi profectò sunt: qui eandem cum dicto, putant hîc à Calistrato proferri rationem, quasi verò idem sit pœna quod deportatio, & pœnæ verbum, non latiùs multò pateat. Rectè igitur à genere ducit argumentum Iurisconsultus, procuratores Cæsaris non habere ius deportandi: quia pœnæ constituendæ ius non habent, quippè deportatio species est pœnæ.† à quo autem remouetur genus, consequens est quamlibet eius speciem remoueri.[e] q. d. ideò non potest Cæsaris procurator deportare: quia nullam pœnam vel minimam quidem infligere potest.[f]

3 Generis remotio.

e l. si quid. §. j. ff de leg. iij.
f l. ij. C. de modo mulcta.

c *Tumul-*

Tumultuosus. 4 c *Tumultuosum*) † Tumultuosus homo dicitur, qui turbas & tumultus excitare solet. In otio (inquit Liuius) tumultuosi, in bello segnes.[g] — *g Liuius lib. iiij.*

Iniurios⁹. 5 d *Iniuriosum*) † Iniuriosus homo dicitur, qui detrimentum & iniuriam aliis inferre solitus est. Primum peccant, ait Marcus Cicero, quod iniuriosi sint in proximos.[h] — *h Cice. j. offic.*

Procur. Cæsa. iurisdictio. 6 e *Colonos*) † De pecuniariis causis inter fiscum & priuatum cognoscit procurator Cæsaris.[i] sed præsertim vbi colonorum principis negocium vertitur: cognitione aliis iudicibus penitùs interdicta.[k] prætetquàm in caussa criminali.[l] — *i l.j.& ij.C.vbi cau.fisc. k l.dominicis. illo tit. l l.cum aliquid illo tit.*

f *Redire*) Ad prædia Cæsaris, in quæ ne accederet, procuratores Cæsaris prohibuerunt.

g *Cuiquam*) Cui videlicet facta sit eiusmodi prohibitio.

h *Possunt permittere*) Vult Iurisconsultus, procuratores Cæsaris postquam tumultuoso aut iniurioso homini vetuerunt in prædia Cæsariana accedere non posse palinodia cantata, ei deinde potestatem facere redeundi.

IOANNES CORASIUS TOLOSAS
Iurisconsultus Valentiæ Allobrogûm scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO IVRIDICI ALEXANDRIÆ.

TITVL. XX.

SVMMÆ RERVM.

1 *Iuridici qui.*
2 *Consulares iudices.*
3 *Rectorum munus.*
4 *Balliui, Senescalli.*
5 *Iudices maiores.*
6 *Alexandria vrbs.*
7 *Iuridicus Alexandriæ.*

Iuridici qui.
1 IVRIDICI † quemadmodũ Budæus noster explicat,
dici possunt, qui apud nos Balliui, & Senescalli vocantur.[a] quíque plures à M. Antonino philosopho fuêre — *a Guliel. Bud.*
quondam in Italia constituti. Datis, inquit Ælius Spartia- — *l. solet. ff. de offi. procons.*
nus, iuridicis Italiæ consuluit, ad exemplum quo Adria-
nus consulares viros iura reddere præceperat.[b] Consti- — *b Spartianus*
Consulares iudices.
2 tuerat autem Adrianus Imperator regendæ Italiæ † qua- — *in M. philosopho.*
tuor consulares iudices: quorum Antoninus pius vnus fuit.[c] in Ægy-
pto quoque iuridicos fuisse, sub rectoribus prouinciarum Strabo scri- — *c Iul. Capitoli. in Antonino.*
Rectorũ munus.
3 bit. † Rectores munus principis obibant in prouincia. Iuridici verò — *Spartianus in Adriano.*
tractabant iudicia.[d] quò fit vt dubitem, an proba sit iuridicorum,
Balliui. Iudices maiores.
4 quam Budæus facit,[e] comparatio. † cum Balliuis, & Senescallis Gallicis, qui — *d Strabo lib. Geogr.*
5 rei militari ipsi intendunt, iudiciáque tantùm exercent, per vicarios: quos
Alexandria vrbs.
6 Aquitani † iudices maiores: Celtæ locum-tenentes vocant. Alexandria † — *e in d. l. solet.*

porrò vrbs Ægypti fuit potentissima & caput, sic appellata, quòd conditorem habuerit magnum illum Alexandrum Macedonicum.[f] Cuius vrbis potiùs hic meminit Iurisconsultus: vel quòd ea in Ægypto prior nacta sit magistratum huius nominis: vel quia † Iuridico Alexandriæ, specialiter quædam tributa sint, veluti ius dandi tutores,[g] & donationes apud eum profitendi, id est insinuandi.[h] 7 *Iuridicus Alexandriæ.*

f dixi plenè. l. vnic. ff. de offi. præfe. August.
g l. fi. hoc tit.
h l. vni. C. eod.

L. I. ADOPTARE.

Ulpianus lib. 26. ad Sabinum.

Adoptare quis apud Iuridicum[a] potest: quia data est ei legis actio.[b]

SVMMÆ.

1 *Iuridicus qui legis actionem habeat.* 2 *Legis actio.*

a Iuridicum) † Quisquis ille sit, & vbicunque ius reddat, licet non in Alexandrina ciuitate. nam iuridico Alexandriæ illa duo tantùm speciatim tributa reperiuntur, tutoris datio, & donationis insinuatio.[a] Et iuridicus quicunque, vt & nomen ipsum ostendit, legis habet actionem,[b] hoc est liberam de negotiis quibuscunque iuris dicundi potestatem.[c] 1 *Iuridicus an legis actionem habeat.*

b Legis actio) † Quid, & apud quos sit legis actio, superiùs diffusè docuimus.[d] 2 *Legis actio.*

a l. seq. & l. vni. C. hoc tit.
b vt hac l.
c l. magistratũ vbi dixi. ff. de adoptio.
d d. l. magistratum.

L. II. IVRIDICO.

Idem lib. 39. ad Sabinum

Iuridico, qui Alexandriæ agit, datio tutoris constitutione diui Marci concessa est.

SVMMÆ.

1 *Iuridicus cur tutores det.* 2 *Tutoris datio cui competat.*

a Concessa est) † Specialiter concessum fuit Iuridico Alexandrinæ ciuitatis, vt tutores dare posset.[a] nam alioqui eam facultatem non haberet. † cùm tutoris datio ei tantum competat, cui nominatim id à lege tributum est.[b] Qua de re nos alibi plura.[c] 1 *Iuridicus cur det tutores.* 2 *Tutoris datio cui cõpetat.*

a § pen. de Atilia. tu. in Inst.
b l. multo. § tutoris, ff. de tute.
c li. 5. Miscel. c. 24.

IOANNES CORASIUS TOLOSAS
Iurisconsultus Valentiæ Allobrogũm scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO EIVS CVI MANDATA EST IVRISDICTIO.

TITVL. XXI.

SVMMÆ RERVM.

1 *Ius dicere.*
2 *Iurisdictio.*
3 *Iurisd. an merum imperium contineat.*
4 *Mandare iurisdictionem.*
5 *Delegatus iudex.*
6 *Iudicem dare.*
7 *Specialis iudex.*
8 *Iudex qualis olim.*
9 *Delegatus an habeat iurisd.*

EX-

EXPOSITIS hucusque magistratuum officiis, nunc munus eorum,& officium iusto ordine legislator explicandum putauit: quibus iurisdictionem, & potestatem suam magistratus demandant. Mandabant autem non-
1 nunquã priuatis.[a] Aliquando verò alteri magistratui.[b] † Cæterùm ius dicere nihil aliud est,quàm super priuatorum quærelis,postulationibus & controuersiis iustitiam
2 ministrare.[c] † vnde & iurisdictio à iure dicundo sic appellata,[d] potestas est iuris dicundi.[e] Cùm autem qui per alium facit, ipse quoque facere censeatur:[f] reddere ius ille quoque dicitur,qui per alium,hoc est datum & substitutum à se iudicem,iustitiam administrat.[g] Qua fortè ratione dixit Vlpianus, iurisdictionem esse iudicis dandi licentiam:[h] nisi malis cum aliis quibusdam confirmare,locum corruptũ & pro *iudicis dãdi*,reponendum,*iuris dicendi*.[i]
3 Ex iis patet,† iurisdictionem generatim consideratam, merum imperium continere.[k] quamuis ad speciem contracta publicam potestatem designet dicundi iuris,de ciuilibus,& pecuniariis priuatorum causis,[l] siue actionis iudicio,siue interdicto in eam rem ordinato:[m] secundum quam acceptionem à mero Imperio prorsus disiungitur.[n] Porrò iurisdictionem habere possumus,vel proprio iure,vel alieno beneficio.[o] Proprio iure,habet magistratus quicunque,[p] Alteriùs verò beneficio, qui mandatam habet.[q] Solet autem mandari omnis iurisdictio,quandoque tamen vna species causarum, vel in-
4 ter certas personas.[r] † Mandare iurisdictionem,est vicarium sibi in cognoscendis,diffiniendísque ciuilibus controuersiis substituere, veluti cùm mãdata est iurisdictio proconsulis legato.[s] Species aut pars iurisdictionis demãdatur,cùm verbi gratia,vel ciuilium,vel criminalium negotiorum cognitio committitur[t] inter certas personas: Titium puta & Mœuium de oborta lite.[u] quamuis & hoc casu magis propriè iudex dari dicatur,quam mandari iu-
5 risdictio.† Vnde iudex datus,quem pontificij,interpretésque nostri delegatum vocant:hoc est is cui vnius causæ tantùm cognitio commissa est.[x] Quò fit vt re ad exactum iudicium reuocata,aliud sit mãdare iurisdictionẽ,aliud iudicem dare.[y] Mandare siquidem iurisdictionem dicitur,qui omnem in v-
6 niuersum,vel speciem vnam iurisdictionis alteri committit.[z] † Iudicem verò dare est in certorum controuersia priuatorum iuris reddendi potestatem
7 alteri facere.[a] Inde iudex datus,& delegatus.[b] † Item specialis, quod ad vnã certam & specialem caussam destinatus esset.[c] qui solebat olim ex vtriusque
8 litigatoris consensu,plerunque dari.[d] Neminem † voluerunt,inquit M.Cicero,maiores nostri,non modò de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem,nisi qui inter aduersarios cõuenisset.[e] Ideóque monet Calistratus obseruandum,ne is iudex detur, quẽ altera pars
9 nominatim petit.[f] † Hunc autem datum iudicem, aut si mauis delegatum, non habere iurisdictionem satis constat.[g] Nam & idcirco lata sententia iudex esse desinit:[h] siquidem non exequitur sententiam, sed hoc muneris ei imponitur, qui eum dedit.[i] Quam autem iurisdictionem, vel generaliter, vel specialiter magistratus mandare possit: & quæ sit eorum quibus mandata est potestas, & authoritas: Iurisconsultus hoc titulo disertè demonstrat.

L. I. QVÆCVNQVE.

Papinianus lib. 1. Quæstionum.

Ius dicere. Iurisdictio quid. Iurisdictio merum imperium continet. Mandare iurisdictionem. Iudicem dare. Delegat⁹ iudex. Mandare iurisdictionem. Iudicem dare. Specialis iudex. Iudex quomodo dare tur olim. Delegat⁹ an habeat iurisdictionem.

a l.fi.hoc tit. b l.& si prætor hoc titu. c l. meminisse. ff.de offi.procõ. l.j.§. damus.ff. de susp.tuto. d c. forus. de verbo.sig.c.iustum.23.q.ij. e d.l.j.§.damus. f l. ita tamen. §.gessisse. ff.de admi.tut. g l. cùm apud Sempronium. ff.iud.so. h l.iij.ff.de iurisd. i Vigl. §.præterea.Inst.quibus non est per. k l.j. vers. & ideo hoc tit. l l.iij.§.fi.cum seq.ff de off.procon.l.solet.ff.de iurisd. m §.fi. Inst.de interdict. n d.l.j.ver.vniui. o l. more.ff. de iurisdict. omn. iudic. p l. ea quã.ff. ad municip. d. l.j.hoc tit. q l.j.§.fi.ff.quis & à quo. r l. solet. & l. seq.ff.de iurisdict. s l. obseruare. §.fi.cum ll.seq. ff.de offi.procõ. l.cùm prætor.§. j.ff.de iud. t d.l.j.§.fin. u l.cùm ij.§.sed nec mandare. ff. de transact. l.nec mandãte. ff. de tuto. & curato.

x l.iubemus.in fin. C. de episc. & cle. l. à iudice. C. de iu. d. l. j. in prin. d. l. solet. y l. sæpè. in fi. & l.seq.ff. de offi. præsid. d. l. cùm prætor.§.j. z l.j. §. fi.ff. quis & à quo. d. §. sed nec mandare. a d.l.sæpe.§. fi. b tot. tit. de offi. de leg. in antiq. & in 6. d.l.à iudice. c l.fi.ff.de offi. præto. l. iiij.ff. de tut.l.fi. C.de iud. d l.ex consensu.ff. de appella. e Cice.pro Cluent. f l.obseruandum.ff.de iudic. g l.ait prætor.ff.de re iud. h l.iudex.ff.illo tit. i l.à diuo.in pr.ff.de re iud.

QVæcunque [a] specialiter [b] lege, [c] vel senatusconsulto. [d] vel constitutione principum [e] tribuuntur. [f] mandata iurisdictione non transferuntur. [g] Quæ verò iure magistratus [h] competunt: mandari possunt. Et ideò videntur errare magistratus, [i] qui cùm publici iudicij [k] habeant exercitionem lege, vel S. C. delatam, veluti lege Iulia de adulteriis, [l] & si quæ sunt aliæ similes, iurisdictionem suam [m] mandāt. Huius rei fortissimum est argumentum, [n] quòd lege Iulia de vi, [o] nominatim cauetur, vt is cui obtigit exercitio, [p] possit eam si proficiscatur, [q] mandare. Non aliter itaque mandari poterit, [r] quam si abesse cœperit, [s] cùm aliàs iurisdictio [t] etiam à præsente mandetur. Etsi à familia [u] dominus occisus esse dicetur, cognitionem prætor, quam ex senatusconsulto [x] habet, mandare non poterit.

SVMMÆ.

1 *Verus legis sensus.*
2 *Specialiter.*
3 *Specialiter magistratibus tributa.*
4 *Attilia lex.*
5 *Tutelaris prætor.*
6 *Syllanianum S.C.*
7 *Mulctæ dicendæ ius.*
8 *Magistratus iure competere.*
9 *Sortitio prætorum.*
10 *Publica iudicia & priuata.*
11 *Iulia lex de adulteriis.*
12 *Argumentum à contrariis.*
13 *Lex Iulia de vi.*
14 *Armorum vsus quando interdictus.*
15 *Prætores quomodò iurisdictionem sortiantur.*
16 *Iurisdictio.*
17 *Familia.*

a QVæcunque) † Hunc textum, quo nihil lucidius, nihil clarius, nihil apertius, interpretes suis næniis mirabiliter inuoluunt. Vult autem hoc principio breuiter Papi. Ea quæ nominatim, & in specie certis sunt concessa magistratibus, mandari non posse, tantùm abest, vt mandata generaliter iurisdictione transferantur. ex quo enim eorum negotiorum cognitio, iudicatioque specialiter certo magistratuum generi permissa est: Iuris authores voluisse videntur, ne alius de hisce causis iudicaret. [a] Eiusque rei exemplum profert hoc loco Papinianus, in exercitatione publicorum iudiciorum prætoribus in vrbe, & præsidibus in prouinciis, expressim commissa: [b] quæ ideircò demandari non potest, præterquàm ex caussa iustæ absentiæ. neque est litera nostra coangustanda, sed vt generaliter loquitur accipienda. vt cum dixerit, *quæcunque*, intelligendum sit, siue imperij, siue iurisdictionis sint. In omnibus enim in vniuersum negotiis, quæ specialiter alicui tribuuntur, hoc obseruamus, vt alteri non mandentur. [c] Sed & quædam sunt causæ, quæ neque ad imperium pertinent, nec ad iurisdictionem vt tutoris datio, illis tantùm competens, quibus lex, princeps aut S. C. specialiter concessit. [d] Vnde nec demandatur, [e] quia scilicet quibusdam magistratibus aliqua lege nominatim mandata est: vt prætoribus in vrbe, & præsidibus in prouinciis. [f] sicuti mox dicemus. 1 Sententia legis nostræ.

b *Specialiter*) † Id est nominatim, & expressè, [g] vel ipso Vlpiano interprete: qui in eadem propè quæstionis specie nominatim concedi dixit. [h] quod Papinianus hîc appellat specialiter tribui. Potest & accipi *Specialiter*, dictio, vt idem solet, quòd peculiariter, & singulari quadam prærogatiua. [i] Speciale ipsum (inquit Capitol. de M. Philosopho, agens) Marcomanicum, sed quanta nulla vnquam memoria fuit, tum virtute, tum etiam fœlicitate transegit. veluti in hac specie dici potest, cùm nulli antea magistratui competerent. aut si cui erant concessa, non iure communi, seu tanquam cuicunque magistratui: sed speciali indulgentia, & concessione, 2 Specialiter.

tributa

a l. vni. §. ne autem. C. de cadu. tol. c. fi. §. fi. de offi. de l. c. ius cius allo ti. in 6.
b l. y. §. deinde Cornelius. ff. de orig. iur. l. si quid. ff. de offi. proconsf. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præsid.
c l. nec mandante. ff. de tu. & curat.
d l. muto. §. tutoris. ff. de tute.
e d. l. nec mandante.
f §. j. Inst. de attilia. tut.
g l. sed & si quis §. quæsitum. ff. si quis. caut. l. quæro. ff. de ædil. em. l. ab ea. ff. de probat. l. quòd in rerū. §. fi. ff. de leg. j.
h. aut damnū. §. præfecto. ff. de pæ.
l. j. §. inter. filiū & l. diuus. ff. de fals.
h d. §. tutoris.
i l. lex natura. ff. de sta. hom.

tributa fuerunt, veluti cùm Vlpianus dixit, ius damnãdi in metallum specialiter vrbi præfecto ex epistola Seueri tributum.[k] & cernere promptius est in tutoris datione: quæ non pro eo cuiquam competit, quod imperio fulgeat, aut iurisdictione: sed quia nominatim lege data est.[l] Vnde nec mandari potest.[m] Quæ verò specialiter in iure magistratibus tribuuntur, hæc ferè

Magistratibus specialiter cõcessa.

3 sunt: † Gladij potestas, iudiciorúmque publicorum exercitio,[n] consilij coactio,[o] cognitio de transactione alimentorum,[p] de prædiis minorum alienandis,[q] de abolitione criminum,[r] de statu personarum, ingenuitatis scilicet, & libertinitatis,[s] datio tutoris,[t] cognitio de iis, qui potentiorum patrocinium ad terrorem aduersarij sibi aduocârunt,[u] aut de iis qui vel in Turpilianum incidisse,[x] vel dominum necasse, arguuntur.[y] Addunt nonnulli decretum separationis bonorum,[z] cognitionem suspecti tutoris,[a] ambo specialiter prætori tributa, & pręsidibus in prouinciis. Quod non satis iure probari videtur: Cùm præsertim Martianus scripserit cognitionem de suspectis tutoribus mandata iurisdictione transferri.[b]

Attilia lex.

4 c *Lege*) † Attilia, puta, qua specialiter tributum erat, prætori vrbano Romæ tutorem dare, ad cuius exemplum leges Iulia & Titia, latæ sunt: quibus tutoris datio in prouinciis præsidibus nominatim conceditur.[c] Neque de tutoribus passim & sine delectu veteres tractari voluerunt: sed diligenter & accuratè adeò vt obseruatum diu Romæ fuerit, à solis cõsulibus, tutores da-

Tutelaris prætor.

5 tos. Sed Marcus Antoninus philosophus † prætorem tutelarem primus fecit.[d] Non igitur aliis, quam quibus lege aliqua specialiter concessum est, tutorem dare licet,[e] vnde nec mandari tutoris datio poterit:[f] nec mandata iurisdictione transferrentur.[g] Et quod legimus, legato procõsulis ius esse dandi tutorem:[h] non est credendum venire vi mandatæ iurisdictionis: sed quia oratione diui Marci ad senatum habita, hoc ei specialiter concessum fuit.[i] Lege item publicorum iudiciorum ius gladij Præsidibus prouinciarum expressim, & specialiter tributum est.[k] vnde nec mandatur, nec mandata iurisdictione transit.[l]

Syllanianum S.C.

6 d *Senatusconsulto*) † Veluti Syllaniàno, quod prætori cognitionem nominatim concessit, si dominus à familia, occisus esse dicatur.[m] vel Turpilliano, cuius rei prouinciæ præsides specialiter cognitionem habent.[n]

e *Constitutione principum*) Verbi gratia, constitutione Seueri Imperatoris in senatu recitata, res minorum, nisi authore prætore in vrbe, & pręside in prouinciis fuerunt interdictæ alienari.[o] Et diui Marci constitutione non aliter rata est alimentorum testamento relictorum trãsactio, quam si Romæ prætoris authoritate, & præsidis in prouincia, cum causæ cognitione facta sit.[p]

Mulctæ dicendæ ius.

7 f *Tribuuntur*) † Vt ius dicendæ mulctæ: solis populi Romani magistratibus, & prouinciarum præsidibus, quibúsque publicè iudicium est.[q]

g *Non transferuntur*) Ex quo enim specialiter, & nominatim illæ causæ certo magistratuum generi sunt iniunctæ: eorum industria, fidésque peculiariter delecta intelligitur, quare non poterunt eiuscemodi negotia per alium explicare.[r]

Magistratus iure competere.

8 h *Iure magistratus*) † Iure magistratus competere dicitur, quod non speciali aliqua lege, aut singulari prærogatiua habet magistratus, sed iure communi, & vsitato more maiorum, tanquam magistratus, hoc est præfectus iuri reddendo super controuersiis priuatorum, & ciuilibus causis, quæ sine mulctarum, verberum & vinculorũ coercitione solent expediri. Magistratus nanque in hoc olim potissimum creati, vt pecuniarias priuatorum controuersias dirimerent. Ius dicendæ mulctæ, quià iis omnibus competit, quibus publicè iudicium est:[s] iure magistratus competere dicitur, & ideò mandata iurisdictione transit.[t] Quæstiones verò publicorũ iudiciorum, specialiter præ-

k l. aut damnũ. §. præfectus. ff. de pœnis.
l d. l. muto. §. tutoris.
m d. l. nec mandante.
n l nemo potest. ff. de reg. iur. & hic.
o l. ij. hoc tit.
p l. cum hi. ff. de transactio.
q l. j. ff. de reb. eor.
r l. j. §. abolitio. ff. ad Turpil.
s l. ij. C. de peda. iudic.
t l. muto. §. j. ff. de tutel.
u l. j. C. ne lic. poten.
x l. j. §. suspecti. ff. ad Turpil.
y vt hac l.
z l. j. §. j. ff. de separat. bonor.
a l. j. §. damus. ff. de separat. bonor.
b l. cognitio. in princ. infrà hoc tit.
c §. j. Instit. de Attil. tut.
d Iul. Capit. in M. Philosoph.
e d. l. muto. §. j.
f l. nec mãdante. ff. de tut. & curat.
g vt hac l.
h l. pen. ff. de offic. procon.
i l. j. versi. legatus. ff. de tuto.
k l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de off. præsi. & hic.
l l. solet. ff. de off. procon. l. nemo potest. ff. de regu. iur.
m hac l. in fin. princ.
n l. j. §. suspecti. ad si. ff. ad turpi.

o l. j. ad princ. ff. de reb. eor. l. j. C. de præ. minor. l. ij. C. de cur. fur. p l. cum ij. in princ. & §. si prat. ff. de trãs. q l. ij. §. fi. ff. de iud. l. aliud. §. pen. ff. de verb. sign. l. illicitas. §. fin. ff. de off. præsid. r l. vni. §. ne auté. C. de cad. toll. c. fi. §. j. de off. deleg. s l. ij. §. fi. ff. de iud. t l. ij. ff. quis & à quo.

toribus in vrbe, & præsidibus in prouinciis, commissæ sunt.[u] Vnde nec iure
magistratus competunt (hoc est non per se talis potestas ipsi inest magistra-
tui) nec ideò mandari possunt.[x] Sicuti nec cognitio, de transactione alimen-
torum, & iis similia.[y]

i *Errare magistratus*) Maiores, veluti in prouinciis proconsules, & præsides
qui ius gladij ad animaduertendum in homines delinquentes habent.[z] Et in
vrbe Roma prætores:[a] † qui sortiebantur exercitionem publicorũ iudicio- 9 Sortitio prætorũ.
rum: vt mox dicã, ij inquam, errare videntur, suã iurisdictionem demãdantes
super rebus capitalibus, aliísve publicis quæstionibus: quorũ ipsi iudices sunt
nominati & peculiariter cõstituti: vt per se videlicet cognoscãt, ac iudicẽt.

lz *Publici iudicij*) † Publica iudicia dicta sunt, quòd eorũ executio, id est ac- 10 Publica iudicia.
cusatio criminalis,[b] cuilibet de populo competat.[c] Vnde & adulterij crimen
inter iudicia publica Constãtinus relatum scribit, quòd eius delatio in com-
mune omnibus concedatur.[d] Cætera verò delicta, ex quibus agere nemo po
test, nisi ad quem res pertinet, priuata dicuntur:[e] vt furti, iniuriarũ, sepulchri
violati, expilatæ hæreditatis, & termini moti: denique & famosi libelli, pri-
uatum est iudicium: quamuis enim eius denũciatio cuiuis de populo pateat:
non tamen accusatio criminalis.[f] Cur autem facta sit hæc publicorum & pri
uatorum iudiciorum distinctio, quantum ad popularem accusationem: cùm
omnia omninò crimina puniri reipub. intersit:[g] in promptu causa est, quòd
illa rempub. grauiùs lædant, publicámque ciuilis societatis tranquillitatem,
magis perturbent. Sed de iis alibi pleniùs.[h]

l *De adulteriis*) Hanc † legem Iuliam de adulteriis, ab Augusto primum latã 11 Lex Iulia de adulteriis.
scribit Vlpianus.[i] quanquam veriùs videtur eam à C. Iulio Cæsare editam,
qua cautum erat, vt deprehensi in adulterio à prouinciæ præside, supplicio
dederentur: nec temeratores dumtaxat nuptiarum ea lex accersiuit: verùm
etiam eos, qui neque modo, neque iure, legibus tradito, ab vxore diuerte-
rent graui pœna persequebatur. Fuerunt & alia Iuliæ legis capita, quæ hîc
referre non attinet.

m *Iurisdictionem suam*) Hoc est exercitationem illam publici iudicij.

n *Fortissimum argumentum*) Argumentatur hîc Papinianus, à contrariis. † Vn- 12 Argumẽtum à contrariis.
de & arrepta passim occasione in iure ita ratiocinandi, vt quod ex contrario
legis sensu colligitur, perinde habeamus ac si lege apertè cautũ esset.[k] Nam
Vlp. & Paul. quoniam mulier adulterij damnata testis ea lege esse prohibe-
tur, inde liquere dicunt mulieres regulariter ius dicendi testimonium habe-
re.[l] Ergo generaliter statuendum, quod de vno dicitur, in reliquis denegari:
& ecũtrà.[m] siue in dispositione legis, siue in dispositione hominis.[n] rursus si-
ue in iudiciis,[o] siue in contractibus,[p] siue etiam in testamẽtis, & vltimis qui-
buscunque voluntatibus:[q] nisi tamen eadem sit in tacitis, quæ in expressis ra-
tio: aut ex huiuscemodi arguendi modo, vel legum correctio, vel absurdum
aliquid sequeretur:[r] quibus sic breuiter concludi debent, quæ hoc loco in-
terpretes verbosissimè disserunt.

o *Iulia de vi*) † Cuius legis verba, vel ex hoc loco in hunc modum conscri- 13 Lex Iulia de vi.
pta, aut non dissimiliter valdè coniectare possumus. *Si vis facta fuerit, eius iu-
dicij exercitio prætoris in vrbe, & præsidis in prouincia esto, eam si abesse contin-
gat, mandandi ius habento.* Est autem duplex Iulia lex de vi, altera de pu-
blica, altera de priuata. Publicam Iurisconsulti nuncupant, quæ cum ar-
mis infertur: priuatam quæ sine armis.[s] † vt enim Romæ olim in tu- 14 Armorũ vsus interdictus.
multu Clodianæ necis & tertio magni Pompeij consulatu, edicto prohi-
bitum est, ne vllum in vrbe telum esset.[t] Ita posteriore Cæsarum tempore,

u l. ij. §. deinde Corn. ff. de orig. iur. l. si quid. ff. de off. procons.
x vt hac l.
y l. cùm hi. §. si prætor. §. sed nec mandare. ff. de trans.
z l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præsid.
a d. §. deinde Cornelius.
b l. ij. l. hi tamẽ. ff. de accus. l. j. ff. de priua. delict.
c §. j. vbi Frãc. Bal. de pu. iud. in Instit.
d l. quamuis. ij. C. de adul.
e l. j. & l. fi. vbi Accur. ff. de priuat. delict.
f l. lex Cornelia. §. fina. ff. de iniu. l. vni. C. de famo. li.
g l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. l. si à reo. §. fi. ff. de fideiuss.
h d. §. deinde Cornelius.
i l. j. ff. ad l. Iul. de adult.
lz l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mãd. l. si quis locuples in fin. ff. de manu. test.
l l. ex eo. ff. de testi. l. qui testamẽto. §. mulier. ff. de testam.
m l. cùm prætor. ff. de iud. c. nonne. de præsump. c. qualis. 25. distin.
n d. l. ex eo. d. l. cùm prætor. & hic.
o l. Pomponius. §. j. in fin. ff. de proc. d. l. cùm prætor.
p l. inter. §. cùm inter. ff. de pact. do.
q l. Lucius. ff. de hæred. instit.
r l. ij. C. de cond. in ser. l. conuenticula. vbi Bal. C. de epis. & cler.
s §. sed ex constitutionibus. Institut. de inter. §. item lex Iulia. de pub. iud.
t Plin. lib. 34. c. 14.

omnis

omnis armorum vſus) niſi ad venationem iter, vel nauigationem)[a] priuatis hominibus generaliter interdictus fuit,[x] iuſſúmque à principe arma omnia ad vſum belli, in armamentariis publicis reponi & cuſtodiri.[y]

p *Obtigit exercitio*) Prætores in vrbe deſignati, occupabantur potiſſimum in iure dicundo: velut in hoc maximè creati.[z] neque omnibus magiſtratibus, qui reddendo iuri præerant, publicarum quæſtionum, iúſque gladij fuit, ſed quibus lex ſpecialiter tribuebat: veluti vrbi præfecto,[a] aut iis prætoribus,

Sortitio magiſtratuum.

15 quibus ſors detulerat.† Sortiebantur quippè prętores, iuriſdictionem: vt aliis vrbana, aliis peregrina, aliis prouincialis, contingeret. Rurſus vt aliis iuris dicundi de priuatis, ciuilibúſque negotiis: aliis de criminibus, & rebus capitalibus obtingeret.[b] deinde ſortiebantur exercitionem publicorũ iudiciorum: vt alius verbi gratia de pecuniis repetundis lege Acilia: alius de vi: alius de adulteriis lege Iulia cognoſceret.[c] quod Marcus Cicero cùm in aliis locis compluſculis, tum in eo vel maximè commonſtrat, quo ſic ait. Cùm Prætores deſignati ſortirentur, & Marco Metello obtigiſſet, vt is de pecuniis repetundis quæreret.[d] Quamquam poſtea vbi monarchæ Imper. eſſe cœperunt, omnium in vniuerſum capitalium rerum, & criminum cognitio, animaduerſióque præfecto vrbi fuit demandata[e] ita vt prætoribus ſpecies, magis quàm effectus antiquitus remanſerit.

q *Si proficiſcatur*) Vel infirmitate, aut alia iuſta & neceſſaria cauſſa impeditus ſit.[f] Cauſſæ enim iſtiuſmodi, quia non ex voluntate procedunt, legitimæ habentur.[g]

r *Mandare poterit*) Cognitionem videlicet publicarum quæſtionum legis Iuliæ maieſtatis, repetundarum, & de adulteriis, aliorúmque negotiorum, quorum cognitio, & iudicatio lege, S.C. aut principis conſtitutione ſpecialiter & nominatim tributa eſt.

ſ *Abeſſe cœperit*) Hinc liquidò conſtat, poteſtatem hanc gladij, quam merum imperium vocamus,[h] à magiſtratibus qui ea pollent, ſi proficiſcantur, mandari poſſe. Qua in re Antonij Vaccæ deſidero iudicium, qui hæc verba, *Non aliter itaque mandare poterit, quam ſi abeſſe cœperit.* ad exercitationem meri imperij, minimè pertinere putat.

Iuriſdictio.

16 t *Iuriſdictio*) † Hoc eſt publica de ciuilibus priuatorum controuerſiis iuris dicendi poteſtas: quæ à præſente, etiam non impedito, liberè mãdari poteſt.[i] Iuriſdictio enim eſt inquit Vlpianus, iudicis dandi licentia.[k]

Familia.

17 u *A familia*) Hoc eſt à ſeruis.[l] Familiæ quippè nomen in res, vt Seruius ait, & in perſonas deducitur.[l]

x *Senatuſconſulto*) Syllaniano, quod de publica quæſtione à familia habenda introductum eſt. neque enim aliter domus vlla in tuto eſſe poſſet: niſi capitis periculo domini cuſtodiam, tam à domeſticis, quàm ab extraneis perſonis ſerui præſtare cogantur.[m]

a l. j. ff. ad l. Iul. de vi pub. *x* l. vn. C. vt armo. vſu. lib. 11. d. l. j. *y* §. j. in auth. de armis. coll. 6. *z* l. j. vbi dixi. ff. de iuriſd. Cicer. lib. ij. de leg. *a* l. j. §. j. ff. de off. præfe. vrb. l. aut damnum. §. præfecto. ff. de pœn. *b* Bude. l. j. ff. ad l. Cornel de Sicar. dixi latè. l. ij. §. deinde Corn. Sylla. ff. de ori. iur. *c* Cic. pro Muren. *d* Cice. actio. ij. in Verrem. *e* l. j in prin. ff. de off. præf. vrb. *f* l. vni. ff. de officio consul. l. aliquando. ff. de offi. procon. l. nõ ſolum. §. fi. ff. de excu. tuto. *g* l. ſed & ſi. §. fin. ff. ex quib. cau. maior. *h* l. imperium. ff. de iuriſdict. *i* l. more. l. ſolet. l. prætor. ff. de iuriſdict. *k* d. l. imperiũ. *l* l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. ſign. dixi l. ſi familia. ff. de iuriſd. *m* l. j. in princi. ff. ad Sylla.

§. QVI MANDATAM.

Qui mandatam[a] iuriſdictionem[b] ſuſcepit, proprium nihil habet:[c] ſed eius qui mandauit, iuriſdictione vtitur.[d] Verius eſt enim[e] more maiorum iuriſdictionem quidem transferri: ſed merum imperium, quod lege datur,[f] non poſſe tranſire.[g] Quare[h] nemo dicit animaduerſionem[i] legatum proconſulis[k] habere mandata iuriſdictione. Paulus notat,[l] Imo imperium, quod iuriſdictioni cohæret[m] mandata iuriſdictione tranſire, verius eſt.[n]

SVMMÆ.

1 *Senſus literæ verus.*
2 *Mandata iuriſdictione quid contineatur.*
3 *Legatus proconſulis an habeat proprium.*
4 *Proconſul an deponat legatum.*
5 *Merum imperium cur non tranſeat.*

1 Verus literæ sensus.

a *QVi mandatam)* †Cum iamiam docuisset Papinianus, quæ non iure communi, sed specialiter, hoc est nominatim, peculiariter, & singulari quadam prærogatiua, vel lege, vel S.C. tributa sunt: nec mandari posse, nec mandata iurisdictione transferri, subiungit hoc loco, eum cui mandata est iurisdictio, nihil proprium habere, hoc est eorum nihil habere, quæ specialiter mandanti lege aliqua sunt concessa: sed mandantis tantùm iurisdictione fungi, hoc est ea authoritate, quæ iure communi, solet magistratibus competere, nimirùm de ciuilibus causis cognoscendi, & ad eius cognitionis, iudiciique effectum coercendi.[a] Vt verius sit eam iurisdictionem ordinario magistratus iure competentem, more maiorum trãsferri, non item merum imperium, quod cum lege specialiter, & singulari iure certis deferatur personis, non potest in alium transire. Quocirca nemo dicturus est, legatum proconsulis maiori illa animaduersione, quàm merum imperium vocamus, mãdata sibi iurisdictione à proconsule fungi, quamuis imperium illud iurisdictioni cohærens, sine quo iurisdictionis exercitium facilè ludificaretur, in eum transeat: qui verus est nostræ literæ sensus.

a l. fi. hoc tit.

2 Mandata iurisdictione quid trãsferatur.

b *Iurisdictionem)* †Cùm iurisdictio, sicuti sæpè dictum est, potestas sit de ciuilibus causis cognoscendi, in qua officium ius dicẽtis consistat,[b] dicendum est eum cui mandata est iurisdictio, de pecuniariis tantùm priuatorum controuersiis ius dicere, vt in proconsulis legato videmus, in quem mandata iurisdictione totum iuris dicendi transit officium.[c] aliud autem non transfertur, sed præsertim gladij potestas:[d] nisi quod ad illius iurisdictionis effectũ, & executionem necessarium est.[e]

b l. j. ff. de iurisdi. l. j. §. damus. ff. de suspe. tut.
c d. §. damus.
d l. solet. ff. de offi. procon.
e l. fi. hoc tit.

3 Legatus an proprium habeat.

c *Proprium nihil habet)* Hoc † est nihil habet specialiter sibi lege aliqua, aut S.C. tributum ex seipso.[f] Item nec ex persona mandantis, respectu meri imperij: & ita videtur hic textus necessariò accipiendus, vt rectè sequatur probatio sequentis versiculi, *Verius est enim*, &c. Nam respectu iurisdictionis, quę vt illîc dicitur, in legatum transit, proprium habet legatus.[g] tum quod propriã iurisdictionem proconsul ei dederit.[h] & dationis verbo, translatio proprietatis in accipientem significetur.[i] tum quod ab illo ipso creatus sit legatus, à quo proconsul potestatem accepit, nimirum à principe. Aliter tamen recentiores, nec improbabiliter.[k]

f d. l. solet.
g l. legati. ff. de offi. procon.
h l. cognitio. §. eùm propriam. hoc tit.
i l. vbi autem. §. fi. ff. de verb. oblig. §. sic itaque. Institu. de actio.
k dixi d. l. legati.

4 Procõsul quando legato adimat iurisdictionem.

d *Vtitur)* Si is † cui mandata est iurisdictio, eius qui mandauit vtitur iurisdictione: & à mandante, potestas demandata liberè reuocatur.[l] Hîc lubens quæsierim cur legatus, qui mandatam à proconsule Iurisdictionem habet, non liberè dimittatur?[m] Tu breuiter dic proconsuli quoque liberũ esse mandatam iurisdictionem legato adimere.[n] Cæterùm quia non oportet proconsulem in prouincia sine legato esse: non debet ita mandatam auferre iurisdictionem, vt alium legatum habere nolit. Sed nec debet pati legatum (cui ex causa vt verissimile est, potestatem sustulit) ante se decedere de prouincia.[o] quippè & proconsulem, & legatos, finita proconsulatus administratione oportet villicationis suæ rationem reddere. & ita vt per dies quinquaginta in prouincia resideant, præsentiam & copiam sui omnibus facientes, quo volentibus sit eos accusandi facultas,[p] vtitur ergo, qui mandatam suscepit iurisdictionem, eius qui mandauit authoritate & iurisdictione, ac eis quæ iurisdictioni cohærent, atque adeo mixto imperio.[q] iis verò quæ à iurisdictione, omninò separata sunt, veluti mero imperio, non vtitur. Et ita quadrant optimè, quæ sequuntur verba, *Verius est enim*, &c.

l l. iudicium. ff. de iudic.
m l. meminisse. §. fin. ff. de offic. procon.
n l. solet. §. sicut. ff. illo tit.
o d. l. meminisse. §. fi.
p l. vni. C. vt omnes iud. l. sy. l. nullus. & l. fi. post depositam. C. de assessor.
q l. fin. hoc titu. & hac in l. fi.

e *Verius est enim)* Vtcunque videatur hactenùs controuersum. sed fortasse quibusdam videbitur hunc versiculum cum præcedentibus vix cohærere.

Quorsum

Quorſum enim Papinianus noſter, vt probet, eum cui mandata eſt iuriſdi-
ctio, nihil proprium habere, ſed mandantis iuriſdictione fungi: ſubiicit, ve-
rius eſſe, iuriſdictionem, non etiam merum imperium, transferri. Conſide-
randum igitur Iuriſconſultum velle iuriſdictionem iure magiſtratus compe
tentem, in eum quidem cui mandatur, tranſire: Cæterùm mandantis nomi-
5 ne, & imperio exequendam.[r] † Merum verò imperium nullatenus iuriſdi-
ctione mandata tranſire tum quòd à iuriſdictione omninò ſeiunctum ſit[ſ]:
tum quòd non iure magiſtratus competat (ius quippè magiſtratus de ciuili-
bus tantum cauſis more maiorum dicebat) ſed ſpeciali aliqua lege, certis ma
giſtratibus deferatur, iis ſcilicet qui ob ſingularem fidem, & induſtriam ad
tantum faſtigij, prouecti eſſent.[t]

Merum imperiū cur non delegetur.

f *Lege datur*) Lege nimirùm ſpeciali, quæ maioribus magiſtratibus ſingula-
ri quadam prærogatiua merum imperium detulit. Ita enim interpretari co-
gimur: tum ex literæ noſtræ principio, tum quòd ordinaria quæcunque iu-
riſdictio etiam magiſtratus iure competens, lege deferatur.[u]

g *Transire*) Nemo enim poteſt gladij poteſtatem, lege aliqua ſibi cōceſſam
in alium transferre.[x] Merum autem imperium aliud eſt nihil, quàm ius gla-
dij.[y] quod falſo nonnulli docent, à magiſtratibus Romanis propter vim im-
6 perij mandari potuiſſe.[z] † Nam quod Paulus ait, eos iudicem dare potuiſſe,
quibus mote propter vim imperij conceſſum eſt: vt præfectum cæteróſque
Romæ magiſtratus,[a] de iudicibus datis ad ciuiles & pecuniarias priuatorum
controuerſias dirimendas, accipi debet.[b] Nam ad iudicandas quæſtiones pu-
7 blicas, & capitales, † Prætor cui eo anno fortè id obtigerat negocij, iudices
cōſcribebat, in vrnámque mittebat: vnde ſortito educebātur.[c] Imperij por-
rò verbum apud Paulum, non ad merum imperium arctari poteſt: ſed gene-
raliter accipitur pro quacumque magiſtratus authoritate.[d] vis autem ma-
gnitudinem in eo loco deſignat.[e]

Merum imperiū quid. Iudicem qui dare poſſint.

Sortitionis mos.

h *Quare*) Quia ſcilicet, verum eſt mandata iuriſdictione, merum imperium
non transferri.

8 i *Animaduerſionem*) † Hoc eſt punitionem delictorum: quæ in mero impe-
9 rio conſiſtit[f] vt interim taceam, quod Grammatici ſcribūt, hoc † inter ani-
maduerſionem, & punitionem intereſſe: quòd hæc à quocumque fiat, ſiue iu-
re, ſiue iniuria: illa ab eo tantùm, qui poteſtatem habet: quíque rectè & ex
ordine facit, vt magiſtratus.

Animaduerſio. Punitio.

lz *Legatum proconſulis*) Proconſul, quia primum poſt principem in prouincia
locum tenet: omnium magiſtratuum partibus fungitur.[g] vnde & merum im-
perium habet, nedum ea quæ competunt iure magiſtratus.[h] mandata lega-
to tamen iuriſdictione grauiorem illam meri imperij animaduerſionem nō
transfert: ſed ea duntaxat, quæ competunt iure magiſtratus.[i]

10 l *Notat*) † Id eſt aduertit, & ſcribit. Quod etſi peruium eſt, ac facile: poſitum
tamen volui, ne labatur interim quiſpiam cum nonnullis, qui verbum no-
tat, pro carpit, & reprehendit, hîc ſcribi volunt, grauiore ſanè illi reprehen-
11 ſione digni. Neque verò ignoro (quod valdè eos mouit) † in Papinianū con-
ſcriptas à Paulo notas. Cæterùm hoc loci, Paulus, Papiniani ſententiam in-
terpretatur: qui generaliter dixerat, legatum procōſulis animaduerſionem
non habere. Eſt enim leuis quædam coercitio, & animaduerſio, ſine qua de-
ludi poſſet iuriſdictio demandata: quam ideo Proconſulis legatum habere
ambigendum non eſt.[k] vt ita quod Papinianus ſcripſit, veriſimiliter ab eo ſit
acceptum, de maiore animaduerſione.[l]

Notare.

Notę Pauli in Papinianum.

12 m *Coheret*) † Hoc eſt mixtum. Vbique enim hac periphraſi, Iuriſconſulti,
mixtum exprimunt imperium. Illud inquam, cui ita ineſt iuriſdictio, vt iuriſ
dictioni ſemper cohærere dicatur.[m] hoc eſt tam arctè adhærere, vt nūquam
ab ea diuellatur. Sic enim vſusfructus, cæteráque perſonarum iura, perſonæ
cohærere dicuntur.[n] & exceptiones, vel rei, vel perſonæ cohærere.[o] Itémque
munera quædam, propriè rei cohærere.[p]

r l. etſi prætor. hoc tit.
ſ l. iij. ff. de iuriſd.
t l. vni. ff. de offi. præfect. præt.
u l. & quia. ff. de iuriſd.
x l. ſolet. ff. de off. procon. l. nemo poteſt. ff. de reg. iur.
y l. iij. ff. de iuriſd.
z L. ſi longa' lius. in d. l. imperiū.
a l. cùm prætor. §. j. ff de iud.
b l. j. ff. de iuriſd.
c Cic. in Verr.
d l. v. ff. de ado. l. fi. ff. de offi. procons.
e d. l. cùm prætor. §. j.
f l. ſi quid aliud. ff. de offic. procon. l. aliud. ff. de verbo. ſig.
g l. ſi in aliqua. §. fi. cùm l. ſeq. & ſeq. ff. de off. proconſ.
h d. l. ſi quid.
i d. l. ſi quid.
k l. fi. hoc titu. c. ex literis. de offic. deleg.
l l. ſi quid erit. ff. de off. proc. ſ.
m l. iij. ff. de iuriſd. l. fi. hoc tit.
n l. ſicut. §. fin. ff. quib. mod. vſ. fr. amitta. l. non ſolum. § talé. ff. de lib. leg.
o l. exceptiones. ij. ff. de excep.
p l. ſunt munera. ff. de vacat. muner.

n *Verius est*) Vtpote sine quo inanis iurisdictio foret.[q] †Ergo merum impe 13 Mixtum imperiũ mãdatur.
rium, quia lege specialiter defertur, nunquam mandari potest: nisi qui man-
dat, proficiscatur.[r] Imperium verò mixtum, non modò mandari potest: sed
si iurisdictioni cohæret, mãdata generaliter iurisdictione, trãsfertur.[f] quam-
uis illud cui iurisdictio inest, nominatim quidem mandetur: cæterùm non
transeat mandata iurisdictione.[t]

q c. ex literis. de offic. deleg. l. fi. hoc tit.
r hac l. in pr.
f l. fi. hoc tit.
t l. cognitio. in prin. & §. j. hoc tit.

L. II. MANDATA.

Vlpianus lib. 3. de omnibus tribunalibus.

Mandata iurisdictione à Præside, non potest consilium[a] exercere[b] is, cui mãdatur. & si tutores, vel curatores velint prędia vendere, causa cognita,[c] id prætor,[d] vel Præses[e] permittet. Quòd si mandauerit iurisdictionem, nequaquàm poterit mandata iurisdictione eam quæstionem transferre.[f]

SVMMÆ.

1 *Consilium quid.*
2 *Consiliarij.*
3 *Consilium exercere.*
4 *Dixi, Dixerunt.*
5 *Legatus non exercet consilium.*
6 *Neotericorum error.*

a *Consilium*) † Consilium pro designatorum iudicum cœtu & congrega- 1 Consiliũ.
tione, non à Cicero. modò, sed à nostris quoque Iurisconsultis mue-
nies sæpè vsurpatum.[a] Est autem consilium, vt Festus ait, cùm à magistrati-
bus iudicij causa populus congregatur: quod Romæ constabat ex senatori-
bus, & equitibus. In prouinciis verò ex assessoribus (quos nunc † plerique 2 Consiliarij.
Consiliarios vocant) Præsidi vel iudici assidentibus.
b *Exercere*) †Consilium exercere quid sit, explicat Pædianus.[b] docẽs eum 3 Exercere consiliũ.
qui vniuersam iurisdictionem, à Præside prouinciæ accepisset, veluti legatũ,
exercere consilium (hoc est cogere Præsides, & Consiliarios in consilium
ire iudicaturos) nequiuisse, quod hoc ordine solitũ fieri commemorat Præ-
tor ad se accersitis omnibus eiusdem causæ iudicibus ad suum tribunal con-
sidentibus, perorare causam iubebat. Et vbi vtraque pars *Dixi*, † desinentis 4 Dixi, Dixerunt.
signum ostendens, dixerat. Prætor pronuntiabat, *Dixerunt*. & in consilium iu-
dices mittebat. hoc est congregari eos iubebat ad sentẽtias dicendas, & con-
ferendas Hoc erat exercere consilium: quod alibi Iurisconsulti prębere con
silium dixerunt.[c] Ea autem potestas & authoritas mandata generali iurisdi-
ctione à Proconsule, aut alio Præside prouinciæ, †in legatum non transfere- 5 Legatus non exercebat consilium.
batur. hoc enim speciali, proprióque iure Prætori in vrbe, & in prouincia
Præsidi, tributum erat.[d] Sed an ex designatorum iudicum, congregatorúm-
que iudicio, rei in consilio causa cognita deliberatæ, authoritatem interpo-
net? Puto quòd non, cùm & tunc exercere cõsilium dici potest: cùm author
quodammodò fit eius, quod à consilio, legitimè coacto decretum est. Verbi
gratia, in manumissione, quam minor xx. annis facere cupit, ei enim mos te-
merè gerundus non est: sed manumissionis causa an iusta sit, diligenter apud
consilium explorabitur.[e] Sic in prædiis minorum alienandis, nihil temerè a-
gendum est à prætore, cui totum hoc negotium nominatim lex commisit[f].
sed causa accuratè cognita statuere debet, coactis in eam rem si opus sit, iu-
dicibus, quorum consilio vtatur: quibúsque si videatur, imminere æs alienũ,
aut aliam iustam subesse causam, quæ venditionem permitti suadeat, ex eo-
rum consilio, interponat authoritatem. †Hæc ab eo cui mandata est iurisdi- 6 Neotericorum error.
ctio, puta Proconsulis legato fieri non posse, hac lege traditum est. quam in
prioribus verbis subobscuram, ita planam, & apertam facere debes, pręteritis
interpretum

a l. vnic. ff. de offic. consul. l. si pater. §. fi. & l. seruus. ff. de manu. vind.
b Ascon. Pedia. in diuinat. Cicer.
c l. an manumittere. ff. de mana. vind. l. vnic. ff. de offi. consul.
d infrà in prin. hoc tit.
e l. seruus. ff. de manu. vind. §. eadem. ff. situm. qui. ex ca. ma. non hic.
f l. j. l. magis puto. §. non passim. & §. prætoris. ff. de reb. eo.

interpretum commentis, qui in eius expositione grauiter sunt omnes hallucinati: sed præsertim Parisienses persuasi (quo spiritu nescio) consilium exercere, idem esse, quod assessoris officio fungi, aut aduocatum esse pro clientulis.[g]

c *Causa cognita*) Quæ causæ cognitio adhibenda sit, non vno in loco iuris authores docuerunt.[h]

d *Prætor*) In vrbe Roma.[i]

o *Præses*) In prouincia.[k]

f *Transferre*) Tum quod id nominatim, & specialiter Prætori in vrbe Roma, & Præsidibus in prouinciis commissum sit.[l] & quæ specialiter tribuuntur, non transeant mãdata iurisdictione.[m] tum quod is cui mandatur iurisdictio, consilium exercere nequeat.[n]

g Longonal. d. l. imperium.
h l. j. & tot. tit. C. de præd. mino. d. §. non passim.
i l. j. in pr. ff. de reb. eo.
k l. j. l. minorũ. C. de præd. mino. l. prædia. ff. de re. eor.
l l. j. C. de præd. mino. l. j. ff. de re. eo.
m l. j. hoc tit.
n hac l. in prin.

L. III. ETSI PRÆTOR.

Iulianus lib. 1. Digestorum.

Etsi prætor[a] sit is, qui alienam iurisdictionem exequitur.[b] nõ tamen pro suo imperio[c] agit: sed pro eo, cuius mandatu ius dicit, quoties partibus eius fungitur.[d]

SVMMÆ.

1 *Prætor alterius iurisd. ctionem exercens.*
2 *Exequi iurisdictionem & sententiam.*
3 *Imperium pro authoritate.*
4 *Ordinaria potestas.*
5 *Ordinarius an arbiter esse possit.*

Prætor alterius exequens iurisdictionem.

1 a ETsi prætor) † Si prætor (cuius verbo, hoc loci magistratum quemcũque intelligo) datus iudex, in certa causa ad iurisdictionem suam nou spectante ab alio magistratu fuerit: Prætor ipse, qui in hoc negocio alienam exequitur iurisdictionem, nihil pro sua authoritate agit: sed eius qui mãdauit, potestate vtitur. vnde si prouocari ab eo contingat, non superior proximus Prætoris, qui iurisdictionem exequitur: sed mandans ipse prouocãdus erit.[a]
sed nec ius reddendum arbitror, pro more fori eius, qui cognoscit: sed eius qui mandauit.[b]

Iurisdictionem & sententiam exequi.

2 b *Exequitur*) † Aliud est iurisdictionem exequi, & aliud sententiã. Etenim
qui iurisdictionem exequitur, ius dicit: non item, qui sentẽtiam exequitur.[c]

Imperiũ pro authoritate.

3 c *Imperio agit*) † Pro suo imperio, hoc est pro sua authoritate. sic enim hoc
loco, vt in aliis complusculis, Imperium pro authoritate vsurpatur.[d] Sed cõ-
tra. Ordinarius est & ipse, cùm Prætor sit, & magistratus. ergo delegatus non

Ordinaria potestas.

4 fit: sed eius propria iurisdictio duntaxat excitatur,[e] † Et cùm sit ordinaria po-
testas & iurisdictio: frustra ad extraordinariã recurritur.[f] maximè quia per-
absurdum esset prætorem vt delegatum agere in ea causa, in qua iudex ordi-
narius est.[g] Tu breuiter dic, excitari tamen ordinarij iurisdictionem, vbi ei
à principe rescribitur: non etiam cùm ab inferiore.[h] Sed nec in vera specie
legis nostræ: quia causa ad suam non pertinet iurisdictionẽ, non potest præ-
tor datus, iudex ordinaria, hoc est propria vti: ut meritò necessarius sit ad ex
traordinariam recursus. Absurdum autem non est, ordinarium fieri delega-
tum, & extraordinarium iudicem.[i] Nam quod aliundè obiicitur,[k] alios ha-

Ordinarius an arbiter esse possit.

5 bet terminos. siquidem loquatur illîc Vlpia. de arbitro. † docens ordinarium
iudicem causæ ad iurisdictionem suam pertinentis, non posse arbitrum fie-
ri.[l] quod prætereà pontificio iure immutatum est.[m] quinimò nec ipso qui-
dem iure ciuili, controuersum negocium, amicabiliter tractare & compone
re iudex prohibetur.[n]

d *Fungitur*) Fungitur autem, quoties nonnihil agit ad causam delegatã spectans. quod si non eius, qui mandauit, sed sua iurisdictione, suísque partibus fungeretur. innuit Iulianus, hîc apertè prætorem pro suo imperio agere.

a l. si ff. quis & à quo.
b Ange. Perus. hîc.
c l. à diuo Pio. in pr. ff. de re. iud. & hîc.
d l. iudicium. ff. de iud. l. quod iussu. ff. de re iud.
e c. licet. de off. or. c. cum aliquibus. de rescrip. in 6.
f l. in causæ. in pr. ff. de minor.
g l. sed & si. §. si quis iudex. ff. de iud.
h c. significauit. de corp. vitiat. d. c. licet.
i vt hac l.
k d. §. si quis iudex.
l d. §. si quis iudex.
m c. causã quæ. de elect. c. cum tẽpore. de arb.
n §. si verò contigerit in auth. vt def. iud. coll. x.

X

L. IIII. COGNITIO.

Macer lib. 1. de officio præsidis.

Cognitio[a] de suspectis tutoribus mandari potest:[b] imò etiam[c] mandata generali iurisdictione propter vtilitatem pupillorum[d] eam contingere constitutum est, in hæc verba: *Imperatores Seuerus & Antoninus Braduæ Proconsuli Africæ. Cùm propriam iurisdictionem legatis[e] tuis dederis[f], consequens est, vt etiam de suspectis tutoribus possint cognoscere.*[g]

SVMMÆ.

1 *Cognitio.*
2 *Tutoris suspecti causa an mandetur.*
5 *Officium iuris dicendi.*
4 *Legati plures vni proconsuli.*
5 *Dare verbum.*

a *Cognitio*) † Verbo cognitionis, decisio etiam & pronunciatio venit.[a] vn- 1 Cognitio.
de cognitione demandata, negotij quoque diffinitio mandata intelli-
gitur.[b] Cognitionis porrò verbum, ad ea plerunque iudicia referri, quæ ex-
tra ordinem exercentur, alibi docui.[c]

b *Mandari potest*) Contrà, quæ specialiter alicui tribuuntur, nec mandan-
tur, nec mandata iurisd. transeunt.[d] † Cognitio autem de suspectis tutoribus, 2 Tutoris suspecti causa an demandetur.
Prætori in vrbe Roma, & præsidi in prouincia, nominatim data est.[e] Ergo
mandari, nec mandata iurisd. transferri potest. Valdè fortis est hic obex: quē
ita te oportet dissoluere. Cognitio de suspecto tutore, siue accusatione, siue
qua tutor vt suspectus plerúnque reiicitur, ob segnitiem, puta rusticitatem,
inertiam, & simplicitatem.[f] propter vtilitatem pupillorum mandari potest.[g]
atque ita huiusce legis responsum accipiendum, illa verba suadent, *propter v-
tilitatem pupillorum.* Nam si tractaretur de accusatione suspecti tutoris, ob cri-
men in tutela admissum instituenda, nō tam pupillorum, quàm vtilitatis pu-
blicæ fauor versaretur.[h] Sic præterea, Vlpia. constitutio intelligenda est, cū
proconsulis legatum ius habere tutores remouendi, docet.[i] Nam mandata,
inquit, iurisdictione totum officium iuris dicendi, ad eum transit.[k] † Atqui 3 Officium iuris dicēdi.
dicendi iuris officium in ciuilibus duntaxat negotiis non item in criminum
causis versatur.[l] quod si tutor, vel quia grassatus in tutela sit, vel quia ex re-
bus pupillaribus aliquid interceperit, aut ob alium dolum in tutela admis-
sum, solemni accusatione suspectus postulandus sit: id non apud alios vllos,
quàm apud Prętores in vrbe Roma, aut Pręsides in Prouinciis, fieri potest.[m]
quare nequiuit apud legatos accusari.[n] proposita tamen coram Præside ac-
cusatione, non dubito, quin possint legati causam audire, sententia semper
mandanti reseruata.[o] Sed & in vrbe, si res maiorem animaduersionem exi-
gat, debebit Prætor suspectum tutorem ad præfectum vrbi remittere.[p]

c *Imò etiam*) Q. d. non solùm specialiter mandari potest, sed etiam manda-
ta generali iurisdictione, transfertur. nimirum significans, plus esse aliquid
mandata iurisdictione transire, quam id specialiter demandari.

d *Vtilitatem pupillorum*) Facit pupillorum fauor, vt à subtilibus iuris regulis
recedamus.[q] vnde & traditum Vlpianus scribit, suspectum tutorem sine ac-
cusatione repelli posse.[r]

e *Legatis*) † Obserua hinc proconsulem vnum plures aliquando legatos 4 Legati plures vni proconsuli.
habuisse: vbi scilicet magnitudo prouinciæ postulabat, aut modus preme-
bat negociorum.[s] veluti cùm Q. Cicer. Asiæ proconsulem tres habuisse le-
gatos legimus, Tuberonem, Halienum, & Gratidium.[t] Cæsar quoque
bellum in Gallia gerens, complures habuit legatos: è quibus, cùm per insi-
dias in Germanorum finibus Titurius & Arunculeius occisi fuissent: barbā
capil-

a l. iij. §. cognoscit. ff. de off. præfect. vigil.
b l. j. l. si cognitio. C. si cōt. ius. c l. j. ff. de of. asses.
d l. j. in pr. hoc tit.
e l. j. §. damus. ff. de susp. tutor. l. j. §. suspectis. ff. ad Turpilia. §. j. Inst. de suspe. tutor.
f l. iij. §. præterea. & §. fin. ff. de susp. tutor.
g vt hac l.
h l. ita vulneratus. in fi. ff. ad l. Aquil.
i d. l. j. § damus.
k d. §. damus.
l l. j. ff. de iurisdic.
m l. j. §. suspectus. ff. ad S.C. Turpi.
n l. solet. ff. de off. procons.
o l. vnic. C. de offi. procons.
p l. j. §. item solent. ff. de offi. præfec. vrb.
q l. seruum pupilli. ff. rem pup. sal. for.
r l. iij. §. præterea. ff. de susp. tutor.
s l. solet vbi dixi ff. de offi. procons.
t Cicer. ad Q. frat. epistol. j.

capillúmque ſummiſit: nec ante luctum dempſit, quàm illorum mortem vltus eſſet.

Dare verbum. 5 f *Dederis)*† Cùm dare, ſit dominium transferre:[u] & proconſul mandans iuriſdictionem legato propriam ei dederit: conſequens eſt, vt dicamus legatũ mandata iuriſdictione proprium aliquid habere.[x] quod qualiter accipiendum ſit, ſuperius tractatum extitit.[y]

g *Cognoſcere)* Et pronunciare.[z] Nam de qua re cognouerit iudex: de ea quoque pronunciare debet.[a] verum hoc ita, ſi ſine accuſatione repellendi ſunt, propter ſimplicitatem puta aut inertiam. In hoc enim pupillorum fauorem verſari ſcripſit Vlpianus.[b] Nam ſi accuſandi ſunt, nullus alius de huiuſmodi quæſtione, quàm Prætor, aut Præſes prouinciæ cognoſcere, pronuntiaréve poteſt.[c] vt iam prodidimus.

u l. vbi autem. § fi. ff. de verb. obli. §. ſic itaque. de actio. in Inſt.
x l. legati. ff. de off. procon.
y l. j §. qui man datam. hoc tit. & in d. l. legati.
z §. j. Inſt. de ſuſp. tut.

§. VT POSSESSIO.

Vt poſſeſſio bonorum [a] detur, vel ſi cui damni infecti non caueatur, vt is poſſidere iubeatur,[b] aut ventris nomine in poſſeſſionem mulier, vel is cui legatum eſt, legatorum ſeruandorum[c] cauſa, in poſſeſſionem mittatur, mandari poteſt.[d]

a l. de qua. re. ff. de iudic.
b l. iii. §. præterea & § fi. ff. de ſuſpec. tut.
c l. j. §. ſuſpecti. ff. ad Turpil.

SVMMÆ.

1 *Cauſæ cognitio an in bonorum poſſeſſione neceſſaria.*
2 *Libello quæ cauſæ expediuntur.*
3 *Diei præfinitio in cauſa damni infecti.*
4 *Miſſio an mandetur.*

a *Bonorum)* Vnde liberi puta, vnde agnati, ſecundum tabulas, vel alia quæcunque, ſiue ordinaria, ſiue extraordinaria. ita enim hîc textus, alij licet omnes repugnent, accipiendus mihi videtur: qui cùm generaliter loquatur, temerè coanguſtandus non eſt. Habeo prætereà pro conſtanti in bonorum poſſeſſione decernenda cauſæ cognitionem regulariter minimè neceſſariam: ſed eam de plano decerni.[a] licet quædam ſit, cognitionem cauſæ pro tribunali deſiderãs, vel decretum expoſcens.[b] Nec Vlpian. ſimpliciter dixit, cauſa cognita bonorum poſſeſſionem dari (quod tamẽ vulgò creditum eſt) ſed conditionaliter loquitur: *Si cauſa cognita detur.*[c] Quo & illa iuris regula ſubmouetur, quæ tantoperè Interpretes afflixit. quæ[?] cauſæ cognitionem requirunt, per libellum nequeunt expediri.[d] licet alia quoque ratione refelli poſſit. quandoquidem non ideo prohibeatur earum rerum delegatio quæ cauſæ cognitionem poſtulant: ſed tantùm ea regula neget, temerè, ſummarim, & vt loquimur, velo leuato, per ſimplicem libellum aut ſubſcriptionem inaudita cauſa factam expediri poſſe. quod ſuo loco demonſtratum eſt opportuniùs.[e]

Cauſæ cognitio an in bon. poſſeſſ. neceſſaria. 1

Libello quæ cauſæ expediantur. 2

b *Poſſidere iubeatur)*† Prætor aditus in cauſa damnati infecti, diem præſtituit, intra quem ſi non caueatur, in poſſeſſionem rei, de qua timetur damnũ, actor mittitur.[f] cæterùm præfinitur dies cauſa cognita, hoc eſt æſtimatione habita ex cauſa & qualitate eius damni, quòd contingere ſperatur, ſpectata præterea longinquitate ſoli, & operis magnitudine.[g] qua ratione pleriſque videri potuiſſet huiuſmodi cauſam non poſſe mandari:[h] ſed hac in re, Iuriſconſultorum reſponſa, aliter quàm vulgò fiat, iam à nobis expoſita ſunt.

Diei præfinitio in cauſa dãni infecti. 3

c *Seruandorum cauſa)* Hæc item miſsio, licet in ea de cauſa cognoſcendum ſit: quia tamen hoc non plena manu, ſed ſummatim faciendum eſt,[i] manente etiam communi errore demandatur.

Miſſio an mandetur. 4 d *Mandari poteſt)* † Tam vt cognoſcatur, & pronuntietur, quàm vt re ipſa mittatur. & lege quippè, & ratione caret communis interpretatio: quæ cenſebat hoc loco tradi cognitionem tantùm cauſæ, propter quam aliquis in poſſeſsionem mittendus ſit, mandari poſſe. ipſam verò miſsionem non item, quaſi verò cognitionem (quæ non niſi per magiſtratum expediri

a l. ij. §. dies. ff. quis ordo, in bon. poſſeſ.
b l. iij. §. ſi cauſa cognita. ff. de bon. poſſ.
c l. nec quicquã §. vbi decretũ. ff. de offi. procõ.
d d. §. vbi decretum.
e d. §. vbi decretum.
f l. dies. §. j ff. de dam. infe. l. j ff. de dam. infe. l. j ff. qui. ex ca. in poſſ. ea.
g l. qui bona. §. fi. cum l. ſequẽ. ff. de dam. infect.
h d. l. omnia. d. §. vbi decretũ.
i l. ſi is à quo. ff. in poſſ. legato.

potest) facilius sit concedi & tribui, quàm nudam merámque executionem: quæ per simplicem nuncium & viatorem explicari potest. Quod verò in hunc non ferendum errorem pellexit Interpretes, fuit Vlpiani lex, quatraditum extat, missionem in possessionem, imperij adeóque mixti esse.[k] cum illis quoque persuasum sit, mixtum imperium mandari non posse.[l] quod neque lege neque ratione constare suis locis ostendemus.[m]

k l. iubere cauere. ff. de iurisd.omn.iud. l l.j.§.hoc tit. m l.imperiũ.ff. de iurisd. l.fi. hoc tit.

L. V. MANDATAM.

Paulus lib.18.ad Plautium.

Mandatam sibi iurisdictionem mandare alteri neminem posse manifestum est.[a] mandata iurisdictione priuato,[b] etiam imperium quod non est merum,[c] videtur mandari:[d] quia iurisdictio sine modica[e] coercitione nulla est.[f]

SVMMÆ.

1 *Mandare iurisdictionem quis possit.*
2 *Iurisdictio mandatur priuatis.*
3 *Diuisio vitiosa.*
4 *Potestas eius cui mandata est iurisdictio.*
5 *Imperij magis, quàm iurisdictionis.*
6 *Mixtum imperium quid.*

a *Manifestum est)* Licet † is cui mandata est iurisdictio, iudicem dare, 1
hoc est in certa priuatorum lite, delegare possit:[a] mandare tamen iurisdictionem, id est generalem causarum cognitionem, aut speciem vnam iurisdictionis, non potest.[b]

b *Priuato)* † Iurisdictio mandari potest magistratui.[c] Potest & priuato.[d] 2
Meminit autem potiùs hic priuati Iulius Paulus, quòd in eo maior esset dubitatio: & quia frequentius est, vt Iurisdictio mandetur priuatis: non quòd à contrario velit diuersum esse, in mandata iurisdictione magistratui. Hinc autem obseruabis priuatos, qui iurisdictionem tribuere nequeunt non habenti:[e] capaces tamen esse mandatæ iurisdictionis. Nec aliud lege pontificia dicendum (vt plerique malè putauerunt) illa namque potest ordinarius quicunque priuatum ex delegatione iudicem facere: licet à pontifice summo causæ præfulgentibus dignitate viris duntaxat committantur.[f]

c *Non est merum)* Ergo mixtum: neque enim alia est imperij species, præter merum & mixtum. alioqui mutilus esset, & ineptus Vlpianus imperium diuidens, in merum & in mixtum.[g] † Vitiosa siquidem est diuisio, (vt M.Cice- 3
ro scribit) quæ non suas partes integre complectitur.[h] & ita vtendum partitione Quintilianus docet, vt nullam partem relinquamus,[i] vt ita verisimũ sit mixtum imperium non specialiter modò posse demandari sed mandata quoque generaliter iurisdictione transire.[k]

d *Mandari)* † Itaque mandata iurisdictione, vel magistratui, vel priuato, li 4
tigatores is adesse iubebit. Et si vocati veniant, cognoscet de causa, & iudicabit. Quòd si cunctetur reus, nec per procuratorem defendatur, sed latitet, hoc pœnæ contumaci poterit iniungere, vt mittat aduersarium in possessionem bonorum eius.[l] crescentéque proteruia, & contumacia eadem bona iubere vendi.[m] Poterit item is, cui mandata est iurisdictio, iubere possessorem in ius vocatum cauere iudicatum solui, aut iudicium peragi:[n] & eo non cauente possessionem in petitorem transferre.[o] eodémque remedio vtetur aduersus eum, qui iussus rem restituere, non paruit.[p] vel si magis è re sibi videatur, fundum ipsum aut aliam rem controuersam, sequestrabit.[q] Iurisdictionem, & audientiam (quod aiunt) denegabit:[r] mulctã dicet:[s] aliáque adhibebit pœnalia remedia, quibus solent vti, qui præsunt iurisdictioni in contumaces, & non obedientes, præter ea quæ maioris sunt animaduersionis.[t] Nam alioqui vt Paulus scribit iurisdictio facilè deludi,

a l. legatus. ff. de offi. procons. l. cùm prætor. §. is quoque. ff. de iud. b vt hac l. c l.iij. §. hoc tit. d vt hic. e l. priuatorum. C. de iurisd. f c. statutum. in prin. de rescrip. in 6. g l.iij. ff. de iurisd. omn. iud. h Cic. in Top. i Fab. Quintil. lib. iiij. orato. institu. k l.j. §. hoc tit. & hic. l l. satis. ff. de in ius vocan. m l. Fulcinius. ad pr. ff. qui. ex cau. in poss. e t. n l.j. §.j. ff. de prætor. stipu. o l.j C. vti poss. p l. qui restituere. ff. de re vẽd. q l. senatusconsulto. ff. de offi. præsi. r l. sed & si. §. sed & si. ff. ex quib. cau. maio. s l. ij ff. si quis in ius voca. t l. si quid erit. ff. de offi. procõs.

Mandare iurisdictionem quis possit. Iurisdictio mandatur priuatis. Diuisio vitiosa. Potestas eius cui mãdatur iurisdictio.

deludi,& nulla propemodum reddi posset.[u] Quod enim Macer ait,dare bonorum possessionem,iubere possidere ex causa damni infecti,mittere in possessionem legatorum seruandorum causa,aut ventris nomine mandari posse.[x] à contrario negans,ea contingere mandata generali iurisdictione:[y] aliã habet rationem:quòd scilicet istiusmodi negotia non ventant ad executionem iurisdictionis,sed principaliter petantur.& imperio magistratus,meróque eius imperio (quod nobile vocant) per se expediantur.[z] Qua ratione
5 puto ea magis imperij dici,quam iurisdictionis,[a] mandatáque simpliciter iurisdictione non transire:licet nominatim mandari possint.[b] Quæ verò ad coercitionem spectant,ita iurisdictioni cohærent,vt mandata iurisdictione, concessa quoque nec immeritò videãtur:[c] quod sine eo imperij genere ius reddi plerunque non possit.[d] & cui iurisdictio data est,censeantur omnia tributa,sine quibus nequit exerceri iurisdictio.[e]

Imperij magis quam iurisdictionis.

6 e *Siue modica)* Hinc verò mixti imperij,quod adhæret iurisdictioni,colligitur diffinitio:vt sit videlicet modica coercitio cohærens iurisdictioni.[f] Est & mixtum imperium,cui iurisdictio inest.[g] vtrunque ad ciuilium controuersiarum,celeriorem cognitionem,diffinitionem , & executionem spectans. Sed de iis paulò infrà opportuniùs.[h]

Mixtum imperium.

f *Nulla est)* Quoniam sine modica coercitione non potest explicari iurisdictio.[i] mandata simpliciter iurisdictione censeri debet mandata hæc coercitio.[k] sine qua posset deludi magistratus authoritas:[l] ea autem mediante velint nolint, iussis subditi parebunt.nam nisi pareant,coercebuntur,

u c. ex literis. de offic. deleg. & hic.
x l. cognitio. §. fin. hoc tit.
y d. l. cognitio. in pr.
z l. stipulationum aliæ. § j. ff. de verb. oblig.
a l. iubere. ff. de iurisd. l. ea quæ. ff. ad municip.
b d. l. cognitio. in pr. & §. fi.
c l. iij. ff. de iurisd.
d d. c. ex literis. & hic.
e c. præterea. c. suspitionis. c. ex literis. de offi. delega. d. l. ij. vbi, dixi.
f l. j. in fi. hoc tit.
g l. iij. ff. de iurisd. Gillet. tract. de iurisd.
h d. l. iij. quæ incipit , imperium.
i l. si prætor. in pr. ff. de iudic.
k c. ex literis. §. præterea. c. suspicionis. de offic. deleg.
l l. fi. ff. ne quid in loc. pub. & hic.

IOANNES CORASIUS TOLOSAS Iurisconsultus Valentiæ Allobrogûm scripsit, Ferrariæ recognouit.

DE OFFICIO ASSESSORVM.

TITVL. XXII.

SVMMÆ RERVM.

1 *Assessor quis.*
2 *Assessoris officium.*
3 *Assessor à quo eligatur.*
4 *Vlpianus assessor Romæ fuit.*
5 *Paulus Papiniano assedit.*

1 QVI assistit prætori,aut præsidi,vt ei consulat,seu de iure cõsilium det,ab assidendo,assessor† dicitur:vnde assessorem,ex interpretibus veteres finierunt eum esse , quem sibi iudex associat, vt sibi assistat, & se ad rectè iudicandum instruat.[a] † Nec enim assessoris officium est iudicare,sed consulere:non pronunciare, sed assistere.[b] † Eligebantur autem & aduocabantur assessores à magistratu, vt sibi in consilio adessent:[c] quos ideo consiliarios appellatos videmus:[d] & peritos,& prudentes esse oportet.[e] Ac proinde si imperitia,vel imprudentia ius aliter dixerit magistratus , quàm oportuerit, ipsi tenentur.[f] † Fuit porrò summus ille Iurisconsultus , & legum vertex Domitius Vlpianus, assessor prætoris , in vrbe Roma.[g] Dicere tamen solebat Alexander Se-

Assessor quis. (1)
Assessoris officium. (2)
Assessor à quo electus. (3)
Vlpianus assessor. (4)

a l. fi. hoc tit. §. iudices. & §. sedebunt in auth. de iudic. coll. 6.
b l. ij. C. de assesso. Bal. c. j. de iud.
c Ci. pro Quintio.
d l. consiliarios C. de asser. l. cõsiliarius. hoc ti.
e l. j. C. de asses.
f l. j. hoc tit.
f l. ij. ff. quod quisque iur.
g l. metum. §. sed & facto. ff. quod me. caus.

X 3

uerus Imperator,(qui primus salaria assessoribus instituit) eos esse promouendos,qui per se rempublicam gerere possent,non per assessores.[h] Cuius authoritatem fortè sequutus Pescennius Niger, ne noui ad rempublicam administrandam accederent,constituit assessores in quibus prouinciis assedissent,in iis administrarent. Quod & à plerisque Cæsaribus obseruatum esse Pauli nostri,& Vlpiani Præfecturæ ostendunt, † qui Papiniano prætorij 5 præfecto,in consilio fuerunt,ac posteà cum vnus ad memoriam, ad libellos alter paruisset,statim facti sunt præfecti.[i]

Paulus assessor Papiniani.

h Lamprid. in Alexandr.

i Spartia. in Pescennio.

L. I. OMNE.

Paulus lib. 1. singulari de officio assessorum.

OMne officium assessorum quo iuris studiosi[a] partibus suis funguntur: in his ferè causis[b] constat: in cognitionibus,[c] postulationibus,[d] libellis,[e] edictis,decretis[f] epistolis.[g]

SVMMA.

1 *Imperitus non eligitur assessor.*
2 *Cognitio nomen generale & speciale.*
3 *Postulatio quid.*
4 *Libellus.*
5 *Decretum.*
6 *Epistola.*

a IVris studiosi) Hoc est Iurisperiti. Nec enim fieri potest,quin studiosus,id est assiduè & perseueranter addictus iuri, peritus iuris euadat. Hinc obserua,† imperitum in assessorem à iudice nō eligendum,sed valdè peritum, 1 & iuris studiosum.[a]

Imperitus assessor.

a l. j. C. de assess.

b *Ferè causis*)Neque enim in omnibus negotiis magistratuum assessores versabantur:sed in iis,quæ Iurisperitorū doctrinam maximè desiderabant:qualia sunt quæ sequuntur.

c *Cognitionibus*)† Cognitionis verbum,vt notionis, generale esse nō ad eos 2 tantùm pertinens, qui iurisdictionem, sed qui simplicem etiam cognoscendi facultatem habent,satis constat.[b] nonnunquàm tamen coarctatur ad eas cognitiones,quæ iuris ordinarij non sunt, sed extra ordinem à magistratu exercentur.[c] Earum rerum,inquit M.Cic.quæ Cæsar statuisset,decreuisset, egisset,cognitio data est Coss.[d] Eóque factum puto, vt iudicia principum cognitionis nomen acceperint.licet enim principes ius quandóque dixerint: vt de Iulio Cæsa. Augu. Tiberio, Traiano & Adriano, Dion, Suet. & Taci. testantur,non tamen de omnibus passim causis, & quæ iuris essent ordinarij: sed de iis tantum quæ peculiari aliqua ratione cognitioni suæ reseruauerat, publicis quippè & grauioribus reipublicæ negotiis implicati, non satis otij tribunalibus & forensibus causis suppeditare poterant. Alium (inquit de Claudio Tranquillus) interpellatum ab aduersariis,de propria lite,negantísque cognitionis rem,sed ordinarij iuris esse: agere causam confestim apud se coegit.[e] Quo modo hîc videtur exponendum verbum *Cognitionibus*, hoc est iurisdictionibus extra ordinem exercendis:quæ videlicet præscriptas legibus formulas non habebant:sed ex mero magistratus officio(quod postea nobile dixerunt) totæ pendebant,[f] vt meritò Iurisperitorum postularent consilium.

Cognitio

b l. ait prætor. ff. de re iudi. l. notionem. ff. de ver. sig.

c l. j. & tot. tit. ff. de vari. cognitio.

d Cic. ad Atticum.

e Suet. in Claudio.

f d. l. j. & tot. tit. ff. de var. cognit.

g l. dies. §. hoc autem. ff. de dam. infect.

d *Postulationibus*) † Postulatio propriè (hallucinentur hîc quantum volent 3 Accursiani) est petitio quædam, & requisitio pro tribunali,seu in iudicio, verbotenus facta.[g] In iurisdictione (inquit Tranqui.) Nero postulationibus,nisi sequenti die ac per libellos non temerè respondit.[h] & latinè postulationibus vacare dicuntur, qui eiusmodi petitionibus expediendis intendunt.[i] Senecio cum explorasset (ait Plinius) Consules postulationibus vaca-

Postulatio.

h Sueto. in Nerone.

i Buda. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconsul.

vacaturos conuenit me, adeamus, inquit, consules, petamúsque ne bona dissipari sinant, quorum esse in custodia debent.[k]

Libellus.

4 e *Libellus*) † Libellus quemadmodum alio quoque loco dictum est, scripturam quamcunque notat.[l] ideóque ex libellis familiæ seruos vrbanos à rusticis separari & deprehendi dixit Iulius Paul.[m] pro eo quod est ex scripturis ac rationibus priuatis defuncti patrisfamiliâs.[n] Frequentiùs tamen Iur. consulti, libellum ponere videntur pro simplici scriptura, seu petitione de scripto superiori porrecta.[o] Quomodò & hîc accipi putamus: vt velit Paulus officium assessoris esse, vt non tantum audiat postulationes, hoc est petitiones & supplicationes verbo factas, sed libellos quoque, hoc est supplicationes, quæ scripto offeruntur. Ita tamen vt non ipse, sed prætor, aut præses cui assidet, subscribat.[p]

Decretū.

5 f *Decretum*) † Decretum simplex, est authoritatis iuridiciariæ interpositio, causa cognita, super eo quòd petitum est, facta.[q] in hoc à diffinitiua differens, quod ea negotium diffiniat absoluendo vel condemnãdo.[r] Decretum verò simpliciter interponatur, citra absolutionem, aut condemnationem: vt in alienatione rerum minoris.[f]

Epistola.

6 g *Epistolas*) Edicta, literæ sunt superioris, nimirum principis vel magistratus, quibus aliquid imperat, aut statuit.[t] † Epistolæ verò rescripta principum ad relationem magistratus, de re quapiam dubia emissum.[u]

L. II. LIBERTI.

Martianus lib. 1. de iudiciis publicis.

Liberti assidere possunt:[a] infames[b] autem licet nõ prohibeantur lege assidere: attamen arbitror, vt aliquo decreto principali[c] refertur, constitutum[d] non posse officio assessoris fungi.[e]

SVMMÆ.

1 *Liberti ad honores prouehuntur.*
2 *Infamibus dignitates non patent.*
3 *Regi augur assessor datus.*
4 *Principale, quod est principis.*
5 *Arbitri officio infamis fungitur.*
6 *Infamis an sit procurator.*

Libertus honoris capax.

1 a Assidere possunt) Si tamen † sint literis eruditi,[a] & ius anulorum aureorum impetrauerint. alioqui Visce lia lege, ad aliquem dignitatis gradum aspirare hoc iure vetantur.[b] licet hodie superfluat hæc impetratio, quandoquidem confestim nacta libertate, cuiuscunque honoris idoneus & capax

Infamis dignitate exclusus.

2 libertus reddatur.[c]

b *Infames*) † Quibus occlusæ sunt portæ dignitatum.[d] Ab iis autem longè dissentio, qui negant officium assessoris honorem esse, aut dignitatem: cum hoc vnum sit ex præmiis spectatæ doctrinæ probatæque virtuti propositis.

Regibus assessores dati.

3 Nec soleant ad id muneris vocari, nisi qui aliis honoribus excelluerunt. vt indicat M. Cicero, dum refert, Athenienses publicis suis conciliis, diuinos

Principale, quod est principis.

4 quosdam sacerdotes adhibuisse. Et † Lacedæmonios, regibus suis Augurem assessorem dedisse.[e]

c *Decreto principali*) † Hoc est edicto principis. namque principalis verbo (quod me sæpè admonuisse scio) id omne quod principis est in iure ciuili demonstratur.[f]

d *Constitutum*) Hanc constitutionem desiderari puto. Nam Imperatoris lex (qua reliqui fieri, contrarium doceni) generaliter ait, famosis homini-

Infamis an sit arbiter, aut procurator.

5 bus portas nõ parere dignitatum.[g] at in specie, quod assidere nequeant, nusquam relatum scio.

6 e *Fungi*) † Arbitri tamen esse possunt.[h] Item procuratores.[i] horum enim

k Plin. lib. ij. epist.
l l. Cæ ego. §. planè. ff. de iur. do.
l. si publicanus. §. de rebus. ff. de publ.
m l. seruis vrbanis. in princ. ff. de leg. iij.
n l. prædiis. §. Titio. ff. de leg. iij.
o l. fi. in fi. ff. de offic. præ. Cæsa.
l. libertus. y. ff. de in ius voc. l. scire. §. oportet. ff. de excus. tut.
p l. ij. C. de assess.
q l. nec quicquã. §. vbi decretum. ff. de offic. procons. vbi dixi.
r l. ij. ff. de re iud.
f l. magis puto. §. nõ passim. ff. de reb. eor. l. j. C. de præd. mino.
t l. j. vbi dixi. ff. de cõst. prin.
u l. pen. §. pen. & fin. ff. de iur. & fact. igno. d. l. j. vbi dixi.
a l. j. C. de postulan.
b l. vnic. C. ad l. Viscel.
c §. ij. in auth. vt libert. de cæter. coll. 6.
d l. vnic. C. de infamib. li. 10. l. ij. C. de digni. lib. 12.
e Cic. j. de diuina.
f l. principalib. ff. si cert. pet. dixi l. si arrogator. ff. de adopt.
g l. ij. C. de dignit. lib. 12.
h l. Pedius. in pr. ff. de arbit.
i §. fi. Instit. de excep.

circa Caicum esse, & Pergamenum agrum. vsque in Teutraniam, & huius fluminis ostia.[k] Fuerunt autem Mysiæ loca, vt idem author monet, à Romanis diuisa. non per nationes, sed alio quodam modo per administrationes: in quibus fora fiunt, & iura redduntur. quò factum est, vt Mysiæ fines, difficulter distingui possint. ad quam diuisionem Macrum authorem legis nostræ respexisse, verisimile est.

Assessor in sua prouincia ne mo.

8 c *Assidebit*) †Nemo potest in propria prouincia administrationis officium suscipere sine sacrilegij crimine.[l] Sed nec assidere vltra quadrimestre sub pœna proscriptionis bonorum: nisi peculiari principis indulgentia concessum sit.[m] quin & omninò Pescennium Nigrum refert Spartianus vetuisse, ne quisquam assideret in sua prouincia, aut administraret Romæ, nisi Romanus, hoc est oriundus vrbe.[n] Quæ vera Iurisconsultus hic interpretatur, nisi diuisa esset in administrationes duas prouincia, vt Mysiam fuisse diximus. Nam tunc ex altera ortus, in altera etiam vltra tempus constitutionibus indultum, impunè assidebit: siquidem tunc in sua prouincia non videatur assedisse.[o]

Naturalis causa spe ctanda.

d *Assedisse*) Obstat, quia sua prouincia est, inspecta natura & origine, licet
9 igitur non sit ex accidenti spectandum non est. †si quidem vbi naturę & accidentis causæ concurrunt, naturalis attendatur,[p] nō debeat per imaginem accidentis, naturæ veritas obumbrari.[q] Verùm hæc obtinent, vbi natura &

Accidens quando attendendum.

10 accidens, se mutuo compatiuntur. †Nam si accidens naturæ repugnat, illud potiùs, quàm naturam spectamus.[r]

k Strab. lib. 12.

l l. fi. C. de crimi. sacrile. l. ij. C. de diuer. off. lib. 12.

m l. hi qui. l. sequen. ff. ex qui. cau. ma. l. in cōsiliarius. C. de assessor.

n Spartian Pescen.

o l. si quis duas. §. si quis partē. ff. commu. præd.

p l. iij. ff. de tut.

q l. filio quem. ff. de liber. & posthum.

r l. j. §. bestias. ff. de postul. l. in fructu. ff. de vsufr. lega.

L. IIII. DIEM FVNCTO.

Papinianus lib. 4. responsorum.

Diem functo legato[a] Cæsaris salarium[b] comitibus[c] residui temporis, quod à legatis[d] præstitutū[e] est, debetur:[f] modo[g] si non posteà comites cum aliis eodem tempore fuerunt. Diuersum[h] in eo seruatur, qui successorem ante tempus accepit.[i]

SVMMÆ.

1 *Legatus Cæsaris.*
2 *Comites qui in iure.*
3 *Salarium qui assignarent.*
4 *Officio duplici nemo fungitur.*
5 *Officio ante tempus sine culpa nemo remouetur.*
6 *Magistratus de quibus teneatur.*

Legatus Cæsaris.

1 a LEgato Cæsaris) Legatus† Cæsaris is erat, (vt alibi diximus) qui in prouinciam à Cæsare mittebatur, vt cum summa præesset potestate:[a] qualis apud nos est (inquit Bud.) legatus regis, quem vulgò locum-tenentem regis, dicimus.[b] cui comparationi facilè assentirer, si legatus regis dicundi iuris potestatem haberet. Sed cum ius non reddat, vtpote rei duntaxat militari præfectus, vix est, vt recipi debeat hæc æquiparatio Budæi, viri sanè doctissimi, sed qui tamen, in hac magistratuum comparatione, paulò liberior quàm par esset, mihi fuisse visus est.

b *Salarium*) Legatus Cæsaris, in prouinciam missus ab Imperatore, assessoribus suis, salarium præstituebat, ex fisco, hoc est pecunia publica, eius prouinciæ soluendum.[c]

Comites qui. Salarium qui legatis & eorum assessoribus assignarēt.

2 c *Comitibus*) † Habebant legati Cæsaris suos comites, hoc est eos qui cum ipsis, vt cum aliis prouinciarum præsidibus in prouincias mittebantur: Veluti præfectos, scribas, quæstores, prætores, & alios id genus,[d] de quibus differui suprà.[e]

3 d *A legatis*) † Erant igitur legati, qui comitibus suis præstituebant salaria.

a l. j. vbi dixi. ff. de off. præsid.

b Guliel. Bud. l. si in aliquam. §. cum plenissimam. ff. de offi. procons.

c §. festinabit. in authent. de mand. princip. coll. iij.

d l. abesse. ff. ex quib. cau. ma. l. diem. ff. loca. l. j. §. sed si in comites. ff. de var. cognit. l. in comites. ff. ad l. Iul. repet. l. administrantes. §. eorū. ff. de excus. tuto.

e l. senatusconsulto ff. de offic. præsid.

tempore in auditorio prætoris, vel præsidis, cuius sunt Assessores. vnde si contra Titium Assessor experiatur, eumque vocet in ius in auditorio magistratus cui assidet, non tenebitur Titius respondere. sed illud auditorium poterit, vt suspectum, reiicere & declinare: cùm in eo assideat actor auditorium actoris esse. Iudex autem in proprio auditorio, neque debet, neque potest

Assessor an sit aduocatus.

2 sua tractare negotia. † Qui verò putant Iurisconsultum hîc velle aduocatorum officio assessores non posse in eodem auditorio fungi, verum quidem docent: cùm nec in alio etiam foro liceat assessori, eo quo assidet tempore, patrocinium litigatoribus præstare.[a] Cæterùm quod ad hunc locum attinet, cohærere non potest interpretatio. Cùm Paulus hîc dicat, non eos prohiberi in alio auditorio sua negotia tractare.

a l.fi. C.de assessor.

Auditoriú quid.

3 b *Auditorium*) † Auditorium non significat scholas, sicut vulgò creditur: sed locum ipsum, in quo lites, & iudicia exercentur, forensésque causæ controuertuntur, audiuntur, & dirimuntur. verbum in iure frequens.[b]

b l.cum lege.§.fin.ff.de arb.l.lecta.in princ.ff.si cert.pet.l.mulier.ff.ad Treb.l.contra.§.fina.ff.de re iud.

L. VI. IN CONSILIVM.

Papinianus lib. 1. Responsorum.

In consilium curatoris reipublicæ,[a] vir eiusdem ciuitatis assidere non prohibetur: quia publico salario non fruitur.

SVMMÆ.

1 *Curator reipublicæ quis.*
2 *Atheniensium magistratus.*
3 *Salarium publicum.*

Curator reipublicæ quis.

1 a *CVratoris reipublicæ*) † Quoniam interpretes, qui sint curatores reipublicæ, non intellexerunt: fieri non potuit, vt genuinum Papiniani sensum assequerentur. Sciendum itaque, solitos olim ex Decurionibus eligi seniores, & spectatæ vitæ homines, qui *Curatores reipublicæ*, appellati sunt.[a] proptereà, quod quæcunque ad rempublicam pertinerent, curare deberent sollicitè. veluti vt dirutæ domus à dominis reficerentur: vt in vsum ciuitatis tri

a l. Lucius. §. Sempronij.ff.de administ.tut.

Annonæ caritas apud Athenien.

2 ticum deferretur.[b] quo nomine, apud Athenienses (quos † nulla res magis quàm annonæ caritas, premebat) decem creatos, Græcarum historiarum peritis, notissimum est. Hi reipublicæ curatores iuris dicundi nullam habebant potestatem, ac proinde, nec ius mulctandi,[c] nec publico salario fruebantur.[d] quare tradit hîc Papinianus, si ex decurionibus ciuitatis huiusmodi curatores sunt creati, virum eiusdem ciuitatis in eorum consilio assidere non pro-

b l.ad curatoris.ff. de dam. infec.
c l.iij.C.de modo mulctar.
d vt hac l.

Salarium publicú.

3 hiberi: † quia non fruuntur curatores salario publico, hoc ex fisco, vel ærario publico numerando. & ita non censentur propriè magistratus. atqui magistratibus qui ius reddunt, assidere tantùm quis in prouincia prohibetur, & ita hic textus exponi debet, quem ante nos intellexit nemo. Laus Christo optimo maximo.

IOANNES CORASIUS Tolosas Iurisconsultus Valentiæ Allobrogûm scripsit, Ferrariæ recognouit.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM LIBER SECVNDVS.

De Iuriſdictione.

TITVLVS I

SVMMÆ RERVM.

1 *Iuriſdictio.*
2 *Ius dicere.*
3 *Iuriſdictio in genere.*
4 *Iudicia cur instituta.*
5 *Magistratuum varia in iure dicundo potestas.*
6 *Iudices à pratore quomodò constituerentur.*
7 *Formula dati iudicis.*
8 *Iudicare & in ius dicere.*
9 *Iuriſdictio in ſpecie.*
10 *Legatus an de crimine cognoſcat.*

EXPLICATIS magiſtratuum officiis ad iuriſdi- 1 Iuriſdictio quid.
ctionis tractatum Iuriſconſultus percommodè tranſit: †
quòd in exercenda iuriſdictione, hoc eſt dicundo iure
magiſtratus potiſſimum verſetur authoritas. † Neque 2 Ius dicere.
enim aliud quicquam eſt ius dicere, quàm publica ma-
giſtratus authoritate, quod bonum eſt, & æquum in pu-
blicis priuatíſque Ciuium, aut ſubditorum negotiis, ita-
tuere.[a] † Vnde & iuriſdictio, generatim accepta, ſuum nomen ſortita eſt.[b] 3 Iuriſdictio in gener
quam ideò rectè finiemus, publicam eſſe cùm publica, tùm priuata iudicia
exercendi, poteſtatem.[c] vt ita, ſiue de ciuilibus priuatorum controuerſiis,
ſiue etiam de criminum cauſis, atque adeò capitalibus quæſtionibus cogno-
ſcat, definiátque magiſtratus iuriſdictionem latiore ſignificatione exequi di
catur.[d] ac proinde minimè dubitandum, quin merum imperium, nedùm
mixtum, iuriſdictionis verbo ſic accepto veniat.[e] ſemper enim verum eſt
magiſtratum, qui de cauſa ciuili vel criminali publicè cognoſcit, ius dicere[f].
Quod & Tranquilli verba, perſpicuè confirmant. Ius (inquit de Auguſto) di
xit, non diligentia modò ſumma, ſed & lenitate. ſi quidem manifeſti parrici-
dij reum ne culeo inſueretur, quod non niſi confeſſi adficiebantur hac pœ-
na, ita fertur interrogaſſe. *Certè patrem tuum non occidiſti?*[g] Vnde tranſlatione
facta ab eo quod fit, in eo vbi fit,[h] Iuriſdictionis verbo, nonnunquam ſigni-
ficatur, & concluditur locus conceſſæ adminiſtrationis: cuius fines, magi-
ſtratus ius dicendo tranſilire non poteſt.[i] quem vſitatiori ſermone ſolemus
territorium dicere:[k] & nonnunquam ipſa adminiſtratio & exercitium iuriſ-
dictionis. Cùm à Marco Marcello collega meo digreſſus eſſem (inquit ad
M. Ciceronem Ser. Sulpitius) eo conſilio, vt ab Athenis in Bœtiam * irem: * aliâs, Beotiam.
reliquámque iuriſdictionem abſoluerem.[l] Rurſus de Caligula Tranquillus.

Magiſtra-

a l. meminiſſe. ff. de offi. proc. l. qui iuriſdictioni. hoc tit. §. fi. Inſtit. de pœn. te. litigant.
b c. forus. de verb. ſign. c. iuſtum. 23. q. ij.
c l. iij. §. damus. ff. de ſuſpe. tut. l. j. ff. de iud.
d l. j. ff. de off. eius. l. ij. hoc tit. l. Diuus. ij. ff. ad l. Cornel. de fal.
e d. l. j. ff. de offic. eius.
f l. pe. ff. de inſt. & iur. d. l. meminiſſe.
g Suet. in Auguſt.
h d. l. pen.
i §. ſed hoc iure. Inſt. de Attili. tutor.
k l. pupillus. §. pen. ff. de verb. ſig.
l Cicer. lib. iiij. familiar.

Magiſtratibus liberam iuriſdictionem, & ſine ſui appellatione, conceſſit.[m]
Capitolinus item de Gordiano. His actis properè ventum eſt ad oppidum
Tyſdrum: inuentúſque ſenex venerabilis poſt iuriſdictionem iacens in le-
cto: qui circunfuſus purpura humi ſe abiecit, ac retractans eleuatus eſt.[n] &
paulò poſt. Gordianus iunior præturam vrbanam Alexandro authore te-
nuit, in qua tanta Iuriſdictionis gratia fuit, vt ſtatim conſulatum, quem pa-

Iudicia quamobrem inuenta.

4 ter ſero acceperat, mereretur.[o] † Quoniam verò omnia iudicia, aut diſtra-
hendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum gratia (ſicu-
ti M.Cicero ſcribit) reperta ſunt:[p] ne conceſſa promiſcuè magiſtratibus
vtriuſque iudicij poteſtas iuris, iuſtitiæque ordinem perturbaret, ſapienter

Magiſtratuum diuerſa officia.

5 veteres inſtituerunt, † vt alij Magiſtratus iuridicundo, de cauſis negociiſ-
que priuatorum: alij capitalibus quæſtionibus præeſſent.[q] hiſque crimi-
num publicis iudicijs Quæſtores parricidij, ſiue quæſitores præpoſiti ſunt.[r]
Litibus verò priuatorum iudicandis Centumuiri,[s] quibus præerat magiſtra-
tus, hoc eſt prætor, qui vel priuata negotia per ſe (licet perrarò) iudica-

Iudices à prætore conſtituti.

6 bat,[t] vel iudicari iubebat,[u] † in eam rem, iudices ſpeciales conſtituens.
nonnunquam ex Centumuiris: ſed frequentiùs ex grege priuatorum, in
quos maximè conſenſerant litigatores,[x] præſcribens datis à ſe iudicibus for
mulam, quam (niſi iudex datus manifeſtè cerneret iniquam) in cogno-
ſcendo iudicandóque datum iudicem ſequi oportebat[y] in hunc veluti mo-

Formula dati iudicis.

7 dum. † *L. Octauius iudex eſto, ſi paret fundum Capenatem, quo de agitur, ex iure*
Publ. Seruilij eſſe: neque is fundus Q. Catulo petitori reſtituetur. contrà, ſi paret non
Seruilij, ſed Q. Catuli ex iure eſſe: eum Seruilius Catulo dare, reſtituerêve damnas eſto.[z]
Prætor itáque ius dicere propriè. Octauius verò iudex datus, quia iam ha-
bebat ius, ex quo iudicaret: de facto tantùm cognoſcere, & iudicare diceba-
tur:[a] quia illum formula includebat. & certos (quemadmodum Anneus Se-
neca, eleganter ſcribit) quos non excederet terminos, ponebat.[b] Vt veriſſi-

Iudicare & ius dicere.

8 mum ſit, re ad exactum iudicium reuocata, † aliud eſſe ius dicere, aliud iudi-
care[c] (quod ipſum ſatis indicat inſcriptio Iuſtiniani[d]) & aliud ius dicens, à iu-
dice.[e] Quamuis hæc poſteà non ſatis religioſè obſeruata, ſed confuſa, & pro-
miſcua facta fuerint.[f] quinimò, & ius dicere contractiore ſignificatu Iuriſ-
conſulti vſurpare cœperunt, pro eo quod eſt pecuniarias priuatorum cauſas
Iudiciaria authoritate cognoſcere, & iudicare.[g] Atqui M.Ciceronis locus
prætereundus non eſt. De lege nanque Cornelia agens, quæ proſcriptum iu
uari vetabat: lex eſt (inquit) pœna eſt, quid ad eum qui ius dicit.[h] Quo loco
Aſconius, qui ius dicit factorum iudex eſt, inquit, non futurorum duntaxat,
in ciuilibus cauſis. & alibi idem Cicero. Dubium eſt nemini (ait) quin omnes
omnium pecuniæ poſitæ ſint in eorum poteſtate, qui iudicia dant (id eſt
Prætorum) & eorum, qui iudicant. quem nemo noſtrûm poſſit ędes ſuas, ne-
mo fundum, nemo bona patris poſſidere, ſi, cùm hæc à quopiam veſtrûm
petita ſint, Prætor improbus, cui nemo interdicere poſſit, det quem volet iu
dicem. iudex nequam & leuis, quod prætor iuſſerit, iudicet.[i] Idem quoque
author, collata Murenæ & Sulpitij prætura. Murenam in prætura, magis ſi-
bi populum conciliaſſe dicit, quàm Sulpitium, quòd illi iuris dicũdi ſors ob-
tigiſſet. huic peculatus quæſtio.[k] ita verbo iuris dicendi, cauſas tantùm pri-

Iuriſdictio in ſpecie.

9 uatas complectens, non etiam peculatus, cæteráque publica iudicia. † Indé-
que mihi videtur, Iuriſdictionis quoque verbũ (quod à iure dicundo, deſcen
dit,[l] & latè patere iam oſtendimus[m]) ad hanc ſpeciem plerunque coarctatũ:
vt pecuniariæ duntaxat, & ciuilis cauſæ cognitionem demonſtret.[n] & ita in
hoc tractatu ferè ſemper accipiendum. vt ſic non malè iuriſdictionem finia-
mus, eſſe Iuriſdiciariã poteſtatẽ de priuatis & pecuniarijs cauſis cognoſcen-

Legatus proconſulis an de crimine cognoſcat.

10 di, iudicandíque.[o] † Vnde legatus proconſulis, qui ius gladij non habet, nec

m Suet. in Caligula.
n Iul. Capitol. in Gordian.
o Capitol. vbi ſuprà.
p Cicer. pro Cecin.
q l. ij. §. deinde Cornel. Sylla. ff. de origin. iur.
r d. l. ij. §. dein de eum ærarij.
ſ d. l. ij. §. & quia diximus. & §. deinde cùm eſſet.
t l. Æmilius. ff. de minor. l. j. ff. de var. cogn.
u l. iudicium. ff. de iudic. Cic. ij. de legib.
x l. ij. §. j. ff. de iud. l. ex conſenſu. ff. de appel.
y Cicer. actio. ij. in Verr. in oratio. pro Cecin. & ij. de finib.
z Cice. ij. Verrina.
a l. cum quem. §. fin. ff. de iud.
b Seneca libr. iij. de benef.
c l. volunt. §. fi. ff. de interrog. actio.
d Rubr. C. ne quis in ſua cauſa. iud. vel ius dic it.
e l. j. vbi dicã hoc tit.
f l. meminiſſe. ff. de offic. proc. l. qui iuriſdicł. eſt recepimus. hoc titu.
g l. obſeruare. §. fin. ff. de offic. procon. l. j. §. damus ff. de ſuſp. tutor.
h Cicer. actio. iij. in Verrem.
i Cicer. ij. Verrina.
k Cic. pro Milone.
l c. forus. de verbor. ſignif.
m d. §. damus.
n l. obſeruare. §. fi. ff. de offic. proc.
o l. j. §. fin. ff. de offic. eius. d. §. damus.

iudicationem capitalium criminum: quia tamen ciuilium controuersiarum exercet iudicia, iurisdictionem habere dicitur, postquã ei à proconsule mandata est.[p] Nec obstat quod criminales causas audiat.[q] Nam id verum cognoscendo, & instituendo litem, non definiendo, quippè sententiæ dictionem proconsuli reseruat.[r] Vnde nec iurisdictionem exercere tunc dici potest: sed facti veritatem informare, & processum (vt vocant) instruere,[s] vt ad proconsulem postea transmittatur.[t]

p l. solet. l. si quid. d. l. obseruare. §. fin. ff. de offi. procons.
q l. vnic. C. de offi. procons.
r d. l. si quid.
s l. notionem. ff. de verb. sign.
t d. l. vnic. d. l. si quid.

L. I. IVS DICENTIS.

Vlpianus lib. 1. Regularum.

IVS dicentis[a] officium[b] latissimum est.[c] Nam & bonorum possessionem dare[d] potest: & in possessionem mittere:[e] pupillis non habentibus[f] tutores, constituere:[g] iudices litigantibus dare.[h]

SVMMÆ.

1 *Ius dicens.*
2 *Prætor ius dicebat.*
3 *Prætor an iudicaret.*
4 *Decernere.*
5 *Iudicia dare.*
6 *Iudices dare litigantibus.*
7 *Iudex, & ius dicens.*
8 *Officium iudicis, & quotuplex.*
9 *Iudicis officium triplex.*
10 *Extraordinarium iudicium.*
11 *Merum officium.*
12 *Prætor de crimine non cognoscebat.*
13 *Quæsitores.*
14 *Do, dico & addico.*
15 *Addicere debitores.*
16 *Missio in possessionem.*
17 *Tutor non datur habenti.*
18 *Tutores qui dare possunt.*
19 *Prætor tutelaris.*
20 *Tutoris datio an imperij.*
21 *Magistratus Municip. dant tutores.*
22 *Recuperatores.*
23 *Dandorum iudicum formula.*
24 *Delegatus an habeat iurisdictionem.*
25 *Centumuiralis potestas.*
26 *Iudicem dare an iurisdictionis.*

a IVs dicentis) † Hoc est prætoris,[a] vel alterius similis magistratus: qui scilicet 1 Ius dicẽs.
iurisdictioni præsit: veluti præfectus vrbis,[b] præses prouinciæ,[c] ac etiam
Ædilis curulis: qui & ipse de certis causis ius dicebat:[d] cuiúsque edicta præ-
torij iuris censentur.[e] Vsitatius tamen est, † vt ius dicentis verbo, Prætor de- 2 Prætor ius dicẽs.
monstretur velut iuridicundo, primùm, præ cæterísque creatus.[f] Vnde cùm
Epidicus Plautinus Tesprionem rogasset, vt se percontantem audiret, polli-
cens se mutuam operam redditurum, respondit Tesprio, *Ius dicis.* Cúmque
subiunxisset Epidicus, *me decet.* addidit iocose Tesprio, *Iam tu nobis præturam*
geris.[g] vrbis autem prætorem, hîc intelligi volo. nam cæteri, qui augescente
ciuitate postea creati sunt, ius non dicebant: sed cognoscebant de capitali-
bus quæstionibus: quæ ipsis forte obuenerant. alius nimirum de parricidiis,
alius de peculatu, alius de falsis:[h] vnde Quæsitores appellati.[i] Iuris † verò di- 3 Prætor an iudicet.
sceptator, qui priuata iudicaret, iudicaríve iuberet, prætor vrbanus erat.[k]
quamquam inter priuatos (quod sæpè monui) rarissimè iudicaret. túmque
personarum vel causæ peculiari fauore,[l] eius si quidem propriũ munus fuit,
vel decernere, vel dare iudicia, vel priuatis dirimendarum controuersiarum
gratia iudices constituere. Vnde nec edictis suis prætores se iudicaturos, sed
iudicium, vel actionem daturos pollicẽtur. Ad hæc Fabius Victorinus apud
Ciceronem Prætores qui ius dicebant, inquit, iudices etiam causæ dabant,
& controuersiæ, vel agendi genus instituta actione formabant.[m] Decerne-
bant † autem cùm edicta publicè proponebãt: aut super litibus priuatorum, 4 Decernere.
causa cognita, authoritatem suam permittendo, iubendo, vetando, alióve
modo simpliciter interponebant.[n] Vt cùm dabat bonorum possessionem,
cauere,

a l. si filius qui. ff. de vulg.
b l. j. ff. de offic. præf. vrb. l. ij. de in ius voc.
c l. cùm hi. §. sed nec mandare. ff. de transa.
d l. j. ff. de ædil. edic.
e §. prætorum. de iur. natur. in Instit.
f l. ij. §. populo. ff. de orig. iur.
g Plaut. in Epidico.
h Cice. act. ij. in Verrem & pro Milone. dixi l. j. ff. de offic. eius.
i l. ij. §. deinde cùm ærarium. ff. de orig. iur.
k Cicer. lib. iij. de legib.
l l. Titia. ff. de aur. & arg. leg. l. Æmilius. ff. de minor. l. j. & toto titul. ff. de var. cogn.
m Fab. Victorinus in ij. Cic. de inuent.
n l. nec quicquã. §. vbi decretum. ff. de offic. procons.

cauere,possideréve iubebat,in possessionem mittebat:aut restituebat in in-
Dare iudicia. 5 tegrum.[o] †Dabat autem iudicia cùm actori faciens potestatem agendi,cum
ad intendendam actionem admittebat.[p] Etenim si prætor, inquit M.Cice-
ro, is qui iudicia dabat, nunquam petitori præstituit,qua actione illum vti
velit.[q] & alibi,Si quis eum pulsasset,edixit se iudicium iniuriarum non datu-
rum. quicquid ab eo peteretur,iudicem de sua cohorte daturum,ipsi autem
nullius rei actionem sese daturum.[r] Vt autem dare iudicia & actiones præ-
tor poterat:ita denegare:[s] cùm eius sit actionem denegare,qui potest actio-
Cõstituere iudices litigantibus. 6 nem concedere.[t] †Constituebat prætor denique iudices litigantibus:[u]non-
nunquam ex Centumuiris,quibus prætor præerat.túmque dicebatur,ex sua
cohorte iudicem dare.[x] sæpiusculè ex priuatis,in quos litigatores consense-
rant.[y] Quod in causa fortasse fuit, vt dati hi iudices, in iure nostro quando-
que dicantur arbitri:[z]quasi mutuo litigatorum consensu delecti.[a] Cui sen-
tentiæ,nonnullos ex recentioribus fauere, post hæc scripta comperi.[b] Ea-
dem porrò præsides in prouinciis, qua prætores in vrbe, fungebantur pote-
Iudex, & ius dicés. 7 state:vt scilicet in lite prouincialium iudices darent.[c] Atque hinc constat,
alium fuisse iudicem à prætore, & ius dicente. quod & M.Cicero indicat,
cùm ait: Quo primum tempore à prætoribus lectus in iudices sum. vt iudi-
cia quæ appellantur priuata susciperem.[d] & alibi. Nunc tamen, inquit, eo
animo sum: vt eo iudice quàm Prætore, hanc rem transigi malim.[e] Item
alio loco. Accusaui de pecuniis repetundis,iudex sedi, prætor quæsiui.[f] Vn-
de & officium ius dicentis, seu prætoris ab officio iudicis, & stipulationem
prætoriam à iudiciali Iurisconsulti disertè separant.[g]quamuis nonnunquam
iudicis verbo,prætor significetur.[h] Sed præsertim posteriore Cæsarum tem
pore(quo candor omnis antiquitatis, & latini sermonis paulatim inclinauit)
cœptum est iudicis verbo,quicunque magistratus,etiam maior,demonstra-
ri.[i] Alexander, vbi Augustum cœpit agere imperium (inquit Lampridius)
primum remouit iudices, quos impurus Heliogabalus prouexerat. & cùm
promoueret iudices, exemplo veterum, & argento, & necessariis instrue-
bat:ita vt præsides prouinciarum acciperent argenti pondo Vicena.[k]
Officium iudicis. 8 b *Officium*) † Ius dicentis officium hoc loco generaliter accipit Vlpianus,
vt munus quodcunque significet, quo fungitur, qui iuridicundo præfectus
est, ad controuersias priuatorum dirimendas, cæteráque exercenda iudi-
cia.[l] quamuis nonnunquam specialiter vsurpetur pro cognitione extraor-
Iudicis officium triplex. 9 dinaria: quam vulgus officium nobile vocat.[m] † Namque fecerunt nostra-
tes interpretes triplex iudicis officium. Nobile scilicet, quod simplex est,
& per se stat. Mercenarium, quod actioni seruit: & aduersarium quod
vice exceptionis imploratum, actioni aduersatur: nulla lege freti, no-
tis ita verbis rem per se claram obumbrantes.[n] Ego breuiter officium iu-
dicis in genere & in specie considero. Generatim acceptum, quodcun-
que iudicis munus, in iure reddendo, sicuti iam dixi designat.[o] significan-
ter verò & ad speciem,iudicis officium dicitur, quod æquitate suggerente
iis subuenit,qui ordinario alioqui actionis præsidio destituuntur.[p] ac proin-
Extraordinaria cognitio. 10 de iudicium†extraordinarium,[q]& extraordinaria petitio,[r]aut cognitio[s]ple-
rumque appellatur,quod nulla vi scilicet iuris ordinarij,hoc est actionis, iu-
dex id impertiri cogatur:[t] sed totum ex æquitate, religionéque iudicantis
procedat,cuius arbitrio lex committit,vt oppressis subueniat,prout æquum
Merum officium. 11 sibi videbitur.[u] †ac proinde merum solet à Iurisconsultis dici:[x] quasi puruui,

o l. iubere: hoc ius. l. ea quæ. ff. ad munic.
p l. veluti. ff. de verb. oblig.
q Cic. pro Cecinna.
r Cic. act. iij. in Verrem.
s d. l. veluti.
t l. qui vetante. §. j. ff. de reg. iur.
u l. ex consensu. §. j. ff. de appellatio.
x Cic. in Verrem.
y l. j. §. j. ff. de iud. d. l. ex consensu. & l. fin. cum.
z l. fundus. ff. famil. ercisc. l. fin. ff. de iud. l. j. C. de pedan. iud.
a l. ij. § j. l. obseruandum. ff. de iudic. d. l. ex consensu.
b Ant. Vacca l. legatis. ff. de off. procons.
c l. ij. ff. quis & à quo. l. ij. C. de formul. d. l. ex consensu. §. j.
d Cicer. lib. 14. epist.
e Cicer ij. Verrin.
f Cic. pro Rabirio Posthumo.
g l. stipulationum. ff. de verbor. oblig. & §. j. Instit. de diuis. stip.
h l. Titia. ff. solut. matrim. l. veluti. §. j. ff. de integr. rest.
i l. j §. sportulas. C. de offic. præs. prætor. Afri. l. nulli. C. de offic. recto. pro. l. vni. C. vt omn. iud. l. vni. C. de contra. iud.
k Lampridius in Alex. Seuero.
l l. officium l. qui restituere. ff. de rei vendi.
m l. qui per collusionem. §. fina. ff. de act. empt. l. j. ff. de var. cognit.
n Bart. & alibi.
o d. l. officium. d. l. si irruptione. cum similibus.
p l. Quintus. ff. de aur. & arg. leg. d. l. qui per collusionem §. fin.
q l. cum filiusfamilias. ff. si cert. petat.
r l. pecunia verbum. §. fin. ff. de verbor. signif.
s l. j. & tot. tit. ff. de var. cognit.
t d. l. qui per collusionem. §. fin.
u l. plane l. fin. ff. de petit. hered. l. creditores. ff. de verb. sign.
x l. stipulationum aliæ. §. j. ff. de verbor. oblig. §. j. de diuis. stipul. in Instit.

& ab omni vi actionis, accusationísve distinctum, & separatum,[y] cuius generis innumera leguntur in iure ciuili exempla.[z] Quod itaque actionis aut accusationis alicuius explicandæ causa exercetur, mixtum dicere poterimus: quasi totum sit, vel actioni, vel accusationi cõiunctum, & permixtum.[a] Equidem scio Mixti officij iudicis nusquam in disciplina ciuili mentionem fieri: sed cùm meri passim iuris authores meminerint,[b] satis admonet subdisiunctiuorum natura mixtum quoque iudicis officium esse.[c] Quale autem omnibus in rebus officium iudicis esse debeat, vno ferè versu Ouidius exprimit.[d]

Iudicis officium est, vt res, ita tempora rerum
Quærere.

Hoc est, non debet iudex nimia vti subtilitate.[e] sed æquitatem, ob oculos semper habens controuersorum negotiorum circunstantias, & qualitates pensiculatè appendere: ne si summum ius sequatur, summam crucem extruat.[f] Vnde bellissimè Cato,

Ipsæ etiam leges cupiunt, vt iure regantur.

c *Latissimum est*) Nunc eo vsque tamen, vt ea quæ meri sunt imperij possit.† 12 Prætor nõ habet merum imperiũ.
Cùm merum imperium regulariter ius dicentibus non competat.[g] ídque proposita hîc ab Vlpiano exempla declarant: quorum nullum meri imperij est. Exempla autem, licet legem ipsam non restringant, de quibus tamen casibus loquatur, ostendunt.[h] Neque sanè Vlpianus, in hoc totus, vt magnam ius dicentis detegat potestatem, meri imperij exemplum omissurus erat, si id prætori competere existimasset: cùm præstantissima magistratus authoritas, circa merum imperium versetur.[i] Equidem constat, ius dicentem, hoc est prætorem,[k] in id Romę creatũ, vt ius redderet super controuersiis priuatorum: non vt animaduerteret in delinquentes. Nam in eam rem proprij fuêre creati magistratus qui quæstores parricidij, † siue quæsitores dicebantur.[l] 13 Quæsitores.
Nec ignoro, procedente tempore constitutis à Cornelio Sylla publicis quæstionibus, de falso, parricidio, & siccariis prætorum auctum fuisse numerum: eísque earum rerum capitalium nomine quæstionem, cognitionémque datam. Cæterùm ij ius non dicebant, nec præerant iurisdictioni: sed illis duntaxat capitalibus quæstionibus.[m]

d *Bonorum possessionem dare*) Prætori tria verba fari licebat, † *Do, dico, & addico.* 14 Do, dico addico, tria prætoris verba.
Dabat siquidem iudices & iudicia: vt iam annotauimus. Dicebat ius prçtereà, nonnunquàm super causis priuatorum per se iudicando: Vt cùm decernebat, dando puta bonorum possessionem: iubendo cauere: & restituendo in integrum.[n] Addicebat denique inopes debitores, qui soluendo non erant ex lege xij. tabularum, in temporariam seruitutem creditoribus. Vnde Milphio seruus, apud Plautum.[o]

Neque id vnde efficiat, habet. vbi in ius venerit,
Addicet prætor, familiam totam tibi.

Tantíque † fuit quondam momenti, facta hæc à prætore debitoris addictio, 15 Addicere debitores.
vt si vnus ob pecuniam debitam pluribus creditoribus adiudicabatur, liceret illis si vellebant, membra & artus inopis & addicti debitoris secare, partiríque sibi, ac crudelissimo laniatu distrahere: qua vna constitutione nihil immanius, nihil efferacius: nisi quod ex consilio lata est: vt bene atque cautè viuendi disciplina esset. Enimuerò dissecatum ea de re hominem antiquitùs vllum se neque legisse, neque audiuisse, Gellius refert.[p]

e *In possessionem mittere*) † Prætor mittendo in possessionem, vtitur qui- 16 Missio in possessionem.
dem iurisdictione:[q] siquidem ius super ciuilibus controuersiis priuatorum reddat.[r] Verum magis pro suo imperio & authoritate agit, quàm quòd iurisdictioné exerceat. Neque enim dirimit pronunciatione litem: sed pro maiestate imperij sui super cõtrouerso priuatorum negotio statuit, & ius dicit. Vnde

y l. bona fides. ff. depos. l. ij. hoc tit. infrà.
z l. j. ff. de var. cog.
a l. imperium. vers. mixtum. hoc tit.
b d. l. stipulationum aliæ. §. j. & d. §. j.
c l. hæc verba, ille. ff. de verb. sig. Gello. libr. ij. de iurisd. c. 10.
d Oui. j. Trist. eleg. j.
e l. si seruum. §. sequitur. ff. de ver. obl.
f l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. lo. l. non dubium. C. de legib.
g l. j. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.
h l. d inni ij. in fin. ff. de damn. infect.
i l. ij. vers. merum. infrà hoc tit.
k l. si filius qui patri ff. de vulgar.
l l. ij. §. deinde cùm ærariũ. ff. de orig. iur.
m d. l. ij. §. & quia.
n l. ea quæ. ff. ad municip. l. iubere. infrà hoc tit. & hac l.
o Plaut. in Penulo.
p Aul. Gel. lib. 20. noct. Attic. c. j.
q l. dies. §. duas. ff. de dam. infect.
r l. j. §. damus. ff. de suspe. tut.

Vnde missio huiusmodi, magis ad naturam imperij, hoc est iussus & autho-
ritatis, quàm iurisdictionis, id est iudiciariæ disputationis accedere dicitur[f].

Tutor nō datur habenti.

17 f *Non habentibus*) Sanè dixit, non habentibus: [t]quia tutorem habenti, præ-
terquàm certis casibus, non datur tutor.[t]

Tutores qui dare possit.

18 g *Tutores constituere*) [r]Ius dicens, hoc est prætor in vrbe, & præses in prouin
cia tutores dant: quia hoc specialiter eis lege tributum est, nimirùm lege
Attilia prætori vrbano, & præsidi, lege Iulia & Titia: [u] neque tamen ideo
putandum magistratum omnem, aut alium qui ius dicit, tutoris dationem
habere. Nam & is, cui mandata est iurisdictio, licet alienam exequatur, ius
dicit: [x] qui tamen tutores pupillis non constituit: nisi sit legatus proconsu-
lis.[y] Ille autem ideo ius hoc habet, quia id ei lex nominatim concessit.[z] ne-
que enim facultas hæc dandi tutores alijs competit, quàm quibus aliqua le-
ge specialiter tributa est.[a] Veluti prætoribus vrbanis, & præsidibus prouin-
ciatum,[b] aut etiam consulibus Romæ: qui Claudij Cæsaris constitutione tu-
tores ex inquisitione extra ordinem dare cœperunt.[c] quò plenior autem, &

Prætor tutelaris.

19 cōmodior fieret, in vrbe eiusce rei perquisitio, M. Antoninus philosophus†
prætorem tutelarem erexit: [d] qui tamen illustribus personis tutores consti-
tuere non potuit: nisi cum præfecto vrbi, & adhibitis decem senatoribus.[e]
Neque prætereà credendum magistratus, qui speciali legis concessione, ius
dandi tutores nacti sunt, id agere vi iurisdictionis, aut imperij: sed quia id eis
nominatim est indultum.[f] Namque priuatis etiam nempè parentibus, id iu-

Tutoris datio an imperij.

20 ris tribuitur.[g] Et hoc est, quod ait Vlpianus, †Tutoris dationem, neque im-
perij, neque iurisdictionis esse: sed ei tantùm competere, cui lex in specie
concessit.[h] Nam & Decuriones publici duntaxat consilij gratia creati nul-
lam habent iurisdictionem:[i] qui tamen tutores speciali legis indulgētia con
stituunt.[k] Idémque in tribunis plebis, quos scimus nulla fulgere iurisdictio-
ne, vtpotè faciendis tantùm intercessionibus creatos: [l] & tamen Attilia le-

Municipiorum magistratus dat tutores.

21 ge tutores dant.[m] †Omnibus porrò municipalibus magistratibus posteà ius
hoc dandi tutores tributum est: modò illum dent tutorem, qui ab eodem
municipio sit, vel agro eiusdem municipij.[n] Et ita non duumuiris modò
(quos magistratuum municipalium verbo, lex plerunque designat[o]) tutoris
datio cōcessa est:[p] Verumetiam decurionibus, atque adeo defensoribus[q] cū
episcopo, si tamen facultates pupillorum quingentos aureos non excedant[r].
h *Iudices litigantibus dare*) Prætores, ad ius dicendum creati non ipsi per se
priuatorum controuersias audiebant, aut iudicabant: nisi singulari persona-

Recuperatores.

22 rum, aut causæ fauore:[s] sed litigatoribus iudices dare solebant, † quos recu-
peratores antiqui dixerunt.[t] eo quòd illorum sententia suum quisque re-
cuperet.[u] Iureconsulti nunc arbitros, [x] nunc pedaneos iudices, [y] nunc spe-
ciales, [z] nunc datos, [a] nunc delegatos [b] nuncupant. iis autem datis à se iudi-
cibus prætor formam & æquitatem præscribere solebat, quam in ferenda

Dandorū iudicum formula.

23 sententia necessariò sequerentur.[c] in hunc veluti modum. *L. †Octauius iudex
esto. si paret fundum Capenatem, quo de agitur, ex iure Publ. Seruilij esse: neque is fun
dus Q. Catulo petitori, restituetur. contrà, si paret non Seruilij, sed Q. Catuli ex iure es-
se: eum Seruilius Catulo dare restituere damnas esto.* [d] Vnde cognoscebant da-
ti iudices tantùm de facto ius constitutum iam habentes, ex quo iudica-

Delegatus an habeat iurisdictioné.

24 rent. † Nec ius dicere, nec iurisdictionem habere censebantur: sed no-
tionem, & simplicem cognoscendi, iudicandique facultatem.[e] Ideó-
que nec suam poterant exequi sententiam: [f] quippè qui re statim iudicata

f l. ea quæ. ff. ad munic. l. subere. infra hoc tit.
t l. Lucius. §. cum testamento. ff. de admin. tutor. l. si quis sub conditione. ff. de testam. tutel.
u §. j. Instit. de Attil. tut.
x l. & si prætor. ff de offi. eius.
y l. pen. ff. de offic. procons.
z l. j. ff. de tut. & curat.
a l. muto. §. tutoris. ff. de tutel.
b d. §. j. de Attil. tut.
c Sueton. in Claud.
d Iul. Capit. in M. Philos.
e l. j. C. de tutorib. illust. person.
f d. §. tutoris.
g l. j. ff. de test. tut.
h d. l. muto. §. tutoris. dixi lib. 5. Miscellan. c. 24.
i l. pupillus. §. decuriones. ff. de verb. sig.
k l. decreto. ff. qui pet. tuto.
l Gell. lib. 13. c. 12. noct. Attic.
m §. j. Instit. de Attil. tut.
n l. ius dandi. ff. de tutorib. & curat. dat.
o l. dies. §. duas. ff. de damn. infect.
p l. j. §. si inter. ff. de magistr. conue.
q l. decreto. ff. qui pot. tut.

r §. penul. de Attil. tut. s l. Æmil. ff. de minor. l. j. ff. de variar. cognit. t Cicer. pro Cecin. pro L. Flac. Plaut. in Bacchi. u Cicer. act. j. in Verrem. x l. fundus. ff. famil. erciscun. l. à diuo. in princ. ff. de re iudic. y l. iij. ff. ne quis eum. z l fina. ff. de offic. prætor. l. iij. ff. de offic. præs. a l. iudex. ff. de iud. l. à iudice. C. illo titul. b tot. titul. de offic. deleg. c Cicer. act. iij. & 5. in Verrem. d Cic. act. iij. in Verrem. o l. ait prætor. ff. de re iudic. l. notionem. ff. de verbor. signif. f l. à diuo Pio. in princip. ff. de re iudic.

desinerent esse iudices.[g] Solebant autem dari iudices à prætore ex priuatis
in quos litigatores consenserant.[h] quippè neminem veteres nec de minima
quidem re iudicem esse voluerunt, nisi qui inter aduersarios conuenisset[i].
Quod si de iure, nõ de facto, erat cõtrouersia: ad centumuirale iudiciũ (quod
litibus priuatorum iudicandis maximè constitutum fuit)[k] causa defereba-
tur.[l] & ideò M. Cicero, in † centumuiralibus causis vsucapionum, tutelarum, 25
gentilitatum, agnationum, fluminum, stillicidiorum, testamentorum, cæte-
rarúmque rerum innumerabilium iura versari scribit.[m] Nam (inquit) volita-
re in foro, hærere in iure ac prætorum in tribunalibus iudicia priuata, ma-
gnarum rerum obire, in quibus sæpè non de facto, sed de iure & æquitate
certetur: iactare se in causis centumuiralibus, in quibus vsucapionum, tute-
larum, gentilitatum, & reliqua.[n] Sanè & ex hoc centumuirali ordine, quan-
doque prætor iudices dabat: cùm negotij postulabat grauitas: túmque dice-
batur ex sua cohorte iudicem dare:[o] quia scilicet prætor centumuiris præes-
set.[p] Edixit inquit M. Cicero, se iudicium iniuriarum non daturum, quic-
quid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum.[q] Ex † his autem pla- 26
nè constat falli grauiter interpretes, qui dare iudicem simplicis esse censent
iurisdictionis:[r] cùm ea iurisdictionis esse dicantur, quæ à cuiusuis ordinarij
iudicis authoritate pendent.[f] Atqui dare iudicem ius dicentis, hoc est præ-
toris in vrbe, aut præsidis in prouincia, authoritatem desiderat:[t] adeo vt pro-
curator Cæsaris, qui iurisdictioni præest,[u] & magistratibus annumeratur:[x]
non tamen iudicem dare possit.[y] Quinimò magistratui potestas hæc dandi
iudicem concessa videtur, nisi cui lege nominatim tributum est.[z]

Centumuiralis potestas.

Iudicem dare an iurisdictionis.

g l. iudex. ff. de re iud.
h l. ij. §. j. ff. de iud. l. ex consensu. vers. j. ff. de appel.
i Cic. pro Cluẽ. dixi ru. ff. de officio eius.
k l. ij. §. deinde cùm esset. ff. de ori. iur.
l l. Titia. ff de inof. te. l. fi. C. de pe. hered.
m Cice. j. de orato.
n Cice. vbi suprà.
o Cic. ij. Verri.
p Plin. lib. 5. epistol. dixi d. §. deinde.
q Cic. act. iij. in Verr.
r l. iij. in fi. hoc tit.
f §. iusiurandũ. in fi. in auth. de defens. ciu. col. iij.
t l. eũ qui. hoc tit. & hac l.
u l. j. C. de iurisdict.
x l. fi. C. vbi & apud quem.
y l. ex consensu. ff. de appel. l. j. C. de peda. iudic.
z l. cùm prætor. §. pen. ff. de iudic. dixi l. legatus. ff. de officio procons.

L. II. CVI IVRISDICTIO.

Iabolenus lib. 6. ex Caßio.

Cui iurisdictio[a] data est,[b] ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit.

SVMMÆ.

1 *Concessio ad necessaria porrigitur.*
2 *Mixtum imperium transit mandata iurisdictione.*
3 *Citatio realis an in delegatum transeat.*
4 *Omnia sine quibus.*

a IVrisdictio) † Siue ordinaria, siue delegata. vtranque enim Iabolenus hoc 1
responso complectitur. cùm in vtraque eadem sit ratio: ne scilicet inuti-
lis reddatur concessio,[a] deludique possit ius dicentis, aut dati iudicis autho-
ritas:[b] si non ea quoque intelligantur concessa, quæ ad executionem manda-
tæ iurisdictionis necessaria sunt.[c] † Vnde non dubium, quin concessa deman- 2
datáque iurisdictione mixtum imperium censeatur mandatũ:[d] cùm alioqui
inanis, & nulla reddi possit iurisdictio.[e] generaliterque dicendũ, mandata iu-
risdictione trãsferri vocationẽ in ius, sequestrationẽ rei controuersæ, & mis-
sionem in possessionẽ bonorũ cõtumacis,[f] tanquã ad iurisdictionis effectum
necessaria.[g] † Amplius puto, eũ cui mandata est iurisdictio, prehendendi ius 3
habere (quod recitare vocant) adeóque coniiciendi in carcerem, & coer-
cendi potestatem.[h] dum ea non cadat in maiorem animaduersionem.[i] Nam
& illorum quoque probo sententiam, qui etiam ea quæ maioris sunt po-
testatis, concessa videri volunt, si aliter data iurisdictio explicari non po-
test:[k] cùm & in aliis omnibus concessionibus idem sit receptum: † Vt sci- 4
licet vno concesso, cætera omnia pariter tributa intelligantur, sine quibus

Cõcessio ad necessaria porrigitur.

Mixtum imperiũ transit mandata iurisdictione.

Citatio realis an trãseat in delegatũ.

Omnia sine quibus.

a l. si quando. ff. de legat. j. c. si papa. de priui. in 6.
b l. si prætor. in prin. ff. de iudi.
c l. fi. in fi. ff. de offic. eius. c. ex literis. c. præterea. c. susceptoriũ. de offi. dele.
d l. j. §. fin. ff. de offi. eius.
e l. fi. ff. illo ait.
f l. senatusconsulto. ff. de offi. præsid. g d. l. fin. h d. c. ex literis. i l. si quid. ff. de offi. procons. k l. quoties. C. de iud. l. ij. in fin. C. de peda. iudicib.

concessum

concessum haberi nequit:[l] tametsi ea nobiliora sint, & præstãtiora, eo quod nominatim est concessum.[m] Quæ tamen omnia sanè accipi debent de iis quæ ad concessionis effectum, vti diximus, necessaria sunt: alioqui nullo modo tributa censerentur.[n] licet sine his non, nisi difficulter, & cum aliquo incommodo, re concessa possimus vti.[o] Quoniam autem contrariorum, vt M. Cicero scribit, contraria sunt consequentia: & oppositorum in oppositis eadem solet esse ratio.[p] Econtrà quoque dicendum, cui nihil est prohibitum, omnia pariter concessa censeri, quibus ad illud perueniri potest.[q]

b *Data est*) Id est mandata,[r] siue omnis, siue vna eius species, aut inter certas personas.[s]

l l. si iter. ff. de serui. l. seruitutes. §. j. ff. de seru. vrb. l. refectiones. ff. com. prædi. l. iij. §. fi. ff. de penu lega.
m l. non cogendum. §. fi. ff. de procur.
n l. si eo loco. §. pe. ff. si ser. ven. l. iij. §. fi. ff. de itiner. actuq. priua.
o l. j. §. fi. ff. si vsusfru. peta. c. eùm contingat. de for. com.
p l. fi. §. fi. ff. de leg. iij.
q l. oratio. ff. de ritu. nupt.
r l. cognitio. §. j. ff. de offi. eius.
s l. solet. & l. seq. hoc tit.

L. III. IMPERIVM.

Vlpianus lib singul. de officio Quæstoris.

Imperium[a] aut merum,[b] aut mixtum[c] est. Merum imperium est[d] habere[e] gladij[f] potestatem,[g] ad animaduertendum[h] in facinorosos homines: quod etiam potestas appellatur.[i] Mixtum imperium est,[k] cui etiam[l] Iurisdictio[m] inest.[n] quod in danda bonorum possessione consistit.[o] vt iurisdictio,[p] iudicis dandi[q] licentia.[r]

SVMMÆ.

Respublica benè instituta.

Consilia, imperia, & iudicia.

1 a IMperium) † Respublica benè instituta tribus potissimum constat, consiliis, imperiis, & iudiciis.[a] Nam qui eidem præsunt, vel de publicis nego-
2 tiis consultant, † vt Romæ quondam senatores,[b] decuriones in municipiis:[c] & hodie consules ciuitatum.[d] vel imperia exercent, & Magistratus, quod eorum propriè munus est, qui suffragiis declarati, lege imperant. quales enim Romæ consules, prætores, præfecti vrbi,[e] & in prouinciis proconsules, legati Cæsaris, cæterique præsides prouinciarum:[f] quibus omnibus de publicis priuatísque rebus dicendæ sententiæ, & imperandi permissa fuit potestas.[g] vel de iure controuerso respondent, priuatorum controuersias audiunt, iudicant, & dirimunt: vt Romę quondam centumviri,[h] & iuridici in prouinciis.[i] ac proconsulum legati.[k] Sic enim necessum est, inquit Philosophus, vni alicui magistratui permittere iudicia, aut multis & diuersis, de aliis atque alis

a Aristo. li. iiij. Politico. c. 14.
b Halica. li. ij.
c l. pupill. §. decuriones. ff. de ver. sig.
d l. defensores. ij. l. pe. C. de defenso. ciuita.
e l. ij. ff. de orig. iur. l. sed & si. §. hac clausu. ff. quib. ex caus. maio.
f l. j. l. iiij. ff. de offi. præs.
g l. ij. §. ex actis cum seq. ff. de ori. iur.
h d. l. ij. §. deinde cum esset.
i l. Thais. §. Lucia. ff. de fide. libertat. l. j. ff. de offi. iurid. Alex.
k l. obseruare. §. fi. ff. de off. procons.

rebus: vel nonnullis eorum de omnibus, vel quibusdam de nonnullis iudicā
di concedere potestatem.[l] De illa porrò reipublicæ parte, quæ in imperiis
& magistratibus consistit,agit hîc Vlpianus. Cùm † autem imperare idem 3 Imperare.
propriè sit,quod iubere,& iure quodā potestatis præcipere ei, te qui parere
necessum habet:[m] † manifestum est imperij verbo authoritatem & legiti- 4 Imperiū quid.
mam potestatem significari cuiuslibet superioris,siue publica,siue priuata au-
thoritate fungentis iubendi,cogendi, faciendique quod vult.[n] Cæterùm
contrahitur nonnunquam vt vel Cæsaris principatum & orbem illum Ro-
manum notet:[o] vel vt verbum forense est,& in hoc iurisdictionum tractatu
accipitur:vt publicam & eximiam quandam magistratus authoritatem de-
signet:quæ priuatis non conceditur:[p] siue ea in extraiudicialibus exercea-
tur,& consistat:vt in sartis tectis,operibúsque publicis curandis:[q] siue in iu-
dicialibus:[r] túmque siue ad diremptionem ciuilium priuatarúmque contro
uersiarum:[s] siue etiam ad punienda maleficia,respiciat.[t] Ad hæc obseruaui,
Iurisconsultos imperium,ad consules,præfectos,& prætores,in vrbe:ad pro-
consules & præsides in prouinciis:† & ita ad maiores duntaxat magistratus 5 Magistratus maiores & minores.
retulisse.[u] Nam & eos magistratus minores Vlpianus diffiniuit,qui sine im-
perio & potestate sunt.[x] Commodioris tamen doctrinæ gratia, Imperium
hoc iuridiciale in merum & mixtum Vlpianus noster distribuit familiariter
vtrunque describens,quamquàm nouo loquendi modo:siquidem nusquam
alibi (quod equidem meminerim) apud quemquam scriptorum latinorum,
quam apud Iurisconsultos est huiusmodi verba meri & mixti imperij, re-
perire.

b *Aut merum*)† Meri propria vis est,atque significatio,vt ea notet,quæ so- 6 Merum.
la sunt simplicia & pura,nec alteri rei quoquomodò permixta.[y] Vnde me-
rum iudicis officium,pro eo quod cum actione,aut obligatione commune
nihil habet.[z] Merum ius gentium,quod solo hominum vsu constitutum est,
à præceptis ciuilibus & prætoriis omninò seiunctum.[a] Merum factum,quod
ab omni datione separatum est.[b] Mera pœna quæ nullam rei,aut eius quod
interest persequutionem continet.[c] Mera ratio,id est subtilis & exacta, ab
omni æquitatis interpretatione distincta.[d] Mera ratio, id est subtilis & exa-
cta,ab omni æquitatis interpretatione distincta.[d] Mera spes, sine vlla pror-
sus re.[e] & iis non pauca similia. Quorum exemplo cognoscimus † merum 7 Merum imperiū.
imperium à Iurisconsultis dici,quasi purum solùm,nec vllatenus iurisdictio-
ni,hoc est ciuilium causarum cognitioni,decisionique coniunctum.[f] Eqni-
dem nulla magis à priuatis rebus seiuncta potestas excogitari potest, ea,
qua ius gladij, in facinorosos exercetur: publicam duntaxat vindictam
atque exemplum puniendi maleficij, respiciens.[g] Sic enim pœna ca-
pitis cum pecunia nullatenus coniungitur.[h] Hanc vim (quam merum im-
perium vocamus) habuerunt olim magistratus, qui non iuridicundo, diri-
mendísve pecuniariis priuatorum controuersiis: sed capitalibus quæstioni-
bus & coercendis duntaxat maleficiis, præfecti erant. vt quæstores par-
ricidij:[i] aut qui eam prouinciam sortione in prætura consequeban-
tur.[k]

c *Mixtum est*) † mixtum dici nemo nescit quod alteri rei permixtum est.[l] 8 Mixtum.
(Vnde mixta aqua[m]) aut quod diuersorum sortitur naturam.[n] Vt mixta † 9 Mixta actio.
actio,quæ partim ab actione in rem,partim à personali naturam mutuatur.[o]
Vel quæ tam rei quàm pœnæ continet persequutionem.[p] † Vnde mixtum 10 Mixtum imperiū.
imperium dicitur,quod iurisdictioni,seu ciuilium causarum cognitioni ita
coniunctum est,& adiunctum, vt alterum alteri perpetuò insit,& insepara-

l *Arist. li. iij. polit. c. 14.* m *l. legis. ff. de legi. l. liber. homo. ij. ff. ad l. Aqui. l. idonei. ff. de testib.* n *l. & si prætor. ff. de offic. eius l. quid iussit. ff. de re iud. l. iij. ff. de arb. l. fi. ff. ne quid in loc. publ. l. iudicium. ff. de iudi.* o *l. j. ff. de constitu. prin. l. fi. §. si plures. ff. de bo. damna.* p *l. pe. ff. de iust. & iur. l. iij. ff. de adop. l. fi. ff. de offi. proconsu. l. ij. ff. de in ius vo. l. iij. §. fi. ff. de arb. l. potestatis. ff. de ver. sig.* q *l. si in aliquā. ff. de offi. procons.* r *l. iubere. infra hoc ti. & hic.* s *l. fi. ff. de offi. eius l. ea quæ. ff. ad municip.* t *l. j. §. j. ff. de offi. eius, & hic l. vers. merum.* u *l. ij. ff. de in ius voc. l. sed & si. §. & hæc l.* x *l. si. ff. ex quib. caus. maio.* x *l. nec magistratibus. in fi. ff. de iniur.* y *l. cum seruus ff. de cond. & demonst.* z *l. stipulationum alia. ff. de ver. obl. §. j. Inst. de diuis. stipu.* a *l. bona fides. depos.* b *l. qui res. §. mihi Romæ. ff. de solu.* c *l. vnic. in fi. ff. si quis ius dic. §. ex maleficiis. Instit. de acti.* d *l. si mandanero. §. fi. ff. mand.* e *Teren. in Phor.* f *l. j. §. fi. l. fi. ff. de offi. eius. & hic.* g *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. l. si à ree. §. illud. ff. de fideiuss.* h *Cic. pro do. sua.* i *l. ij §. & quia. ff. de ori. iur.* k *Cic. pro Mure. dixi. l. j. ff. de offi. eius.* l *l. idem Pomp. §. sed si plumbum. ff. de re. vend.* m *l. si eo loco. §. fi. ff. si seruus. vend.* n *l. cum seruus. ff. de cond. & demen.* o *l. actionis verb. §. fi. ff. de act. & obl.* p *§. sequens. Inst. de acti.*

biliter

biliter cohæreat.[q] diceréque verum sit, quemcunque hoc imperium habere, qui habet iurisdictionem.[r] Atque hinc patet Merum & mixtum inuicē opponi.[s] Quod & facetum illud Martialis epigramma de caupone Rauennate ostendit.[t]

Sit cisterna mihi, quàm vinea malo Rauennæ,
Cum possim multo vendere pluris aquam.
Callidus imposuit nuper mihi caupo Rauennæ:
Cum peterem mixtum, vendidit ille merum.

Diuisio vitiosa.

Quia verò vitiosa est diuisio, quæ non omnes partes integrè complectitur,[u] mera profectò sunt eorum deliramenta, qui nescio quod imperium iuridiciale comminiscuntur: quod neque merum sit, neque mixtum alioqui Vlpianum hîc ineptiæ arguemus: qui in hæc duo tantùm membra diduxit imperium.

Meri imperij diffinitio.

10 d *Merum imperium est*) † Hîc describitur merum imperium, vt sic potestas capitaliter animaduertendi in delinquentes. qualem habuerunt Romæ quondam Quæstores parricidij, capitalibus quæstionibus præfecti.[x] Deinde prætores, quibus exercitio publicorum iudiciorum obtigerat.[y] vt in prouincijs proconsules, legati Cæsaris, cæterique præsides prouinciarum.[z]

Latrunculatores. Præpositi marescalcorum.

Habent item hodie magistratus illi, qui de latrunculis seu viarum obsessoribus cognoscunt, & iudicant,[a] Galli præpositos marescallorum dicunt.

Azonis & Lotarij certamē.

11 e *Habere*) † Quis dicatur habere Merum imperium, certauerunt animose quondam duo iuris lumina, Lotarius scilicet, & Azo facta etiam equi apud sequestrum sponsione. Hic apud omnes maiores magistratus esse contendebat. Ille verò apud solùm principem, pro quo Henricus Imperator, qui tum fortè Bononiam venerat: suæ causæ nimium fauens, pronunciauit. Cæterum certior est, & verior, Azonis opinio. Cùm dicat Vlpianus, præsides prouinciarum ius habere gladij,[b] & ita merum imperium.[c] quod præterea maioribus magistratibus lege datum Iurisconsulti dicunt.[d]

habere verbum.

Neque dubium, quin *habere* verbum, ad ipsum ius referatur.[e] & verbo *dari*, iuris, proprietatísque translatio, significetur.[f] vt cesset interim nimis insolens Lotarij asseclarúmque cauillum,[g] tradentium meri imperij exercitium quidem, & administrationem maioribus magistratibus tribui. hac proinde passim administratores, executorésque vocari.[i] Cæterùm ius ipsum & proprietatem tantæ potestatis apud solum principem esse.[k] Sed hæc alibi latiùs.

Gladius.

12 f *Gladij*) † Gladius hîc, non materialiter vt aiunt, pro telo, aut alio instrumento fabrili ferróque, accipi debet: sed allegoricôs, pro quacunque pœna & animaduersione, qua reus capite plecti possit.[l] nam lex Pompeia de parricidiis, ad Merum, sine controuersia pertinet:[m] quæ tamen reum gladio non punit.[n] Rursus, pœna Corneliæ legis de falsis meri est imperij:[o] quæ tamen in delinquentem gladio non animaduertit: sed deportatione cum publicatione bonorum.[p] Nec dissimili figura, *gladij* verbum, in diuinis vsurpatur, pro bello intestino ac domestico. vt cùm dicebat Dominus, *Non veni mittere pacem, sed gladium.*[q] & nonnunquàm pro verbo Dei, quo solo resistitur Satanæ: vt vis eius omnis extinguatur.[r] & aliquando pro dolore: vt in eo loco *tuam ipsius animam pertransibit gladius.*[s] Denique pontifices excommunicatio-

Capitaliter punire,

13 nem, & anathema mucronis & gladij spiritualis verbo, significant.[t] † Capitaliter autem animaduerti in eum dicitur, qui morte, exilio, aut simili pœna coercetur.[u] quod scilicet, per ea supplicij genera, contingat eximi caput de ciuitate.[x] Quod si quis tumultuetur, & dicat ineptum esse *gladij* verbo, capitalem quamcunque animaduersionem complecti. neque id ad instru-

q l.j. §.fi.l.fi.ff. de offi.eius.
r d.l.fin. & statim dicam.
s d.l.cū seruus.
t Mart.lib.epigram.
u Cic in Top.
x l.ij.§.& quia ff.de orig.iur.
y l.j. vbi dixi. ff.de offi.eius.
z l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præs.
a l.solemnis. §. latrunculator. ff.de iudic.
b d.§. qui vniuersas.
c l.nemo potest. ff.de reg.iur.& hic.
d l.j.§.fi.ff.de of.eius.
e l.habere. ff. de ver.sig.
f l.vbi autem. §.fi.ff.de ver. obli.
g Alciat.lib.ij. paradoxo.c.6.
e d.l.j.ver.& ideo.
i l.vni.C.vt omnes obed.iud. pro l.fi. C.vt nemo.pri.
k §.j.in auth. iusiurandum quod præsta. col.ij.
l l.si quis filio. §.irritum.ff.de iniust.testa.
m l.j.ff.de off. eius.
n §. alia. de pub.iud.in Inst.
o vt hac l.
p l.j.§.fin.ff. ad l.Cor.de fal.
q Math.10.
r Ad Ephes.6.
s Luc.ij.
t quoniam. de offi.ordi. c.sollicitudinem. de appel.c.dilecto. de sent.exco. in 6.

u l.sed etsi.§.j.ff.si quis cautio.l.edicto.§ j.ff.de bo.poss.l.capitalium.ff.de pœn. x l.ij.ff. de pub. iu.l.licet capitalis.ff.de ver.sig.

mentum ferreum, quo membra damnatorum dissecantur, coarctare: propterea, quod non tantùm coercitionem à iure gladij:[y] sed etiam potestatem dandi in metallum[z] (quam tamen capitalem esse nemo negat[a]) iura separēt. Huic equidē responsū velim bonis hoc authoribus frequens esse, vt alia atque alia sit eiusdē verbi, pro subiecta materia significati[o]: quod in nomine iuris,[b] potestatis,[c] iurisdictionis,[d] Imperij,[e] notionis,[f] & aliis id genus sexcētis, apparet: quę nunc propriè, nunc figuratè, nunc latiùs, nunc angustiùs, nūc vno, nunc altero modo, secundum propositæ rei tractatum accipiuntur. Vt minimè debeat mirum videri, † si *gladij* verbum, quandoque designet instrumentum, quo artus, & membra damnatorum amputantur, nonnunquàm verò metaphoricôs, potestatem tale iudicium exercendi, hoc est animaduertendi in vitam hominis:[g] & interdum latiùs, pro quacunque graui coercitione:[h] cùm per contrarium quandoque ita comprimatur eius significatio, vt non telum, non securis, non laqueus, non ignis verbo *gladij* veniat.[i] Veluti cum Caracalla Imperator Papiniano in conspectu eius securi percusso, & à militibus occiso, percussorem increpuit dicens. oportuit gladio te exequi iussum m[e]um.[k] Et cùm damnatur quis, vt in eum gladio animaduertatur, gladio, non securi, non fustibus, aut alio modo animaduerti oportet, inquit Vlpianus.[l] quod videlicet iudex, qui certam omninò ferre debet sententiam:[m] proprium gladij significatum, velut certius, complexus esse intelligatur.[n] Cùm & in pœnis infligendis proprietatem sermonis attendamus.[o] Vnde non obstat, quòd in capitalis pœnæ condemnatione, non c[o]ntineatur ademptio vitæ: sed sola deportatio.[p] nam hoc ideo, quia pœnæ capitalis appellatio ad amissionem quoque ciuitatis vel libertatis propriè refertur.[q] cùm per id pœnarum genus verum sit caput eximi de ciuitate.[r] quare vt benigna legum interpretatione pœnæ molliantur,[s] exilium duntaxat irrogabitur.[t] 14 Gladij verbum.

g *Potestatem*) Ergo merum imperium, gladij potestas, & ius gladij inter se conuertuntur, & idem significant.[u]

h *Animaduertendum*)† In caput etiam & vitam, si res exigat. hæc enim est propria animaduersio, gladijque potestas.[x] idque disertè non vno in loco significat Vlpia. capitis pœnas tractans.[y] Proculus item, cùm in reos ex ciuitatibus fœderatis damnatos, animaduerti scribit.[z] Vnde & hanc animaduersionem, Venuleius maiorem dixit.[a] Et M. Cic. maiora iudicia nuncupat: quę de reis grauissimorum criminum exercentur:[b] quorum pœnam philosophi quoque animaduersionē vocauerunt.† statuentes, duplicem puniendis peccatis rationem, commonitionis vnam, & alteram animaduersionis. Commonitionem esse dicunt, pœnam, quę solius causa delinquentis infligitur: vt in leuioribus delictis quo scilicet castigatus ad benè, honestéque viuendum promptior fiat, & emendatior.† Animaduersionem verò appellant, cùm non tam eius qui peccauit, quàm superstitum causa, irrogatur pœna: vt metu suppl[i]cij cæteri deterreantur.[c] quod præsertim in enormibus contingit criminibus.[d] Adduntalij tertiam puniendi causam, ob tuendam scilicet, læsi hominis dignitatem & authoritatem.[e] Recipiendi non sunt igitur, qui putant, quamcunque potestatem de crimine cognoscendi iudicandíque ad Merum imperium referendam.[f] alioqui defensores ciuitatum, qui leuiorum delictorum cognitionem habent, & legitimam castigationem.[g] Magistratus item municipales, quibus castigatio modica non denegatur.[h] 15 Animaduersio. 16 Puniendi criminis duplex ratio. 17

y l. solet. ff. de of. procons. l. nemo potest. ff. de reg. z l. illicitas. §. pen. ff. de of. pra sid. a d. l. capitalium. b l. pen. ff. de iust. & iur. c l. potestatis. ff. de ver. sig. d l. j. l. fi. ff. de offi. eius. e l. quod iussit. ff. de re. iud. & hic. f l. notionem. ff. de ver. sig. g l. j. §. penul. ff. de abige. i l. si quis. §. fi. h[o]. §. territum. ff. de iniusto. testa. h d. l. solet. d. l. nemo. potest. i l. vni. C. de iis quis par. occide. k Spartia. in Caracalla. l l. aut damnū. princip. ff. de pœn. m §. curare Inst. de act. n l. in. §. haec verba. ff. de neg. gest. o l. cum lege. ff. de testa. p l vnic. C. ne Christia. mane. q l. licet capitalis. ff. de ver. sig. l. ij. ff. de pub. iud. r d. l. ij. ff. de publ. iudic. s l. interpretatione. ff. de pœn. t d. l. vni. vbi Accurs. u l. solet. ff. de offic. procons. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de effic. praes. l. nemo potest gladij. ff. de reg. iur. x l. j. §. fi. ff. de offic. eius. l. fi. ff. de cad. puniti. y l. aut damnum. §. j. l. respiciendum. §. fi. ff. de pœn. z l. non dubito. §. fi. ff. de capti. a l. si quid. ff. de offic. procons. b Cicer. pro Rabirio posthumo. c Plat. in Gorgia. d l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. e Gel. lib. 6. c. 14. f Longenal. hic. g §. audient. in auth. de defensc. ciuit. col. iij. h l. magistratus infrà hoc tit.

Impe-

imperium merum haberetur,quo nihil absurdius.[i] Prærerea proconsulum legati criminales causas audiunt:[k] quos manifestum est, ea quæ meri sunt imperij non exercere.[l] Desidero igitur summam esse potestatem, in vitam scilicet & caput delinquentis. Nam & ideo per excellentiam quandam, vt nuster Vlpianus subiicit. Merum imperium,potestas appellatur:& nonnunquàm absolutè,maior coercitio,animaduersióque dicitur.[m] interdum ius, potestásve gladij,[n] quod in eo maxima,& eximia gladij authoritate vtatur.[o] Vnde gladio cingi solebant,quibus summum istud gladij ius dabatur,ad hoc imperium significandum.[p] Minus porru ferendi sunt, qui hanc gladij potestatem ad solam sententiæ,tum ciuilis,tum criminalis exequutionem referunt,cognitionem & iudicationem criminum meri imperij esse subtiliter & argutè,magisquàm verè negantes.[q] Etenim ius gladij, quod merum imperium dicimus,[r] in cognitione, & iudicatione criminum maximè versatur.

Executio sententiæ in nudo facto.

18 [s] † Et executio nullius propè est, aut saltem perquam infimæ authoritatis: vtpotè consistens in mero & nudo facto.[t] & quæ proinde potest per simplicem apparitorem atque adeo carnificem explicari.[u] ius autem gladij velut summum & excellens habeatur:[x] solis maioribus magistratibus, & cum delectu,singulari prorogatiua concessum,[y] quibus præterea nimis absurdũ esset dicere,tantam imperij vim absque cognitione,& iudicatione lege datam.[z] Adde si placet, quod ciuilis sententiarum executio demãdari potest.[a]

Legem condere an meri imperij.

19 non ergo meri est imperij.[b] † Illud quoque ex prædictis palam esse video inexcusabiliter lapsos, qui legis condendæ potestatem ad merum imperium pertinere tradiderunt.[c] siquidem princeps legem faciendo,nec in delinquẽtes animaduertat,nec ius in foro dicat:nisi cùm cognoscens decernit.[d] quod mox latius docebo.

Potestas pro mero imperio.

20 i *Potestas appellatur)* † Quemadmodum simplici nomine magistratus,Prætorem intelligimus:[e] ita potestatis verbo(quod relatum ad magistratus,imperium significat[f]) per excellentiã,& antonomasiam quandam merum imperium demonstratur.[g] quia scilicet præstantissimam omnium exerceat potestatem,qui eo vtitur.[h] Quæ enim vis imperij maior exerceri potest ea,qua in hominem (ad imaginem Dei compositum:[i] cuius causa omnia creata,parata,& inuenta[k]) ad necem animaduertere licet?

Potestas pro magistratu.

21 † Equidem hac ratione magistratus & dignitas eius,qui tanta fulget authoritate & imperio,potestas absolutè dicitur.[l] Vnde cùm Seuerus Imperator testaretur, se nolle perpeti, vt honores gladij venderentur,adiecit,Ego non patiar mercatores fieri potestatum.[m] Veteris legis verba satis indicant, magistratum, qui pollet hoc imperio,nudo potestatis verbo demonstrari. *Magistratus* (inquit) *nec obedientem & nocuum ciuem mulcta vinculis,verberibúsque coercento: ni par maiórve potestas, prohibessit.*[n] Ex quibus non est obscurum intelligere,potestatis verbum variè in iure nostro vsurpari,frequentiùs tamen vt magistratus imperium, & authoritatem significet:[o] in habitu scilicet,non in actu. quamuis imperij verbum,promiscuè in actu & in habitu sumatur.[p] Vnde rectè diximus, quod iussum,aut vetitum est, contrario imperio tolli, non etiam contraria potestate.[q]

Mixtum imperiũ.

22 k *Mixtum imperium est)* † Mixtum imperium definit Vlpianus, cui iurisdictio inest. hoc est imperium,quod potestati iuris dicundi de ciuilibus controuersiis priuatorum cohæret.[r] Sic enim iurisdictionis verbum, contractè hoc loco accipiendum venit: vt iuridiciariam potestatem notet, qua ius in negotiis ciuilibus dicitur.[s] Nam generaliter,pro quauis publica iurisdicundi potestate vsurpari nequit,cũ ea,vti suo loco dictum est, imperium quoque merum contineat.[t]

l *Cui etiam)* Hac vocula *etiam* ducuntur plerique,vt credant mero quoque

i ea quæ & c. *k l.vnic. C.de offi.Procons.* *l si quid. ff. de of.procons.* *m l.solet. l.si quid.ff. de offi. procons.* *n l.nemo potest gladij.ff.de reg.iur.l.illicitas.§. pen. ff. de offi. præs.* *o d.l.solet. d.l. nemo.* *p Iul.Capitoli. in Gordiano.* *q Gellotus lib.ij. de iurisd.& imperio.* *r vt hac l.* *s d.l.solet. d.l.si quid.* *t l.si vt pro pœnis.l.pen. C. de exec.rei iud.* *u l.fi.ff. de iudic.* *x l.nemo potest ff.de reg.iur.l.illicitas.§.penul. ff de offi.præs.* *y l.j.in pr.ff.de of. eius d. l. si quid.* *z l.notionem.ff. de verb.sig.l.fi. C. vbi & ap. quem.* *a l. à diuo pio. in pr. ff. de re iud.* *b d.l.j.ff.de of. eius.* *c Bart. & cæt. vt hîc.* *d l.j.ff. de constit.princ.* *e l.y.§.ita in ciuitate. ff. de orig.iur.* *f l. potestatis. ff.de ver.sig.* *g vt hac l.* *h l.capitalium. ff.de pœn.* *i Genes.7.* *k Cic.lib.ij.de na. Deo.l.ij. ff. de sta.hom.*

l l.ij.§.fi.ff.de recep.arb l.eum qui.inf.hoc ti. m Lampridius in Alexa.Seuero. n Ci.li.iij.de leg. o l. potestatis ff.de ver.sig.et hic. p l.fi.ff.ne quid in lo.pub. q l.quod iussit.ff. de re iud. r l.fi.ff.de of.eius. s l.iiij.§.fi.ff.de of.procons.l.j.§.damus.ff.de suspec.tutor. t l.j.vers.& ideo.ff.de of.eius.

imperio, iurisdictionem inesse.† Si quidem implicatiuę coniunctionis ea sit natura, vt de alio idem dici debere innuat.[u] Quod nec negauerim ipse, si iurisdictionem extensè accipiamus, vt quamcunque dicendi iuris potestatem, siue de ciuilibus, siue de capitalibus etiam causis significet.[x] tunc enim mero quoque imperio inesse iurisdictio dicitur: sicut genus speciei.[y] Cæterùm vt contrahitur ad ciuilium negotiorum cognitionem cum imperio mero nullam habet affinitatem iurisdictio.[z] nam & ideo, metum paulò antè dictum probauimus, quod purum sit, & prorsus seiunctum, à iurisdictione.[a] Nec me mouerit dictio *etiam*, quæ sanè hoc loco non implicat. sed pro *preterea*. & *item*, ponitur, vt cùm Leonida Plautinus ait.[b] 23 Etiam dictio.

Nemo etiam me accusauit.

Et cum Dauus Terentianus dicebat,[c]

Opinor narras? non rectè accipis.
Certa res est, etiam puerum inde abiens conueni Chremis.

Et M. Cicer. Adoptat annos (inquit) viginti natus, minor etiam, senatorẽ.[d] Rursus alibi. Cùm multa maledicta, versus etiam obscœnissimi, in Clodiũ dicentur.[e] Pleni sunt profecto huius generis loquutionum libri. vt hîc ad rem nostram, nec inconcinnus sit Vlpiani sensus, huic magistratus imperio, quod mixtum appellamus, præterea iurisdictionem inesse.

m *Iurisdictio)*† Iurisdictionem generatim hoc loco, sicuti præmonui, accipere non possumus. Nam & eam mero quoque imperio inesse constat.[f] sed contractè positam intelligere conuenit, pro facultate iuris dicendi de re priuata & ciuili negotio.[g] quæ sanè decretis omnibus prætoris & magistratuum continetur, vt quæ mox subiiciemus exempla demonstrabunt. 24 Iurisdictio quid.

n *Inest)* Hoc est adhæret, & continetur. Sic enim Paulus pacta incontinenti facta stipulationi inesse dixit.[h] & Vlpianus, in empto paratũ.[i] Nec dissimiliter Iustinianus administrationi magistratuum adhærere iurisdictionem.[k] & alibi Papinianus, hoc mixtum imperium iurisdictioni cohærere tradit.[l]† Quæ omnia, vt intelligas perfectè, considerandum est tum dici propriè iurisdictionem inesse Mixto imperio, cùm hæc imperij vis, in ciuili negotio principaliter exercetur.[m] Veluti cum prætor, in integrum restituit,[n] Iudices litigatoribus dat,[o] bonorum possessionem decernit,[p] cauere iubet ex causa damni infecti,[q] in possessionem ventris nomine mittit, aut legatorum seruandorum causa,[r] vel aliis postulationibus extraordinariis (quas nos officij iudicis implorationes vulgò dicimus) morem gerit.[s] Vbi verò liti principaliter motæ super ciuili negotio, Mixtũ hoc imperium subseruit, iurisdictionísque de ea re explicandæ causa exercetur, cohærere tum significanter dicitur iurisdictioni.[t] hoc est iudicationi litis, per actionem ordinatæ, inseparabiliter propemodum coniungi, quod sine eo deludi possit iurisdictio.[u] cuius generis est imperium, quod exercetur in contumaces, & non parentes iudicis præceptis, eos coercendo.[x] Neque verò caret fructu hæc distinctio mixti imperij, cui iurisdictio inest, ab eo quod cohæret iurisdictioni.† Si quidem hæc iurisdictioni cohærens authoritas, non modò specialiter mandari posit: sed mandata etiam generali iurisdictione transeat.[y] quod sine eo deluderetur facilè iurisdictio.[z] Et data simpliciter iurisdictione, omnia censeantur concessa sine quibus inutile concessum reddi posset.[a] Imperium verò cui inest iurisdictio, mandari quidem nominatim potest:[b] cæterum mandata simpliciter iurisdictione, non transit: nisi singularis causæ fauor postulet.[c] 25 Inesse.

o *In bonorum possessione consistit)* Consistit maximè hoc imperij genus in dãda bonorum possessione. quod & M. Ciceto, perspicuũ facit. cùm prætoriæ

u l. sunt quoque ff. de hered. inst. x l. j. ff. de of. eius. y l. si quid eorum. §. j. ff. de leg. iij. z d. l. j. §. fin. a l. j. §. fin. & l. fi. ff. de offi. eius. b Plaut. in Asinaria. c Terentius in Andria. d Cic. pro domo sua. e Cic ad Q. fr. f l. j. ff. de off. eius cui mand. g l. j. §. damus. ff. de susp. tutor. h l. lecta vers. dicebam. ff. si cer. pet. i l. si quid. §. j. ff. de leg. iij. k l. fi. vers. pe. C. vbi & ap. quem. l l. j. §. fi. ff. de of. eius. m vt hac l. n l. ea quæ. ff. ad municipal. o l. j. §. hoc tit. p vt hac l. q l. iubere. inf. hoc titu. r l. cognitio. §. fin. ff. de offi. eius l. seq. s l. hereditas. in fi. ff. de petitio. hered. l. pecuniæ. §. actionis. ff. de ver. sig. t l. fi. ff. de of. eius. u c. ex literis. de of. deleg. d. l. fi. x l. vnic. ff. si quis ius dic. y l. fi. ff. de of. eius cui mand. z d. c. ex literis d. l. fin. a l. ij. hoc titu. b l cognitio. §. j. ff. de of. eius. l. fi. C. vbi & apud quem. c d. l. cognitio. in princ.

potest

potestatis esse probat, dare bonorum possessionem. Das, inquit, bonorum,

Bonorum possess. dare mixti imperij.

27 possessionem, ei qui non iurauit, concedo: prætorium est.[d] Hæc ille.† Equidem potestas hæc decernendi bonorum possessionem, solo prætoris imperio explicabitur: qui pro arbitrio edictis propositis ex eisdem bonorum possessiones dabat.[e] Verum cùm Saluius collecta prætorum edicta, velut ad formam ordinarij iuris redegisset:[f] cæpit ei rei etiam inesse iurisdictio, quæ sicuti diximus, in disceptatione ciuilium causarum versatur.[g] Accipi autem hæc Vlpiani verba volo: vt non tantùm eam includant, qua decreto suo iubet prætor, vt possideamus. veluti cùm mittit in possessionem bonorũ contumacis rei seruandæ causa, vel ex Carboniano, vel ventris nomine: sed eam quam ex edicto prætoris mortui viuus decernit.[h]

p *Iurisdictio*) Contractè, & in specie sumpta. qua nimirùm de pecuniariis & ciuilibus negotiis priuatorum ius dicitur:[i] nisi malis legere, quæ sequuntur verba, aliter quàm vulgò fiat. vt scilicet loco *iudicis dandi*, cùm quibusdã nec indoctis, *iuris dicendi*, reponeres.[k] tunc enim Iurisconsultum cognosceremus euidenter iurisdictionem in genere sumptam definire voluisse: quæ sanè aliud est nihil quàm licentia, hoc est facultas iuris dicendi.[l]

q *Iudicis dandi*) Cùm hæc verba non, nisi difficulter, & durè prædictis annectantur, & verisimile sit descripto vtroque imperio, Vlpiánum quoque voluisse iurisdictionem describere, quæ in genere considerata, vt iam dixi, potestas est iuris dicundi aliquando ferè persuasus sum corruptum hunc locum credere. & cùm à Iurisconsulto scriptum esset, *iuris dicendi*[m] librarios obtrusisse nobis, *iudicis dandi*, quod & verborum affinitas suadet, perfacilè fieri potuisse.[n] Placuit tamen magis postea collecta ex vetustissimo quodam codice emendato in quo posteriora hæc verba legebantur. *Iurisdictio est, & in iudicis dandi licentia.* Quæ profectò illustriorem multò faciunt Vlpiani mentẽ, ita vt velit Iurisdictionem non tantùm inesse dationi bonorum possessionis, similibúsque decretis prætorijs: sed etiam potestati dandi iudicem.[o] cùm vis & authoritas ius dicentis, hoc est prætoris, non solùm in decernendo, & iudiciis constituendis posita sit: verùm & in dandis quoque iudicibus.[p] Dari autem non possunt iudices in causis meri imperij: sed in ciuilibus duntaxat controuersiis priuatorum.[q] & in quibus propriè exercetur officium ius di-

Dare iudicem an iurisdictionis.

28 centis, & iurisdictio[r].† Verũ nec omnes qui iurisdictionem habent, iudices dare possunt, sed iis tantùm, quibus lege aliqua, vel more, propter vim, hoc est magnitudinem imperij, concessum est.[s] quo fit manifestum eum potestatem iudicis dandi, seu vt vulgò loquimur, delegandi iurisdictionis absolutè non esse, sed magis imperij[t]. Qua occasione arrepta. & quoniam ad nostræ legis finem propemodùm peruenimus, ex prædictis summatim declarandum est, quæ causæ meri imperij, aut mixti, esse dicantur, & quæ iuris-

Causæ meri, mixti imperij & iurisdictionis.

29 dictionis.† Et illud imprimis constat, causas ciuiles priuatorum iurisdictionis esse.[u] quæ verò non ad distribuendas priuatorum controuersias, sed ad capitalem delictorum coercitionem pertinent, absolutè imperij dici.[x] cùm nihil habeant cum iurisdictione commune.[y] Nam & ideo merum imperium, vt suprà probauimus dictum, quòd simplex, & purum sit, à iurisdictione discretum, & separatum. Neque verò temerè adieci capitalem, vt maiorem scilicet & grauem animaduersionem includerem.[z] Nam ciuitatum defensores, & municipiorum magistratus, coercere leuia crimina possunt,[a] neque tamen ideo imperij meri causas tractare dicuntur.[b] cum nec mixtum quidem imperium habeant.[c] Vnde has leuiores delictorum quæstiones, & coercitiones iurisdictionis esse censuerim, non quòd ciuiles sint, sed quoniam eas lex quod attinet ad iuridiciariam potestatem, ciuilibus adæquauit[d]. atque adeo sub pecuniariis clau-

d Cic. in præt. verba.
e l. fi. C. qui ad mitti. §. quos autem. de bon. poss. in Inst.
f l. ij. ff. de sta. ho.
g l. obseruare. §. fi. ff. de of. procons.
h l. iij. §. à municipibus. de bonor. pos. l. j. §. decretalis. ff. de succes. edic.
i d. l. obseruare. §. fi.
k Viglius §. præterea Instit. qui. non est per mi. f. s. test.
l l. j. ff. de of. eius. l. j. §. damus ff. de susp. tuto.
m l. ij. C. cõ. vtriusque iud.
n Viglius vbi. supra.
o l. j. §. hoc tit.
p Ci. pro Rosc. Comœd pro Cecinna & in Verrem. d. l. j. vbi dixi.
q l. solet. ff. de of. procon. l. j. ff. de of. eius l. nemo potest. ff. de reg. iur.
r l. j. §. d omnus. ff. de susp. tut.
s l. cum prætor. §. j. l. pen. ff. de iudic.
t l. j. in fi. vbi dixi. §. hoc tit.
u l. j. §. damus. de susp. tut.
x l. j. §. fi. ff. de of. eius.
y l. fi. ff. illo tit.
z l. solet. l. si quid. ff. de of. procons.
a §. audient. in auth. de defenso. ciuit. coll. iij. l. magistratibus. hoc. tit.

b l. defensores. ij. C. de defens. ciuita. c l. ea qua. ff. ad municipal. d l. ij. in fi. ff. de publ. iud.

sit.[e] Exæquatorum autem à lege, eadem est censura, idemque iudicium.[f] Sunt porrò quædam causæ, quæ neque iurisdictionis absolutè, neque imperij simpliciter, esse dicuntur: sed magis imperij, quàm iurisdictionis, Vt quæ nulla actione proposita, sed mero ius dicentis officio, aut eius cui mandauit iurisdictionem, expediuntur. † Veluti restituere in integrum, 30
iubere cauere, bona rei seruandæ causa possidere, & alia id genus.[g] in quibus scilicet prętor & magistratus suum principaliter exercet imperium. neque iurisdictio, nisi in consequens ad id consideratur: tanquàm ea, huic insit, & contineatur imperio.[h] Contrà verò causæ quas actionis iure persequimur: vt ex vendito, locato, stipulatione, & alia istiusmodi, licet & iis mixtum imperium cohæreat.[i] magis tamen iurisdictionis, quam imperij dici debent.[k] Atque hinc apparet, quàm longè à vero absint, qui restitutionem in integrum aduersus expressa legis verba,[l] iurisdictionis esse contendunt. Quos & illud præterea prosternit: quia magistratus municipales, quæcunque iurisdictionis sunt, haud dubiè explicant.[m] qui tamen in integrum non restituunt.[n] Et certè, si restitutio in integrum iurisdictionis esset: frustra veteres dubitassent, vtrum mandata generali iurisdictione transiret.[o] Addunt nec insubtiliter nonnulli, in iurisdictione versari semper potestatem iudicandi, diffiniendique lites per sententiam.[p] Qui autem in integrum restituit, non fert sententiam, sed ad futurum iudicium viam parat, recisso obstaculo.[q] Neque verò ex prædictis putandum (quod tamen interpretes grauiter fefellit) omnes omninò causas, & quæcunque negotia per
magistratus expediuntur, vel imperij, vel iurisdictionis esse.† Nam & quæ- 31
dam est reperire, quæ neque iurisdictionis sunt, neque imperij: sed vel simplicis & nudæ facultatis: vt ædium sacrarum & operum publicorum curatio.[r] vel singularis prærogatiuæ, à lege nominatim alicui tributæ: vt tutoris datio.[s] quam potestatem priuatus, nempè pater, exercet,[t] quæ iuridiciaria tamen non fungitur authoritate.[t] Verba autem iurisdictionis, & imperij, forensia sunt: quæ proinde ad magistratus inter litigatores ius reddentes
duntaxat referuntur.[u] † Vnde & illud constat toto eos errare cælo, qui do- 32
cent, condendæ legis potestatem meri esse imperij.[x] cùm princeps legem
sanciendo, nec animaduertat in delinquentes, nec ius in foro dicat.†Neque 33
iurisdictionis igitur, nec imperij est legem condere: sed principalis authoritatis, lege Regia, principi concessæ,[y] cuius hodie solius est iura condere.[z] eiusdémque generis censeri debent, cætera quæ principi peculiariter reseruata leguntur: quatenus præsertim nihil in foro decernit: vt interponere authoritatem arrogationi:[a] restituere famæ aut natalibus:[b] dare commeatum, remeatúmue exuli:[c] concedere veniam ætati,[d] & iis similia, quæ nullius imperij, neque iurisdictionis censeri debent: sed facultatis ad solum principem lege de re nominatim lata pertinentis.[e]

r *Licentia*) † Hoc est arbitrium, & libera facultas. quo verbo Iurisconsulti
nostri passim in bonã partem vtuntur. Latini tamẽ authores videntur in ma- 34
lam ferè semper accipere. & quod in bonis libertas est, in malis, vt monet Quintilianus licentiam dicere. Terentius.[f]

Nam deteriores omnes sumus licentia.

Et M.Cic. Tu in ciuis domo (inquit) simulachrum non libertatis publicæ: sed licentiæ collocasti.[g] & alibi. Nisi multorum impunita scelera tulissemus: nunquam ad vnum tanta peruenisset licentia.[h] † Atque hinc leuem nactus
ansam Val. iurisc. nostros ridet: qui *licentiæ* verbum, in bonam partem acci- 35
piunt.[i] Sed cum licentia, à verbo *liceo*, & *licet*, deducatur: verbum autem *licet*, ad honestas quoque actiones referatur, cur non idem *licentiæ* nomine dicamus, non planè video. Adde quod apud ipsum quoque M. Tul. hoc verbum in bonam partem acceptum legimus. Poeta numeris astrictior inquit, verborum licentia liberior.[k] & alibi. Nobis autem nostra academia magnam licentiam dat: vt quodcunque probabile maximè occurrat,

Restitutio in integrum, imperij vel iurisdictionis.

Neque imperij, neque iurisdictionis.

Condere legem an meri imperij. Principi reseruata.

Licentia.

Valla notatus.

e l. fi. ff. de fer.
f l. j. ff. de leg. j. l. si quis seruo. C. de fur.
g l. iubere hoc tit. l. ea quæ ff. ad municip.
h vt hac l. versic. mixtum.
i l. fi. ff. de of. eius.
k l. j. §. damus ff. de susp. tut.
l d. l. ea quæ.
m l. vn. ff. si quis ius dic. l. nec magistratibus.
n fi. ff. de minor.
n d. l. ea quæ.
o l. fi. C. vbi & apud quem.
p l. notionem. ff. de ver. sig.
q §. rursus. de actio. in Inst.
r l. si in aliquã. ff. de of. procõs.
s l. muto. §. tutorus. ff. de tutel.
t dixi l. j. hoc tit.
t l. j. ff. de testa. tutel.
u l. notionem l. potestatis. ff. de ver. sig.
x Bar. & doct. hic.
y l. j. ff. de constit. princip.
z l. fi. C. de legib.
a l. ij. ff. de ado.
b l. j. §. de qua. ff. de postul. §. illud & §. pen. in auth. quib. mod. nat. effi. sui col. 7.
c l. relegat. in fi. ff. de pœn.
d l. ij. C. de iis qui ven. eta. imp.
e l. quis sine ff. de neg. gest. l. j. ff. de of. pre. vrb.
f Terent. in Heauton.
g Cic. pro domo sua.
h Cic. li. j. offi.
i Laur. Valla. lib. 4. c. 17.
k Cic. de orat.

occurrat, id nostro iure liceat defendere.[l] qui Ciceronis loci, coarguere mihi videntur subtilem Vallę sententiam, de *licentia* verbo, ita differentis.[m] Licentia est impunita facultas loquendi, vel agendi quæcunque placent. & in verbis semper in malam partem accipitur, pro temeritate scilicet loquendi, quæ velis: in factis verò, interdum in bonã.[n] nam & in verbis, M. Cic. dictionem licentia, in bonam partẽ vsurpat. & alibi, cum ait, verba prisca quæ sunt poetarum licentiæ liberiora.[o]

l Cic. lib. iij. of. m Val. lib. iij. c. 17. n Cic. de ora. & iij. offi. o Cic de orató.

L. CCIC. IVBERE.

Idem lib. 1. ad Edictum.

Iubere cauere[a] prætoria stipulatione,[b] & in possessionem mittere, imperij[c] magis est,[d] quàm iurisdictionis.[e]

SVMMÆ.

1 *Iussus de cauendo quando imperij.*
2 *Prætoriæ stipulationes.*
3 *Magis dictio.*
4 *Iurisdictionis & imperij.*
5 *Magistratus municip. quandoque possunt ea quæ sunt imperij.*
6 *Causa damni infecti.*

Iussus de cauendo. 1 a IVbere cauere) Simul in possessionem mittere, vt sequitur. † Neque enim putandum, solum cauendi iussum dici magis imperij, quàm iurisdictionis. sed iussum, vnà cum missione in possessionem aduersus non cauentem. hæc enim duo coniuncta, ad imperij naturam magis accedunt, quàm iurisdictionis: non etiam solus iussus. alioqui falsò sequeretur iussum à iudiciali stipulatione procedentem, in qua iudex iubet. & cogit de dolo cauere, ad imperium magis quàm ad iurisdictionem pertinere.[a]

Prætoria stipulatio. 2 b *Prætoria stipulatione)* † Prætoriam stipulationem, iuris authores finierunt eam esse, quæ à mero prætoris officio venit. Vt damni infecti, & legatorum.[b] neque enim alius quispiam, ex iis causis cauere iubet, præter ipsum prætorem, aut eum qui pari fungitur authoritate: vt ædilem Curulem:[c] & in prouinciis, præsidem.[d] Nam quod Magistratus municipales, cautionem, & possessionem habeant ex causa damni infecti: non est ex propria eorum potestate: sed quoniam hæc eis capitula prætor, vel præses iniunxit.[e]

c *Imperij)* Quæ causæ dicantur imperij, quæ iurisdictionis, & quæ magis imperij, quàm iurisdictionis, dilucidè iam exposuimus, vt hîc inculcare superuacaneum putem[f].

Magis dictio. 3 d *Magis)* † Nemo nescit, dictionem *magis*, aduerbium esse, idem quod plus, significans. retinet autem comparatiuum, positiui naturam.[g] Vnde non ex proprietate sermonis, sed ex interpretatione, dictum est à Iurisconsultis, minus tributum, minúsque solutum intelligi, & si nihil tributum, aut solutum est.[h] † Et in huius legis specie magis imperij, quàm iurisdictionis, ea dicuntur, quæ iurisdictionis quidem sunt, & imperij. Cęterùm magis ad imperium respiciunt, quàm ad iurisdictionem[i]. Porrò autem stat semper comparatiuè, dictio *magis*, inter extrema inæqualia[k]. vt si magis doctum, quàm Titium dicerem. Etenim implico, Titium quoque doctum esse, At vbi inter extrema contraria locaretur, non compararet, sed eligeret necessariò: hoc est vt crassiùs loquimur, non comparatiuè staret, sed electiuè[l] Cum ad vnius contrarij positionem, alterius remotio sequatur[m]. veluti si dicerem magis laudabile virtuti, quàm vitio operam dare, aut magis diuitias, quàm paupertatem optari[n].

Iurisdictionis & imperij. 4 (beside "est. † Et in huius legis specie…")

Magistratus muni. quandoque poss. ea quæ sunt imperij.

Caussa damni infecti. 5 e *Quam iurisdictionis)* Obstat, † quia quæ magis sunt imperij quàm iuris-
6 dictionis magistratus municipalis non explicat[o]. † & tamen cauere iubet,

a l. stipulationum aliæ. in pr. ff. de ver. oblig. b l. stipulationum aliæ. ff. de verbor. oblig. §. j. de diuis. stipulat. Instit. c §. prætorum. Inst. de iur. na. §. j. d l. ex omnibus cum l. seq. ff. de officio præsid. e l. iiij §. duas. ff. de damn. infect. f dixi l. præcedenti. g l. vbi autem. in pr. ff. de verbo. oblig. l. cum filius. §. pater. ff. de leg. ij. h l. illud. §. j. ff. de tribut. l. minus. ff. de ver. sig. i l. ea quæ. ff. ad municip. k l. Stichum qui. ff. de leg. j. l. & magis. ff. de solu. d. l. ea quæ. & hic. l l. is cui. ff. vt in possess. lega. l. si decem ff. de ver. obl. m l. si ancillam. ff. pro suo. n l. j. ff. com. diuid. l. in commodato. §. sicut. ff. commod. o l. ea quæ. ff. de ad municip.

& mittit in possessionem ex causa damni infecti,[p] Sed illius causæ fauor & desiderata ob imprudẽs periculum celeritas[q] effecit, ne ex hoc duplici capite cautionis scilicet, & missionis, prætor iurisdictionem sibi reseruaret: sed vtrunque duumuiris permitteret,[r] cæterorum authoritatem retinens, veluti diem cautioni præstituere, iubere possidere ex secundo decreto (quo possessor pro domino esse incipit[s]) aut vt decedatur de possessione.[t] nec proptereà quod hoc speciali casu municipalibus magistratibus iniuncta sunt, singulari prærogatiua causæ cautio, & possessio iurisdictionis, magis quàm imperij censeri debent: sicuti nec causæ meri imperij. ideò tales esse desinũt, quod speciali absentiæ casu demandentur.[u]

p l. dies. §. duas ff. de dam. infect.
q l. ij. ff. de fer. l. j. ff. de dam. infect.
r d. l. dies. §. duas.
s l. si cui ff. vt in possess. lega.
t d. §. duas.
u l. j. ff. de offi. eius.

L. V. MORE.

Iulian. lib. 7. Digestorum.

More maiorum[a] ita comparatum est, vt is demum iurisdictionem mandare[b] possit, qui eam suo iure,[c] non alieno beneficio[d] habet.[e]

SVMMÆ.

1 *More maiorum.*
2 *Mandare iurisdictionem.*
3 *Iurisdictionem qui suo iure habeant.*
4 *Beneficio alieno habere.*
5 *Delegatus non habet iurisdictionem.*
6 *Triumphus benar maximus.*
7 *Magistratus municip. non delegant.*

a *More maiorum*) Mos maiorum dici solet, † vetus prudentum institutum, 1
quod maiorum vsu & consuetudine comprobatum, ad nos sine scripto peruenit: vt meritò more maiorum id fieri dicamus, quod ca solemnitate fit, eóque ritu & ordine, qui maioribus quondam in vsu fuit.[a] Vnde cùm Cornelio Lentulo, triumphum postulanti, senatus respondisset, se à maioribus exemplum non accepisse; Vt qui neque Dictator, neque consul, neque prætor, res gessisset, triumpharet: tamen assentiretur, vt ouans ingrederetur vrbem. T. Sempronius Longus (inquit Liuius) intercessit, nihilomagis id more maiorum, aut vllo exemplo futurum dicens.[b] Et rogatus de pœna Antistij prætoris, qui aduersus principem probrosa ediderat carmina. Iunius Marullus consul designatus, adimendam (inquit Tacitus) reo præturam censuit, necandúmque more maiorum. Cæteris inde assentientibus, Pœtus Thrasea multo cum honore Cæsaris, & accerrimè increpito Antistio, non quicquid nocens reus pati mereretur, id egregio sub principe, & nulla necessitate obstricto senatu, statuendum disseruit. Carnificem, & laqueum pridem abolita, & esse pœnas legibus constituras quibus sine iudicum sæuitia, & temporum infamia supplicia decernerentur: quin insula publicatis bonis quo longiùs sontem vitam traxisset, eo priuatim miserior, vt publicæ Clementiæ maximum exemplum futurum.[c] Quæ verba, cum Crispi Sallustij locum illustrant: quo senatum laudata Catonis sententia in Catilinæ coniuratione censuisse refert, vt de Lentulo, Cæthego, Statilio, & Cæpario, more maiorũ, supplicium sumeretur,[d] quippe ad veterem consuetudinem respicit author qua Romani vtebantur, ante Porciam, similésque leges, quæ condemnatis ciuibus, posteà noluerunt animam eripi: sed exilium permiserunt. vt perbelle Cesar & grauiter apud eundem Salustium disseruit.

More maiorum. (margin)

a l. pen. vbi dixi. ff. de iusti. & iur.
b Liuius li. 32.
c Corn. Taci. li. 14.
d Sallust. in bello Catilinario.

b *Mandare*) † Mandari propriè dicitur iurisdictio, cùm vel omnis in vni- 2
uersum, vel species vna, aut in personas certas, demandatur.[e] vt fit legatis à proconsule.[f] Dare verò iudicem, est certam vnam & particularem litem: veluti Titij & Mæuij, alteri cognoscendam, iudicandámque committere.[g]

Mandare iurisdictionem. (margin)

e l. j. §. fi. ff. quis & à quo. l. solet l. prætor. hoc ti.
f l. obseruare. §. fi. ff. de offi. procon.
g l. sæpè. in fi. ff. de offi. præf. l. à iudice. C. de iudi.

c *Suo*

Iurisdictio suo iure competens.

3 c *Suo iure*) † Iurisdictionem suo iure habere dicitur, qui eam vt propriam
habet, vel à principe, vel à lege aliqua, delatã.[b] Vt prætor, præfectus vrbi, cæ-
teríque Romæ magistratus & in prouinciis, proconsul, legatus Cæsaris, & re
liqui præsides prouinciarum.[i]

Iurisdictio alieno beneficio.

4 d *Alieno beneficio*) † Qui nec à lege datam habet iurisdictionem nec à prin
cipe (qui dicitur in terris lex animata,[k] & ad quem solùm hodie magistra-
tuum creatio pertinet.[l] sed eam accipit à magistratu non iure suo, iurisdi-
ctionem habere dicitur, sed alieno beneficio.[m] Vt legatus proconsulis, cæte-
ríque quibus proconsules, aut alij summi magistratus iurisdictionem demã-
dant.[n] Vnde nec proprium quicquam habere dicuntur: sed eius qui manda
uit, iurisdictione, & authoritate fungi.[o] Nec ad rem pertinet, quod procon-
sulis legatus iudicem dare possit:[p] & tradat hîc Vlpianus, eum non posse mã
dare iurisdictionem, qui eam aliena prouidentia habet. nam aliud est (vt ad-

Delegat. non habet iurisdictioné.

5 monui sæpè) iudicem dare, & aliud mandare iurisdictionem.[q] † Et iudex
datus, notionem quidem habet: hoc est simplicem cognoscendi iudicandí-
que facultatem, non etiam iurisdictionem.[r] Vnde lata mox sententia iudex
esse adeo desinit,[f] vt nec quidem à se iudicatum exequatur.[t] Denique quòd
legatus iudicem dare possit, minimè credendum est, venire vi mandatæ iu-
risdictionis: sed quia hoc ei nominatim lex concessit:[u] quod alibi pluribus
explico.[x]

Triumphus honor maximus.

6 e *Habet*) Potentior siquidem est causa, quæ proprio iure, quàm quæ alie-
no beneficio obuenit.[y] † Vnde & olim triumphus, qui fuit honor redeun-
tibus in vrbem cùm victoria propositus omnium maximus, iis tantùm à S.P.
Q.R. decernebatur, qui suis auspiciis bellum gessissent: nam si alienis, vt Im-
perator, aut proconsul, per legatos, non ipse qui gessisset, sed is cuius nomi-

Magistratus municipalis an deleget.

7 ne gestum erat, triumphabat. An autem † magistratus municipales iudicem
dare possint: vetus est scriptorum controuersia, quam opportuniore loco
excutiam.[z]

L. VI. ET QVIA.

Paulus lib. 2. ad Edictum.

Et quia nec principaliter [a] ei [b] iurisdictio data est, nec ipsa lex [c] defert, sed confirmat [d] mandatam iurisdictionem: ideóque si is qui mandauit iurisdictionem, decessetit, antequàm res ab eo cui mandata est iurisdictio, geri cæperit:[e] solui mandatum [f] Labeo ait, sicut in reliquis causis [g].

SVMMÆ.

1 *Principale, principaliter.*
2 *Iurisdictio consuetudine quæritur.*
3 *Confirmare quid.*
4 *Citatio perpetuat.*
5 *Mandatum soluitur morte.*
6 *Res integra.*
7 *Dignitas non moritur.*
8 *Mors mandantis.*

Principaliter.

1 a PRincipaliter) Hoc est à principe. † Vt enim principale dixerunt Iuriscõ-
sulti pro eo quod principis est, & ad principem spectat.[a] ita principali-
ter pro eo quod à principe manat, principe maximè dignum. Quid vitam
(inquit Plinius) quid mores iuuentutis, quam principaliter formas.[b] Quod
verò quidam hîc exponunt principaliter, id est recta, & vt vulgus loquitur,
de directo, velut latinæ locutioni repugnans: nullatenúsque Pauli sententiæ
cohærens, repudiamus.

b *Ei*) Cui iurisdictio mandata est.

Iurisdictio consuetudine quæritur.

2 c *Lex*) Scripta scilicet. † Neque verò me fugit moribus & cõsuetudine quę
ri iurisdictioné.[c] Cæterũ *legis* verbo, consuetudiné potiùs, quàm scriptum
ius venire, nusquã memini me legisse, quin potiùs legem moribus opponi.[d]

h l. j. ff. de offi. eius l. seq. hoc tit.
i l. j. l. ex omnibus. cum l. seq. ff. de offi. præf.
k §. fi. in auth. de consul. col. iiij.
l l. j. ff. ad l. Iul. ambit.
m l. j. §. qui mãdatam. ff. de offi. eius.
n l. obseruare. §. fi. ff. de offi. procon.
o d. §. qui mandatam.
p l. cum prætor §. si quoque. ff. de iud. l. legatus. ff. de offi. proconf.
q l. j. §. fi. ff. quis & à quo l. à iudice. C. de iudi.
r l. aut prætor. ff. de re iudi. d. l. à iudice.
ſ l. iudex. ff. de re iudic.
t l. à diuo Pio. in pr. ff. illo tit.
u l. pe. ff. de iudi. d. §. si quoque.
x d. l. legatus. & l. eum qui. hoc tit.
y l. si Augusta ff. de leg. ij. l. si filius. § erit. ff. de fid. lib.
z l. eum qui. infrà hoc tit.

a l. vnic. ff. de offi. præf. præt. l. si arrogator. vbi dixi. ff. de adopt.
b Plin. in panegyr. Traiani.
c l. j. C. de emãcipat. lib. l. viros. C. d. diuer. offi. lib. 12. cum contingat de for. comp. c. duo de offi. ordi.
d l. libertinus. ff. de ritu nup.

d *Confirmat*) † Aliud est igitur dare, aliud confirmare: non enim dat, qui cō- 3
firmat:[e] sed imperfectum perficit:[f] nisi fortè confirmetur actus qui nunquā
fuit,[g] aut fuit quidem, sed inutiliter.[h]
e *Geri cœperit*) † Res geri cœpta dicitur, per citationem solam, qua de- 4
mandata iurisdictio fit perpetua, hoc est per mortem quoque mandantis
durat.[i]
f *Solui mandatum*) † Mortuo eo, qui mandauit iurisdictionem, † re integra, 5
hoc est priusquàm negotium tractari cœperit, extinguitur mandata iurisdi- 6
ctio. Quod si res non sit integra, quia nondum cœptum sit negotium
coram dato iudice: non finietur morte mandantis eius iurisdictio: sed
cœptum coram eo iudicium ibi finem accipiet.[k] Ideóque Iulius Paulus
scribit, solere iudices à præside datos in tempus etiam successorum eius
durare, cogíque pronunciare.[l] Quæ verba perspicuum faciunt, antequàm
decederet præses, qui iudices dedit, rem geri cœptam, & vsque ad sen
tentiam, quam cogi ferre datos iudices, illîc constitutum est. Sunt ta-
men certi casus, quibus mandatum iurisdictionis morte non dissoluitur: ve-
luti in inquisitore hæresis,[m] & executore gratiæ apostolicæ.[n] Porrò autem
eius quoque morte, cui mandatum est, finiri iurisdictionem cōstat:[o] nisi sub
nomine dignitatis rescriptum esset.[p] † Dignitas namque, sicut ecclesia,[q] 7
nunquam moritur.[r]
g *Reliquis causis*) † Equidem in quibuscunque causis, regulare videtur, vt 8
morte mandantis re integra mandatum dissoluatur,[s] prætérquàm ob vtilita
tem commerciorum, & promiscui vsus.[t]

Confirmare. — Citatio perpetuat. — Mandatū soluitur morte mandantis. — Res integra. — Dignitas nunquā moritur. — Mors mādantis.

e l. si donatæ. §. fi. ff. de do. inter vir. f §. sed interim in auth. defens. ciui. col. iij. g l. si donatio. C. de dona. h l. adoptio nō iure. ff. de adop. l. legata inutiliter. ff. de legat. j. §. fi. de tut. in Inst. i c. gratum. de offi. deleg. e. fi. de offi. lega. k l. vbi cœptū. ff. de iudic. l l. venditor. §. fi. ff. de iudic. m c. ne aliqui. de hæret. in 6. n c. si super gratia. de offi. dele. in 6. o l. inter causas §. j. ff. mand. p §. & hæc verò iubemus. in auth. vt nulli iudi. col. 9. c. quoniā abbas. de offi. dele. q c. liberti ecclesiæ. 12. q. ij. r l. annua. §. Attia. ff. de ann. leg. c. si gratiosè. de rescr. in 6. s l. fi. ff. de solu. l. mandatū. C. manda. §. recte Inst. illo tit. t l. si quis mancipus. §. si impubes. ff. de institor.

L. VII. SI QVIS ID.

Vlpianus lib. 3. ad Edictum.

Si quis id, quod iurisdictionis perpetuæ[a] causa, nō quod prout res incidit[b] in albo,[c] vel in charta, vel in alia materia propositum erit, dolo malo corruperit, datur in eum, quinquaginta* aureorum[d] iudicium, quod populare est.[e] Serui quoque[f] & filijfamiliarum verbis edicti continentur. Sed & vtrumque sexum prætor complexus est.[g] Quòd si dum proponitur, vel ante propositionem quis corruperit, edicti quidem verba cessabunt. Pomponius autem ait, sententiam edicti, & ad hæc porrigendam esse.[h] In seruos autem si non defendantur à dominis, & eos qui inopia laborant, corpus torquendum est.[i] Doli mali autem in verbis edicti ideo fit mentio, quòd si per imperitiam,[k] vel rusticitatem,[l] vel ab ipso prætore iussus,[m] vel casu[n] aliquis fecerit, non teneatur.[o] Hoc verò edicto tenetur, & qui tollit, quamuis non corruperit. Item & qui suis manibus facit, & qui alij mandat. Sed & si alius sine dolo malo fecerit, alius dolo malo mandauerit: qui mandauit, tenebitur. Nam & si plures fecerint, vel corruperint, vel mandauerint, omnes tenebuntur.[p]

*al. quingentorum.

SVMMÆ.

1 *Iurisdictio perpetua.*
2 *Edicta prætorum duplicia.*
3 *Album prætoris.*
4 *Aureus.*
5 *Asses Gallici.*
6 *Pœna cui applicetur.*
7 *Popularis actio.*
8 *Masculinum fœmininum continet.*
9 *Ratio decisionem regit.*
10 *Interpretatio extensiua.*
11 *Luat in corpore, qui non habet.*
12 *Imperitia an excuset.*

13 *Rusti-*

13 *Rusticitati quando parcendum.* 15 *Fortuita nemini imputantur.*
14 *Iudicis iussus excusat.*

Iurisdictio perpetua. 1 a IVrisdictionis perpetuæ) Hoc†est edicti perpetui,& legis perpetuæ ad ius dicendum,reddendumve propositæ.[a]cùm enim ad solum prætorem iurisdicendi officium pertineret;factum est,vt Iurisconsulti passim iurisdictionis verbum pro prætoris edicto ponant.[b] perpetuã verò dicunt iurisdictionem, quod lege à Cornelio lata, prætoris edicta, quæ anteà temporaria erant, & annua,perpetuam vim habere cœperint,ex eisque perpetuò ius dici.[c]

Edictorũ duæ species. 2 b *Res incidit*) †Edictorum prætoris, alia iurisdictionis perpetuæ causa proponebantur: vt ex iis scilicet, in negotiis quibuscunque ad quæ edicti scriptum aut sententia posset accommodari,ius diceretur.[d] quale illud,*quod metus causa,vnde vi*,& similia.quæ non ad certam speciem, aut litem pertinebãt: sed generaliter promulgabantur. Alia verò proponebantur ex tempore, prout facti quædam species inciderat,inter certas personas.[e] Quippè prætor inter priuatos ius dicturus, edicta,hoc est literas in albo, vt hodie in valuis templorum,& palatij fieri solet,plerunque affigebat,quibus vel absentes vocabat in ius,[f]vel aliquid pro re nata edicebat,se verbi gratia,Titio bonorum possessionem daturum: si non appareret intra præscriptum tempus,legitimus contradictor.

Albũ prętoris. 3 c *Albo*) †Album.vt alibi docui, Romæ duplex fuit. Iudicum, & prætoris. Album decutionum, & iudicum tabella quædam erat dealbata, in qua selectorum iudicum nomina ordine certo conscribebãtur: quo rescire possent ciues,qui quoquo tempore iudicaturi essent,[g]Matricula,à Iustiniano quandoque nuncupata.[h]Album verò prætoris,pyctatium erat,seu gypsata tabella,in qua proponebant edicta sua prætores: vt super iure, quod magistratus eo anno dicturus erat,se possent præmunire ciues.[i]

Matricula. Pyctatiũ.

Aureu. 4 d *Quinquaginta aureorum*) † Fuit priore seculo,hæc apud veteres aurei æstimatio:vt centum assibus nostris, hoc est duobus aureis solaribus, ac ferè dimidio (singoli enim †asses,decem denariolos Turonenses conficiunt) valeret.[k]ex qua ineundi ratione,aureorum æstimatio,hîc,& in complusculis Iurisconsultorum locis,sumenda est.[l] vt ita quinquaginta hi aurei,ad monetæ nostræ æstimationem redacti,125.ferè coronatos Francicos, conficiant: rationem ao.é aurei Francici ex vetere ineo æstimatione quæ 35.aut 40. duodenos Gallicos,non egrediebatur.at hodie,adaucto valore vsque ad 46.subducendus dubio procul foret aliter calculus.

Asses Frãcici. 5

Pœna cui applicetur. 6 †Verum cui hæc pœna sit applicanda,vel actori vel fisco, non satis expressum iure nostro videtur. Receptius tamen ad actorem, velut in præmium iudicij, pertinere.[m] Cùm hanc actionem dicat popularem hîc Vlpianus, qui alibi tradidit, actorem in populari causa,post litis contestationem loco creditoris esse.[n] Nec mihi displicet hæc sententia,vbi principaliter interesset partis, quia læsus recta fuisset actor corruptione albi:prout res inciderat propositi.Sicut in actione violati sepulchri, qua non publicam, sed priuatam nostram iniuriam principaliter persequimur.[o] Alioqui si principaliter offensa fuerit prætoris maiestas & authoritas, qui album iurisdictionis perpetuæ causa propositum sit corruptum.[p] probabilius arbitror mulctæ compendium fisco inferendum.[q]

Popularis actio. 7 e *Populare est*) †Popularis est hæc actio,hoc est cuilibet de populo competens, propterea quod suum ius populo tueatur.[r] Ad cuius salutem maximè pertinet prætoris authoritatem non contemni.[s]Quippè confunditur totius reipubl.ordo,vbi sua cuique iurisdictio nõ seruatur.[t] In popularibus tamen iudiciis non ignorandum, vbi plures simul actionem intendunt, eum cuius interest cæteris præferri.[u]alioqui prætor idoneiorem debet eligere.[x]

f *Serui quoque*) Respectu iudicij quinquaginta aureorum, serui non conti-

a l.ij.C.de rest. mil. b l.j.§ an autẽ. ff.de post.l.quã iur. ff.de in ius uocando. l.post quam.§.j.ff.vt lega.no.cau.l. diuus.ij.ff.ad l. Corn.de fals. c l.ij.vbi dixi. ff.de statu hom. d §. prætorum. de iur. nat.Iustit. e l.ad peremptorium. ff.de iud.& hic. f §. omnem.in auth.de litigio. coll.8. g l.j. & ij.ff.de albo scrib.Sueton.in Aug. h l.iij. C.de agent.in reb.lib. 12. i l.ij. §.eodem tempore. ff. de orig.iur.§.subemus.in auth.de litigios.col 8.& hîc dixi lib.iij. Miscel.c.6. k Guliel.Bud. libr.5. de asse. Alc.lib.ij.dispunct.c 9.Anto. August.lib. ij.emend.ca.9. Fran.Bald.§. sed hoc iure. Instit. de Actionibus. l l.nonnulli.ff. de accus.l.eadem.§.fin.ff.ad l.Iul.repet.l.j. §.in honorariis. ff.de var.cogn. m l.iij.in prin. ff. de sepulch. viola. n l.si cui.ff. de verb.sign. o d.l.iij.in princip. p l.si familia. hoc tit. q l.mulctarum.C.de modo mulcta. r l.ij.ff.de popul.act.l.ij.§.hoc interdictum.ff.ne quid in loc. pub. s l.si quis ex alien.ff.de iud. t c.ij.de author. & vsu pall. u l.iij.§.fin.ff.de popul.act.l.si verò.§. hec autem.ff.de iis qui deiece. x l.iij.§.si tamen.ff.de lib.hom.exhib.d.l.ij.ff.de popul.act.

nentut verbis edicti: cùm non cadant in seruos pœnæ numariæ,[y] propterea
quod nihil habere possint.[z] Verum non adeò ferent impunè setui, quippè
torquebuntur in corpus (nisi fortè dominus pro seruo mulctam offerret) ne
maleficium maneat impunitum.[a]

g *Complexus est*) Hoc enim verbũ *si quis*, tam masculos, quàm fœminas com 8 *Masculinum concipit fœmininũ.*
plectitur:[b] tametsi odiosa sit dispositio.[c] vnde nec ab hac significatione rece-
dendum: si non manifestè contraria voluntas arguatur.[d] quamuis fœminino
verbo turpissimum Iurisconsultus dicat, masculinum contineri.[e] quia scili-
cet, solerent veteres antiquitus molles, & quos ludibrio haberent homines,
fœmineo vocabulo nuncupare.[f]

h *Porrigendum esse*) † Dispositio quæcunqne licet odium continens ad ca- 9 *Ratio vbi eadem est.*
sum omissum, in quo verisimiliter eadem est mens & sententia, protendi-
tur.[g] Eandem autem esse voluntatem colligimus, si par sit ratio in præter-
misso casu, quæ in expresso.[h] Vbi enim eadem est ratio, ibi idem ius quoque
statuendum:[i] quando non in verbis, sed in vi rationis leges consistant.[k] &
tametsi ratio in lege expressa non sit: si tamen vna tantùm reddi potest, ex
ea rectè argumentari possumus.[l] † hæc est interpretatio, quam extensiuam 10 *Extensiua interpretatio.*
nostrates vocant, cùm scilicet producitur legis species extra vim verborũ.[m]
de qua nos alibi paucula.[n]

i *Torquendum est*) In quibuscunque pœnalibus iudiciis ex delicto descen-
dentibus, regulare est, † vt qui pecuniariam pœnam præstare nequit, in cor- 11 *Luere in corpore.*
pus torqueatur.[o] ne alioqni positum videatur, in hominum egentium pote-
state, legis authoritatem eludere.[p] Quia verò locupletes homines suis opi-
bus elati, hanc quinquaginta aureorum pœnam, quandoque flocci facien-
tes prætoris maiestatem contemnebant, in eos hodie pœna falsi proposita
est, qui prætorum edicta dolo malo cotruperunt.[q]

lz *Imperitiam*) † Excusatur, qui per imperitiam Prætoris album corruperit:[r] 12 *Imperitia quando excuset.*
dolo siquidem caret, quamuis in iure errauerit.[s] In assessore, & iis qui iura
profitentur, non meretur excusationem iuris ignorantia.[t] cùm enim opor-
teat huiuscemodi homines[u] iuris peritos esse: non nisi turpiter, & magno
cum dedecore iuris imperitia velare se & contegere possunt.[x]

l *Rusticitatem*) † Rusticitati enim, hoc est simplicitati, parcendum est.[y] & 13 *Rusticitatis excusatio.*
præbere debet rusticitas excusationem.[z] Vnde ne dolus præsumatur, atque
ita ne in pœnam incidat, ei ferè semper succurritur.[a] Item in damnis vitan-
dis.[b] Ab iis tamen quæ naturæ rationi innituntur, non excusat rusticitas.
Veluti, inquit Gordianus Imperator, rustico filio, aut liberto, qui parentem
patronúmve in ius venia edicti non petita, vocauit, non succurritur, cùm na-
turali ratione honor eiusmodi personis debeatur.[c]

m *Prætore iussus*) † Excusat vbique iussus iudicis.[d] neque enim dolo malo fa- 14 *Iussus iudicis.*
cere videtur, qui parẽs magistratus imperio nonnihil agit: cùm obedire ne-
cessum habeat.[e] modo non procurârit is à magistratu iussum sibi fieri.[f]

n *Vel casu*) Casus dicuntur, qui fortuitò accidunt.[g] † qui quoniam nullo 15 *Fortuiti casus.*
hominum consilio præuideri possunt, nemini imputantur:[h] nisi culpa ca-
sum præcederet.[i]

o *Tenebitur*) Eum, lex nec inutia interpretatur album corrupisse, qui suis
licet non corruperit manibus, aliis tamen mandauit, vt corrumperent.[k] par-
ui quippè refert, an sua quisque manu faciat, an per alium.[l]

y l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accus.
z §. item quod serui. Instit. per quas personas nob. acq.
a l. j. §. fin. ff. de pœn. l. fin. ff. de in ius voc.
b l. hæc autem. ff. de adopt. l. j. ff. de ver. sig.
c l. ait diuus. ff. de iur. fis.
d l. Lucius. §. pen. ff. de legat. iij.
e l. si ita scriptum. in princ. ff. de leg. ij.
f Alc. lib. parerg. y. c. 48.
g l. scire. ff. de legib.
h l. pe. ff. si quadrup.
i l. illud. ff. ad leg. Aquil.
lz c. Marcian. j. q. j. d. l. scire.
l Accu. l. quãuis. C. de fideic.
m l. j. §. qui operas. ff. ad Tertyl.
n l. Gallus. §. etiam. ff. de libe. & posth.
o l. fin. ff. de in ius voc. & ibi.
p l. j. §. fin. ff. de pœn.
q l. pen. ff. ad l. Corn. de fal.
r l. iij. §. si quis ignorans. ff. ad Syl.
s l. sed & si. §. scire. ff. de pet. hered.
t l. ij. ff. quod quisque iur.
u l. j. ff. de offic. asse.

x l. professio. C. de muner. patri. lib. 10. dixi l. j. ff. de legib. y l. ij. ff. si qnis in ius vocand. l. fin. C. de test. z l. athleta. §. fin. ff. de excus. tut. a l. iij. §. fina. ff. de suspect. tut. d. l. ij. b l. j. §. fina. ff. de edend. l. quæcunqne. C. qui admit. c l. ij. C. de in ius vocand. d l. furti. §. qui iussu. ff. de infam. l. ait prætor. §. quid tamen. ff. de minor. l. quamquam. ff. de aqua pluu. e l. liber homo. ff. ad l. Aquil. l. non videtur. §. fin. ff. de regul. iur. f l. ii. §. fin. ff. si quis caut. g l. respiciendum. §. fin. ff. de pœn. h l. non vtique. §. si eo tempore. ff. de admin. rer. i l. si seruus seruum. §. si fornicarius. ff. ad l. Aquil. dixi l. j. ff. de legib. lz l. j. §. j. ff. de eo per quem fact. erog. l l. j. §. deiecisse. ff. de vi & vi arm. cap. mulieres. de sentent. excom. in 6.

p Omnes

p *Omnes tenebuntur*) In solidum. Et vsque adeo, inquit Caius, vt vnum eorum non satis sit luere pœnam.[m]

m l.seq.vbi dicam.

L. VIII. ADEO.

Caius lib. 1. ad Edictum prouinciale.

Adeo quidem, vt non sufficiat, vnum eorum pœnam luere.[a]

SVMMÆ.

1 *Pœna ab vno soluta, an cæteros liberet.* 2 *Fures plures quomodo teneantur.*

Pœna ab vno soluta, an cæteros liberet. 1 a POenam luere) †Quoniam præcedenti capite docuerat Vlpianus, si plures album corruperint, omnes edicti pœna teneri, hîc Caius adeo verum interpretatur, vt eorum vnum non satis sit pœnam præstare. Neque enim vnius solutione, cæteri liberantur. Cuius rei ratio esse videtur, quòd pœna illa quinquaginta aureorum non præstetur à corrumpente, tanquam id quod partis interest: sed in meram delicti pœnam[a] (nimirùm, ob contemptã prætoris maiestatem) quæ delinquentes omnes pariter afficit, & coercet, vt meritò præstatio facta ab vno non liberet cæteros.[b] quanuis in iis pœnis, quæ tanquam id quod partis interest, penduntur, vnius solutio reliquos eximat,

Fures plures quomodò teneantur. 2 cùm tunc desierit interesse partis.[c] † Atque hinc dicimus, in pluribus furibus, vnius solutione respectu pœnæ dupli, aut quadrupli, non liberari cæteros. tametsi diuersum, respectu rei subtractæ,[d] quod bonæ fidei repugnet, bis idem exigi.[e]

a §. pœnales. Instit. de act.
b l. item Mela. §. sed si seruum. ff. ad l. aquil. l. si per alium. §. fi. ff. ne quis eũ.
c l. j. §. si plures. ff. de eo per quẽ
l. semper. §. fin. ff. quod vi.
d l. j. C. de con. fur.
e l. bona fides. ff. de reg. iur.

L. IX. SI FAMILIA.

Paulus lib. 3. ad Edictum.

Si familia[a] alicuius album corruperit: non similiter[b] hîc edicitur vt in furto:[c] ne in reliquos actio detur, si tantùm dominus cum defenderet, vnius nomine præstitit, quantum liber præstaret:[d] fortasse quia hîc & contempta maiestas prætoris vindicatur,[e] & plura facta[f] intelliguntur. quemadmodum & cùm plures serui iniuriam fecerunt,[g] vel damnum dederunt, plura facta sunt:[h] non vt in furto,[i] vnum. Octauenus[k] hîc quoque[l] domino succurrendum ait,[m] sed hoc[n] potest dici,[o] si dolo malo curauerit,[p] vt ab alio[q] album corrumperetur: quando * tunc vnum consilium sit, nec plura facta,[r] idem Pomponius lib. x. notat.

* al. quia.

a l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de ver. sig.
b l. ediles. §. j. ff. de adil. edic.
l. j. §. familiæ. ff. de pub. l. ij. §. hæc actio. ff. vi bon. rap.

SVMMÆ.

1 *Familia.*
2 *Famul, Famuli.*
3 *Ratio duplex Iurisconsulti.*
4 *Furti & damni differentia.*
5 *Furta quando plura dicantur.*
6 *Octauenus Iurisconsultus.*

Familia. 1 a FAmilia) †Familiæ verbo plures seruos intellige. Hoc est eos omnes, qui in seruitio & ministerio vnius sunt:[a] etiam si liberi esse proponãtur, vel serui alieni bona fide nobis seruientes.[b] Porrò familiæ nomen in res, vt Seruius ait, & in personas deducitur. In res, vt in lege xij. tabul. *Agnatus proximus familiam habeto.*[c] quippè tum hæreditatem significat.[d] In personas, aut natu-

c Cic. lib. j. ad Herennium.
d l. nam quod. §. fi. ff. ad Treb. l. fi. C. de verb. sig. d. §. familia.

ra, vt vxorem, filios, nepotes: aut iure, vti ſeruos.[e] nam & ſeruum, famulúmve veteres, †famul dixerunt. Vnde familia, inquit Feſtus, vocata eſt, permutata l. cum V. litera. & familiæ nomine, famuli appellari cœperunt: cùm antea in liberis tantùm hominibus diceretur, vt Corneliorum, Claudiorum, Valetiorum.

e d. l. pronunttatio. §. fi.

2 Famul. Famuli.

b *Non ſimiliter*) Quia in hoc edicto, ſi plures ſerui eiuſdem domini corruperint album, ſingulorum nomine dominus tenetur.

c *In furto*) In quo edicitur: vt ſi ſerui plures furtum fecerint, tantúmque vnius ſerui nomine præſtiterit dominus, quantum pręſtandum foret, ſi id furtum vnus liber feciſſet: non detur in cæteros ſeruos actio, ſed dominus liberetur. quem ex vno ſeruorum delicto aut omnibus ſeruis carere, aut æſtimationem offerre pro ſingulis periniquum eſſet.[f]

f l. illud. ff. ad l. Aquil. l. j. in prin. ff. ſi famil. furt.

d *Liber præſtaret*) Si furtum feciſſet.

e *Vindicatur*) Lex puniens corrumpentem album prætoris, maieſtatem prætoris vlciſcitur: quam ſanè contemni non oportet.[g]

g l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. actio. l. ſi prætor. in pr. ff. de iud.

f *Plura facta*) † Non ideò vna tantùm ratione docet Paulus receptum in edicto de albo corrupto dominum nomine ſingulorum ſeruorum teneri, ſed duplici. & quod videlicet ſpreta ſit prætotis authoritas: & quia interpretatur lex in pluribus ſeruis album corrumpentibus, non vnum, ſed plura eſſe furta. Vt de illata iniuria, & damno dato ſubiicitur.

3 Ratio duplex Iuriſ conſulti.

g *Iniuriam fecerunt*) Si plures ſerui, inquit Caius, aliquem ſimul ceciderint, aut conuicium alicui fecerint: proprium eſt ſingulorum maleficium, & tanto maior eſt iniuria, quantò à pluribus admiſſa eſt. imo verò tot ſunt iniuriæ, quot perſonæ contumeliam irrogantes.[h] In liberis hominibus ſanè dubium non eſt, quin factum communi conſilio ſingulos in ſolidum obliget.[i]

h l. ſi plures. ff. de iniur.

i l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. ff. quod vi aut clàm.

h *Plura facta ſunt*) †Ne verò obſtet, difficillimus ille obex ex Caij reſponſo, idem obſeruari ſcribentis, in damno, quod in furto, vt vnum ſit in vtroque delictum: ac proinde non in ſingulos ſeruos dari pœnæ perſecutionem: ſed ſatis eſt id præſtari, quod pendendum foret, ſi vnus liber feciſſet.[k] †Tria conſideranda veniunt: nimirùm perſona eius, cui furtum factum eſt: res quæ ſurrepta fuit: & perſona furum qui deliquerunt. Spectata perſona eius, cui res ſubſtracta fuit, vnum ſanè delictum eſt: cùm non ampliùs eius interſit, quàm ſi vnus tantùm ſurripuiſſet. Idémque ſi rem quæ ſubſtracta eſt, conſideremus: cùm non ideò maius damnum intelligatur illarum, quod à pluribus datum ſit. Attenta verò perſona delinquentium, cùm verum ſit à pluribus peccatum, plura dubio procul furta ſunt.[l] Et ideò Pomponius, Si ex duobus ſeruis tuis aliet hauſiſſet, & alter abſtuliſſet: alter hauriendo ſit deprehenſus. Huius manifeſti, illius nec manifeſti furti nomine teneri, reſpondit.[m] Apertiùs adhuc Vlpianus, plura tũc eſſe furta ſcripſit: cùm à pluribus ſeruis ſciente domino furtum commiſſum eſt: ac proinde ſingulorum nomine iudicio noxali dominum poſſe conueniri.[n] Huc pertinet ratio, quòd fures omnes malum habuerint animum. Voluntas autem, & propoſitum conſtituunt, & diſtinguunt maleficia.[o] Verum prætor, qui ſemper habet æquitatem ob oculos,[p] ne plures ſerui furtum committentes totum domini patrimonium abſorberent, & euerterent, ſi aut omnes ſeruos dedere, aut pro ſingulis offerre litis æſtimationem dominus cogeretur,[q] aduerſus ſeruorũ maleficia proſpexit, propoſito edicto, *ſi familia furtum*, quo ſumma æquitate domino arbitrium dedit, vt ſi ſeruos omnes qui factum participauerũt, dedere nolit, tantum præſtando, quantum liberum hominem ſi furtum feciſſet, pendere oporteret, familiam retinere poſſit.[r] Et ita furtum à pluribus ſeruis commiſſum, conſiderata delinquentium multiplici perſona, non vnum eſt, ſed plura ſunt delicta.[ſ] Cæterùm quia iniquum eſſet omnibus ſeruis dominum priuari ex edicto, *Si familia*, lex domino ſuccurrit, vt extitit declaratum. Quæ ratio, cùm in actione quoque damni iniuriæ vigeat, idem in damno, quod in furto Caius ęquiſſimè conſtituit.[t] porrigens edictum illud, *Si familia*, de furto verba

4 Furta quãdo plura dicuntur.

5 Furti & damni differentia. Perſona damnum paſſi. Perſona furis.

k l. illud. ff. ad l. Aquil.

l d. l. ſi plures.

m l. ſi quis quid perferẽdum. ff. de fur.

n l. j. §. hæc autem. ff. ſi famil. furt.

o l. verum. ij. ff. de furt.

p l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod cer. loc.

q d. l. illud.

r l. j. §. j. ff. ſi famil. furt. feci. dica.

ſ d. l. ſi plures.

t l. illud. ff. ad leg. Aquil.

verba faciens, ad damnum.[u] atque ita leges, quæ alioqui pugnare videntur, explicandæ meo iudicio veniunt. *u l. si quis id quod. vers. quod si dum. sup. hoc tit.*

i *Vt in furto*) In quo propter vnius tantùm rei contrectationem, vnicum factum intelligitur.

Octauenus Iurisconsultus.

6 lz *Octauenus*) † Quoniam de hoc Octaueno, nihil apud bonos authores (quod quidem meminerim) scriptum extat: venit in suspitionem aliquando, Octaueni nomen, pro Octauij nobis obtrusum. Etenim fuisse Pub. Octauium Balbum, Iurisconsultissimum, eruditione & ingenio prudentissimum pietate, fide & officio diligentissimum M. Cicero non vno in loco testatur.[x] *x Cic. pro Cluent. & in Verrem.*

l *Hic quoque*) Hoc est in specie albi corrupti: cùm scilicet plures serui album corruperunt.

m *Domino succurrendum*) Dicebat Octauenus, aut si malis Octauius, quod sicut cùm plures serui furtum committunt, lex succurrit domino, vt tantùm præstando, quantum liberum hominem furti conuictum oporteret præstare, seruos liberet: ita cùm serui plures album corruperint, succurrendum est domino: ne pro singulis seruis aureos quinquaginta pendere cogatur, sed vna solutione eius summæ, seruos possit retinere: cùm nec hoc casu liber homo album corrumpens in plus teneatur.

n *Sed hoc*) Quod scilicet dicebat Octauenus: vt cùm plures serui album corrupissent, non in singulos actio daretur ex delicto: sed dominus tantum præstando, quantum liber homo, totam seruorum familiam liberet.

o *Potest dici*) Potest defendi verum esse, in casu qui sequitur, per contrarium, in præcipua huius textus specie, innuens Octauij sententiam non procedere.

p *Curauerit*) Familia alicuius.

q *Ab alio*) Quid si ab aliquo seruorum, scilicet ex familia, cùm Antonio Vacca legamus? Equidem, nihil moror.

r *Non plura facta*) Sed cùm intersit, manibus suis quis corrumpat, an per alium:[y] quænam est differentiæ ratio, cur cùm plures serui corrumpunt album, plura facta sint: at cùm mandant, consiliumve dant, vt corrumpatur, sit vnum tantùm consilium & delictum. Aliud quod dici possit, non video: nisi quod satis ex præcedentibus Iulij Pauli verbis inferri videtur, hac in re domino succurri, vt non plura facta intelligantur, ob id quod tunc serui, non adeo videntur prætoris maiestatem offendisse, cùm eam per se non sint ausi violare. *y l. j. §. deiecisse. ff. de vi & vi arm. ca. mulieres. de sent. excom. in 6.*

L. X. IVRISDICTIONI.

Vlpianus lib. 3. ad Edictum.

Qui iurisdictioni[a] præest, neque sibi[b] ius dicere debet, neque vxori,[c] vel liberis suis:[d] neque libertis,[e] vel cæteris quos secum habet.

SVMMÆ.

1 *Iurisdictioni qui praeesse dicantur.*
2 *Arbiter ius dicit in causa propria.*
3 *Iudicium praeposterum de rebus suis.*
4 *Ius dicere in proprio quando liceat.*
5 *Vxor quare sic dicta.*
6 *Lupi rostrum contra veneficia.*
7 *Pater quando iudex in causa filij.*
8 *Priuata negotia.*
9 *Filiusfam. de re patris iudex.*
10 *Domesticorum fides suspecta.*

Iurisdictioni qui præsint. Arbiter in causa propria iudicat.

1 a IVrisdictioni præest) Vt† prætor, & similes magistratus, qui imperium & potestatem habent.[a] nam hi soli præesse iurisdictioni dicuntur.[b] Porrò significat à contrario hîc Vlpian. arbitros, & datos iudices, seu vt vocant, de- *a l. ij. ff. si quis in ius voc. b l. j. §. j. cum §. hac autem. ff. quod quisque iur.*
2 legatos, qui neque tribunali præsunt, neque iurisdictionem vllam habent,†

ſed ſimplicem cognoſcendi, iudicandíque facultatem[c] in cauſa ſua, vel ſuorum ius reddere poſſe.[d] Hi quoniam non pro ſua authoritate agunt, ſed eius qui mandauit,[e] illi quoniam mutuo partium conſenſu ſunt electi,[f] quibus merito venit imputandum, ſi parum fidelem ſumpſerint iudicem.[g]

b *Neque ſibi*) Hoc eſt ad eius, vel ſuorum vtilitatem. Vt ſic intelligamus, nec in ſe, nec in ſuos eũ qui iuriſdictioni præeſt, prohiberi ius dicere.[h] † Cæ- 3
terùm quoniam plerique de rebus ſuis, vt philoſophus ſcribit, præpoſterè iudicant:[i] ſuſpicatur lex neminem contra ſe ſuóſque iudicaturum: ſed potiùs iure vel iniuria ſuæ cauſæ plus æquo fauturum.[k] † Ideóque noluit ſuæ rei iu- 4
dicium cuiquã permittere:[l] ſicuti nec in re propria teſtimonij dictionem.[m] Quod & M. Cicero, lepidè demonſtrat.[n] atque hinc à pontifice rectiſſimè conſtitutum, vt ſi quis in iudicem irreuerenter proruperit: non iudex ipſe qui paſſus eſt iniuriam cognoſcat: ſed ſuperior adeatur.[o] quandoque tamen concedit lex in cauſſa propria vſque ad litis conteſtationem ius dicere, ne res vel morte, vel tempore intercidat.[p]

c *Neque vxori*) Cùm vxor ſit cum marito vna caro:[q] ſociáque diuinæ & humanæ domus dicatur:[r] in cauſa propria videtur magiſtratus reddere ius, qui in vxoris negotio ius dicit.[ſ] † Vxores autem quaſi vnxores appellatas, hîc 5
obiter annotare libuit, ab vnguendis nimirum poſtibus ædium mariti adipe ſuillo: aut, vt alij malũnt, lupino lanáque figenda: quòd nubentes puellæ ex veteri inſtituto, & vana religione cùm primùm viri domum adibant, facere diligenter ſolebant, exiſtimantes mala omnia, & calamitates iſtiuſmodi vnctione ab ædibus arceri.[t] † Veneficis quippè roſtrum lupi reſiſtere inue- 6
teratum Plinius ſcribit.[u] ob ídque villarum portis præfigi ſolitum: quem morem ad cætera ferarum capita, vt aprorũ, vrſorum & ceruorum, hodie tranſlatum videmus. Vel etiam inde poteſt ab vngendo dici nuncupatam vxorem, quòd lotum ipſa maritum ſoleret vngere, cuius etymologiæ teſtis Ennius eſſe videtur.

Exin Tarquinium, bona fœmina lauit, & vnxit.

d *Liberis ſuis*) Sunt enim pater & filius vna perſona,[x] & vna caro.[y] & Imperator filium dixit eſſe partem corporis paterni.[z] Vt meritò quemadmodum in propria cauſſa, ita in negotiis filiorũ prohibeatur magiſtratus dicere ius:[a] † 7
præterquàm in priuatis negotiis, in quibus pater, inquit Africanus, filium: & è contra filius patrem poteſt iudicem habere.[b] † Priuata autem negotia 8
ſemper ego ſum interpretatus, domeſtica & particularia: quæ ad nullius cõmodum, quàm patris & filij referri poſſunt.[c] Vt adoptio & emancipatio,[d] cuiuſmodi negotia, non niſi inter volentes & conſentientes explicat magiſtratus.[e] † Ac proinde nihil impedit quominus de ea re pater filio, & filius 9
patri iudex eſſe poſſit.[f] qua pariter ratione dicere ſoleo, vbi negotium ad alios quoque pertinet, ſi tamen cognitio & authoritas magiſtratus extraneo vtilis, magis quàm damnoſa eſſe poteſt, eam à filio in cauſſa patris, aut à patre in cauſſa filij interponi poſſe.[g] nam aduerſus ſe, ſuóſque non prohibetur, qui iuriſdictioni præeſt, ius dicere,[h] aduerſario ſcilicet poſtulante. nam alioqui, non impertiretur officium ſuum magiſtratus.[i] Porrò nec in iſtiuſmodi negotiis patriam poteſtatem curabimus,[k] cùm ius reddere, & iudicare munus ſit publicum:[l] & in iis quæ publici iuris ſunt, nulla ſit vis patriæ poteſtatis.[m] Quod verò poſt hæc ſcripta cõperi, Vaccæ nimirum, viro ſanè docto, meam non placere ſententiam, minimè miror: cùm & homines ſimus, & liberum cuique oporteat eſſe iudicium. At interim nihil adfert ille quod me de mea debeat demouere ſententia, cùm enim Africani cõſtitutionem,[n] ad

Iudicium prepoſterũ de rebus ſuis.

Ius dicere in cauſa propria.

Vxor cur ſic dicta.

Lupi roſtrum ad venefica.

Pater quã do iudex in cauſa filij.

Priuata negotia.

Filius de re patris iudex.

c l. ait prætor. ff. de re iudic. l. à iudice. C. de iud.
d l. in priuatis. ff. de iudic.
e l. j. §. qui mandatam. ff. de offic. eius. l. & ſi prætor. illo tit.
f l. cum donationis. C. de tranſact.
g §. fi. de ſociet. in Inſtit.
h l. ille à quo. §. fi. ff. ad Trebell. l. eſt receptum. hoc tit.
ſ Ariſt. lib. iij. Politic. c. 6.
k c. cum inter. de excep.
l l. Iulianus. ij. ff. de iud. l. vn. C. ne quis in ſua cau.
m l. nullus. ff. de teſtib. l. omnibus. C. illo tit.
n Cic. pro Roſc. Amer.
o c. dilectus. de pœn.
p l. ſenatuſconſulto. vbi dixi. ff. de offic. præſi.
q Gen. 2. Mat. 19. c. gaudemus de diuort.
r l. j. ff. de ritu nupt. l. aduerſus. C. de crim. expi. hered.
ſ vt hac l.
t Plin. libr. 28. c. 9. & libr. 29. c. 4.
u Plin. ea. 10. lib. 28.
x l. fi. C. de impub.
y c. contra dicimus. §. j. 35. q. iij.
z l. cum ſcimus. §. fi. C. de agric. lib. 11.
a vt hac l.
b l. in priuatis. ff. de iud. c dixi lib. iiij. Miſcel. c. 9. d l. magiſtratum. ff. de adop. l. j. ff. de offic. præſ. l. apud. ff. de manum. vindi. e l. ij. ff. de offic. procon. f l. quinetiam. ff. de arbit. g l. ille à quo. §. fi. ff. ad Treb. h l. eſt receptum. hoc tit. d. §. fi. i l. iiij. §. hoc autem. ff. de dam. infe. k l. filiusfam. ff. de his qui ſunt. l l. quippè. ff. de iud. m l. nam quod. ff. ad Treb. n d. l. in priuatis.

caſum

casum illum coarctat, quo in patrem, aut filium, iudicem cõsensum est: præterquàm quod nullam habet, nec vnquam habuit dubitationem: diuinatiùs est profectò, quàm vt dissimulari debeat. Cùm autem adiicit, non se meis moueri exemplis.[o] quod in iis neque pater, neque filius, tanquàm iudex interueniat, perspicuum certè facit, se ad citatam à me Vlpiani legem,[p] animum non aduertisse. Quod tamen ille dixit, scripsitque boni æquíque consulo, ac in optimam partem rapio.

Domesticorum fides suspecta.

10 e *Neque libertis*) †Sunt enim liberti personæ domesticæ: hoc est ex eadem domo.[q] in domesticorum autem causis & negotiis cuiusque fides est suspecta.[r] Et quoniam ex eadem domo, & familia esse intelliguntur, qui affinitate, aut cognatione iuncti sunt:[s] vt iudicia sine suspitione procedant,[t] nemo quoque in coniunctarum quoquomodò personarum negotiis, ius dicere potest.[u] nisi vterque litigator, eodem necessitudinis gradu magistratui coniunctus esset: quod tunc par affectionis ratio omnem excludat fraudis suspitionem.[x]

L. XI. SI IDEM.

Caius lib. x. ad Edictum prouin.

Si idem cum eodem pluribus actionibus[a] agat, quarum singularum quantitas intra iurisdictionem iudicantis[b] sit: coaceruatio verò omnium excedat modum iurisdictionis eius, apud eum agi posse,[c] Sabino, Cassio, Proculo placuit: quæ sententia rescripto Imperatoris Antonini confirmata[d] est.

SVMMÆ.

1 *Magistratus prouinciales.*
2 *Iurisdictio magistratuum limitata.*
3 *Cumulatio summarum quando fiat.*
4 *Iurisconsulti an legem conderent.*
5 *Nota in Iurisconsultos.*
6 *Discipuli in præceptores.*

a P*Luribus actionibus*) Secus ergo si vna tantum actio intenderetur: quæ plures & diuersas in se summarum species haberet.[a]

Prouinciales magistratus.

1 b *Iurisdictionem iudicantis*) †Translato in principem imperio, soliti fuêre principes in prouincias mittere selectos viros: qui cum summo imperio & authoritate prouinciam regerent.[b] ij in celebriore prouinciæ ciuitate residebant. constitutis per cætera oppida, loca & municipia, magistratibus: qui ius prouincialibus percommodè redderent.[c] quíque proinde magistratus municipiorũ sunt appellati.[d] specialíque vocabulo, alij Duumuiri:[e] alij Defensores ciuitatum:[f] alij Decuriones.[g] †Eorum tamen omnium limitata fuit

Iurisdictio limitata.

2 potestas & iurisdictio: vt non, nisi de certis causis, & vsque ad certam quantitatem possent cognoscere. Veluti defensores ciuitatum lege Codicis Iustiniani ad quinquaginta duntaxat aureos:[h] iure verò nouello eiusdem Cæsaris vsque ad trecentos.[i]

c *Agi posse*) Veluti vt exemplo res clara fiat, si vno eodémque libello coram ciuitatis defensore ex variis causis, sicuti iure permissum est,[k] actiones plures intendissem. Ex mutuo puta ad centum: ex vendito, ad ducenta: ex

Cumulatio summarum quando fiat.

3 locato ad totidem. †Quærebatur, nunquid ad impediendam defensoris iurisdictionem (quam trecentis aureis iam conclusam ostendimus)[l] fieret actionum cumulatio, vt ea facta cognoscere prohibeatur, quantitate nimirùm sic coaceruata iurisdictionis suæ modum excedente. Quod hîc Caius negat, apud defensorem sic agi rectè posse confirmans. Nec in dissimili admodum specie, constituit Imperator, plures donationes, quæ in vnum compositæ, legitimam quantitatem excedunt, non coaceruari, ad earum

o l. magistratũ. ff. de adopt. & d. l. apud.
p d. l. ille à que. §. fin.
q l. respiciendum. §. furta. ff. de pœn. l. fin. §. pe. C. de iis qui ad eccles.
r l. pe. ff. de testib. l. etiam. C. ille tit.
s l. humanitatis. C. de excus. tut.
t c. insinuante. de offi. deleg.
u l. lex Cornelia. in princ. ff. de iniur. c. postremo. de app.
x l. non solum. §. j. ff. de ritu nupt.

a l. si qui separatim §. j. ff. de appell.
b l. vni. ff. de offic. præf. præt. l. j. l. ex omnibus. l. seq. ff. de offic. præs.
c l. obseruare. l. si in aliquam. ff. de offic. proc.
d l. j. & tot. tit. ff. ad municip.
e l. vnic. ff. si quis ius dicen. l. dies. §. duas. ff. de dam. infect.
f tot. titul. C. de defen. ciuit.
g l. pupillus. §. decuriones. ff. de verb. sig.
h l. j. C. de defen. ciuit.
i §. & iudicare. in auth. de defen. ciuit.
k l. fi. C. de annal. excep.
l d. §. & iudicare.

destructionem.[m] vbi enim plurium summarum cumulatio fauorem contineret, eàm fieri posse lex permittit.[n]

d *Confirmata*) † Sola ergo Iurisconsultorum responsa vim legis non habebant, nisi principis authoritate confirmarentur,[o] aut eis anteà data fuisset à Cæsare potestas.[p] Alioqui fluctuarent omnia propemodum in nostra ciuili disciplina, ob pugnātes passim Iurisconsultorum opiniones, & sententias.[q] † 5 Nam præter insignes illas Labeonis & Capitonis sectas, Proculianorū item ac Cassianorum pugnas,[r] nemo nescit conscriptas à Seruio Sulpitio, in errata Q. Mutij præceptoris sui notas,[s] † & ab Vlpiano, Paulo & Martiano itidem factitatum, de Papiniani erratis:[t] quæ notari diligenter cupio, quia huiusce rei ignorantia passim erratur.

m l. sancimus. §. si quis autem C. de don.
n l. si plures. §. fi. ff. de pact.
o vt hac l.
p l. ij. §. & vt obiter. ff. de origin. iu. §. responsa. de iure nat. in Instit.
q l. penul. ff. de test. tute. l. iij. §. Neratius. ff. de acq. possess.
r l. ij. §. post hunc maxime. ff. de orig. iur.
s l. Mutius. ff. pro soc.
t l. j. §. & ideo. C. de veter. iur. l. fi. in princ. C. de sent. pass.

Iurisconsultorum responsa non habent vim legis. 4
Discipulorū notæ in præceptores. 5
Notæ in Iurisconsultos. 6

§. SED ET SI MVTVÆ.

Sed etsi mutuæ[a] sint actiones, & alter minorem quantitatem, alter maiorem petat,[b] apud eundem iudicem agendum est ei, qui quantitatem minorem petit: ne in potestate calumniosa[c] aduersarij mei[d] sit, an apud eundem litigare possit.

SVMMÆ.

1 *Mutuæ actiones.*
2 *Calumniis excludenda via.*
3 *Reconuentio quo iure cognita.*
4 *Reus an actorem reconueniat.*
5 *Iustinianus veteres sibi leges asscribit.*

a *MVtuæ actiones*) Mutuæ † actiones tum esse dicuntur, cùm reus conuentus vicissim actorem in ius vocat alia actione.[a] nuncupantur quandoque mutuæ, id est reciprocæ petitiones.[b] 1

b *Maiorem petat*) Quis sit huius literæ sensus, multi non intellexerunt, nemo perfectè. Tu crassè sic explica. Egi contra te ad quingenta, & coram maiore iudice, intra cuius iurisdictionem hæc quantitas erat: tu deinde petis à me centum coram Defensore, aut alio minore iudice: cuius tamen iurisdictionis modum petita à te quantitas non excedit. Docet hîc Caius, tibi qui minorem quantitatem nunc à me petis, vel inuito agendum esse apud eundem iudicem.[c] maior siquidem quæstio, minorem ad se trahit.[d] alioqui positum esset in potestate tua, an coram eodem iudice possem litigare. si enim velles me coram eodem iudice reconuenire, nō possem recusare iudicium. Iniquum est autem talem aduersario meo concedi potestatem, vt illi si velit, mecum sit actio: mihi verò non sit, si nolit ille.[e]

e *Potestate calumniosa*) † Lex vbique tentat viam omnem calumniis præcludere.[f] dixit autem Caius hîc *potestatem calumniosam*, nouo loquendi genere pro potestate, quæ calumniandi animo exercetur. 2

d *Aduersarij mei*) Qui vult me actorem ad maiorem summam agentem de minori coram alio iudice reconuenire. † Verùm si reconuentio Pandectarū 3 iure cognita fuit: cur à se nouè inductam gloriatur, & iactitat Iustinianus?[g] Dici solet reconuentionem super eodem negotio, vel etiam super diuersis, vbi iudex ex toto, vel ex parte vtriusque litigatoris competens est: iure etiā Pandectarum cognitam.[h] Quòd si iudex rei tantùm conuenti competens erat, eo quoque casu posse fieri reconuentionem nouè Iustinianus induxit.[i] Ego verò quoniam hæc non diuinatoria modò sunt, verumetiam Vlpiani verbis ex professo refragantur,[k] aliter dicendum censeo: nimirùm hîc non tractari, an possit coram eodem iudice fieri reconuentio: quam Pandectarum lege cognitam & inductā fuisse sine calumnia negare non possumus.[l] † 4 Sed an conuentus possit actorem pro minori summa in ius vocare coram inferiore iudice, intra cuius tamen iurisdictionem erat petita quātitas? quod

primum

a vt hac l.
b l. j. §. fi. ff. de var. cognit. c. j. & tot. titu. de mutu. peti.
c l. j. ff. de quib. reb. ad eundem iud. ea.
d l. per minorē. ff. de iud.
e l. iij. in fin. ff. mand.
f l. in fundo. ff. de rei vind.
g l. cùm Papinianus. C. de senten.
h l. ij. §. sed si agant. l. qui non cogitur. ff. de in. l. j. & ij. ff. de qui. reb. & hic.
i d. l. cùm Papinianus.
k d. §. sed si agant.
l l. j. & ij. ff. de quib. re. ad eundem ind. d. §. sed si agant. & hic.

Mutuæ actiones. 1
Sensus huius §.
Calumniis via præcludenda. 2
Reconuentio quo iure inducta. 3
Reus an actorem reconueniat. 4

primum videbatur, cùm is quoque iudex vtriusque partis legitimus esset: neque summa libello complexa iurisdictionis modum excederet. Cæterùm quia inter easdem partes superior iudex maiorem quæstionem tractare cœpit: quæ sui natura minorem ad se rapit,[m] à Caio in diuersam sententiã itum: vt scilicet apud eundem iudicem sit agendum. Neque porrò Iustinianus vllo casu testatur se ius reconueniendi induxisse.[n] & quamuis diceret, non
5 idcò tamen sequitur Pandectarum lege non introductum. † cùm enim bonus ille vir veterem omnem iurisprudentiam à se emendatam & repurgatam vbique suam fecerit,[o] eorum se passim iactitat authorem, quæ in veterum Iurisconsultorum constitutionibus legũtur. Quod alibi pluribus exemplis demonstraui.[p]

Iustinianus veteres leges sibi asserit.

m l. per minorem. ff. de iud.
n d. l. cum Papinianus.
o l. j. §. & ideò. C. de veter. iur. l. ij. §. tanta. illo titul. §. & hos tres. in proœ. ff.
p libr. 5. misce. c. 17.

§. SI VNA.

Si vna actio communis sit plurium personarum, veluti familiæ erciscundæ,[a] communi diuidundo,[b] finium regundorum,[c] vtrum singulæ partes[d] spectandæ sint circa iurisdictionem eius, qui cognoscit? Quod Offilio & Proculo placet: quia quisque de parte sua litigat, an potiùs tota res in iudicium venit, & vel vni adiudicari potest:[e] quod Cassio & Pegaso placet, & sanè eorum[f] sententia probabilior est.

SVMMÆ.

1 *Erciscere.*
2 *Familiæ erciscundæ actio.*
3 *Communi diuidundo iudicium.*
4 *Finium regundorum.*
5 *Termini moti pœna.*
6 *Abiudicare.*
7 *Adiudicare.*
8 *Futurum quando spectatur.*
9 *Fortuna aduersa non spectanda.*

a F*amiliæ erciscundæ*) Id est hæreditatis diuidendæ. quippè familiæ nomen
1 ad res relatum hæreditatem significat. †Erciscere verò ab ἑρκίζειν, quod interscipire, & diuidere significat:[a] veteres quoque Iurisconsulti pro diuide-
2 re vsurpârunt.[b] Hæc † autem actio ex lege xij. tab. profecta datur cohæredibus volentibus discedere à communione: vt inter eos res hæreditariæ distribuantur.[c]

Erciscere.

Familiæ erciscundæ actio.

b *Communi diuidundo*) Imitatione vetustatis dicitur *diuidundo* pro diuiden-
3 do. † Datur autem hoc iudicium inter plures communem rem habentes, vt ea diuidatur.[d] differtque à superiore: quia illud de vniuersalibus, puta de hæreditate competit:[e] hoc de particularibus rebus.[f]

Communi diuidundo iudicium.

c *Finium regundorum*) Priscus est hîc quoque loquendi modus, *regundorum*,
4 pro regendorum. † Competit autem hæc actio habenti prædia rustica aduersus vicinum: vt fines distinguantur, noui constituantur termini: aut antiqui, si res exigit, fulciantur, & repatentur.[g] Quo intelligimus in proposito idem esse regere, quod discernere, & constituere. Porrò fuit bono publico
5 introductum hoc iudicium, † quod terminorum rectè distinctorum ratio non modicam tollat dissensionum ciuilium occasionem, quod probè nouit Ouidius poeta, cùm de Termino Deo ita cecinit,[h]

Finium regundorum.

Termini moti pœna.

Tu populos, vrbésque & regna ingentia finis,
Omnis erit sine te, litigiosus ager.

Quin terminales lapides, Pompilium Numam, addita capitis pœna sacrasse ferunt.[i] Vnde Iuuenalis.[k]

Improbus aut campum, mihi si vicinus ademit:

a l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. sign. dixi l. si familia. hoc tit.
b tot. tit. ff. fam. erciscund.
c l. j. l. arbitriũ. ff. fam. ercisc.
d l. j. cum sequ. ff. commun. diuidun.
e §. quedã. Instit. de act. d. l. j. ff. fam. ercisc.
f l. j. ff. com. diuid. d. §. quadam.
g l. j. l. ij. l. sed loci. §. fin. ff. fin. regun. d. §. quedam. Instit. de act.
h Ouid. lib. ij. Fast.
i Halicar. lib. ij.
k Iuuen. saty. 15.

Aut sacrum effodit medio de limite saxum.

Sed de iis alibi commodiùs pluscula.[l]

d *Singulæ partes spectandæ*) Hoc est singulorum ius separatim spectandum. Veluti si quatuor simus, valeátque hæreditas quadraginta: & agamus coram ciuitatis defensore, qui non, nisi vsque ad trecenta cognoscit, an ad confirmandam iudicis iurisdictionem spectabimus singulorum cohæredum ius separatim: cum non nisi de centum sit: tale est vt possit apud defensorem tractari, an verò ad eius iurisdictionem excludendam attendemus totam hæreditatem, in qua cùm sint quadraginta, certum eam iudicantis excedere iurisdictionem. Hæc est quæstio à Caio proposita.

e *Adiudicari potest*) † Vt abiudicare est, ab aliquo per sententiam aliquid auferre, & remouere.[m] † ita Adiudicare, propriè est per iudicium & sententiam aliquid alicui addicere, vel tribuere.[n] Factum tamen videtur in iudiciis diuisoriis peculiare verbum:[o] Adeo vt eius expressio arguat de vno ex iis tractari.[p] Verùm huic Caij responso, obstat. † Quia spectari non oportet, quod potest euenire.[q] Disputatio est brocardica: quæ proinde certis regulis facilè claudi non potest. Dici tamen solet, vbi status rei præsentis ad futurum ordinatur, spectari quod potest cótingere.[r] Vt in duplicibus istis iudiciis, quorum hîc Caius meminit, ea quippè proposita ad hoc tendunt, vt à communione discedatur, aut fines dirimantur, adiudicatione etiam rei vni facta, si opus est.[s] Idem si quod accidere potest, necessariò contingat.[t] Quod si status rei præsens ad futurum non tendat, minimè spectabimus quod euenire potest,[u] præterquam in odium morosi:[x] multóque minus attendemus, quod potest contingere, vbi præsens status ad oppositum rectà ordinaretur. Quis enim in diuite & industrio futuram inopiam considerer?[y] † Quamobrem arbitror Vlpianum dixisse casum, aduersamque fortunam in homine libero spectari, neque ciuile esse, neque naturale.[z] Eadémque ruinam & destructionem actus iure perfecti leges considerari nolunt.[a]

6 Abiudicare. 7 Adiudicare. 8 Spectandũ an sit, quod euenire potest. 9 Fortuna aduersa non considerãda.

f *Eorum*) Cassij scilicet, & Pegasi, existimantium totam rem quæ in iudiciũ venit, quæque vni potest adiudicari, spectandã. Hanc autem relationem ita faciendam esse, & verborum proprietas & sermonis structura peruincit.

l l.ex hoc iure. ff.de iust & iure. m Cic.ij.Verri. de l.Agrar. & pro Cecinna. n l.sed si res. in pr.ff.de pub.l. aliud est. §.fin. ff.de verb.sign. o l.si quis putãs.§.si fundus. & §.officio ff. commu.diui.§.pen.& fi.de off. iu.in Instit. p Accurs. d.l. sed si res.ff.de publ. q l.sciendum.§.si fundũ.ff.qui satisd.l.cum hi. §.fi.ff.de trans. l.eo tempore.in prin.ff.de pecu. r l.naturalem. §.illud.ff.de acquir.rer.dom.l. fin.§.sed quia. C.com.de lega. s l.y.ff.fin.regun.§.si familiæ.de offic.iud. in Instit. t l.sed si per prætorem.§.si serua. ff.ex quib.cau.man. u l.y.ff.de in litem iur.d.§.si fundus. x l.cum res.§. fi.ff.de leg.y. y l.si defunctus. C.arbit.tut. z l.inter stipulãtem.§.sacrã. ff.de verb.obli. a l.cum hi.§. fi.ff.de trãsact.

L. XII. MAGISTRATIBVS.

Vlpianus lib.18.ad Edictum.

Magistratibus[a] municipalibus[b] supplicium,[c] à seruo[d] sumere[e] non licet. modica autem castigatio[f] eis[g] non est deneganda.

SVMMÆ.

1 Magistratus quis.	7 Duumuiri.
2 Municipia, Municipes.	8 Legis actio an apud duumuiros.
3 Ceritum tabulæ.	9 Defensores ciuitatum.
4 Colonia.	10 Supplicij verbo quid.
5 Magistratus maiores & minores.	11 Seruorum vetus castigatio.
6 Decuriones.	12 Castigatio modica.

a *Magistratibus*) Qui † propriè magistratus dicantur Aristoteles explicatu difficile censet, subiiciens tandem eos potissimùm dici magistratus, quibus de certis rebus dicendæ sententiæ, & iudicandi, atque imperandi permissa est potestas, sed hoc postremum maximè. Imperare enim magistratus vim magis indicat.[a] Qua de re commodiùs alibi dixi.[b] 1 Magistratus quis.

b *Municipalibus*) † Municipia dicta sunt, vt Gellius docet,[c] ciuitates, quę cùm omninò suis moribus, & legibus viuerent, munera cum populo Rom. capiebant. 2 Municipia. Municipes.

a Arist.lib.4. Politic.c.15. b l.y.§.eodem tempore.ff.de orig.iur. c Aul.Gell.li. 16.c.13.

bant. Vnde & municipes appellati ciues, earum ciuitatum, qui tanquàm Ro-
mani nihilominus habebantur.[d] Sic enim diffinit Festus Pompeius, Muni-
cipes dictos olim, qui cùm ex aliis ciuitatibus Romam venissent, neque ci-
ues Romani essent, participes tamen omnium rerum ad munus fungen-
dum, præterquàm ferendi suffragij, aut capiundi magistratus. quales fuêre
quondam Cumani, Acerani & Arcellani: qui tanquàm ciues Romani legio-
ne merebant, cæteráque capiebant munera, præter dignitatem, & ius suf-
Cerites. fragiorum: primósque municipes sine suffragij prærogatiua, Cerites factos
fuisse, memoria proditum est, eisdémque concessum, vt Romanæ ciuitatis
honore quidem fruerentur: sed interim vacarent ipsi negotiis, atque oneri-
bus pro sacris bello Gallico receptis, custoditisque. atque hinc scribit Gell.
3 Ceritum † tabulas, tale sumpsisse nomen, in quas scilicet Censores referri iu-
Coloniæ. 4 bebant, quos notæ causa, suffragiis priuarent. † Sed Coloniarum inquit, alia
necessitudo est, non enim extrinsecus in ciuitatem veniunt: sed ex ciuitate,
quasi propagatæ sunt & iura institutáque omnia pop. Romani non sui arbi-
Colonia. Munici-pe. trij habent.[e] quippè in hoc à municipio differt Colonia, quod hæc ex ciui-
tate aliò traducitur. nanque ciues, aliquo ad inhabitandum transcripti Co-
lonia dicebatur, vt non suo arbitrio, sed populi Romani institutis regatur.
Municipes aliundè in vrbem veniunt, suúmque ius proprium habent magi-
stratibus & suffragationibus exclusi, qui proinde eo differebant à ciuibus,
quòd illi, & ferre suffragium, & magistrarum capere possent.[f] Hodie tamen
vrbes quascunque & ciuitates per abusionem municipia dicimus, & muni-
cipes suæ cuiusque ciuitatis ciues. Ius item municipale, & municipalem le-
gem pro iure proprio & particulari lege cuiusque ciuitatis.[g] Inde etiam ma-
gistratus municipales deriuantur: qui per singulas ciuitates & municipia iu-
ri reddendo, & vrbi moderandæ præficiebantur: sine tamen imperio, & po-
Magistratus maiores & minores. 5 testate.[h] † nam inter minores magistratus semper relati fuerunt.[i] Vt quæsto-
res in vrbe Roma, ac reliqui prehensionis ius non habentes.[k] Cum magistra
tus maiores hi dicantur, qui imperium & potestatem habent. Vt Romæ cõ
sules, prætores, præfecti vrbi:[l] & in prouinciis procõsules, præfecti prætorio,
legati Cæsaris, cæterique prouincias regentes.[m] quorum in more positũ fuit,
in celebriore prouinciæ loco, & ciuitate residere constitutis per cætera mu
nicipia magistratibus: quorum opera, ius prouincialibus redderetur: neque
Decuriones. 6 enim ipsi prouinciarum præsides, singulis locis interesse poterãt.[n] † ob idque
decuriones primum creati: qui eodem in municipiis, quo senatores in vrbe,
munere fungerentur.[o] non iudicandi scilicet, sed publicè consulendi gra-
tia.[p] Ex quibus tamen solebant deligi magistratus, qui ius dicerent & iudica-
rent.[q] neque enim qui decurio non erat, aliis honoribus poterat in munici-
piis fungi.[r] & hi iuri dicundo præpositi ex ordine decurionum, dicti sunt ma
gistratus municipales: quos alios fuisse à toto decurionum ordine semel at-
que iterùm indicat Vlpianus:[s] vt audiendi nullatenus sint, qui eosdem o-
mninò fuisse municipiorum magistratus cùm decurionibus, scriptum reli-
querunt.[t] Ex iis porrò qui summum honorem in municipiis gerebant, duo
Duumuiri. 7 fuerunt, idcirco † duumuiri appellati: qui tales in oppidis, & municipiis e-
rant, quales Romæ consules: quibúsque negotiorum publicorum cura de-
mandabatur.[u] vt locatio vectigaliũ, pecuniæ publicæ tractatio,[x] tutoris da
tio,[z] libelli recusatorij receptio, ac de electi arbitri controuersia cognitio,[a]
cautio item, & missio in possessionem ex causa damni infecti.[b] Præterea
reorum de carcere ac custodia dimissio,[c] quanuis nec ad iurisdictionis qui-
dem suæ defensionem (præterquàm aduersus solos apparitores ac viatores
negligentiùs mandata perficientes)[d] mulctæ dictio sit concessa,[e] quod
certè mirum videtur. tum quòd ita possit inanis reddi eorum iurisdictio,
& qualiscunque maiestas in contemptũ venire.[f] tum etiam quòd specialis,

d l. j. ff. ad municip.
e Gell. libr. 16. noct. Attic. c. 13.
f Arist. lib. iij. Politic. c. j.
g d. l. j. ff. ad munic.
h l. ea quæ. ff. ad munic.
i l. nec magistratibus. ff. de iniur.
k Gell. libr. 13. c. 14.
l l. ij. ff. de in ius vocan. l. sed si. §. hac clausula. ff. quib. ex cau. maio.
m l. si in aliquam. §. fi. cum l. seq. ff. de offic. procons. l. j. l. illicitas. §. pen. l. ex omnibus. l. sed licet. ff. de offic. præsid.
n l. præcipimus. C. de appel.
o Vall. libr. 6. c. 32.
p l. pupillus. §. decuriones. ff. de verb. sig.
q l. rescripto. in prin. ff. de muner.
r l. honores. §. is qui. ff. de decur.
s l. j. in princ. ff. de magistr. conue.
t Alc. libr. iiij. dispun. c. 5.
u l. vnic. ff. de albo scrib. l. duumuirum. C. de decu. lib. 10.
x l. in honorariis §. fina. ff. de act. & oblig.
z l. iis dandi. ff. de tut. & curat. dat. ab his.
l. j. §. si inter. ff. de mag. conue.
a l. fi. C. de iudic.

b l. dies. §. duas. ff. de damn. infect. c l. si quis vxori. §. si fugitiuum. ff. de furt. d l. fi. C. de sportu. e l. vnic. ff. si quis ius dic. l. defensores. ij. C. de defen. ciui. f l. fi. ff. de off. eius.

hoc est delegatus, iudex hanc habeat potestatem.[g] tùm verò quoniam ge-
neraliter definierit Vlpianus iis dari mulctæ dicendæ ius, quibus publicè iu-
dicium est.[h] Cæterùm hoc ipsum alibi idem author interpretatur, de magi-
stratibus populi Romani, quibus solis lege xij.tab. ius dicendæ mulctæ per-
missum.& mandatis deinde principum præsidibus prouinciarum.[i] Ne verò
duumuirorum authoritas deludi posset:alia eis lex accommodauit remedia:
quibus rebelles, proteruos & inobedientes compescerent.[k] vt alibi decla-
raui.[l] †Porrò autem apud hos duumuiros sunt qui putāt legis actionem fuis 8 Actio legis, apud duūuiros.
se:ob id quòd in suo municipio, emancipationi, & aliis quæ voluntariæ sunt
iurisdictionis, authoritatem aliquando interposuerint.[m] quod ab iis tantùm
fieri posse constat, qui legis actionem habent.[n] Sed certè grauis est hic la-
psus:nec vllo modo ferendus:cùm non habeant liberum iurisdictionis exer-
citium ex quo alienigenæ apud eos nequeunt emancipari: nisi lege munici-
pij, aut longa consuetudine id eis sit concessum.[o] Et penes eum duntaxat le- Legis actio.
gis actio esse dicatur, qui plenam habet ac liberam iurisdictionem.[p] Ad hæc
postremò non ignorandum posteriore Cæsarum tempore singulis munici-
piis, & ciuitatibus permissum ex reliquo ciuium corpore, præter ordinem
decurionum, eligere magistratum: cui salus populi & tutela vrbis credere-
tur. idcirco †ciuitatis defensor appellatus,[q] incognitus veteribus Iurisconsul 9 Defensor ciuitatis.
tis magistratus: cui iurisdictio ciuilium causarum vsque ad aureos trecen-
tos, & leuiorum criminum cognitio, legitimáque castigatio permissa,[r] dum
seueriora non exercerent iudicia.[s]

c *Supplicium*) †Vltimum scilicet (inquit Accur. noster) quod solam mortem 10 Supplicium.
interpretamur.[t] Ego verò pro graui quacunque pœna corporali ob delictū
imponenda supplicium hîc sumi volo, proprietatem vocabuli sequutus.[u] a-
liud autem est longè supplicium vltimum, quo sicuti dixi verbo, mors sola
significatur.[x] aliud suppliciū simpliciter quod grauem quamcunque in cor-
pus animaduersionem designat.[y] Est igitur huius legis sensus, municipiorū
magistratus posse quidem modica castigatione seruos coercere, at in corpo
ra seruorum capitaliter vel alioqui seueriore iudicio animaduertere nō pos
se, cùm graues istiusmodi pœnæ à minoribus magistratibus nequeant exer-
ceri:[z] sed ad maiores transmitti debeant.[a]

d *A seruo*) Non est hîc à contrariis ducenda argumentatio: vt quia de ser- Argumentum a cōtrariis.
uis denegatur magistratibus municipalibus supplicium, in liberos conces-
sum illis videatur.[b] Hæc enim illatio, nimis esset absurda.[c] Nam in liberos
homines nec quidem coercitionis modicæ ius habet istiusmodi magistra-
tus.[d] Sed de seruis expressum est, quod cùm à lege pro nullis & mortuis ha-
beantur:[e] prima fronte videri poterat, quibúsque magistratibus, etiam mi-
noribus, permissum de illis supplicium sumere.

e *Sumere*) †Sumebant ita veteres de seruis supplicium, vt cæsi verberibus 11 Seruorū vetus puniendi mos.
ad supplicium traherentur.[f] Serui, inquit M. Cicero, qui ad supplicium cæsi
verberibus trahuntur: apud eos sæpè disputant, quos necare voluerunt. Ego
consularis apud vos non loquar quos conseruaui.[g]

f *Modica castigatio*) † Id est modica coercitio, & punitio in corpus seruo- 12 Seruorū castigatio.
rum, eos puta flagris, & loris cædendo.[h] quomodo olim seruos castigari soli-
tos Plautinus ille locus indicat:[i]

Hanc rem die crastini, quam herus resciuerit,
Mane castigabit eos, exuuiis bubulis.

Falluntur autem qui modicam hanc castigationem eandem esse putant
cum modica illa coercitione, sine qua iurisdictionem nullam esse, Iulius
Paulus ait.[k]

g *Eis*) Seruis scilicet. Nam in liberos homines, sicuti dictum est, non pos- Modica castigatio.

g c. de causis. §.fi.e.ex literis. de offi.deleg.
h l.ij.§.fi.ff.de iud.
i l.aliud.§.fin. ff.de verb.sign.
k l.contumacia.ff.de re iud.
l l.illicitas.§. fi.de offi.præs.
m l.j.C.de emanc.liberor.
n l.iiij.C.de adopt.
o l.j.l.fin.C.de eman.liber.
p l.magistratū. vbi dixi.ff.de adop.l.ij.& iij. ff.de off.procon.
q l.j l.ij.l.in defensoribus.l. defensores.ij.l. per omnes.l.fi. C.de def.ciu.
r §.& iudicare.§.audient.in auth.de defen. ciu.coll.iij.
s d.l.defensores.ij.
t l.vltimum.ff. de pœn.
u l.qui cùm maior.§.is demū. ff.de bon.liber. l.milites.ff.de quæst.
x l.capitalium in princip.ff.de pœn.l.cum seruus.ff.de cond. ob caus d.l.vltimum.
y §.si quis autem.in auth.vt iud.sine quoq. coll.ij.
z l.defensores. ij.C.de defens. ciuit.
a l.si quid erit. ff.de offi.proc.
b l.j.§.huius rei.ff.de offic. eius.
c l.conuenticulam.C.de episc. & cler.
d l.si priuatus. ff.qui & à qui.
e l.quod attinet.l.serui autem.ff.de reg.iur.
f l.pen.ff.si ex nox.ca.aga.
g Cic.antequàm in exilium iret.
h l.in seruorum.ff.de pœn.
i Plaut.in Mostellaria.
k l.fi.ff.de offi.eius.

sunt

ſunt magiſtratus municipales modica hac caſtigatione vti,[l] cùm nec quidẽ mulctam dicere (quæ pœna pecuniaria eſt)[m] ad ſuæ etiam iuriſdictionis defenſionem poſſint.[n] Hodie tamen defenſoribus ciuitatis (quos magiſtratibus municipalibus annumeramus) leuiorum criminum cognitio, ac competens caſtigatio permiſſa eſt.[o]

L. XIII. EVM QVI.

Idem lib. 1. ad Sabinum.

Eum qui iudicare iubet,[a] magiſtratum eſſe oportet.[b] Magiſtratus autem, vel qui in poteſtate aliqua ſunt, vtputa proconſul, vel prætor, vel alij qui prouincias regunt, iudicare iubere, eo die quo priuati futuri ſunt,[c] non poſſunt.

SVMMÆ.

1 *Iubere iudicare, & iudicem dare.*
2 *Iudicem qui dare poſſint.*
3 *Magiſtratus municipales an dent iudicem.*
4 *Pedaneus iudex non delegat.*
5 *Legatus proconſulis cur iudicem det.*
6 *Delegatus a principe cur iudicem det.*
7 *Magiſtratus temporarij.*
8 *Iudices dati qui.*

Iubere iudicare, & iudicem dare.

1 a *IVdicare iubet)*† Aliud quibuſdam videtur iubere iudicare, quàm iudicem dare. datur quippè iudex initio litis, vt de tota cauſa cognoſcat. Iudicare verò iubetur qui iam cognouit. Sed ſententiam dicere cunctatur, vel recuſat.[a] namque tunc, ſi non eum excuſatio legitima tueatur,[b] iubetur, hoc eſt, cogitur iudicare, ſeu proferre ſententiam.[c] legatus item inquiunt mandata iuriſdictione poteſt iudicem dare:[d] qui tamen (cùm non ſit magiſtratus) iubere iudicare non poteſt.[e] Sed mihi hæc differentia ſuperſtitioſula videtur: qui perſuaſum habeo idem eſſe dare iudicem, quod iudicare iubere.[f] iuris diſceptator (inquit M. Cice.) qui priuata iudicet, iudicariue iubeat, prætor eſto.[g] At qui ſcimus propriũ munus fuiſſe prætoris iudices litigantibus conſtituere,[h] quod autem legatus, qui magiſtratu non fungitur iudicẽ dare poſſit: ideo conſtitutum Paulus ait, quòd ei lege ſingulariter ſit conceſſum:[i] vt mox explicabimus ipſi.

Iudicem qui dare poſſit.

2 b *Magiſtratum eſſe oportet)* Mirum hinc collige,† cum duntaxat iudicem dare poſſe, qui magiſtratus eſt. ſimplex autem magiſtratus nomen, à lege prolatum ad magiſtratus populi Romani refertur.[k] alibi Iureconſultus dandorum iudicum poteſtatem, neque paſſim, neque ſine delectu permiſſam oſtendens, iudicem (inquit) dare poſſunt, quibus lege aliqua conceditur: vt proconſul & proconſulum legati.[l] quo manifeſtum fit, magiſtratus municipales, qui neque de magiſtratibus populi Romani ſunt, nec ſingularem hanc prærogatiuam à lege habent, dare non poſſe iudicem. Hoc enim prætoriũ eſt, & imperij magis quàm iuriſdictionis.[m] quocirca nequit ab iſtiuſmodi magiſtratibus minoribus explicari.[n] Vnde nec quicquam facit, quod iuriſdictionem habeant: cùm non eam habeant ſuo iure, hoc eſt principis, aut populi Romani prouidentia:[o] ſed vel præſidis prouinciæ, vel populi municipalis ſuffragio.[p] quod ſupra declaratum extitit.[q]

Delegandi poteſtas.

3 † Hinc & illud relucet, iure maioris duntaxat magiſtratus, poteſtatem iudicis dandi, ſeu delegandi competere[r] cum minores magiſtratus, non hac polleant authoritate.[s] Nam procurator Cæſaris, qui tamen inter certas perſonas ordinariam iudicandi poteſtatem habet,[t] & inter magiſtratus refertur:[u] ius tamen non habet iudicem dandi.[x] vt eorum meritò probem ſententiam, qui negant ei cui mandata eſt iuriſdictio, talem concedi poteſtatem, cùm nec magiſtratus ſit, nec vlli adminiſtrationi præfectus, cui cohæreat iuriſdictio,[y] ſed vtatur iuriſdictione

l l. ſi priuatus. ff. qui, & à qui.
m l. aliud eſt §. fi. ff. de ver. ſig.
n l. vn. ff. ſi quis ius dicen.
o §. audient. in auth. de defenſo. ciui. coll. iij.

a l. eum quem. ff. de iudic.
b l. pen. §. qui autem. ff. de vaca. mune.
c l. de qua re. l. venditor. §. fin. ff. de iudic.
d l. legatus. ff. de of. proconſ. e vt hac l.
f Cic. lib. iij. de legib.
g l. j. vbi, dixi. 3. hoc tit.
h d. l. legatus.
i l. cũ prætor. §. j. ff. de iudic.
k l. aliud eſt. §. fin. ff. de ver. ſig.
l l. eum prætor. l. pen. ff. de iud. & hic.
m l. j. 3. hoc tit.
n l. ea qua. ff. ad municipal.
o l. more. l. & quia hoc tit.
p l. fi. ff. de albo ſcrib.
q l. præcedenti.
r l. j. l. fi. ff. quis & à quo. l. j. hoc tit.
s l. cùm prætor. §. j. ff. de iud.
t l. j. C. de iuriſd.
u l. fi. C. vbi & ap. quem.
x l. ex conſenſu. §. j. ff. de appel. l. j. C. de pedan. iudicib.
y d. l. fi. verſ. penul.

mandantis.[x] sitque veluti simplex, & nudus minister eius, qui mandauit.[a]
Adde quod quæ specialiter alicui tribuuntur (vt facultas dandi iudicem[b])
mandata iurisdictione non transeunt.[c] † Denique pedaneis iudicibus à præ 4
side mandata est iurisdictio ad vnam speciem, nempè humiliorum causarũ,[d]
quos tamen certum est ius non habere dandi iudicem: quinimò nec causam
ad præsidem remittendi: sed ipsos per se cognoscere oportere, & de qua re
cognouerint, pronunciare.[c] Neque porro quemquam moueat,† quòd lega- 5
tus proconsulis iudicem dare possit.[f] hoc enim non potest in vim mandatæ
iurisdictionis: sed quoniam, id ei singulariter lego fuit indultum,[g] sicuti etiã
prærogatiua dandi tutorem,[h] plerisque magistratibus denegata.[i] Et quo-
niam legatus mandata statim iurisdictione, proprietatem iurisdictionis nan
ciscitur:[k] non quidem proconsulis mandantis beneficio, qui necessum ha-
buit iurisdictionem huic, vel alteri legato demandare,[l] & liberalitatis bene
ficium excludat necessitas:[m] sed magis indulgentia principis delegantis: qui
creato proconsule mox legatum eligebat: quem in destinatam prouinciam
iuris dicundi causa, cum proconsule mitteret. licet legatus non ante quære-
ret iurisdictionem, quàm foret ei per proconsulem demandata.[n] quo sem-
per se inferiorem proconsule recordaretur. † Verumenimuerò iudices à se- 6
de apostolica delegati,[o] aut à Cæsare, Rege, alióue supremo principe dati,[p]
ius idcirco dandi iudicem habent, quòd licet reuera magistratus non sint: cũ
nec illis sit publicè iudicium:[q] nec ordinariæ sint præpositi administratio-
ni,[r] magistratus tamen authoritate funguntur.[s] Ex quo non censentur iu-
risdictionem habere alieno beneficio, nempè mandatu magistratus: potius
suo iure, & à lege.[t] cum eam nacti fuerint recta à principe, qui lex est anima
ta in terris.[u] cuiusque voluntas, vim legis habet: imò verò, lex est.[x] Qua ra-
tione mihi videntur iuris authores ordinarijs magistratibus, iudicem à prin-
cipe datum, contulisse,[y] atque adeò in delegata causa, prætulisse.[z]

c *Priuati futuri sunt)* † Magistratus olim, præclaro veterum instituto, non 7
perpetui erant, sed temporarij, & plerunque annui.[a] hi in tempus successo-
rum, quo ipsi sine potestate futuri sunt, in certa causa iudicare iubere non
possunt.[b] paria si quidem sunt, aliquid vetito tempore fieri, vel id faciendũ,
in tempus prohibitum conferre.[c] & ita par est, delegari causam ab eo, qui
priuatus est, nec vlla fungitur potestate, vel à magistratu, in tempus quo fu-
turus est priuatus.[d] Vt autem non obstet, quod Paulus ait, datos à præside iu-
dices, solere etiam in tempus successorum durare:[e] considerandum est, iudi-
cum datorum verbo,† illîc significari constitutus à præside prouinciæ, per 8
singula loca iudices, qui ordinaria potestate, prouincialium controuersias iu
dicarent, & cognoscerent.[f] hi autem, quoniam perpetui erant,[g] in tempus
proculdubiò successorum durabant,[h] nisi à successore reuocarentur. quod
non nisi ex magna causa fiebat.[i] Ideóque Paulus scribit, Solere eos in tem-
pus successorum durare.[k] Ex prædictis, & illud non contemnendum, obser-
uare licet, Dare iudicem, esse in certa lite, particularíque causa, iudicem con
stituere. Quod vsitatiùs, delegare dicimus.[l] idémque demonstratur verbo
iubere iudicare.[m] Iudices verò dati generaliter illi dicuntur, quibus vniuer-
sa iurisdictio, aut eius species certa, est demandata.[n] quod Iurisconsulti di-
cunt, mandare iurisdictionem.[o] Vnde & Pedanei iudices, quibus vna spe-
cies iurisdictionis, nempè leuiorum causarum, commissa est: iudices dati di-
cuntur.[p]

Pedanei iudices an delegent.

Legatus cur iudicem det.

Delegat⁹ à principe subdelegat.

Magistratus temporarij.

Iudices dati.

Dare iudicem.

L. XIIII. EST RECEPTVM.

z l.j.§.fi.l.etsi prætor.de of.cons. a c.fi.§.fi.de of.deleg. b d.l.cum præ-tor.§.j. c l.j.ff.de of.cons. d l.ij.l.fi.C.de peda.iud.§.illud in auth.vt defunc.seu fu-ne.col.6 e l.iij.C.de pe.iud. f l.legatus.ff.de of.procon.l.sæpè.ff.de of.præsid. g d.l.cum præt.§.j. h l.pen.ff.de of.procons. i l.muto.§.tutoris.ff.de tutel.§.j.Inst.de Atilia.tuto. k l.cognitio.vers.cum propriam.ff.de of.eius.l.legati.ff.de of.procons. l l.obseruare.§.sicut.ff.de of.procons. m l.vnum.§.j.ff.de leg.ij.l.rẽ legatam.ff.de adi.leg. n d.l.obseruare §.fi.cum l.seq. o c.super.§.nos autem.de of.de leg.cle.j.illo tit. p l.à iudice.C.de iudic. q l.ij.§.fi.ff.de iudic. r l.l.fi.vers.pe.C.vbi & ap.quem. f l.à iudice.d.§.nos autem. t l.mrc.5.hoc tit. u §.fi.in auth.de consf.coll.iij.

x l.j.ff.de const.princ. y l.vni.in fi.C.qui pro sua iurisd.d.l.à iudice. z c.significasti.c.sanè.de of.dele. a l.præsidis.ff.si cert.pet. b l.iudicium soluitur.ff.de iud. & hic. c l.quod sponsa.C.de don.ant.nupt. d l.fi.in prin.ff.de pœn. e l.venditor.§.iudicec.ff.de iud. f l.fi.C.vbi & ap.quem. g d.l.præsidis. h d.§.iudices. i l.soler.§.sicut.ff.de of.procons. k d.§.iudices. l l.sæpè.§.fi.cũ l.seq.ff.de of.præsid. m l.iudicium.ff.de iud.dixi in pr.huius L. n l.fi.§.fi.C.vbi & ap.quem. o l.j.§.fi.ff.quis & à quo. p l.ij.l.fi.C.de pedan.iud.§.illud in auth.vt defunc.seu funer.col.6.

Idem

Idem lib. 39. ad Edictum.

Est receptum, eóque iure vtimur, vt si quis maior vel æqualis[a] subiiciat se iurisdictioni alterius, possit ei,[b] & aduersus eum ius dici.

SVMMÆ.

1 *Minor in maiorem quandoque potest.* 2 *Princeps se subiicit inferiori.*

Minor in maioré. 1 a M*Aior vel æqualis*) Non † solum magistratus, aut iudex inter priuatos iurisdictioni se subiicientes, ius dicere potest.[a] sed etiam inter magistratus pares, siue æquales, atque adeò maiores.[b] licet alioqui par in parem, multóque minus inferior in superiorem, neque potestatem habeat, neque 2 imperium.[c] † Vnde Rex, Imperator & quicunque princeps se subiicit iurisdictioni inferioris creatis iudicibus in causis, quæ contra se mouentur.[d] & summus Pontifex (cui tamen creaturam omnem canones subditam esse volunt[e]) inferioris se submittit potestati.[f] quod si agant principes, benè quidē, ac pro dignitate fecerint: cogi verò non possunt. quin si summo iure vti velint, in propria causa iudicandi facultatem habent.[g]

Princeps se subiicit inferiori.

b *Ei*) Hoc est, ad vtilitatem eius.[h]

a *l. iij. ff. de iud.* b *l. ille à quo. §. tempestiuum ff. ad Trebe. & hic.* c *l. nam magistratus ff. arb.* c *cum inferior. de ma. & obed.* d *l. iij. C. si aduers. fis.* e *c. j. de constitutio.* f *c. nos si incompetenter. ij. q. 7. gl. c. nemo. 9. q. iij.*

L. XV. SI PER ERROREM.

Idem lib. 3. de omnibus tribunalibus.

Si per errorem[a] alius pro alio prætor[b] fuerit aditus: nihil valebit quod actum est.[c] Nec enim ferendus est, qui dicat, consensisse eos in præsidem, cum (vt Iulianus scribit) non consentiāt, qui errant.[d] Quid enim tam contrarium[e] consensui, quàm error, qui imperitiam detegit?[f]

g *l. proximè. ff. de iis quæ in testa. delen. l. & hoc Titus. ff. de hered. instit.* h *l. qui iurisdictioni. 3. hoc tit.*

SVMMÆ.

1 *Error quicunque iurisdictionem impedit.*
2 *Error iuris non excusat.*
3 *Prætor duplex.*
4 *Error quando impediat consensum.*
5 *Hyperbolica loquutio.*
6 *Imperitia quid.*

Error impedit iurisdictionem. 1 a E*Rrorem*) † Siue facti: quia litigatores existiment aditum prætorem alium esse: siue etiam iuris, quia peregrinum puta prætorem, existiment inter Romanos ciues ius dicere:[a] nullo quippè casu litigatorum error tribuit iurisdictionem:[b] cùm non consentiat, qui quoquomodò errat.[c] Nec nos mouerit quod Vlpianus scripsit eum fateri & consentire, qui ius ignorauit.[d] Nā que loquitur, vbi non errabatur circa iurisdictionem: sed circa id, de quo litigabatur. quo casu non attendit lex partium consensum: sed verba, quibus 2 responsio concipitur.† Quare non excusatur, qui in iure errauit: sed eius imperitia culpæ annumeratur: eidémque imputandum est, qui priusquàm responderet, aut veniret in iudicium, peritiores consulere debuit.[e] Nos de iurisdictione tribuenda tractamus: quæ tota pendet ex litigatorum voluntate: Error autem, siue iuris, siue facti consensum & voluntatem omnem excludit.[f]

Iuris error.

Prætores duo Romæ. 3 b *Alius pro alio prætor*) † Vrbanus puta, pro Peregrino: aut ècōtrà, Peregrinus pro vrbano: qui fuerunt duo prætores, cùm propagatis imperij finibus multa peregrinorum turba in vrbem confluxisset, Romæ creati, vt alter inter ciues, alter inter aduenas & peregrinos ius diceret.[g]

a *l. ij. §. post aliquot. ff. de orig. iur.* b *l. ij. in pr. ff. de iudic.* c *l. nihil §. fi. ff. de reg. iur.* d *l. iij. ff. de confes.* e *l. in bonorum. ff. de bono. poss. l. iuris. C. qui admitti.* f *l. sed hoc ita. ff. de aq. plu. l. non ideirco. C. de iur. & fac. d. l. nihil. §. fin.* g *d. §. post aliquot.*

c *Actum est*) Non itaque tenebit lata à prætore per errorem adito senten-
tia, tanquam à iudice incompetenti.[h] Cùm error iurisdictionis prorogatio-
nem impediat.[i]
d *Qui errant*) † Non videntur, inquit idem Vlpianus alibi, consentire, qui er- 4
rant.[k] Rursus, error litigatorum ait, non habet consensum.[l] Et Pompon. scri-
bit, nullam errantis esse voluntatem.[m] Ne verò quisquam hîc tumultuetur
ex Pauli responso:[n] censent interpretes obseruandum illîc, in vno ab hære-
de erratum fuisse, in alio hæredem consensisse. Errauit quippè in rebus hæ-
reditariis, quas multò plures esse in hæreditate credebat, quam reuerà fo-
rent: cuius erroneæ crudelitatis ratione non dicit Iuriscon. hæredem habuis-
se voluntatem. consensit autem vt legatarius possessionem totius legati nan-
sciceretur[o]: quo nomine hæredem habuisse voluntatem illîc traditur: vt ve-
tum sit, errorem impedire consensum circa id, in quo erratur, non circa alia.
Quo etiam modo tollunt aliud Pauli responsum:[p] quod in eo dicant erratũ
fuisse in persona: consensum autem in delicto. Verum hæc non satis mihi
tuta videntur. Nam cur non itidem in specie nostra dicemus? vt quoniam
error fuit in persona magistratus, consensum tamen in iudicio, hoc est vt iu-
dicium exerceretur, non impediat error in persona voluntatem? Præterea
hoc Vlpiani constitutioni repugnat, qua traditum est, Si quis hominem cæ-
ciderit, dum putat seruum suum, non tenetur iniuriarum:[q] & tamen in de-
licto consensum, in persona erratum fuerat. Itaque melius dicerem erro-
re impediri consensum: nisi ab eo sit erratum, qui ex proposito delinquit.[r]
idque ne erroris allegati prætextu pœnæ delictorum obumbrentur. eo fit, vt,
si quis errans non habens [?] delinquendi, dándique operam rei licitæ,
& permissæ, alteri inferat iniuriam, error tunc consensum impediat. Veluti
cùm quis seruum cædere existimans (quod domino conceditur[s]) alterum
cæciderit, neque enim tenetur:[t] secus si alienum[u].
e *Tam contrarium*) † Hyperbolicè loquitur hîc Vlpianus, vt alibi docui.[x] 5
nam alio loco ait nihil esse tam contrarium cõsensui, quam vim, & metum.[y]
f *Imperitiam detegit*) † Hoc est rudem quandam simplicitatem & inertiam. 6
neque enim de eo imperitiæ genere hîc agimus; quod culpæ Iurisconsulti
adscribunt,[z] in iis videlicet personis, qui artem, quam profitentur, inscitè &
imperitè exercent. vt in iudice,[a] medico[b] & artifice:[c] qui culpam inexcusa-
biliter contrahunt, si imperitia peccent. meritóque temeritatis suæ pœnas
rependere coguntur[d].

b l. j. & tot. tit. C. si à non cõp. ind.
i l. ij. in pr. ff. de ind.
k l. nihil. §. fi. ff. de reg. iur.
l l. ij. ff. de ind.
m l. sed hoc ita. ff. de aq. pluuia
n l. j. §. si lega-tarius. ff. ad l. Falc.
o d. §. si legatarius.
p l. eum qui. §. si iniuria. ff. de iniur.
q l. illud. §. fi. ff. de iniur.
r d. §. si iniuria.
s l. vni. C. de emend. seruor.
t d. l. illud. §. fi.
u l. j. §. Labeo. ff. de iniur.
x lib. iij. Miscella. cap. 11.
y l. nihil. ff. de reg. iur.
z l. Imperitia. ff. de reg. iur.
a l. ij. ff. quod quisque iur.
b l. illicitas. §. sicuti vbi dixi. ff. de of. præs.
c l. si quis fundum. §. Celsus. ff. de contrah. empt.
d §. præterea. Inst. de lege Aquil.

Error quidem consensum impediat.
Hyperbolica loquutio.
Imperitia

L. XVI. SOLET.

Idem lib. de omnibus tribunalibus.

Solet prætor[a] iurisdictionem[b] mandare. & aut omnem mandat,[c] aut speciem vnam.[d] & is cui mandata iurisdictio est, fungitur vice eius, qui mandauit, non sua.[e]

SVMMÆ.

1 *Prætoris verbo qui.* 2 *Iurisdictio.* 3 *Mandare iurisdictionem.*

a PRætor) † Prætoris verbo, quemcunque maiorem magistratum, qui sci- 1
licet cum imperio potestatem habet, hîc accipe, vt prætorem in vrbe
Roma, & præfectum vrbi, in prouinciis proconsulem, cæterósque præsides
prouinciarnm.[a]
b *Iurisdictionem*) † Iurisdictionis nomẽ contractè hîc positũ, intelligi debet 2
pro iuridiciaria potestate cognoscendi, iudicandique ciuiles priuatorum
controuersias.[b] nam generaliter, vt rerum quoque capitalium cognitionem
continet

a l. ij. ff. de in ius voc. l. sed si. §. hac clausula. ff. ex qui. ca. ma. & l. præced.
b l. obseruare. §. fi. ff. de of. procons.

Prætoris nomen.
Iurisdictio.

continet,[c] accipi non poteſt : cùm eiuſmodi iuriſdictio nequeat demandari.[d]

Mandare iuriſdictionem.

3 c *Omnem mandat*)† Vniuerſam mandat iuriſdictionem, qui omnem in vniuerſum cognitionem, & iudicationem ciuilium cauſarũ, alteri committit:[e] ſicut facit proconſul legato.[f]

d *Speciem vnam*) Mandat ſpeciem vnam iuriſdictionis, qui vel certo negotiorum generi aliquem præponi: vt cum pedaneis iudicibus humiliorum cauſarum iudicatio committitur:[g] Vel inter certas perſonas, veluti pupillos & viduas:[h] vel etiam in vna certa & particulari lite, inter Titium puta, & Mœuium.[i] quo tamen caſu magis date iudicem, quàm mandare iuriſdictionem dicitur.[k]

e *Non ſua*) Nihil enim proprium habet, qui mandatam ſuſcepit iuriſdictionem: ſed eius, qui mandauit, vtitur poteſtate.[l] etiam ſi prætor ſit, qui alienam exequitur iuriſdictionem.[m] Quod qualiter accipiendum ſit, ſuis fuit obſeruatum locis.

L. XVII. PRÆTOR.

Idem lib 1. opinionum.

Prætor ſicut vniuerſam iuriſdictionem mandare alij poteſt: ita & in perſonas certas, vel de vna ſpecie,[a] poteſt: maximè[b] cùm iuſtam cauſam ſuſceptę ante magiſtratum aduocationis[c] alterius partis habuerit.[d]

SVMMÆ.

1 *Maximè dictio.*
2 *Aduocatus iure recuſatur.*
3 *Recuſatio iudicis legitima.*
4 *Suſpectus in cognoſcendo an in delegãdo.*

a **V***Na ſpecie*) Superfluere videtur, contra Iuſtiniani fidem,[a] hæc conſtitutio: cùm idem quod præcedens caput contineat. Nec dixetis, neceſſariam fuiſſe repetitionem, propter nouum illud, quod in fine adiicit, ex hac doctrina pendens.

Maximè.

1 b *Maximè*)† Implicat dictio *maximè*, idem quod præcipuè, & præſertim, ſignificans.[b] Quocirca dicendum poſſe prætorem, etiam ſine cauſa vniuerſam iuriſdictionem, aut certam ſpeciem demandare.

Aduocatus iure recuſatur.

2 c *Aduocationis*)† Qui ante magiſtratum adeptum aduocatus fuit alterius partis, in ea cauſa iudicare prohibetur, ne affectionis ſuæ plus æquò memor, incorrupti iudicis nomen referre nequeat.[c] affectus quippè præſumitur in lite, cui patrocinium præſtitit.[d] vt meritiſſimò poſſit, ſi non ſua ſponte iudicium deſerat, tanquam ſuſpectus recuſari:[e] ne lites cum ſuſpitione procedant:[f] in eo ſcilicet negotio, in quo aduocati functus eſt munere. nam de alio iudicare non vetatur.[g]

Recuſatio iudicis.

3 † Rurſus ſi allegaretur ſuſpectus ab ea parte, contra quam patrocinium præbuit. nam per eum, cuius cauſam defendit, cùm ceſſet prohibitionis ratio, non poteſt recuſari.[h] Sed nec ideo iudex poterit ab albo reiici, quod familiarem habeat, & commenſalem aduocatum alterius partis:[i] tametſi aduocatus ille iudicantis filius eſſet.[k] Niſi tamen ex aliis circunſtantiis augeretur ſuſpitio.[l] quod ipſum totum arbitrio ſuperioris, apud quem recuſationem cauſæ proponuntur, æſtimandum relinquemus.[m]

Suſpectus in cognoſcendo, an in delegando.

4 d *Habuerit*)† Et ſi iudex ſuſpectus in cognoſcendo, quia videlicet in eadem cauſa fuit aduocatus: non propterea redditur ſuſpectus in committendo, & delegando.[n] Quod in ordinario ſine controuerſia receptum eſt, qui cum generalem habeat iuriſdictionem, licet ſuſpectus ſit in prouinciali negotio, nõ coarguitur ſuſpectus in hoc incidenti: quominus cauſam demãdare poſſit:[o]

c l. j. verſ. & ideo. ff. de off. eius.
d l. ſolet. ff. de of. procon. l. nemo poteſt. ff. de reg. iur. d. l. j.
e l. j. §. damus. ff. de ſuſp. tut. l. j. §. fi. ff. quis & à quo.
f d. l. obſeruare §. fi.
g l. fi. C. de pedan. iud. §. illud in auth. vt def. ſeu fun. col. 6.
h l. j. C. de iuriſdict. vni. C. quand. imp.
i l. ſequenti.
k l. ſæpè. §. fi. cũ l. ſeq. ff. de of. præſ.
l l. j. § qui mandatam. ff. de of. eius.
m l. & ſi prætor ff. de of. eius.

a §. quibus in j. conſtit. C.
b l. proximè. ff. de iis quæ in teſta. delen.
c l. fi. in fi. C. de aſſeſſor.
d l. fi. ff. de teſti.
e c. poſtremo. de appella.
f l. apertiſſimi. C. de iudic.
g d. c. poſtremo.
h ol. c. fi. de teſtib. in 6.
i c. j. de of. ind. lz. Peruſ. d. c. poſtremo.
l c. inſinuante. de of. deleg. c. ex inſinuatione. vbi Canoniſtæ. de appe. c. accedẽs. vt lit. non cont.
m l. iij. §. j. ff. de teſtib.
n c. ſi quis contra. de for. cõp. c. cum ſpeciali. de appel.
o d. c. ſi quis. d. c. cum ſpeciali.

secus in delegato.[p] vtitur enim delegatus iure delegantis, cuius intentio verisimiliter non est, vt causa committatur à suspecto.

L. XVIII. SI CONVENERIT.

Africanus lib. 6. Quæstionum.

Si conuenerit[a] vt alius prętor, quàm cuius iurisdictio esset, ius diceret, & priusquam adiretur,[b] mutata voluntas fuerit: proculdubiò nemo compellitur[c] eiusmodi conuentioni stare.

SVMMÆ.

1 *Iudicis consensus an necessarius.*
2 *Qualitas censetur repetita.*
3 *Voluntas quando mutari possit.*
4 *Iurisdictionis acquisitio & conseruatio.*

a *SI conuenerit*) † Titius & Mæuius, ciues Romani de re aliqua litigaturi cô- 1 *Vera legis nostrę interpretatio.*
uenerunt: vt prætor peregrinus, (cuius tamen inter aduenas duntaxat
est iurisdictio[a]) super ea lite iurisdicendi gratia adiretur. Deinde priusquam
ad eum acccederent, contrarium mutata voluntate conuenerunt: nempè vt
coram proprio iudice hoc est prætore vrbano tractaretur negotium. Et ab
Africano hîc responsum est, neminem postea compelli primæ conuentioni
stare: cùm illi per sequentem fuerit derogatum,[b] & nihil magis naturæ con
ueniat, quàm eodem modo quodque dissolui, quo colligatum est.[c] Et con-
tractam mutuo duorum consensu obligationem, mutuo pariter illorum con
sensu perimi.[d] † Quòd si primus iudex, in quem consensum erat, litigatores 2 *Iudicis cõsensus nõ necessarius.*
cogere velit, tanquàm ex priore pactione ius ei quæsitum fuerit: nequaquã
audiendus erit, cùm enim eius consensus in iurisdictione proroganda non
fuerit necessarius,[e] nec in reuocanda quoque desideratur.[f] Et hunc sensum,
licet cum recepta interpretatione pugnantem, omnia ferè constitutionis
nostræ verba suadent. sed illa vel maximè, *conuenerit* quæ ad vtranque partẽ
necessariò referuntur.[g] Quare & quæ sequuntur *mutata voluntas*, ab vtroque
pariter litigatore accipi debent:[h] tum quod alioqui non diceretur voluntas
propriè mutata[i] tum ne difformis fiat verborum eiusdem legis, imò ve-
rò orationis & periodi interpretatio.[k] † Et quoniam præcedens qualitas 3 *Qualitatis repetitio.*
in sequenti repetita videtur.[l] Ne verò negotium faciant nobis vllum verba
illa *priusquàm adiretur*, quæ à contrario prima fronte videntur innuere, post-
quam prætor aditus est, non posse partes à lite discedere, contra Se-
ueri constitutionem.[m] Hinc obseruare debes, posse quidem partes à li-
te liberè recedere, liti renunciando: vt coram nullo videlicet iudice, dein-
ceps tractetur negotium:[n] non etiam ita, vt coram alio prætore litige-
tur.[o] ne fiat adito primum prætori in quem & re, & verbo consensum est,
iniuria.[p]

b *Priusquam adiretur*) Etiam † ante contestatam litem. ante quàm iudex e- 4 *Voluntas quando mutetur.*
tiam adiri dicitur.[q] Vt sic intelligamus, in huius legis specie non fuisse prętorem illum primum, in quem consensum erat, quoquomodò aditum à partibus: alioqui, quia de nouo in eum consensissent, voluntas tanquam integra esse desiisset, non potuisset mutari.[r] ne prætoris authoritas habeatur ludibrio. & ei quæsita iurisdictio deludatur.[s]

c *Nemo compellitur*) † Quoniam, inquiunt interpretes, vulgò de tribuenda 5 *Iurisdictionis acquisitio & conseruatio*
iudici in competenti noua iurisdictione agitur: secus docentes, si de ordinarij iudicis authoritate, & iurisdictione conseruanda quæ poterat aliquo priuilegio declinari, tractaretur.[t] Nec ignotum, facilius vetera conseruari, quàm indulgeri, & concedi noua.[u] Verum hanc interpretationem, vt missa faciam reliqua, conuellunt apertè Iustiniani rationes:[x] quæ pactionibus

nouæ

p c. iudex ab apostolica de offi. deleg. in 6.
a l. ij. §. post ali quot. ff. de orig. iur.
b l. ab emptione ff. de pac. l. pacta nouissima. C. illo titu.
c l. prout quisque. ff. de solutio. l. nihil tam. ff. de reg. iur.
d l. j. C. quand. lic. ab emp. §. fi. Inst. qui. mo. tol. oblig. c. j. de reg. iur.
e l. ij. §. j. ff. de iud.
f l. hæredes. §. si quid post. ff. de testa.
g l. j. §. conuentionis. ff. de pac.
h l. si vt proponitur. ff. de fideiu.
i l. iij. ff. de rescin. vend.
k l. iam hoc iure. ff. de vulg. l. in testamento. C. de test. milit.
l l. doli verbum ff. de seruo corrup.
m l. postquam lite. C. de pac.
n d. l. postquã.
o vt hac l.
p l. sed & si in seruũ. §. fi. cum l. seq. & seq. ff. de recep. arb.
q l. si creditores C. de pac. §. si verò etiam qui dam iurent. in auth. de exhib. re. col. 5.
r l. sed etsi susceperit. in pr. ff. de iud.
s l. ij. ad pr. ff. de iudic.
t l. pe. C. de pac. c. j. de iudi.
u l. patre. ff. de iis qui sunt sui. l. j. §. casum. ff. de postul.
x d. l. penul.

nouæ iurisdictionis tribuendæ, similiter conueniunt. Quocirca tutius est nostrum mordicus tenere sensum, à quo nec abhorrent eruditi quidam, & diligentes viri.[y] vt loquitur scilicet Africanus noster, cùm ab vtraque parte quæ simul consenserat: simul quoque fuit mutata voluntas. iura verò, quæ pugnare videntur, id duntaxat tradunt, altera parte inuita litigatorem vnum à conuentis non posse recedere.[z] quod & contextus noster, si penitiùs introspiciatur, à contrario innuit.

y Philip. Decius hîc. & in d.c.j.
z d.l.pe. d.c.j. dixi lib. iiij. Miscel.c.5.

L. XIX. CVM QVÆDAM.

Vlpianus lib.6. fideicommisso.

Cùm quædam[a] puella apud competentem iudicem litem susceperat, deinde condemnata ad viri matrimonium alij iurisdictioni subiecti, peruenerat. Quærebatur, an prioris iudicis sententia exequi posset?[b] dixi posse. Quia antè fuerat dicta sententia.[c] Sed & si post susceptam cognitionem,[d] ante sententiam hoc euenirет,[e] idem putarem[f] de sententia quæ à priore iudice rectè ferretur. Quod generaliter & in omnibus eiusmodi casibus obseruandum est.

SVMMÆ.

1 *Vxor quando viri forum sequatur.*
2 *Præuentio iurisdictionis.*
3 *Exequutio sententiæ à quo fiat.*
4 *Iudicium quando incipiat.*

Vxor quido forum viri sequatur.

1 a *CVm quædam*) † Si puella priusquàm nuberet, per iudicem competentẽ condemnata fuerit, idem iudex poterit etiam post contractum cũ viro alterius iurisdictionis matrimonium, dictam à se sententiam exequi, quia lata fuit eo tempore sententia, quo nondum alterius fori puella esse cœperat. Qua ratione idem Vlpianus dicendum censet: si ante sententiam hoc euenisset, quia veluti puella nuptias contraxisset cũ viro alterius iurisdictionis, poterit siquidem eo quoque casu, de qua re cognouerat iudex pronun-

Iurisdictionis præuẽtio.

2 ciare, & ferre sentẽtiam. † Nec obstat quod mulier forum mariti sequatur:[a] hoc enim verum: nisi in alio foro sit præuenta.[b] quod non modò contingit per sententiam & contestationem litis: verum etiam per simplicem vocationem in ius, & citationem.[c]

b *Exequi posset*) Et videbatur prima fronte, quòd non, cùm mulier nubendo viro alterius fori, transeat in forum mariti.[d]

c *Sententia dicta*) Et ita præoccupata iurisdictio. Quare vbi cœptum est iu-

Executio sententiæ ad quem pertineat.

3 dicium, ibi finem accipere debet.[e] Hinc porrò notabis, † exequendam ab eo sententiam, qui eam tulit: dum ordinarius sit. Nam datus iudex seu delegatus, qui lata statim sententia iudex esse desinit,[f] non exequitur ipse: sed qui mandauit.[g] Rursus si iurisdictio episcopi per laicos prorogata fuerit, eam iudex secularis exequitur.[h]

d *Susceptam cognitionem*) Quoniam suscipi dicitur cognitio, non tantùm per contestationem litis, sed etiam, vt antè dixi, sola citatione.[i] vt maximè præ-

Iudicium quando incipiat.

4 occupasse is iudex videatur; qui primùm in ius vocauit.[k] † non potest hîc contextus, magna nisi cum calumnia, ad contestationem litis restringi ideóque arbitror de citatione quoque accipiendum, à qua etiam lata quadam significatione dicitur incipere iudicium.[l]

e *Hoc eueniret*) Quia scilicet puella nuptui collocata fuerit viro alterius iurisdictionis.

f *Idem putarem*) Vt prior iudex sententiam debeat ferre. ante enim cognitionem litis suscepit, quàm mulier nubendo de foro mariti efficeretur.

a l.fi.§.item rescripserunt. ff. ad municip. l. mulieres. C.de dignit.lib.12.
b vt hac l.
c l. si quis postea quàm.ff.de iudic. c. proposuit. de foro cõpe.
d l.exigere. ff. de iudic.d.l.mulieres.d.§.item.
e l.vbi captum. ff.de iudic.
f l. iudex posteaquàm.ff.de re iud.
g l. à diuo Pio. in prin.ff. de re iud.
h l. episcopale. C.de episco. aud.
i c. gratum de of.delega.
k d.l.si quis posteà d.c.proposuit.
l §.fi. Inst. de pœ. tem.litiga. Accur.rub.ff. de in ius voc.

§. QVOTIES.

Quoties de quantitate ad iurisdictionem pertinente quæritur: semper quantum petatur,[a] quærendum est, non quantum debeatur.

S V M M Æ.

1 *Defensoris potestas limitata.*
2 *Spectandum quod fieri debet.*
3 *Libelli figura qua ido attendenda.*

a *QVantum petatur*) Nobilis est hinc excerpta regula, quæ hoc exemplo di-
lucidè explicabitur:† si apud defensorem ciuitatis (qui iure Codicis,
ad quinquaginta duntaxat aureos:[a] nouissima verò lege Iustiniani ad trecen- 1
tos vsque[b] poterat cognoscere) petierim à te quadringenta ex mutuo: cùm
reuera deberes mihi tantùm quadraginta: non poterit vllo iure defensor eo
gnoscere. Nec pugnat quod Iureconsultus ait,† non tam spectandum quod
fit, quàm quod fieri oportet.[c] non item quod effertur vulgò, non debere iu- 2
dicem ex eo iudicare, quod actor dicit: sed ex eo quod probat.[d] Nam † fa-
teor, vbi de causæ diffinitione agitur: non item vbi tractatur de constituen- 3
da iudicantis iurisdictione, quo casu libelli figuram, eiúsque verba attendi-
mus.[e] Sed nec contradicit species Caij, in qua petitio ipsa quoque inspicitur,
quæ ad totam referebatur hæreditatem.[f]

a l.j.C. de defenso.ciuita.
b §. & iudicare in auth. de defen.ciui.col.iij.
c l.sed licet. ff. de offi.præs.
d Accurs. l.j. ff. de dol. & in l.j.ff.si quadru. paup.fe.dica.
e Vt hac l.
f l.si idem cum eodem.§.hoc ti.

Defensoris potestas limitata.
Spectandum quod fieri oportet.
Libellus non penitus spectandus.

L. XX. EXTRA TERRITORIVM.

Paulus lib. I ad Edictum.

Extra territorium[a] ius dicenti impunè non paretur.[b] Idem, & si suprà iurisdictionem suam velit ius dicere.[c]

a l.pupillus. §. pen.ff.de verb. signi.
b l.si quis ex aliena.ff.de iud.
c d.§.pe.& hic.
d l.fi.versi.sed ne quis. C.vbi & ap.quem.
e l.more.§.hec tit.

S V M M Æ.

1 *Territorium.*
2 *Iurisdictio an cohæreat territorio.*
3 *Episcopus vbique sacerdotia confert.*
4 *Sententia supra iurisdictionem an omnino nulla.*
5 *Vtile per inutile quando vitietur.*

a *TErritorium*) † Pomponius definit territorium esse agrorum vniuersita-
tem, intra fines cuiusque ciuitatis. sic dictum, vt quidam volunt, quòd 1
magistratus intra eos fines ius habeat terendi, id est, submouendi.[a] Vnde &
nonnunquam per metonimiam Iurisdictio dicitur.[b] Indéque potest vetus
illa quæstio diffiniri,† an territorio cohæreat iurisdictio. Namque passiuè
(vt aiunt) quia certis agrorum finibus circunscribitur & terminatur,[c] inesse 2
territorio, & ei adhærere dicitur.[d] Actiuè verò non rei sed personæ, hoc est
magistratui, cohæret:[e] apud quē esse dicitur iurisdictio. Cæterū respectu ci-
uitatis, & loci, cui publica præest authoritate:[f] quamquam & iurisdictionē
est quandoque reperire sine territorio: vt in iudicibus cartulatijs,[g] & recto-
re scholarum.[h]

b *Non paretur*) Veluti si præfectus vrbi extra centesimum lapidem,[i] aut
proconsul, vel præses extra prouinciam,[k] ius dixerit. cui poterunt
citra vllius pœnæ metum non parere litigatores. cùm enim suæ iurisdi-
ctionis fines transgrediatur: non ampliùs censetur publica persona, sed pri-
uata, & sine potestate.[l] præterquàm tamen in iis quæ voluntariæ sunt iuris-
dictionis.[m] Qua ratione defendi potest, quod pontificij dicunt,† Episco-
pum extra diœcesim sacerdotia conferre posse:[n] potest item iudex 3
extra territorium iubere iudicare:[o] ita tamen, vt intra districtas metas & ter-
minos iudicetur.[p]

f l. spadonem. §.si ciuitatis.ff. de excusa. tut.
g Accursi. l. j. ff.de iudic.
h Aut.habita. C.ne fil.pro pa.
i l.j.§. cum vrbē.& l.fi.ff.de offi.præf.vrb.
k l.iij.ff. de of. præs.
l d.l.fi. d.l.iij.
m l.emancipari.§.fi.ff. de adop.l.ij.ff.de of. procons.
n c.post electionem de conces. preb.glo. c. nouit.de off.leg.
o l.fi.ff. de offi. præfect.vrb.
p l. cùm vnus. §. is qui. ff. de bo.aut.iudi pos.

Territorium.
Iurisdictio an cohæreat territorio.
Episcopus confert beneficia extra diœcesim.

c Ius

t *Ius dicere*) Veluti si defensor ciuitatis ius dicere vellet de quadringentis aureis, qui de trecentis tantùm nouella Iustiniani lege cognitionem, & iudicationē habet.[q] poterit si quidé ei impunè non pareri:[r] nisi de maiori forte quantitate litigatores in eum prorogassent iurisdictionem.[f] Amplius existi-
4 mat Accursius noster,† latam suprà iurisdictionem iudicis sententiam prorsus, & in totum nullam esse: vt si verbi causa, defensor ciuitatis de quadringentis aureis ius dixisset: nec quidem in trecentis consistat sententia.[t] Quod satis probabile iudico ad compensandos effrenes magistratuum conatus: qui suæ potestatis, & iurisdictionis modum excedere non verentur. Nam
5 quod obiiciunt nonnulli, maiori maior summæ, minorem inesse.[u] & vtile † per inutile non vitiari.[x] parū vel nihil me mouerint, siquidem hæc in indiuiduis non vendicent sibi locum:[y] veluti in sententia, quæ pro parte regulariter non consistit.[z]

Sententia supra iurisdictionem.

Vtile per inutile.

q §. & iudicare in auth. de defens. ciu. l. col. iij.

r Vtque l. f. l. de qua re. §. j. ff. de iudi.

f l. in hoc iudicio. ff. fami. ercis.

u l. j. §. si stipulanti. ff. de ver. obli. l. qui quartam. ff. de leg. j.

x d. l. j. §. sed si mihi.

y l. j. §. Trebatius. & §. seq. ff. de aqua quotidia.

z d. l. in hoc iudicio.

IOANNES CORASIUS TOLOSAS Iurisconsultus, Tolosæ die 7. Aprilis anno 1544. scripsit: Ferrariæ recognouit,

M. D. L.

IOANNIS CORASII TOLOSATIS IVRISCONSVLTI, IN ALIQVOT IVSTINIANEI CODICIS RESPONSA, ENARRATIONES.

RVBRICA,

De summa trinitate & fide catholica.

SVMMÆ RERVM.

1 *Codicis liber quando editus, & emendatus.*
2 *Humana sine diuinis nosci non possunt.*
3 *Iurisprudentia quid.*
4 *Philosophia triplex ratio.*
5 *Respublica religione maximè conseruatur.*
6 *Christus omnis sapientia lumen.*
7 *Innocatio diuini Numinis.*

IVSTINIANVS anno Christi Dxxix. Imperator creatus, anno sui Imperij tertio, † ex tri 1
bus veteribus codicibus, nimirùm Gregoriano, Hermogeniano, atque Theodosiano, Nouellísque quibusdam constitutionibus, suum nouum Codicem conflari, componíque iussit: ac mox cōpositum edidit xvj. Calen. Maij Decio clarissimo viro consule.[a] Quarto verò post anno, atque ita Regni sui septimo, enucleatos pari cura quinquaginta Digestorū libros, xvij. Calendas Ianuarias, euulgauit.[b] subque finem eiusdem anni, xj. nempè Calendas Decembr. Institutiones ciuiles confici iussit.[c] Eodémque mox anno iiij. Calendas Ianuarij: se quartum & Theodoro Paulino Consulibus, promulgato iam à se Codici (quem emendari, repurgaríque iusserat) quàm plurimas leges nouas, præsertim celebres illas quinquaginta decisiones (quæ extra corpus eiusdē Codicis vagabantur) inseri, infarciríque fecit.[d] appellauítque tum repetitā, purgatam & renouatam Codicis Iustiniani editionem. Quam in omne æuum promulgaturus à diuinis iusto ordine incipere voluit, non tantùm quia dignioribus[e] (qua tamen sola ratione, plerique omnes putant Iustinianum adductum[f]) † sed quoniam (vt opinor ego) pernosci res humanæ non pos 2
sunt: nisi ab eo, qui diuinarum cumprimis veram cognitionem habeat.[g] quemadmodum & Aquitanus ille noster, in suis de Politismo libris perbellè, politéque sequentibus versiculis scripsit.

a l.j. C. de no. cod. fac. l.j. C. de Iustinianeo Cod. confirm.
b l.ij. §. omnes. §. quæ omnia. C. de veter. iur. enucl.
c d. l.ij. §. sed quia prospeximus. & §. igitur post libros. in proœm. Insti.
d l.j. §. j. C. de emen. cod. Iustinia. Alc. lib. Parerg. 6. c. 14.
e l.j. & ij. ff. de albo scrib. c. antiqua de priuileg.
f Alciat. post alios hic.
g c. qui sine 26. q. j.

Codex Iustiniani quando compositus.
Pádectæ.
Institutiones.
Quinquaginta decisiones.
Humana sine diuinis nosci non possunt.

Quid

Quid enim tenere bonum aut verum queant,
Qui non tenent summæ caput?
Veri bonique fomitem, & fortem Deum.
Quem nemo, nisi in Christo videt.

Iurisprudentia quid.

3 Sed præsertim † Iurisprudentia, quæ Vlpiano authore, diuinarum est, & hu-
manarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia.[i] Et quam ideo velut per
Antonomasiam, idem Vlpianus, veram philosophiam appellat.[k] Neque e-
nim aliud est quicquam philosophia (quod & vis nominis indicat) quàm sa-
pientiæ amor, atque studium, rectáque viuendi ratio.[l] Sapientia autem est
diuinarum, humanarúmque rerum, & causarum quibus eæ res continentur,
scientia.[m] Vnde & Lyricus Poëta.[n]

Philosophia. Sapientia.

Fuit hæc sapientia quondam
Publica priuatis secernere, sacra prophanis,
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno.

i l. Iustinia. in fi. de iust. & iur.
k l. j. ff. illo tit.
l Cic. ij. offic. & j. Tuscul.
m Cic. ij. offi. in pr. & iiij. Tus.
n Horatius. de arte Poetica.

Philosophiæ triplex ratio.

4 Cùm † autem tres philosophandi rationes fecerint Veteres:[o] Physicam de
natura, & rebus occultis, Logicam de differendo, & Ethicam de moribus: cu
ius duæ partes sunt. Oeconomica de re familiaris administratione. & Politi
ca de republica. Hanc politicen omnium præstantissimam, iuris authores sa
pienter pertractarunt.[p] quod vniuersam benè, honestéque viuendi rationẽ
5 contineat.[q] † Quoniam igitur respublica religione magis, quàm vllis homi
num officiis, aut laboribus firmatur & stabilitur:[r] Ius ciuile Imperator com
pendiosè traditurus, de vero Dei cultu, tractatum meritissimò præmisit.[s]
Quem veteres obcæcati cùm ignorarent, hûc & illûc errantes, bestiarum
6 more vagabantur. † Est autem Christus ipse vera lux Iustitiæ via, omnísque
sapientiæ.[t]

Respublica religione maximè conseruatur.

Christus sapientiæ lumen.

o Cic. j. Acad. & iij. de finib.
p l. j. & tot. tit. ff. de iust. & iur.
q Ci. ij. de finib.
r c. in qualibet 23. q. 8.
s l. ij. C. de of. præfec. prætor. Afr.
t Ioan. 12. & 18.

Principium vector Dux semita, terminus, idem.

Quẽ certè qui sequitur, non ambulat in tenebris: contráque qui ignotat, ni-
hil præter vmbras conspicit. Et vt ille nostras ait.

Hic veritatis lumen est, vitæ via,
Vis, mens, manus, virtus patris,
Sol æquitatis, flos bonorum, flos Dei
Namque argumentum mutuum est,
Pietatis esse Christianum & impij.
Non esse Christo subditum.

Quod si veteres in more positum habuerunt à Diis immortalibus actionum
7 suarum capere primordia,[u] † & ab inuocatione diuini numinis vt ferebat
cuiúsque religio, opera sua auspicari: vt & Platonem in libris de legibus, M.
Varronem in re Rustica, Vergilium cæterósque Poetas fecisse compertum
est; quantò magis nos ipsi Christianę pietatis cultores cumprimis supplices,
& erectis (vt ille ait[x]) ad cælum manibus Christum seruatorem, à quo omne
datum optimum,[y] implorare debemus: vti eius ope, ac auxilio quod insti-
tuimus, faustè fœlicitérque peragatur.[z] Cui certè si quid fortè nobis fœlici-
ter cesserit, soli habenda erit gratia. Non nobis enim Domine non nobis,
sed quemadmodum Psalmographus ait, nomini tuo da gloriam.[a]

Innocatio diuini numinis.

Soli Christo honor & gloria.

u Cic. ij. de legib.
x l. j. §. j. C. de vete. iur. enucl.
y Iacob. j.
z c. in nomine. de testi. c. in nomine domini, 23. dist.
a Psal. 113.

IOANNIS CORASII TOLOSATIS IVRECONSVLTI

ENARRATIONES.

In l. Cunctos popul. C. de Summ. trinit. & fide catholica.

SVMMÆ RERVM.

1 *Hæreses diuersæ.*
2 *Arriana hæresis.*
3 *Relatiuum quis, vel qui.*
4 *Imperator an mundi dominus.*
5 *Clementia.*
6 *Volo verbi natura.*
7 *Religio, & superstitio.*
8 *Usura cur permissa.*
9 *Pontificis authoritas.*
10 *Damasus pontifex.*
11 *Euangelium an à quo legendum.*
12 *Arrij hæresiarchæ interitus.*
13 *Trinitatis articulus.*
14 *Catholicum quid.*
15 *Hæreticus an infamis.*
16 *Hæreticorum pœna quæ olim.*
17 *Hæretici an comburendi.*
18 *Error Ioannis Hus.*
19 *Iusiurandum quando puniendum.*
20 *Hæreticorum pœna quæ hodie.*
21 *Libri hæreticorum exurendi.*
22 *Numæ libri.*

Impp. Gratianus, Valentinianus & Theodosius Augusti ad populum vrbis Constantinopol.

CVNCTOS populos, quos [a] clementiæ [b] nostræ regit imperium, in tali volumus [c] religione [d] versari, quam diuum Petrum Apostolum [e] tradidisse Romanis, religio vsque adhuc ab ipso insinuata declarat: quámque pontificem Damasum [f] sequi claret, & Petrum Alexandriæ Episcopum, [g] virum Apostolicæ sanctitatis, hoc est, vt secundum Apostolicam disciplinam, euangelicámque doctrinam [h] patris, & filij, & spiritussancti vnam Deitatem [i] sub pari maiestate, [k] & sub pia trinitate credamus. [l] hanc legem sequentes, Christianorum catholicorum [m] nomen iubemus amplecti. Reliquos verò dementes, væsanósque iudicantes hæretici dogmatis infamiam [n] sustinere: diuina primùm vindicta, [o] post etiam motus animi nostri, [p] quem ex cælesti arbitrio sumpserimus vltione plectendos.

Ioannis Corasij Enarrationes.

a c. eos qui. j. q. j. c. po. §. Macedonianus. 24. q. iij.
b Prosper. Aquitanic. in cõtinua. tempo.
1 Macedoniana hæresis.

a INualescente † indies Macedonij Episcopi errore, Spiritum sanctum impiè cõfirmantis, non Deũ, sed creaturam esse, ac Dei patris & filij seruũ: [a] 1 sub Theodosio seniore, apud Constantinopolim aduersus Macedonium celebrata est synodus, anno domini ccclxxxiij. vt tẽporũ chronicon testatur, [b] quæ condemnata Macedonij hæresi, Spiritũsanctũ consubstantialem patri,

& filio, perspicuè demonstrauit.[c] *Tres enim sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt.*[d] Qua etiam authoritate, iam ante sub Constantino Imperatore, & in Nicæna synodo, anno cccxxiiij. profligata fuerat impietas Arriana, consubstãtialem, & coæternum filium, Deo patri, magna cum blasphemia denegans [e] aduersus illud Euangelij, *Pater & ego vnum sumus.*[f] *Et qui videt me, videt & patrem meum.*[g] Anno porrò ccccxxxj. fuit Ephesij, condemnatus Nestorij error, asserentis Christum ex Maria hominem natum, eidémque diuinitatem postea collatam pro merito.[h] Tandémque in Calcedonia synodo, & anno ccccxlix. Eutychiana hæresis Constantinopoli, & Eutyche presbitero authore exorta, damnatur: quæ in Christo solam asserunt diuinam naturam,[i] Quapropter Arrius, Nicæna: Macedonius, Constantinopolitana: Nestorius, Ephesia: Eutyches, Calcedonia Synodo: omnes de Trinitate impiè sentientes condemnati sunt. Quibus adhuc non minus deteriora, Noetius prodidisse mihi videtur, trinitatem, non personarum numero, sed officij tantùm nomine distinguens.[k] aduersus locum illum Ioannis,[l] *Hæc loquutus sum vobis apud vos manens. Paracletus autem Spiritussanctus, quem mittet Pater in nomine meo, vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.* Ne itaque in tanta animorum fluctuatione, Christianus populus nutitaret, & incautus opprimeretur.[m] hac lege (quam primus Theodosius, Thessalonicæ promulgauit[n]) Imperator demonstrat nullatenùs dubitandum, quin Pater, Filius & Spiritus sanctus, tres sint distinctæ personæ: earúmque vna Deitas, vna essentia, par & eadem maiestas.[o] In qua religione vniuersum populum versari vult, & præcipit, diuersum sentientibus hæretici dogmatis infamiam inurens. quorum impium facinus non diuinæ tantùm vltioni relinquit: sed quoniam res pessimi est exempli, arbitrariam sibi præterea vindictam reseruat.

Arriana hæresis. — Nestoriana. — Eutychiana. — Summa nostræ legis.

c c. canones. 15. distin.
d Ioan. 5.
e c. sexto. & c. seq. 16. dist. d. c. canones.
f Ioan. 10.
g Ioan. 14.
h c. pen. §. Nestoriani. 22. q. iij. d. c. canones.
i d. c. pen. §. Euthiciani. d. c. canones.
k d. c. pen. §. Noetian.
l Ioan. 2.
m c. in nomine domini. 23. dist.
n Sozomenus in tripartita. Cassiodoro. lib. 9. c. 7.
o c. j. de summa trinit.

a Quos.

2 Cùm † Relatiuum suaptè natura, si non ei copula præponatur, præcedentia
restringat.[a] Indicat hîc locus, aliquos esse populos, qui Romano non subsint
imperio, quod & Imperator alibi,[b] mihi videtur apertiùs innuisse: vt non
3 possim non mirari, vulgò interpretibus persuasum, † Cæsarem totius orbis
dominum,[c] atque adeò, vt inuictissimum Regem nostrum illi subiici, aduersus Innocentij Pontificis legem,[d] confirmare non erubescant. Quorum ego sententiam pluribus confutarem, nisi scirem Ioann. Ignæum eximiæ doctrinæ summæque authoritatis virum, ea in re plurimum operæ posuisse.[e] Cùm autem Antoninus mundi dominũ se iactitat:[f] Hyperbolicos accipiendum esse nonnulli rectissimè censuerunt. Quamuis enim cunctas prouincias sub eo floruisse, soláque authoritate vniuersum orbem per annos xxiij. rexisse, Historici scribant:[g] Verè tamen nec Persis, nec Scythis, neque Sarmatis, vnquam imperauit. Neque Parthos vnquam tenuerunt Romani, vt meritò riserit Herodianus Antoninum Commodum, qui se Parthicum inscripserat. quin & à nonnullis putatum est Cantabrum populum Hispaniæ Taraconensis, nunquam à Romanis subactum. vel Horatio teste,[h]

Cantabrum indoctum iuga ferre nostra.

Quod nec verum negamus. tempore quo Poeta scripsit: eum enim populum, & vicinas illi gentes, quæ latrocinia retinebant, Augustum postea subegisse, Suetonius non vno in loco significat.[i] Sic & illud psalmographi accipiendum est, *In omnem terram exiuit sonus eorum.*[k] Fidem Christi per vniuersum orbem ab Apostolis diuulgatam significantis, cùm tamen plurimæ sint regiones, & prouinciæ, ad quas Apostolorum nemo est vnquàm profectus.

Relatiuũ quis vel qui. — Imperator an mundi dominus. — Antonini. — Cantaber Hispaniæ populus.

a l. ea tamen. ff. de leg. iij.
b l. mercatores. C. de commer. l. fi. §. fi. C. de Eunuch.
c l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. doct. hic.
d c. per venerabilẽ. qui fil. sint legit.
e Ioan. Igne. in tractat. an Rex Franciæ.
f d. l. deprecatio.
g Iulius Capitolinus Eutropius. & Sextus Aurelius Victor.
h Horat. lib. iij. Carm. Ode 6.
i Suet. in Augusto.
k Psal. 18.

b Clementiæ.

Clementia.
4 Clementia † leuis est quidam, & pius animi affectus in danda venia, & vlci-
scendi modo. Qua nullum ex omnibus magis decet vti quàm Regem, &

principem.[a] Vnde Iustinianus.[b] Nihil est, inquit, tam peculiare imperiali maiestati, quàm humanitas, per quam solam Dei seruatur imitatio. Et Seneca.

Sit pius imprimis, nam cùm vincamur in omni
Munere, sola Deos, æquat clementia nobis.

Et Ouidius.[c]

Sit piger ad pœnam princeps, ad præmia velox,
Et doleat quoties cogitur esse ferox.

Oppressos quippè homines, in hoc Deus principi tradidit, vt non despiceret, sed illius sequutus bonitatem, per omnia clementer haberet, tractarétque.[d] Huius certè moderationis, & clementiæ nomine, præ cæteris laudatur Caius Cæsar, cuius mansuetudo tanta fuit, vt finitis ciuilibus bellis Clementiæ templum, à suis (inquit Plutarchus[e]) non abhorrens moribus, ei non immeritò decretum sit. Marcus quoque Antoninus, qui Adriano successit, Pius propter clementiam dictus est.

Cæsaris clementia.

Antoninus cur dictus pius.

c *Volumus.*

Id est, † præcipimus, & pro lege promulgamus. licet enim verbum Volo, 5
regulariter non disponat:[a] & ideò, qui se dicit velle facere, non ideò faciat:[b] prolatum tamen à principe vim legis habet.[c] interest quippè reipublicæ, vt Socrates Nicoclem Regē admonuit, ratas manere principis sententias. Quin & à priuato prolatum in negotiis quæ à sola eius voluntate pendent, mox actus perfectionem inducit. sicut si dixerim, volo te gerere negotia mea, mādatum perficitur.[d] Et si dicat testator, accersitis amicis, volo Titio relinquere prædium Tusculanum, inducitur fideicommissum.[e] Itidémque si dicat hæres, volo hæreditatem, aut hæres esse, aditio contrahitur.[f] Et si legatarius se velle legatum dicat, legatum agnoscitur:[g] nisi fortè proferentis diuersus animus arguatur.[h] Quem prudens iudex vel ex verbis, vel ex negotiis, aut personarum qualitate deprehendet.[i] Quid enim si dicat hæres, volo adire? aut legatarius, volo eligere? & non ideò adire, aut eligere quem intelligemus.[k] Quandoquidem verba satis ostendunt, actum explicandæ voluntatis perfectionem suam necdum habere:[l] nisi tamen cum aliqua deliberatione prolata essent, ad interrogationem puta iudicis, patris, aut post terminum datum ad deliberandum.

Verbi Volo, natura.

d *Religione.*

Id est, fide, & pio Dei cultu. † Sic enim superstitio à religione seiungitur, 6
vt in illa timor inanis Deorum insit, cuius authoribus Rex relegationis pœnam irrogat.[a] Religio verò Deorum pio cultu continetur:[b] quæ si è mentibus hominum tollatur, nulla nobis, vt ille ait,[c] cum cælo ratio est: sed cùm in ea religione versari nos hîc velit Imperator, quam Apostoli tradiderunt: & sub vsuris fœnerari, non lege tantum veteri,[d] sed & Euangelica,[e] nobis ab Apostolis tradita, prohibitum sit: parum sibi constare videtur Imperator † qui vsurarum fœnus alibi permisit.[f] Dici solet iure ciuili permissas v- 7
suras, ad certum vsque modum,[g] non quia per se bonæ sint, sed vt grauius malum, nempè furtum, & rapina, vitetur.[h] vt & Augustinus Nuptias dissolui potius passus est, quam vxorem necari.[i] Et colligere sortes ex Diuinæ legis verbis, quam dæmonia consulere.[k] Iurarique per Deum potiùs Hieronymus[l] optauit, quàm per creaturas. At non ideò ciuiles cōstitutiones viribus nituntur. Quinimò velut diuinis præceptis repugnantes, nullius sunt momenti.[m] Neque sub hæresis pœna credendum, vsuras inculpatè exigi posse:[n] nisi nomine eius quod interest, vel ob damnum emergens,[o] (veluti cùm

Superstitio.

Religio.

Vsura cur permissa.

a Seneca de cle. principum. b l. fin. in fin. C. de don. int. vir. & vxor. c Ouid. lib. j. de Ponto eleg. iij. d §. itaq. Deo. in auth. vt iud. sine quoquo col. ij. e Plutarchus in Cæsare.

a l. serui electione. in princ. ff. de leg. j. b Accurs. l. in vendētis. C. de cont. empt. c l. j. ff. de constit. princ. §. sed quod placuit. Institu. de iur. natur. d l. j. ff. mand. e l. Pamphilo. §. propositū. de leg. iij. f l. Cornel. l. sā dubitari. ff. de hæred. instit. g l. si ita legatum. §. j. ff. de leg. j. h l. obligationum substātia. §. fi. ff. de actio. & oblig. l. non omnis. ff. si cert. pet. i l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. k Accurs. & aliy. d. l. serui electio. l Accurs. d. l. in vendentis.

a l. si quis aliquid. ff. de pœ. b Cic. j. de nat. Deo. c Lactant. lib. iij. de fal. sapient. d Exod. 22. Psal. 14. Leuit 25. Deuter. 23. e Luc. 6. f tot. tit. C. de vsur. g Leo. §. j. C. illo tit. h Glos. c. lege. 10. distin. i c. si quod verius. 33. q. ij. k c. hi qui. 26. q. ij. l c. considera. 22. q. j. m c. cùm inferior. de maio. & obed. n cle. j. §. fin. de vsu. o l. socius qui. ff. pro soc.

fideiussor

fideiussor repetit vsuras, quas pro reo soluit[p]) Vel etiam ob lucrum cessans,
8 certum, †(nam incerti nulla ratio habetur[q]) in eo qui solutus est negociari[r], quippè veteres in eo quod interest, non modo emergentis damni, sed etiam lucri cessantis rationem haberi voluerunt.[f] dum tamē lucrum illud iustum sit, & cum alterius detrimento non quæratur.[t] Nam cum alterius iactura nomini lex auxilium concedit.[u] Sanè verò quod ad hunc locum attinet, mihi videtur, quæ de vsuris docti inferciunt, inconcinnè satis induci. si quidem agat hîc duntaxat Imperator de fide & religione, respectu Trinitatis, non etiam aliorum capitulorum diuinæ legis. Vsuras autem tantùm abesse puto, ab egente proximo cui mutum damus exigi posse: vt nec quidem ex Christi lege sperandum sit idipsum, quod mutuo datum est, dicente Domino.[x] *Mutuum date nihil inde sperantes.* Qui tamen nec idcirco negociationes, & commercia, Trapezitarúmque, seu nummulariorum mensas ad ciuilem societatem hominum necessarias condemnare voluit:[y] Nisi quatenus pauperes, & egentes opprimerent.[z]

Lucri quādo in eo quod interest habeatur ratio.

p c. ij. de fideiuss.
q l. fi. ff. de peric. re. vend.
r l. ij. § fin. vbi Castrens. ff. de eo quod cert. loc.
f l. j. in fi. C. de sen. quæ pro eo.
l. pupillorum. C. de admin. tut.
t l. si is cui. § fin. vbi Bart. ff. de Fur. Alex. consil. ccx. nu. 7. vol. 7.
u l. sciendum. ff. quib. ex caus. man.
x Luca 6.
y Matth. 25.
z Exod. 22. Deuter. 23.

e *Diuum Petrum Apostolum.*

9 Qui totius † Ecclesiæ reipublicæque Christianæ primatum accepit à Domino,[a] quando scilicet Christus illi dixit,[b] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.*[c] Et post resurrectionem. *Pasce oues meas.*[d] Eam autem potestatem Petro Apostolorum principi datam in eius persona circunscriptam non fuisse: sed successoribus quoque pontificibus transmissam,[e] non tantùm ex Latinis Hieronymus, Augustinus, Cyprianus, Ambrosius, & Gregorius testantur passim: sed & ex Græcis Chrysostomus,[f] Ignatius, Cyrillus.[g] nouissiméque Constantiensi concilio, diffinitum est.

Petri pontificúmq. authoritas.

a ca. rogamus. & c. seq. 24. q. j.
b Matth. 16.
c c. in noue & c. seq. & seq. 21. dist. c. fideliter. 50. dist.
d Ioan. vlt.
e c. hæc est fides. cum seq. q. 24. q. j.
f Homelia 55. in Matthæum. & vlt. in Ioan.
g lib. Thesaurorum.

f *Pontificem † Damasum.*

10 Huius nominis primum, qui vt Trinitatis vnam Deitatem essentiam, & maiestatem hominum animis inculcaret, in fine Psalmorum, hæc verba; *Gloria patri & filio & spiritui sancto,* poni primus instituit, & cuius tempore, cōtra Macedonium, in Constantinopoli Synodus cl. patrum congregata est.[a] Huius porrò nominis, pontifices fuêre, primus natione Hispanus, alter Bauarus. Hunc cum per vim, nullóque cleri, aut populi consensu pontificatum arripuerit, plerique inter pontifices numerare nolunt, ac proinde de illo nō intellexisse Theodosium constat: sed de Damaso j. Cuius electio quanuis ob Vrsicinum competitorem, vi & armis in Basilica Siccinum, vbi multi vtrinque cecidere, tractata fuerit: tandem tamen sacerdotū, ac populi consensu fuit confirmata. hic otio literario delectatus vitas omnium pontificum, qui antè se fuerant conscripsit: easdemque misit ad Hieronymum, cuius scriptis authoritatem primus dedit, cùm lxx. Interpretum scripta, duntaxat essent in pretio. Hic etiam Damasus j. adulterij à Concordio, & Calixto Diaconis accusatus, publico concilio causam dixit, vbi damnatis, & ab ecclesia reiectis falsis accusatoribus innocens declaratus, & absolutus est. Ab indéque lege cautum, vt talionis pœnā subiret, qui falsa crimina intenderet.

Damasus pontifex.

Damasus adulterij accusatus.

a c. sexta, & c. seq. 16. dist.

g *Petrum Alexandriæ Episcopum.*

Hic Petrus ordinatus fuit Alexandrinæ ecclesiæ Episcopus anno Domini ccciiij. qui postea nono persecutionis anno, sicuti refert Eusebius Cæsariensis, martyrium gloriosè pertulit.

h *Euangelicámque doctrinam.*

11 Quæ † an cuilibet Christiano addiscenda sit, temerè quidam hodie in dubium reuocare mihi videntur. Si enim iura profitenti, turpe est ius ignorare, in quo versatur:[a] multò minus Christianismum professo conueniens est Christi legem, hoc est Christum ipsum ignorare. Quippè necessum est vt

Euangelium an à quolibet legendū.

a l. ij. § Seruius Sulpitius. ff. de orig. iur.

omnes euangelio, quod de Christo Iesu prædicatur, fidem adhibeant: quæ cùm sit per verbum Dei:[b] quænam eius esse fides potest, aut in aduersis constantia, qui Euangelium ipsum, cui fides adhiberi debet, prorsus ignorat? Est igitur euangelica doctrina omnibus ex æquo prodita doctis pariter & indoctis, seruis simul & libetis, fœminis itidem vt viris. nec quisquam tam rudis & indoctus esse potest, quin ad euangelicũ sermonem sit docilis: modò simplex, modò purus, ac mundanis affectibus vacuus sit. Quin & nonnunquam euenit, vt à muliere, laico aut idiota pio modestóque, quàm vt à verboso sophista, arrogantéque philosopho citius intelligatur. Nam & Christum Samaritanæ permulta familiariter detexisse legimus de Messia, de gratia Dei, de cultu spiritus, & aliis id genus cælestis philosophiæ rudimentis, quæ Pharisæis occuluerat. Vultque Paulus sanctificari virum infidelem, per mulierem fidelem.[c] quod sine verbo Dei fieri non potest. fides enim ex auditu: auditus autem per verbum Christi.[d] Quod si cum nonnullis quispiam dicat, audiendum à mulieribus, & indoctis hominibus verbum Dei, non legendũ. Responsio, plus esse fortè in audiendo, quàm in legendo periculi, si eos legamus potissimum, quorum fides & integritas, omnibus probatissima sit, cum & plerunque contingat, Christi doctrinam indoctè, impiè, & magna cum blasphemia doceri. Tumque quis non multò satiùs esse putabit, quæ Christus docuerit, quod Paulus præceperit, animo simplici perlegere, quàm imperitum hominem auscultare? Non abs re igitur Hieronymus virgines, viduas & coniugatas, ad lectionem sacrorum voluminũ adhortatur. Qui nec prætereà veritus est, sacros libros Dalmaticè vertere, euangelistas imitatus, quibus Græcè scribere, quod Christus Syriacè loquutus erat, religio nõ fuit. Cum tamen non desint hodie, qui piaculum existiment, si apud nos sacræ literæ, in Gallicam vertantur linguam. Quos oppugnat apertè Mariæ virginis Deiparæ exemplum, quæ vel eo nomine maximè laudatur, quod in sacris libris, diu noctúque sine intermissione versaretur, post quam emersit Catherina, à Mantuano in hæc verba commendata.

b Ad Romanos 10.
c 1. Corin. 7.
d Ad Romanos 10.

Ne lasciua meam macularet inertia mentem,
Ad studium duplex, curas & pectora verti.

Eadem de Agnete, Barbara, Lucia, Paula, Furia, Fabiola, Marcella, Saluina, & aliis sexcẽtis, ab Hieronymo, Augustino, & Ambrosio memoratis, quæ maiorem in modum, in diuinis oraculis fuerunt eruditæ. Itaque quos à sua voce Christus non submouit, tantisper dum ecclesia diuersum non statuit, ego non arcebo, nec impediam, quo minus Christi philosophia, quàm latissimè propagetur: vt qui prò nobis omnibus mortuus est, à nobis omnibus cognoscatur. Ne verò censuram huius rei, pro meo captu facere velle videar, præter Chrysostomum, qui laicis studium diuinorum voluminum passim commendat. Placet hîc citare Hieronymum, eiúsque ad Atbletam de filiæfamiliâs educatione scribentis, verba percensere. *Pro gemmis, inquit, & serico diuinos codices habeat, discat primò psalterium, in prouerbiis Salomonis erudiatur ad vitam: in Ecclesiaste consuescat, quæ mundi sunt, calcare: in Iob, virtutis & patientiæ exempla sectetur: ad euangelia se transferat, iámque ea positura de manibus Apostolorum Acta, & Epistolas, tota cordis amabit voluntate. Cúmque pectoris sui cellariam iis opibus locupletauerit, mandet memoriæ Prophetas, pentatheucum, Regum ac Paralipomenon, libros Esdræ quoque & Hesther volumina. Ad vltimum sine periculo discat Canticum canticorum, quod si in exordio legerit, sub carnalibus verbis spiritualium nuptiarum Epitalamium non intelligens, periculum est, ne vulneretur. Caueat omnia Apocrypha, & cætera quæ sequuntur.* Ad hæc Moses cum populo moribundus leges statueret, discãt pueri primum legem (inquit) quæ est doctrina optima & causa fœlicitatis eximia.[e] Athanasius quoque in libro de virginitate, ab Erasmo nuper latinitate donato, puellam alloquens, ne recedat sermo Dei inquit, ab ore tuo. sit semper opus tuum scripturarũ meditatio. Habeto psalterium ac psalmos edisce.

e Ioseph. lib. 4. ant. Iud. c. 6.

sol

sol exoriens videat librum in manu tua. & reliqua. Sed de iis satis, ne quis praeter cantum, nos arguat, longius quàm par esset diuagari, qui praeterea testatum semper cupimus, quae à nobis hic, aut alibi differuntur, tantum asserta quantum ecclesiae iudicio, comprobantur.

i Unam Deitatem.

Arrij praesignis haeresiarchae mors.

12 Aduersus † insignes haeresiarchas, Arrium, Macedonium, & Nestorium: Macedonius, spiritumsanctum creaturam ac Dei patris & filij seruum impiè defendebat.[a] Arrius filium patri negabat consubstantialem & coaeternum.[b] Nestorius verò, Christum filium Mariae hominem tantùm credidit, licet caeteris praestantiorem & digniorem.[c] Errorem Arrij porrò damnauit, vt diximus, Nicaena synodus sub Constantino Imperatore, quo mortuo filius eius Constantius qui Arrio non iniquus erat, Imperator factus est. Túmque tota vi conati sunt Arriani ab anathemate Arrium restituere. Cùm verò certo die ad ecclesiam Arrius, vt ibi reciperetur, tenderet: torminibus, seu intestinorum dolore subitò correptus, ad publicum necessitatis locum, de via necessariò deflectit: vbi cùm sederet, intestinis eius in latrinam defluentibus, animam exhalauit. Quod praetereundum non duxi, vt pius quicunque Christianus intelligat, primùm scriptura, deindè apostolorum & sanctorum patrum certaminibus ac tandem miraculis contra Sathanam, trinitatis articulum adsertum & confirmatum.

a c. eos qui. j. q. j. c. pen. §. Macedoniani. 24. q. iij.
b d. c. penul. §. Arriani.
c c. canones. 15. distin. d. c. pen. §. Nestoriani.

k Sub pari maiestate.

Contra Macedonium, qui sicuti diximus, asseuerabat, spiritumsanctum patris & filij seruum esse.[a]

a c. eos qui. j. q. j. c. pen. §. Macedoniani. 24. q. iij.

l Sub pia trinitate.

Trinitatis articulus.

13 Vt † credamus scilicet in vnum *Deum*, qui dicitur *Deus* pater, *Deus* filius, & Deus spiritussanctus, aduersus Noetium, & Sabellium eius discipulũ, qui pertinaciter in trinitate negarũt, distinctionem personarum. Christum eundem esse, & patrem & spiritumsanctum temerè nimis affirmantes, trinitatémque non personarum numero, sed officiorum tantùm nomine distinguentes.[a] vt enim ex tribus personis, nõ confusum quiddam, aut vna persona fieret, opera disertè discreta sunt, & diuisa, vt pater creator, filius liberator, spiritus sanctificator noster sit. Sed & locus ille Ioannis,[b] *Paracletus autem Spiritussanctus, quem mittet pater in nomine meo vos docebit omnia*, &c. explicatè probat, tres personas trinitatis, distinctas. Tres quoque loci ex veteri instrumento, trinitatem apertissimè confirmant. Et in primis ille, *Audi Israel Deus, Deus noster, Deus vnus est.*[c] Neque enim Moses ille magnus ter Dei nomen ibi posuit, nisi vt diuinarum personarum trinitatem distinctè nobis insinuaret. secundo nomini noster adiiciens, quòd solus filius, qui secunda est eiusdem Trinitatis persona, per nostrae humanitatis participationem, noster futurus erat. In dictione autem Vnus, quam postremò subiecit, tres personas diuinas, non tres Deos, sed vnum esse Deum, innuit. Alter locus est Dauidis. *Benedicat nos Deus, Deus noster. Benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terrae.*[d] Tertius est Isaiae locus. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.*[e] Planè dictio haec, *Trinitas*, quae tamen nusquam in diuinis scripturis reperitur, ea significat Deum, in personis, trinum esse. Ea verò res tota caelestis est, & diuina, quam mundus prorsus capere nequit. Quocirca censuerim hunc articulum non ratione, aut comparatione: sed apertis scripturae locis fundandum, & comprehendendum.

a c. po. §. Noetiani. 24. q. iij.
b Ioan. 2.
c Deut. 20.
d Psal. 66.
e Isaia 6. ad hac vide Gal. lib. ij. de arca. catholica veritatis, c. j.

m Christianorum catholicorum.

Non vulgare praemium est seruo, si domini: subdito, si Regis: militi, si ducis ornetur nomine. Vnde & pro maximo praemio concedit Imperator piè credentibus trinitatem, vt velut fideles Asseclae, & dilecti filij Christi pa-

tris,principiſque donentur vocabulo.Quod muneris primùm Paulo,& Bar
naba ducibus Antiochiæ, Christi discipuli meruerunt.[a] Vult itaque Theo-
dosius eos qui in tali religione versantur, Christianos nuncupari : non qui-
dem solo nomine, quales hodie plerique, qui falsò Christianorum nomen
vsurpant, Christum factis ipsis in dies,in horas, vel potiùs in momenta ne-
gantes. † Sed catholicos, hoc est veros, pios, fideléſque Dei Christi culto- 14
res.[b] Neque enim placet catholicum pro vniuersali, cum aliis passim expo-
nere:[c] hoc loco ex professo repugnante,in quo Christianos catholicos pro
vniuersalibus accipere ridiculum esset. Quamquam nō ignoro,catholicum
nomine ex Græcis mutuato (καθολικὸς)eum non malè vocari,qui vniuersalis
sit:quasi circa omnia versetur. κατὰ enim idem est,quod circa, & ὅλον,totum
significat,vnde præcepta catholica,pro vniuersalibus,& catholica medica-
menta, pro iis quæ omnibus in vniuersum humoribus vacuandis commoda
sunt vsurpata.[d] Et fides catholica pro vniuersali nostra religione, vt in hac
rub. cæterùm quod ad hunc spectat locum non mihi videtur interpretatio
ista posse conuenire. Christianorum porrò verbo nonnunquam velut per
antonomasiam quandam, Episcopos, qui cæteris Christum euangelizare
debent,iuris authores significant.[e]

Christianorum nomen.
Catholicū quid.
Christiani qui.

a Actor.11.
b l.j.C.de epiſ. aud. l.Christianos.C.de paga.
c Accur.& alij in rub. huius tit.
d Quint.lib.ij. ora.instit.c.13.
e l.Christianos. C.de epiſ. aud. l.fin.C.de postlim.reuerſ.

n *Hæretici dogmatis infamiam.*

Id est hæresis labem,†non quod vllam infamię notam his verbis Theodo 15
sius irrogare velit:alioqui non facti sicuti doctores supponunt,sed iuris esset
infamia.[a] Quodsi sequamur interpretes,mirum quispiam dixerit, quod hæ-
reticis infamiæ notam inurat hoc loco Imperator,cùm eis alibi tam in testa
mentis quàm in contractibus permittat dictionem testimonij:[b] & constet
infames,ad testimonij fidem nequaquàm admitti.[c] Verùm dici solet hære-
ticos infamia iuris non notari:nisi prius fuerint condemnati.[d] Eiſdemque so
lam à Theodosio[e] facti infamiam irrogari,quæ tamen si fidem testis minuat[f],
neminem tamen à dictione testimonij penitùs arcet:[g] præterquàm in crimi
nalibus,[h] in quibus probationes luce meridiana splendidiores esse oportet[i],
& in ciuilibus negotiis, magni ponderis,[k] vt status, famæ,[l] & matrimonij.[m]
Hodie verò noua Frederici lege[n] Hæretici infamiam quoque iuris ipso iu-
re contrahūt, ob idque testimonium dicere omninò prohibiti creduntur.[o]
Nisi fortè in subsidium,[p] rúmque adhibitis tormentis.[q]

Hæreticus an infamis.
Infamis quando à testimonio arceatur.

a l.j.ff. de iis qui not. infam.
b l.quoniam in fi.C.de hæret.
c l.iij.§.pen.in fi.ff.de testib.
d l. infamem. ff.de pub.iud.
e hac l.
f Accurſ.l.iij. §.diuus.ff.de Carbon.edict.
g d.l.quoniam.
h c.testimonii. de testib.
i l.fi.C.de probat.
k c.licet.§.ad reprobandum. de probat.
l l.iusta.ff.de man.vindi.
m c.j in fin.de consan.& affi.
n Aut.Gazaros.C.de hæret.
o l.iij.§.pen.ff. de testib.
p l.seruus.ff.de test.c fin.de testib.cog.
q l.ob carmen. §.si ea.ff.de testib.§.si verò ignoti. in auth. eo.tit.coll.7.

o *Diuina primùm vindicta.*

Non † puniebantur olim hæretici deplorati. Sed si reuicti disputatione 16
mutare nolebant sententiam, à Christianorum communione repellebātur,
Diuinæ tantùm vltioni relicti.Quod de sanguinaria pœna,pluribus edisserit
Augustinus ad Donatum proconsulem, de hæreticorum correctione scri-
bens. quem studiosissimè adhortatur, vt cùm ecclesiæ causas audit, se occi-
dendi potestatē habere obliuiscatur. Neque enim Deus vult mortem pec-
catoris,sed vt viuat & conuertatur.[a] Hæreticos inquit,cupimus corrigi,non
necari. Adiiciens se malle(obserua hîc mirabilem & inusitatam nunc Chri-
stianis charitatem) ab hæreticis occidi, quàm quòd eos perimendos & tru-
cidandos iudicibus ingerat. Nec ab his abhorrens Chrysostomus,[b] zizanio-
rum parabolam[c] attingens illinc probari docet, hæreticorum concilianda
dissipare,loquendique libertatem concedere,bonum esse: eos verò gladiis
& mortibus è medio tollere,malum:ne simul cum ipsis eradicetur frumen-
tum. hoc est ne fructus qui post ex illis pœnitentibus fortè exoriturus est,
corrumpatur. fieri quippe potest, inquit Hieronymus,[d] vt qui hodie eccle-
siæ aduersatur, cras resipiscat, validissiméque Christi Euangelium tueatur.
Quòd & Theophilactus[e] Pauli, Matthæi, & latronis exemplo, perpulchrè
probat,nobiſque in manu est Augustini testimonium. Adiungit Theophi-
lactus

Hæretici quomodo ex vetere & nouo iure puniendi.
Zizaniorum parabola.

a Ezech.18.
b Chryſost.Homil. 47. in Matth.
c Matth.13.
d Hierony. in Matth.13.
e Theophil.in Matth.c.13.

lactus hæreticorum obtruncatione plerunque fieri seditiones, in quibus
multos fidelium sæpenumerò perire contingit. Huc non incommodè perti-
net, quod Augustinus[f] alibi tradit. non nostrum esse zizaniam à frumento
discernere, cùm nec, inquit dominus, qui suis discipulis dixit, *Sinite vtraque*
crescere,[g] hoc illis concesserit.[h] sanè Iustinianus[i] sanguinariam non probans
acerbitatem, iussit tantùm hæreticos velut inclusos in aliqua desidere so-
litudine, vt nec aliis contagione obesse possint, & si resipiscere velint, ser-
uentur.

Hæretici cur hodie obtruncentur, & exurantur.

17 Neque † sanè ex his negare possumus, quin hoc in more primitiuæ eccle-
siæ positum fuerit, diúque à veteribus illis patribus religiosè obseruatum, vt
non trucidarentur hæretici: sed diuinæ tantùm vltioni relinquerentur. Po-
steriore verò sæculo personis multis nimium grassantibus, & in deterrima
quæque labentibus, exemplo opus fuit.[k] Ne in Christianæ reipublicæ per-
niciem licentiore audacia nequissimi homines grassarentur.[l] Et vt vnius
pœna metus posset esse multorum.[m] Nam & dominus falsos prophetas in-
terimi, auferrique malum iussit, ex populo Dei.[n] Et *vtinam*, inquit Paulus,
abscindantur qui vos conturbant. Neque reprehensione dignum est, si variato
tempore legum statuta varientur.[p] Nam & Augustinus, qui cum hæreticis
solo Dei verbo, nunquam verò vi censuerat agendum, in quadam epistola,[q]
multis se deinde rationibus & exemplis victum mutasse fatetur sententiam:
quamuis sanguinariæ nusquam acerbitatis sit author. Deinde & à Constan-
tino magno Arrius, exilio damnatus est, quòd decreto concilij Nicæni sub-
scribere noluisset.[r] Et Manichæi Theodosij, Valentinianique iussu vltimo

Apollinaristæ.

traditi supplicio,[s] nostrisque constitutionibus Apollinaristæ, qui Christum
sine anima, corpus assumpsisse asseuerabãt,[t] si hæc docere tentauerint, ean-
18 dem pœnam subeunt.[u] Denique Constantiensi † concilio, nouissimè Ca-
tharorum, Valdensium, & Hedargnrum renouatus error, à Ioanne Hus in-
signi hæresiarcha damnatus est. Quòd aduersus laudabilem ecclesiæ consue-
tudinem pertinaciter defendebat, ecclesiasticos iudices, qui brachio (vt di-
cunt) seculari hæreticos relinquunt, homicidas esse, Pilato nequiores. Pon-
tificúmque, Scribarum, & Pharisæorum diligentes imitatores, qui cùm de
Christo dixissent, *Nobis non licet interficere quenquam*, eum mox seculari iudi-
cio tradiderunt.

p Post etiam motus animi nostri.

Iusiurandum quando puniatur

19 Præter ergo † diuinam vltionem, arbitrio magistratus hæretici plectun-
tur. Cùm tamen alibi dicat Imperator[a] violatam religionem satis Deum vl-
torem habere. Sed illic agit de iureiurando, quod nisi contineat blasphe-
miam,[b] aut temerariam genij principis inuocationem,[c] vel etiam in alterius
vergat detrimentum[d] si contemnatur, violetúrque, diuinæ tantùm vindi-
ctæ relinquitur.[e] Nos hîc de hæreseos crimine tractamus; quòd cùm in o-
mnium referatur iniuriam:[f] rectáque diuinam maiestatem offendat:[g] velut
cæteris grauius & perniciosius; ne impunitum latiùs grassetur, diligentissi-
mè coercendum est.[h]

Hæreticorum pœna.

20 Quæ verò † sit hæreticorum pœna nulla lege diffinitum videtur. nam in
primitiua ecclesia, vt dictũ est, solum Deum vltorem habebãt, Theodosius
autem eam pœnã fecit arbitrariam.[i] Licet alibi ea dogmata docentibus vlti-
mum suppliciũ, discipulis pœnã irroget, decem librarũ auri.[k] Romanorũ ve-
rò pontificũ legibus, quæ solæ circa hæreticorũ pœnas, in vsu habentur: per-
petui tantum carceris pœna, pertinacibus etiã aliquando indicta est.[l] Quod
cùm non satis impurorũ hominũ audaciam cohiberet, noua lege constitutũ
redeuntibus ad meliorem mentem (quamuis in aliis delictis, pœnitentia ne-
mo nocens esse desinat,[m]) comprimis veniam dari[n] (nemini siquidem pœni-
tenti misericordiæ gremiũ ecclesia claudit[o]) ea lege tamẽ atque omine, vt si

f August. lib. de baptismo.
g Matth. 13. ca. nolite. 11. q. iij.
h c. quanuis. 23. q. iiij.
i Const. 42.
k l. aut facta. §. fi. ff. de pœn.
l l. quacunque. §. si verò. C. de heret.
m l. ij. C. ad l. Iul. repet.
n Deutero. 13. & 1. Cor. 5.
o ad Gal. 5.
p c. non debet. de consang. & affin.
q August. in epist. ad Vinc. 48.
r Euseb. Cæsariens. in histor. eccles.
s l. Arriani. C. de heret.
t c. pen. §. Apollinaristæ. 24. q. iij.
u l. quicunque. §. pen. C. de heret.
a l. ij. C. de reb. cred.
b §. fi. in auth. vt non luxur. coll. 6.
c l. si duo patroni. § fin ff. de iureiur.
d l. fi. ff. de cri. stellio. l. si quis maior. C. de transact.
e Auth. decernimus. C. de arbit. d. l. ij.
f l. Manichæos. C. de heret.
g c. vergantes. de heret.
h c. sunt qui ecclesiã. 17. q. 7.
i hac l.
k l. Arriani. & l. quicũque. ad fin.
l c. pen. §. fi. de heret.
m l. qui ea mente. ff. de fur.
n d. l. Manichæos. §. pe. C. de her.
o l. fin. §. sed quia. hoc tit. c. duo. 23. q. iiij.

in eam insaniam relabantur, iis antè omnia hæreticis declaratis, & si fortè sa-
cris initiati erant, solemniter secundum Bonifacij legem[p] exauthoratis, seu,
vt dicunt, degradatis, seculari iudicio viui comburendi tradantur.[q] † Ex illo 21
euangelij loco:[r] qui palmitem à stirpe reuulsum, velut inutilem falce ampu
tari, & in ignem cõiici iubet, vt ardeat. Quæ tamẽ verba ex Cyrillo, Chryso-
stomo, Augustino, & Theophilacto, nouissimi docent [s] alium sensum reci-
pere. Tandem satis existimantes hæreticos gladio feriri, quod vltimum sup-
plicium interpretantur.[t] nos verò solemus id totum iudicio, laudabilíque
ecclesiæ consuetudini relinquere: nõ ignari ab iis temerè recedendum non
esse, quæ veteres mores comprobarunt.[u] & in iis quæ ad fidem nostram per-
tinent, constitutiones morésque ecclesiæ religiosè seruandos.[x] Quod & ali-
bi[y] docuimus. † Rident & alij contra Iustiniani legem,[z] vsitatum illud iudi- 22
cij genus, quo flammis abolentur in dies hæreticorum libri: cùm tamen ni-
hil Christianæ reipublicæ vtilius, quam pestifera eiusmodi monumenta fun
ditùs tolli. Enimuerò reperti olim à L. Petilio in eius agro Numæ libri, qui-
bus Deorum cultus religióque dissoluebatur cùm iurasset prætor, contra
rempub. esse, vt legerentur, seruarentúrque in comitio, & populi conspe-
ctu, iubente senatu flammis exusti sunt.[a] Et Vlpianus noster libros impro-
batæ lectionis vt magicos protinùs corrumpendos censuit.[b] Porrò verò qui
hæretici dici debeant, quique libri impij iudicandi, non nebulonum, non
sycophantarum, non imperitorum: sed piorum, prudentúmque velim es-
se iudicium.

Ioannis locus.

Libri hæreticorũ exurendi.

Numæ libri.

p c.ij. de pœn. in 6.
q c. ad abolendam. vbi Pan. & alij de hæret. c. super. eo. tit. in 6.
r Ioann. 15.
s Zas. cons. 23. lib. j.
t l. Arriani. C. de hæret. l. ij. C. ne sanct. bapt.
u l. sed ea. ff. de leg. l. Imp. ff. de pollicitatio.
x d. c. ad abolendam. vbi Panorm.
y libr. iij. Miscell. c. 8.
z §. vnde in vniuersum. vt Auth. Seuer. & reliq. hæret. col. 5. in no.
a Liu. lib. 40.
b l. cætera. §. j. ff. fam. ercisc.

IOANNES CORASIVS
Tolosas Ualentiæ xxiij. Maij
M. D. XLIX.

ENARRATIONES
IN L. PRIMAM C.
DE SACROSANC.
ECCLES.

SVMMÆ RERVM.

1 *Christianorum collegia, quando probata.*
2 *Ecclesiæ facultates in quos vsus.*
3 *Verba vniuersalia quando restringi debeant.*
4 *Personæ alioqui inhabiles, an hac lege contineantur.*
5 *Collegiis quibus relinqui possit.*
6 *Iudaica superstitio.*
7 *Bona non habens, an testetur.*
8 *Captatoria institutio, pia causa fauore non defenditur.*
9 *Relinquo verbum, quando institutionem notet.*
10 *Solemnia an in piis causis sublata sint.*
11 *Pia causa, quæ dicantur.*
12 *Canonica lex nouè percepta.*
13 *Stylus quid.*

Imperator

Imperator Constantinus ad populum.

HAbeat vnusquisque[a] licentiam, sanctissimo, catholico venerabilíque concilio[b] decedens bonorum,[c] quod optauerit[d] relinquere.[e] & non sint cassa iudicia eius.[f] Nihil enim est quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntatis (postquàm iam aliud velle non possunt) liber sit stylus,[g] est licitum, quod ampliùs non redit arbitrium.[h]

Ioannis Cerasij Enarrationes.

Christi fides olim malè audiebat.

1 ANte †Constantini Magni tempora, Christi fides frequentibus Imperatorum edictis, velut superstitio praua, & malefica damnata erat, adeò quidem vt Christianorum ecclesiis, & collegiis, quicquam relinquere prohibitum esset.[a] Quod Diuus Constantinus Magnus (cuius primùm studio, Christianismus adoleuit,[b] Tyrannicæ aduersus Christianos leges explosæ fuerunt, & priuilegia plurima ecclesiis cõcessa, dclatique sacerdotibus summi honores[c]) lege ad populum lata immu[t]auit, liberum vnicuique faciens sanctissimo Christianorum concilio, de bonis suis pro arbitrio relinquere. Neque enim quidquã esse putauit, quod magis hominibus deberetur, quàm vt supremæ suæ voluntatis liberum foret iudicium. Falluntur autem (vt opinor ego) grauiter, qui hanc constitutionem editam putant,[d] ob clericorum & monachorum collegia, tùm quod necdum emersisset monachismus, nec vlla in Christianismo esset adhuc inuecta laicorum, & clericorum differentia: tùm quod eo tempore quo clericorum monachorúmque conuentus florere cæperant, eisdem hæreditates, aut legata capere, Christiani principes salubriter interdixerint. Sacerdotum (vt Hieronymus ait[e]) & clericorũ ignominiam existimantes, propriis studere diuitiis, † Hodie verò aurum habet ecclesia, non, inquit Ambrosius,[f] vt seruet, sed vt ecclesi[a]rum ministris suppeditet, reliquum autem eroget pauperibus, eorúmque necessitatibus subueniat.[h] in quos vsus veterem ecclesiã suas semper habuisse facultates Tertullianus scribit.[i] Vnde ecclesiis Ministri, qui auro suffarcinati reseruant, quod pauperibus erogandum est, prædonũ omnium (inquit Hieronymus[k]) superant crudelitatem.[l]

Doctorũ error.

Ecclesiæ facultates in quos vsus. 2

a Vnusquisque.

3 Idoneus alioqui ad testamenti factionem,[a] natura præsertim non impediente.[b] quia nec furiosus sit, nec impubes.[c] † Soler quippè dici dictionem, Orationémve vniuersalem de idoneitate restringi: vt personas inhabiles nõ comprehendat:[d] Vbi maximè lex aliquid de nouo inducit, quod antè scilicet constitutum non erat: vt cum hac lege, Christianorum collegio relinqui posse, Constantinus Magnus edixit: ante cuius ętatẽ, districtim constat prohibitum fuisse.[e] Vbi enim generalis sermo nouum ius non statueret, sed veteris tantùm contineret extensionem, doctores existimant, nullam fieri restrictionem de idoneitate:[f] Cui sententiæ, nec ego quidem valdè repugno, vbi facta coarctatione dispositio superflua redderetur.[g] Alioqui cùm generalibus verbis legum correctio temerè inducenda non sit: cõtraherem quoque sermonem, licet vniuersalem ne inhabilia comprehenderet.[h] Nisi fortè verba tam profusa, & generalia essent, vt citra calumniam euidentem nequirent coarctari.[i] Sic enim in simili dicimus, transactionem (quæ verbis generalibus concepta, restringi solet ad rem & causam, de qua litigatur[k]) si plurimum eius verba exuberent, nequaquam coarctari.[l] Nec alia huiusce rei

Generalis sermo de idoneitate restringitur.

Transactio quãdo restringatur.

a c. futuram. 12. q. j.
b l. Diui. C. de nat. liber.
c Euseb. Casarien. tomo iij. ecclesi. histor. libr. 9. in fin.
d Accurs. & doct. hic.
d Hier. in quadam ad Nepotia. epist.
f c. gloria episcopi. 12. q. 2.
g Lib. de offic.
h c. aurum 12. q. ij.
i Tertul. in Apologetico.
k Hieron. vbi suprà.
l d. c. gloria. §. amico.
a l. vt gradatim. §. j. ff. de mun. & generali. bon. ter.
b l. fin. C. de mi lit. test.
c §. praeterea. Instit. qui. non est permis.
d l. premittendo. in prin. ff. de iur. dot. & d. §. j.
e c. futurã. 12. q. j. Euseb. Casar. lib. j. eccles. histor.
f l. j. §. nuntiatio. ff. de no. op. l. iij. §. pon. ff. de tutel.
g l. si quando. ff. de leg. j. d. j. in fi. ff. ad munic.
h l. si quando. C. de inoff. test.
i l. Balista. ff. ad Treb. l. iij. §. tones. ff. de damn. infec.
k l. si de certa. C. de transac.
l l. pluribus. ff. de accept. Bar. & doct. d. l. si de certa.

exempla desunt, quæ Recentiores non indiligenter congessere.[m] Eo quo-
que casu doctores putant dictiones generales de habilitate interpretatio-
nem non recipere: vbi publica versaretur vtilitas.[n] Legem enim vtilem rei-
publicæ, non interpretatione angustandam: sed adiuuandam iura volunt[o].
Quod & constitutioni nostræ negotiũ facere videtur: cùm enim in gratiam
totius populi Christiani fuerit promulgata.[p] † Et publicè expediat supre- 4
mas hominum voluntates, exitum habere:[q] videri plerisque poterat dictio-
nem, *Vnusquisque*, hoc in loco minus idoneas alioqui personas publico fauo-
re suadente comprehendere.[r] Quod in personis inhabilibus de iure ciuili,
hoc est, quæ legis ciuilis authoritate testari, legatum, aut fideicommissum
relinquere prohibentur, Bartolus[f] defendi posse contendit:[s] ingenuè fassus,
eos qui iure gentium inhabiles sunt, nullatenùs contineri.[u] Cæterùm rece-
ptius est, & verius nec quidem eos qui iure ciuili reiiciuntur, generali huius
legis sermone cõprehendi:[x] cum ita demùm Imperator dispositionem mo-
rientis, in hac specie probet, si ea omni alia iuris ratione, & solemnitate mu-
nita sit.[y] nec generalibus verbis credendum est voluisse legislatorem vni-
uersam testamentorum rationem subuertere.[z] Parum autem me mouerit
publicus fauor, qui sanè nunquam mihi sufficere visus est, vt generalia legis
verba ad inhabilia protendere debeat:[a] Præterquàm eo casu, quo sermonis
extensio prodesse potest alicui, nemini verò nocere.[b] vt cùm per eam benè
meritus seruus pro præmio libertatem accipit.[c] quippè seruus libertatem,
hoc est rem inæstimabilem lucratur, nec vlla domino infertur iniuria, qui
serui pretium à fisco recipit.[d] Nos agimus detestandi legandíve potestate,
quam ad minus idoneas personas sine detrimento venientium ab intestato,
producere non possumus. Vt autem lex non difficulter permittit, quod mi-
hi prodest, nihilque tertio nociturum est:[e] ita rigidè vetat, priuilegij verba
ad alienam iniuriam porrigere.[f]

Publicus fauor an impediat restrictionem.
Personæ inhabiles an hac l. comprehenditur.

b. Concilio.

Scilicet † Christianorum, quod antè damnatũ, Constantinus nostræ con- 5
stitutionis author, maxima cum priuilegij prærogatiua probauit.[a] Et ideò ei
hæreditatem, legatúmve relinqui posse non est ambigendum:[b] vt & hodie
cuilibet ecclesiæ, & cuicunque societati ecclesiasticæ.[c] Quod enim Con-
stantini lege, vniuersali tantùm synodo Christianorum permissum fuit:[d] Va-
lentinianus postea produxit, vt particulari quoque templo, fraternitatíque
ecclesiasticæ clericorum scilicet, monachorum, vel pauperum, liberè relin-
qui posset.[e] licet collegiis regulariter prohibeatur legari, daríve hæreditas[f].
cùm illicita censeantur, quoad non apparent legitimè comprobata.[g] Quo
tamen casu singulis de collegio, iure poterit relinqui:[h] cùm factum singulis
legatum collegio non intelligatur relictum.[i] Et ideò licet corpori Iudæo-
rum inutiliter legetur,[k] non tamen prohibetur Christianus particulatim a-
licui Iudæo, quippiam relinquere.[l] Quod enim dicitur, vbi collegia ratione
religionis, & sectæ damnantur, nec vniuersitati, nec singulis iure quicquam
legari,[m] verum non negamus. † Cæterùm Iudaica superstitio, hoc est Iu- 6
dæorum cultus[n] (nec enim cum illis sentio, qui nostram religionem abs ve-
teribus superstitionem Iudaicam appellatam censent[o]) propter sectam non
improbatur:[p] cùm nec circuncidere filios,[q] nec aliorum tutores esse,[r] pro-
hibeantur. Et Vlpianus, eis honores adipisci permiserit.[s] Quotum præterea
cæremonias, cùm à vetere Dei lege traxerint originem:[t] Christiana pietas,

Collegio cuicunque ecclesiastico potest relinqui.
Iudæis an possit aliquid relinqui.
Iudaica superstitio.
Iudæos cur Christiani tolerent.

m Ias. d. §. nun tiatio. col. iiij. n l. iij. §. vtrum. ff. ad Sillan. o l. hoc modo. ff. de condit. & demon. p c. futurã. 12. q. j. q l. vel negare. ff. quemad. test. aper. r l. lex Cornel. §. fi. ff. de iniur. d. §. sed vtrum. f Barto. hîc in repet. t l. j. l. iure militari. ff. de milit. testa. u l. fi. C. de test. mil. x l. promittendo. in princ. ff. de iur. dot. l. vt gradatim. §. j. ff. de muner. y l. generali. hoc tit. z l. si quando. C. de inof. testa. a l. in prouinciali. §. fin. cum l. seq. & seq. in prin. ff. de nou. op. l. iij. §. fi. ff. de iur. immun. b d. l. iij. §. vtrum. e d. l. lex Cornelia. §. fin. d. §. vtrum. d l. ij. C. quib. ex cau. ser. pro præt. liberi. accip. e l. ij. §. quamquam. ff. de aq. pluu. f l. impuberi. ff. de administ. tut. l. nec dum. C. de emancip. liber. a c. futuram. 12. q. j. b l. cũ senatus. ff. de reb. dub.

c l. generali. hoc tit. d hac l. e d. l. generali. f l. collegium. C. de hæred. instit. g l. iij. §. in summa. ff. de colle. illicit. l. j. ff. quod cuiusq. vniuers. h d. l. cùm senatus. i l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. d. l. cùm senatus. k l. j. C. de Iuda. l Accurs. d. l. j. Bart. d. l. cum senatus. m l. iij. C. de here. n l. quoniam. C. illo tit. o Alciat. lib. iij. dispunctio. c. 8. & in l. Circensium. C. de decurio. lib. 10. C. p l. generaliter. §. fi. ff. de decurio. q l. circuncidere. ff. ad l. Corn. de sicar. r l. spadonem. §. iam tamen. ff. de exc. tut. f d. l. generaliter. §. fi. t Exod. 12.

tolerare

tolerare solet:[u] ab aliorúmque licet fidelium,vindicare cõtumelijs.[x]Quamuis propter impiam, & execrabilem eorum in Christum blasphemiam, cæteris omnibus peiores, & detestabiliores habeantur. [y] hodiéque sint illis omnes in vniuersum dignitates & administrationes penitùs interdictæ. [z] ne hoc scilicet prætextu,in Christianos præter modum ferantur infesti.[a]

c *Bonorum.*

Bona non habẽs, an possit testari.

7 Suorum † scilicet: de alienis quippè bonis nemo testatur,vtpotè nec dominus rerum.[a] Et hæredem non relinquit, qui bona non habet:[b] actu videlicet neque potentia.[c] Nam qui nunc fortè fortuna bonis caret: si tamen in futurum habere potest, testari non prohibetur.[d] Hæreditas enim iuris nomen est.[e] Vndè etiam sine vllo corpore,hoc est (vt vulgò solent interpretari) tametsi nihil omninò in bonis sit, iuris intellectum habet.[f] Quæ tamen Papiniani verba,longè diuersum habere sensum alibi probaui.[g] nimirùm vt velint hæreditatem tunc quoque dici, cùm nullæ res corporeæ, neque mobiles,neque immobiles,sed iura duntaxat,& nomina debitorum in patrimonio defuncti reperiuntur.[h] quandoquidem hæreditas corporibus non clauditur,sed iuris habeat intellectum.[i] Porrò autem dictio hæc, *Bonorum*, satis indicat, eum etiam qui testatur ad pias causas non posse hæredem onerare vltra vires hæreditatis:cùm id bonorum cuiusque esse intelligatur,quod ære deducto alieno superest.[k]

d *Optauerit.*

Alciati lapsus.

Testator subaudi,ad quem verbum hoc referimus: nõ ignari ab aliis quibusdam,[a] ad concilium referri: inde probantes piæ causæ fauore, sustineri dispositionem,qua quis se legare clericorum,aut monachorum collegio dixit, quod ipsi optassent, seu elegissent.[b] Sed congrua non est, legis nostræ verbis,hæc expositio. Nec prætereà vera illorum sententia, cùm nec ex alieno arbitrio pendere possit vltima voluntas:nec in secretum alienæ voluntatis conferri,[c] etiam in militis testamento.[d] † Et quamuis in relictis ad pias

Captatoria institutio,an piæ causæ fauore defendatur.

8 causas, dispositiones eiusmodi defendi crebriùs sit receptum:[e] non tam ex Innocentij lege,[f] quàm quòd exploratum doctores habent in eiusmodi relictis strictam iuris ciuilis rationem non spectari, sed merum ius gentium.[g] Suspecta tamen est plerisque hæc opinio,vt quę nulla iuris authoritate,nulláque ratione firmetur:[h]Et quoniam in militum testamentis solum ius quoque gentium attendimus:[i] in quibus tamen, similes dispositiones reiiciuntur.[k] Sed illorum sententiam, etsi veram proponamus, eo tamen casu duntaxat procederet, quo conferretur in voluntatem tertij pia dispositio: non etiam cum in eius voluntatem, qui vel commodum, vel incommodum legati sensurus est.[l] Quod & alij pluribus differunt.[m]

e *Relinquere.*

Relinquo,verbi natura.

Siue instituendo,siue legando,aut fideicommittendo, aut etiam donando causa mortis.[a]† Verbum enim *Relinquo* (quod ad vltimã voluntatem propriè refertur [b]) commune est, & generale ad quamcunque speciem vltimæ volũtatis.[c] Quanquam adiectum vniuersitati bonorũ, nullo scripto hærede vniuersali,[d] institutionem importat,[e] & si certæ rei, vel quantitati legatum[f]. Vnde si testator centũ, aut etiã dotem simpliciter filiæ reliquerit, nullũ esse testamentũ institutionis defectu doct.putant.[g] si non horum alterum pater

u c. & si Iudaeos.de Iuda. x l. Christianus.C.de pag. y c.nonne. j.q.j.c.j. c.cum sit.de Iuda. z l.fi.C.de Iudæis.

a d. c. cum sit. d.l.fin.

a l.conficiuntur.§.si post.ff.de iur.codicill. Auth. ingressi.C.de sac.sanct.eccles. b l.lex Cornel.ff.de vulg. c d.l. lex Cornel. d l.fœmina.C.de secund.nup. l.cum alienam.C.de leg. e l.pecuniæ verbum.§.j.ff.de verb.sign. f l.hereditas.ff.de verb.sig. g in l.qui liberes.col. 9.ff.de rit.nupt. h d.l.hereditas. i d.l.pecuniæ verbum.§ j. k l.nõ possunt.ff.de iur.fisc.l.subsignatum.§.bona.ff.de ver.sig.

a Alc.hic. b c.j. de deci. Arch.in c.sunt nonnulli.7.q.j. c l.illa institutio. & l. captatorias.ff.de hæred.inst. d l.captatorias.C.de test.mil. e Bar.l.captatoriæ.in fi.ff.de leg.j. f c.cum tibi.de testam.

g c.cum esses.& c.relatum.j.de testam. h Imol.Rom.Ias.d.l.captatorias. i l.j.ff.de mil.test. k l.captatorias.C.de mil.test. l l.fideicom.ij.ver.quod si ita.ff.de fid.libert. m Imol.l.captatorias.ff de hered.inst.Alex.& Ias.l.captatorias.C.de mil.test. a l.hac edictali.in princ C.de secund.nup. b l.j.in fi.ff.de tab.exhib. c l.is cuisub condit.ff.de cond.& dem.d.l.hac edictali. d l.quoties.C.de hered.inst. e l.diuus.ff.de mil.test.Accur.l.his verbis.ff.de her.inst.& in §.si verò nullum.in auth.de her.& fal.coll.j. f l.cogi.§.gener.iter.ff.ad Treb.§.aliud quoque.cum §.cæterum.in auth.vt cum de appell.coll.8. g doct.Auth.nouissima.C.de inof.test.Alex.consil.212.vol.ij.

se pro legitima relinquere dixisset.[h] At ego superiore quoque casu institu-
tionis titulum satis expressum, verius semper putaui.[i] vt ex qualitate perso-
næ, tam proferentis, quàm eius ad quam sermo refertur, interpretationem
verba recipiant.[k] Quæ sanè captanda non sunt, nec ad corticem, sed pro vo-
luntare defuncti considerari debent.[l] vt eius præsertim iudicium quoquo-
modò defendatur, magísque valeat, quàm pereat.[m] Nam nec omnes probè
norunt vim huius verbi *Instituo*.[n] Et in hanc tandem sententiam doctores
omnes Tolosanos concessisse, Bal. testis est, quibus & ipse subscribit, nec e-
go Tolosas repugno.

f *Et non sint cassa iudicia eius.*

Sed † tamen alia iuris ratione munita sunt,[a] quia à testante septem, & ij 10
Solemnia an hæc l. tollat.
quidem rogati:[b] à codicillante verò quinque testes[c] adhibeantur. Quidam
tamen putarunt,[d] etiam lege ciuili, per hanc nimirùm legem, sublata iuris
solemnia, in testamentis ad pias causas: cùm idem in militum dispositioni-
bus,[e] & testamentis inter liberos,[f] constitutum legamus. Nec habet hæc sen
tentia, iure pontificum dubitationem.[g] At secundum leges ciuiles (vt opi-
nor ego) vera non est.[h] nec obstat quòd militum voluntatem, legitimo te-
stium numero non suffultam, ius quoque ciuile ratā habeat.[i] Nam hoc pro-
pter simplicitatem, & nimiam eorum imperitiam, specialiter indultum est.[k]
quos arma magis quàm iuris formulas scire conuenit.[l] Ius autem singulare,
vbi præsertim non eadem est ratio, ad consequentiam produci non debet.[m]
Vndè nec nos tantillum mouerit, quod de testamentis inter liberos obie-
ctum est:[n] filiorum quippè causa fauorabilior est multò, quàm ecclesiæ, aut
alterius piæ causæ[o] (Si enim filius & hæres per Deum[p]) nisi quatenus de re-
stitutione malè ablatorum tractaretur.[q] † In pias autem causas relictum di- 11
Pia causa quæ dicatur.
citur, quod datur ecclesiæ, Christi pauperibus, aut in redemptionem capti-
uorum.[r] Et generaliter, quicquid relinquitur pro salute animæ.[s] Lege por-
rò pontificia † sustinentur testamenta ad pias causas, coram duobus testibus 12
Pontificia lex quę solemnia in testamentis reiiciat.
condita.[t] ex euangelico dicto. *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*[u] Quæ
ratio cum latissimè pateat, amplius eodem iure constitutum est, quodcun-
que testamentum, coram duobus testibus & parucho sacerdote, valere[x] a-
lius iuris ciuilis solemnitatibus reiectis. passímque receptum, hanc pontifi-
ciam legem in terris quoque imperij & foro ciuili, seruandam.[y] Ego verò,
vt iurium correctio vitetur.[z] & quoniā non est verissimile Papam vno ver-
bo totam testamentorum rationem euertere voluisse:[a] verius puto in terris
duntaxat ecclesiæ Romanæ, vt in episcopatu Hostiensi, de quo Alexander
tertius agit,[b] & similibus, ei legi locū esse.[c] Nec enim aliorum iurisdictio-
nem perturbare, aut in præiudicium potestatis secularis, Roman. Pontifex
quicquam statuere velle præsumitur:[d] Nec nisi ex magna causa potest.[e]

g *Liber sit stylus.*

Stylus † instrumentum est æneum, quo veteres in pugillaribus, seu tabel- 13
Stylus.
lis cæreis scribere solebant.[a] Vnde Chrysalus apud Plautum.[b]

Nunc tu abi intro Pistoclere ad Bacchidem, atque effer cito
Pi. Quid? Chy. stylum, ceram, Tabellas, & linum.

Vtimur & nos hodie quoque eodem Graphio, cùm in codicillis & tabel-
lis ligatis, memoriæ causa scribimus. Sæpè verò per translationem, styli

h l. humanitatis ibi, legitima relicta. C. de im pub. Bar. l. fin. ff. de pecul. leg. i c. Raynutius. ver. in eodē testamento relinquens. de testa. k l. plenum. §. equitij. de vsu & habit. l l. pater. §. conditionum. ff. de cond. & dem. m l. quoties. ff. de reb. dub. n Accur. l. quoties. C. fam. erciscun. o Bald. l. fi. C. fam. ercisc.

a l. generali. hoc tit. b l. heredes palam. in princip. & §. fina. ff. de test. l. hac consultissima. C. illo tit. c l. fi. C. de codicill. d Bart. hic. e l. j. ff. de mili. test. §. j. illo tit. f l. fin. C. fam. ercisc. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. g c. relatum. j. de test. h d. l. generali. i l. j. ff. de mil. test. k §. j. Instit. de mil. test. l l. fi. C. de iur. delib. m l. quòd verò contrà. ff. de legib. n d l. fi. C. fam. ercisc. d. §. ex imperfecto. o c. fi. 17. q. iiij. p ad Gal. 4. q c. Michael. in fin. de vsur. r l. nulli. l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. s Accurs. l. si quis Titio. ff. de leg. ij. t c. relatum. de test. u Matth. 18. & 2. Corinth. 13. c. licet vniuersis. de testib. x c. cùm esses. de testam. y Panor. d. c. cùm esses. z c. cum ex eo. de electio. in 6. a l. si quando. C. de inoffic. test. b in d. c. cùm esses. c c. si duobus. §. fina. de appell. c. per venerabilem. ver. sed autem. & ver. rationibus. qui filij sint legit. d c. nouit. in prin. de iud. c. ij. de priuileg. e d. c. per venerabilem. vers. rationibus. a Plin. lib. 34. c. 14. b in Bacchide.

verbo,

verbo, oratio, ac scribendi dicendique modus significatur, vt hîc, & in illo Terentij loco.[c]

Non ita dissimili argumento sunt: sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ, ac stylo.

c in prologo Andriæ.

Et cùm stylum Cicero scripsit, optimum dicendi effectorem, & magistrum. Sic & apud Horatium.[d]

Sæpè stylum vertas, iterum, quæ digna legi sint,
Scripturus, neque te vt miretur turba labores,
Contentus paucis lectoribus.
b Quod iterum non redit arbitrium.

d Horat. lib. Sermo. satyr. vlt.

Impediente morte. Nam quoad viuit testator, eius voluntas ad extremum vsque vitæ momentum deambulatoria est.[e]

IOANNES CORASIUS Tolosas Valentiæ xxv. Maij M. D. XLIX.

e l. vlti. ff. de adi. leg. l. cùm hic status. §. ait oratio. ff. de don. int. vir. & vx. c. cùm Marthæ. de celeb. missa.

ENARRATIONES IN L. PLACET C. DE SACROSANC. ECCLES.

SVMMÆ RERVM.

1 *Munus quid & quotuplex.*
2 *Personale munus.*
3 *Patrimoniorum munera.*
4 *Capitatio, capite censi.*
5 *Tributorum origo.*
6 *Munera quot modis subeantur.*
7 *Decaproti.*
8 *Decemprimi.*
9 *Papa an grauia explicet sine Cardinalibus.*
10 *Vsurpatio quid.*
11 *Tributaria prædia.*
12 *Sordida munera.*
13 *Ordinaria & extraordinaria munera.*
14 *Ecclesia eximitur taleis.*
15 *Immunitatis concessio ad quæ protendatur.*
16 *Indictio, indictum.*
17 *Olympiades.*
18 *Superindictum.*
19 *Ecclesia an teneatur ad pœnam cessantis soluere.*
20 *Canonica illatio.*
21 *Ecclesia an eximatur tributis.*
22 *Clerici ad quæ munera teneantur.*
23 *Angaria, perangaria.*
24 *Sacrilegij pœna.*
25 *Acrimonia.*
26 *Sacrilegi qui, & sacrilegorum pœna. num. 24.*
27 *Pœna duplex quando pro eodem crimine.*

Impp. Honorius, & Theodosius, Augusti, Malitio præfecto prætorio.

PLACET rationabilis consilij[a] tenore perpenso, distracta moderatione præscribere, à quibus specialiter necessitatibus vrbium ecclesiæ singularum habentur immunes. Prima quippè illius vsurpationis[b] con-

tumelia depellenda est, ne prædia [c] vsibus cælestium secretorum dedicata, [d] sordidorum numerum [e] fæce vexentur. nil extraordinarium [f] ab hinc, superindictúmue [g] flagitetur: nulla translationum [h] sollicitudo signetur. Postremò nil præter canonicam illationem, [i] & quam [k] aduentitiæ necessitatis repentina sarcina popoścerit, [l] eius functionibus [m] adscribatur. Si quis [n] contrauenerit, post debitæ vltionis acrimoniam, [o] quæ erga sacrilegos [p] iure promenda est; exilio [q] deportationis perpetuæ subdatur.

Ioannis Corasij Enarrationes.

[a] CVm viderent Honorius, & Theodosius religiosissimi principes, sordidis ac extraordinariis oneribus ecclesias aduersus Christianismi decorem opprimi quotidiè, & diuexari, ne quis excusationem aliquam ignorantiæ velamento prætexere posset, hac constitutione declararunt, ordinaria tantum munera, & ea quæ propter repentinam necessitatem indicuntur, ecclesias cogi subire. Sordidis oneribus verò, & extraordinariis aggrauari non posse. cuius constitutionis contemptores, sacrilegorum imprimis pœna mulctant, ac demum exilio. Verum latiùs paulò repetenda est
ad rei totius euidentiam, hæc munerum materia. [a] Cumprimis igitur scien 1 Munus.
dum, Munus quo de agimus, onus esse, quod necessariò subimus more, Munus triplex.
vel imperio eius, cui subiecti sumus. [b] Eius autem triplex est ratio. nam
aliud est personæ, aliud patrimonij, aliud mixtum. [c] † Personale est, quod 2 Personale munus.
personæ pertractandum iniungitur sine vllo eius detrimento. [d] Quod si
dignitati cum administratione reipublicæ annexum est, honor appellatur. [e]
vt defensio ciuitatis. [f] Si verò vile aliquid habeat, sordidum. [g] vt Calefactio
publici balnei, custodia aquæ ductus, [h] aliáque id genus plura, quæ Gordianus fusè memorat. [i] & quæ ideò, à vilioribus tantum personis exercentur. [k] Est quoque personale, quod neque honorificum, nec vile quicquam
habet, vt tutela, & cura. [l] † Sanè verò patrimoniale est, quod cum sumptu & 3 Patrimoniale.
damno administrantis expeditur. [m] id autem nonnunquam imponitur per- Capitatio.
sonæ, nulla rerum, seu facultatum habita ratione: vt Capitatio, [n] quæ pro sin
gulo capite exigebatur. [o] Vndè & tributum capitis appellata: [p] quod subsi- 4 Capite censi.
dij genus, plebeculæ, & rusticanis, indici solitum erat: [q] qui & ideò quondam, capite censi, dicti sunt: quod scilicet ob tenuitatem rei familiaris non ære, sed capitibus censerentur. [r] Eo tamen onere populum Romanum [s] ecclesiam Thessalonicensem, [t] & Colonos Tracenses, [u] singulari prærogatiua iuris authores exemerunt. Aliquando verò personæ respe-
ctu rerum, secundum cuiúsque facultates scilicet, patrimonij munus
imponitur: vt quam Taleam, & collectam dicimus: [x] quæ certam for- Talea. Collecta.
mam non habet, sed secundum occurrentes necessitates: nunc plus, nunc
minus indicitur ad solidum, vt aiunt, & libram. [y] vt qui plus habet plus Ad solidum & libram.
soluat, [z] & exæquentur homines in impositione secundum cuiúsque
fortunam. [a] Interdum † verò, nullatenus personæ, sed rerum dum- 5 Tributū.
taxat in patrimoniali munere habetur. [b] Vt in præstatione census, [c]
quem à contributione, aut ab eo quod militibus tribueretur, tributum
dixerunt. [d] Nam principio impositum fuit hoc onus subditis pro annona militari, id est alimonia militum, & exercitus: [e] vt scilicet prouin-

a c. generaliter. §. placet. 16. q. j. & hic.
b l. munus. ij. ff. de ver. sig.
c l. fi. in pr. ff. de mune.
d l. j. §. illud. & d. l. fi. in pr. ff. de mu. & hono.
e l. vni. C. de mul. & in quo loco. lib. 10. l. honor. ff. de mune.
f d. l. j. in prin.
g l. maximarū. C. de excus. mu. li. 10.
h d. l. fi. §. j.
i d. l. maximarum.
k l. pe. C. de suscep. & arc. lib. 10.
l §. j. Inst. de excus. tut. d. l. fi. in pr.
m d. l. fi. §. patrimoniorum.
n d. l. fi. §. pe.
o l. cū antea. C. de agricol. li. 11.
p l. ætatē & l. fi. ff. de censib.
q l. j. C. ne rustica. lib. 11.
r Gel. li. 16. c. 10. Bud. l. fi. ff. de pig. act.
s l. vni. C. de capit. ciuiū. lib. 11.
t l. sacrosan. hoc ti. l. fi. C. de anno. & trib. li. 10
u l. vni. C. de colo. Tracensib. lib. 11.
x l. rescripto. §. fi. ff. de mun.
y Bart. l. vni. C. de mul. & in quo. lib. 10.
z Accur. l. j. C. de apo. pub. eo. lib.
a l. ij. C. de anno. & trib. li. 10.
b Accur. l. sancimus. j. C. de aduo. diuer. iud.
b l. imperatores ff. de pub.
c l. j. & l. fi. C. sine censu.
d l. ager. ff. de verb. sig.
e Accurs. in rub. C. de anno. & trib. lib. 10.

cia-

cialia prædia,(Italica namque semper exempta fuerũt),[f] certum quid quot-
annis secundum iugerum numerum ad alendum exercitum Cæsari pen-
6 derent.[g] † Subimus autem hoc genus muneris, vel in ipsa re, cum mili-
tibus hospitia præbere,[h] equum, seruúmue vbi postulat rei necessitas
mittere[i] cogimur. vel ex re: vt cùm nonnihil frumenti, vel alterius fructuũ
pro mensura agri, præstare tenemur.[k] vel propter rem: vt cùm principi pen-
dimus pecuniam census, aut tributi nomine,[l] in signum & recognitionem v-
niuersalis dominij.[m] Denique reperitur mixtum munus, quod corporali mi
nisterio, & cum sumptu aliquo administrantis geritur: vt decaprotia,[n] quam
7 uis alibi patrimonij muneribus mag s censeatur.[o] † Erant autem Decaprori,
8 quos latina voce Cicero,[p] † *Decemprimos* appellant, triburorum exacto-
res, ex primoribus vrbis selecti, qui pro mortuis fisci debitoribus, publica de
trimenta sarcire tenebantur.[q] Porrò autem ex iis muneribus quædam ordi-
naria erant, quædam extraordinaria. Ordinaria dicuntur, quæ à lege, prin-
cipéue imposita, certam habent, & determinatam præstationem.[r] Quæ ve-
rò quandoque & per accidens inducuntur, ob puta bellum inopinatò super-
ueniens, extraordinaria.[f]

Munera quo modo subeantur.

Mixtum munus.

Decaprotia.

Decaproti.

Decem primi.

Ordinaria munera.

Extraordinaria.

a *Rationabilis consilij.*

Admonentur hic principes, ne quid inexploratè, temerè, & ex se ipsis a-
gant: sed omnia maturè, & cùm consilio procerum scilicet, & peritorum[a]
quo sapientiùs cuncta geruntur:[b] in negotiis præsertim grauioribus, quæ
9 non debet princeps sine procerum suorum consilio tractare.[c] † Quocirca
nec iniuria plerique tradunt, solum Papam absque Cardinalium consensu
ardua explicare non posse.[d] veluti vendere possessiones ecclesiæ Romanæ,
aut eiusdem ciuitates infeudare.[e] Et si perfecerit de facto non ligant gesta
successorem.[f] Alij verò, quorum receptior est sententia, pontificiæ authori-
tati plus quàm par sit deferentes,[g] solùm Papam, qui in plenitudinem pote-
stati assumptus est:[h] grauissima quæque perficere posse credunt.[i] Nam & so
lus inquiunt, Imperatores, Reges, & alios quoscunque principes exautho-
rat.[k] solus leges condit:[l] solus Cardinales creat.[m] Et alioqui, non haberet li-
berã potestatẽ, quam tamen illi Christus ex promissione Clauium conces-
sit.[n] Mihi tamen probabilior semper visa est superior sententia.[o] Nam nec
solus princeps legem promulgat: sed adhibito peritorum consilio,[p] dictió-
que *solus*, qua Iustinianus vsus est,[q] senatũ, consiliúmve principis, non exclu-
dit.[r] sicuti cùm dicimus, solum episcopum posse, non ideò capitulum seclu-
ditur.[f] Claues autem promissæ Petro,[t] non iurisdictiones, & terrarum domi
nia (quæ cum regno cælorum nihil habent commune) sed potestatem ligã-
di, & soluendi, hoc est delictorum, vel indulgentias, vel pœnas respiciunt.[u]
Itaque ea tantùm ardua negotia arbitror, sine Cardinalium consistorio Pa-
pam extricare posse, quæ neque successori, nec alteri cui quam sunt obfutu
ra, vt creationem Cardinaliũ.[x] Reliqua verò in consistorio tractare debet.[y]
Quamuis aliam synodum congregare non teneatur.[z]

Papa an possit sine Cardinalibus ardua explicare.

Clauium promissio quid Papæ conferat.

b *Vsurpationis.*

10 Id est † iniustæ & tyrannicæ exactionis.[a] quamquàm interdum vsurpatio
nis verbo, notetur vsucapionis interruptio.[b] Et plerunque frequens vsus,[c]

Vsurpatio.

f l. de iis. C. de epis. & cler. g d. l. fi. C. sine censu. h l. iij. §. eos mi lites. ff. de mu. i l. fi. §. patrimoniorũ. ff. silo tit. k l. modios. C. de suscep. & arcbar. lib. 10. d. l. fi. §. praeterea. l l. hactenus. ff. de vsusfr. l. ij. & l. fi. C. sine censu. m c. tua nobis. de decı. de censib. n l. fi. §. mixta. ff. de mnu. o l. iij. §. Decaprotos. ff. de mun. l. nec protasia. C. de m̃. patri. lib. 10. p Ci. pro Rosc. Amer. q d. l. fi. §. mixta. r l. vnic. C. de vag. pub. mun. lib 10. f Seio. §. medico. ff. de ann. leg. f l. sed si per praetorem §. si ferta. ff. ex quib. cau. maio. Bar. d. l. vni. de mult. lib. 10.

a l. humanum C. de legi. Aut. habita in pr. C. ne fil. pro pat. §. ad hae in auth. de appel. & in tra col. 7. b l. iij. in pr. C. de repud. c l. fi. C. de diuer. rescrip. d. l. humanum. d c. per venerabilem versi. rationibus. qui fil. sint legiti. Io. Mona. c. super eo. de haret. in 6. e Bal. l. cum multa. C. de bo: qua lib. f Card. consi. 128. g Panor. c. ex gestis de cleri. non resid. Fel. rub. de const. h c. ad honorem. de auth. & vsu pal. i c. cuncta. ibi fine vlla synod. 9. q. iij. Pan. & Fel. vbi. s. k c. alius. 15. q. 6. gl. c. ij. de re iud. in 6. l l. fi. C. de legib. m Io. And. c. verum. de conuer. coniug. n Matt. 16. o d. c. per venerabilẽ vers. rationibus. p d. l. humanum & hîc. q d. l. fi. C. de legib. r l. non ambigitur. ff. de legib. f c. j. in fi. vbi gl. de haret. in 6. t Matt. 16. u Io. 20. c. quodcunque 24. q. j. x Io. And. c. verum. de con. ver. coniug. y de c. per venerabilem. Card. & Imo. c. ex gestis. de cler. non resid. z c. cuncta. 9. q. iij. a l. si constiterit. C. fi. regund. l. j. C. de ex ac. & trans. lib. 12. C. b l. ij. l. naturaliter. ff. de vsuc. c l. si constante. §. quoties. ff. solu. mat. l. iniuriarum §. fi. ff. de iniur.

apud oratores præsertim, vt Paulus ait.[d] Quocirca in huius vocis expositione, censeo subiectæ materiæ subseruiendum.

c Prædia.

Prouincialia, seu quæ in prouinciis sunt.[a] † nam ea tantùm stipendiaria 11 & tributaria censen ur,[b] quæ videlicet procul à Romanis deuicta populo Romano, vel principi vectigal, quasi, inquit Cicero,[c] Victoriæ præmium, & pœnam belli, pendebant. Italica verò prædia, & quæ Italico iure à Cæsaribus donata sunt,[d] ab omni pensitatione vectigalis, & tributi, libera semper fuerunt.[e] Licet quantum ad vsucapionem, acquisitionem, & alienationem nullâ sit inter res Italicas & prouinciales hodie differentia.[f]

Prouincialia prædia tributaria

d Usibus cælestium secretorum deputata.

Periphrasis est pro locis rei diuinæ consecratis, quæque iis accedunt. Quidam tamen in cortice verborum, nimis superstitiosi, hunc locum restringût ad prædia propter Eucharistiam ecclesijs deputata, vt ex eorum scilicet fructibus sacrosanctum illud sacramentum conficiatur.[a] secundum quam interpretationem elusorium esset, aut saltem perexiguum hoc priuilegium. Quocirca generaliter de omnibus ecclesiæ prædiis hic locus accipi debet.[b]

e Sordidorum munerum.

Veluti † inquiunt doctor. calcis coquendæ & arenæ fodiendæ cura, custo 12 dia aquæductus, & calefactio balnei publici.[a] quæ mihi non valdè probantur exempla, siquidem hæc personalium sunt munerum.[b] Hîc verò tractat Imperator de muneribus patrimonij, quæ nunquam iniunguntur personæ pertractandę. Probabilius igitur erit exemplum, calcar æ, sulphuratię, aut carbonariæ, in agris faciendæ, aut etiam coquendę calcis. & effodiendę arenę, quatenus tamen id oneris ad personale clericorum ministerium non referuntur: Alioqui vt dixi, personalia essent munera,[d] à quibus tamen clericos excusari non me clã est:[e] hodie prǽsertim ex noua Frederici lege,[f] cũ in eorum personas nulla sit principis secularis potestas.[g]

Sordida munera.

f Nil extraordinarium.

Vt † ordinaria munera dicuntur, quę à lege, senatusconsulto, principéue 13 imposita certam habent, & perpetuã pręstationem.[a] veluti tributum, quod principi vno quoque anno in signum vniuersalis dominij pręstatur.[b] Ita extraordinaria, quę extra ordinem, & per accidens, ac plerunque ex improuiso indicuntur.[c] ob superueniens puta bellum, aut emergentem aliam causam.[d] Quo functionum genere cùm ecclesias nostra constitutio eximat:† perspi- 14 cuum hinc fit, ab exactionibus, quæ vulgò Taleę. & collectę dicuntur, ecclesias immunes haberi: cùm enim certam formam non habeant: sed principis arbitrio, & pro negotiorum emergentium qualitate varientur, extraordinariæ sunt.[e] Et cùm personę pro rebus imponantur: non nisi subditis: & incolis indici possunt.[f] in clericos autem nulla est potestatis secularis iurisdictio.[g] (Et ad extraordinarias functiones, ecclesiam non teneri constat:[h] nisi publica necessitas, vel vtilitas vrgeat[i]) quo casu per episcopum à clericis contributio petenda erit.[k] Sed hac de re infra paulò latius dicam.† Sanè con 15 cessa alicui simpliciter immunitas munerum, non ad ordinaria protenditur, sed ad ea rantùm, quę extra ordinem imperantur.[l] Quod & alij copiosiùs differunt.[m]

Ordinaria munera.

Extraordinaria.

Ecclesiæ exemptæ à collectis, & taleis.

Immunitas munerum concessa, ad quæ producatur.

g Superindictúmue.

Solebant olim tribus lustris, id est annis quindecim, indici tributa,[a] pro

Tributa quomodo olim indicerentur.

d d. l. ij. ff. de vsuc.
a l. de iis. C. de episc. & cle. Accur. l. fi. C. fine censu.
b §. per traditionem i. inst. de re. diuis.
c Ci. act. iij. in Verrem.
d l. ij. & l. fi. de censi.
e d. l. de his Accursi. vbi s.
f l. vnic. C. de vsucap. transfor. d. §. per traditionem.
a c. j. vbi glo. de censi. Accurs. hic.
b c. sancitum. 23. q. 8. d. c. j.
a Accu. & dd. hic.
b l. fi. §. j. ff. de mune. & hon. l. maximarum. C. de excus. mune. lib. 10.
c d. l. fi. §. j. & d. l. maximarũ.
d d. l. fi. §. j. d. l. maximarum.
e l ij. C. de episc. & cler. c. nõ minus. de immun. eccle.
f Aut. item nul la. C. de epis. & cler.
g ca. sacerdotibus. 11. q. j.
a l. Seio. §. medico. ff. de ann. leg. l. j. C. de vacca. publ. mun. lib. 10.
b l. censuerit. C. de prescri. 30. ann. c. tua nobis. de deci. c. y.
de censib.
c l. in honoribus §. qui muneris. ff. de vac. mu. Bar. l. vni. C. de mu. lib. 10.
d l. sed si. §. si feria. ff. ex qui. cau. ma. e Bar. l. hi qui. ff. de iur. immu. f l. rescripto. §. si. ff. de mune. g ca. sacerdotibus. 11. q. j. h Vt hac l. i l. neminem. hoc ti. k c. non minus. & c. aduersus. de immu. eccle. l l. hi qui. ff. de vac. mun. l. vnic. C. illo tit. lib. 10. m Bar. l. hi qui. ff. de iur. immun. a §. j. in auth. de colla. col. 9.

primo lustro, sicuti omnes putant, auri: pro secundo, argenti: pro tertio, ferri.[b] Aut quod mihi probabilius videtur, pari censu: nusquam enim apud bonos authores legi, mutationem illam de auro in argentum: & de argento, in
16 ferrum.† Hinc & tria lustra indictionem Romani dixerunt, ex eáque nume
17 rarunt annos: cùm ab † olympiadibus (hoc est quinquenniis, seu vt Romani dicunt lustris, quod quinto quoque anno olympica certamina ab Hercule primùm instituta, celebrarentur) Græci, à diluuio Hæbrei computationem facerent.[c] Hinc quoque tributum, quod singulis tribus lustris indicebatur,
18 appellatum est indictio, seu indictum, & nonnunquàm † Superindictum,[d] quod super, & vltra censum, ordinariúmque canonem, qui quotannis exigebatur, per singula lustra indiceretur.[e] propriè tamen superindictum dicitur, quod ad indictionem, & ordinarium quodcunque munus, vtilitatis publicę aut necessitatis gratia adiicitur,[f] veteres temerarium tributum appellarunt, quod videlicet nec virilem per capita, nec pro modo census fieret: vt post captatam, vastatámque à Gallis Romam collectum legimus, nimirùm vt proximis quindecim annis, nulla census ratio baberetur: sed quisquis nummos haberet, daret. Ab hoc tributi genere, prædia principis,[g] ecclesiæ[h] silentiarij[i] & proximi sacrorum scriniorum[k] duntaxat immunia habentur. Quod interpretor ego, nisi reipublicæ necessitas instaret,[l] vt mox attingam.

Indictio est 15. annorum. Olympus dei.

Indictũ. Superindictum.

h Translationum.

19 Quamuis † ob cessationem tributi, Clericorum etiam prædia transferantur in fiscum:[a] hac tamen pœna ecclesiæ fundi non tenentur:[b] nisi fortè tributarij priùs quoque fuissent, quàm ecclesiæ quærerentur:[c] Hæc enim tributorum onera patrimonij sunt, & ita in rem:[d] onera autem rei cohærentia, transeunt in quemcunque successorem,[e] atque adeò in ecclesiam.[f] nam & alioqui in specie nostra fisco fraus fieret, tantundem ex publica functione detrahendo:[g] aut cæterorum, iniquè nimis, oporteret prædia onerari:[h] Qui verò fundi per ecclesiam liberi quæsiti sunt, nouis oneribus nequeunt serui fieri.[i] cùm aduersus ecclesias, & earum bona secularis potestas statuere nihil possit.[k]

Ecclesia qua ío teneatur ad pœnã cessantis soluere tributum.

Tributarij fundi & liberi.

i Canonicam illationem.

20 Hoc est † censum, & tributum.[a] quod singuli præstare vnoquoque anno principi debent, in signum & recognitionem vniuersalis dominij.[b] Κανὼν enim ordinarios reipublicæ redditus significat, qui quemadmodum Aristoteles ait, ex propriis in ipsáque regione natis veluti ex prædiis, & possessionibus procedunt: vnde & κανονικὴ, illatio dicitur: certa, regularísque pensitatio, & vt Cicero de lege Agraria ait, tanquam sub signo, claustrísque posita possessio, à cuius præstatione nemo prouincialium excusatur.[c] Quinimò nec ecclesia,[d] quæ de exterioribus suis tributum principi reddere debet.[e] Si enim Christus filius Dei, censum Cæsari soluit,[f] ac ea quæ sunt Cęsaris Cęsari reddenda præcepit:[g] *Quis tu tantus es* (inquit ad Auxentium Ambrosius) *qui tributum soluendum non putas?*[h] Explodenda igitur illorum[i] sententia, qui censent noua constitutione Frederici[k] hoc antiquatum esse. Nec enim aduersus Dei legem, Imperator statuere potest.[l] nec Frederici sanctio de muneribus
21 ordinariis, sed de extraordinariis tantùm agit.[m] † à quibus prętereà non putauerim ecclesiam immunem, si publicę necessitatis, aut magnę vtilitatis gratia, imperarentur:[n] Veluti pro defensione ciuitatis aduersus communes hostes:[o] vbi pręsertim laicorum facultates commodè non sufficerent.[p] Et modo, non id soli laici constituant (cùm nullam habeant in clericos potestatẽ:[q]

Tributi solutione nec quidem ecclesia exempta.

Ecclesia quando ad extraordinaria munera teneatur.

b Accu. l. j. §. fi. C. de inst. Cod. cõfir. & in rub. C. de indictio. lib. 12.
c Accur. vbi. s.
d l. in pr. C. de indictio. lib. 10. l. fi. C. de priui. do. Augu. li. 12.
e Accu. in rub. C. de indict. lib. 10.
f l. vni. C. de super indict. li. 12.
g d. l. fi.
h hac. l. nostra.
i l. j. C. de silentia. lib. 12.
k l. iubemus. C. de prox. sacr. scrini. lib. 12.
l c. ij. c. non minus. de imm. eccl. & hac l. ibi, necessitatis repentina.

a l. de his. C. de epis. & cleric.
b vt hac l. placet.
c l. fi. C. de exa. tribu. lib. 10.
d l. fi. §. patrimoniorũ. ff. de mune.
e l. via. § si fundus. ff. de seruit. rust. l. alienatio ff. de cõtr. emp.
f clem. j. de censib.
g l. forma. §. illã ff. de Censib. l. omne. C. de cẽsi. & censitorib. lib. 11.
h §. j. in auth. de colla. col. 9.
i c. non minus. de immu. eccle.
k Aut. Cassa. hoc tit. c. sacerdotibus. 11. q. j.
a l. iubemus. C. de prox. sac. scri. li. 12.
b c. ij. de censi. c. tua nobis. de deci.

c l. omnes. C. de anno. & trib. li. 10. d c. si tributum. & c. seq. 11. q. j. hac l. e c. tributum. 23. q. 8. f Matth. 17. g Matt. 22. Mar. 12. Luc. 20. & 23. h c. magnum. 11. q. j. i Accu. & Cy. hic. k Aut. item nulla. C. de epis. & cler. l C. cũ inferior. de maio. & obed. m d. aut item nulla. n l. neminem. hoc tit. & hic. o l. nullus. C. de cursu pub. li. 12. c. ij. de imm. eccl. p c. non minus vers. quocirca. de immu. eccle. q d. c. sacerdotibus.

nec ecclesię libertatem,quoquomodò aggrauare possint[r]) sed accersitis clericis, qui sine causa renuentes, vt satisfaciant, per episcopum iure compelluntur.[s]

k Et quam.

Sic ego lego,vt relatiuum *quàm*,pręcedat copula,*Et*:ac ita velint Cęsares, his verbis,fundos ecclesię,non tantùm ad canonicam illationem,id est censum,tributum,& ordinarium canonem teneri:[a] sed etiam ad illud extraordinarium subsidij genus,quod ob necessitatem aliquam inopinatò superuenientem imperatur.[b] nam si subductam (vt vulgò legi solet)copulam proponas,cùm natura relatiui *quam*,sit,vt præcedentia restringat:[c] huius literæ sensus erit,ecclesiarum prædia,nec quidem ad ordinarias tributorum præstationes obstringi : nisi quatenus ob repentinam aliquam necessitatem indicuntur.Quo quid absurdius?cùm census seu tributi præstatio , nunquàm ob necessitatem fiat: sed veluti subiectionis symbolum principi detur.[d] Emendata lectio.

l Aduentitiæ necessitatis sarcina repentina poposcerit.

Ob superueniens puta inopinatò bellum , aut aliquid aliud , cùi ne quid respublica capiat detrimenti necessariò, & quàm ocissimè sit occurrendum.[a] † His quippè muneribus obeundis quæ instante publica necessitate indicuntur,siue patrimonij sint,[b] siue etiam personalia,[c] præsertim si fordida non exiftant,ecclesia obligatur.[d] Quocirca pro ciuitatis custodia, & murorum vigiliis,si vrgeat necessitas,excubare & vigilare clerici tenentur.[e] 22 Clerici ad quæ munera teneatur.

Nec † ab angariis, seu perangariis, hoc est vt exponunt nouissimi ,[f] ab alio quo munere personali , militiæ necessitati debito , hoc casu habebunt excusationem.[g] Quamuis ad horum quorumcunque munerum , siue personalium, siue patrimonij collationem , conueniens sit, vt diximus, non ab aliqua seculari potestate[h] compelli clericos, sed à clero , aut ab ipso episcopo.[i] 23 Angaria, perangaria.

m Functionibus.

Hoc est publicis tributis,& pensitationibus: quas qui obeunt, suo munere fungi dicuntur:& ideò functiones appellantur.[k] Functio.

n Si quis.

Magistratum gerens,aut exactor tributorum.

o Post debitæ vltionis acrimoniam.

Acrem † & atrocem sacrilegij pœnam intelligit (vt & sequentia verba indicant(quæ plerunque capitalis est,atque adeò quandoque ignis.[a] Namque sacrilegium tantoperè veteres sunt execrati: vt sacrilegos, etiam pueros capite damnârint.[b] Neque verò possum mihi temperare, quin hic rideam Accursianorum peracutam, & lepidam (si Dis placet) interpretationem , † Acrimoniæ verbo, excommunicationem intelligentium , sic dictam inquiunt , quod ab ecclesiæ gremio nos arceat ,[c] qua nulla potest maior excogitari pœna.[d] Hanc etenim interpretationem, nulla latini sermonis ratiò patitur. 24 Sacrilegij pœna. 25 Doctor lapsus.

p Sacrilegos,

Nam † & sacrilegus censetur,non tantum qui ex consecrato publicè locco quippiam surripit,[a] aut (vt Paulus ait) qui sacra publica compilat:[b] sed etiam qui ecclesiis,aut earum ministris iniuriam facit.[c] Quinimò paulo latiùs omnem profanationem rei sacræ,& contemptum Dei,religionisque ex veterum sententia,nostrates sacrilegium dixerunt.[d] 26 Sacrilegus quis.

r Aut. Cassa & irrita. C. de sacrosanct.eccl. s c.aduersus.de immunitate ecclesi. d.c.non minus. a l.iubemus.C. de proxi.sacre. scrinio.lib.10. b l. nullus.C. de curs.pub.lib.12.l. neminem. hoc tit. c l.ea tamen.ff. de leg.iij. dixi in l.j.C.de summ. tri. d c.ij. de censi. e tua nos.c.cum sit de censi. a l. sed si per praetorem. §. si feria.ff.ex qui. cau.maio. b l. neminem. hoc tit.l.ij.C.de quibus mun. lib.10. c c.ij.de immu. eccl. d l.nullus.C.de cursu pub.li.12. l.ad instructiones.hoc tit. e d.c.ij.vbi Panor. f Alciat.l.ij.C. de praepos.sac. cubicul.lib.12. g Pyr.ru.C.quęad. eius. mun. lib.10. g d.l.nullus.d. l.neminem. h ca.sacerdotibus.11.q.j. i c. non minus. & c. aduersus de immu.eccle. k l.fi.C.de exact.tri.lib.10. l.fi. C. de apo. pub.eo. li.l.immunitates. C. de agric.lib.11. §. audiens. in auth.de defen. ciuit.coll.iij.

a l. sacrilegij. & l.sacrilegi. ff. ad l. Iul. pecul.l. aut facta. §.locus.ff.de pœn. b l. Ælian. lib. 5. de var. histor. c §. omnibus. in auth.de sanctiss.episcop.colla. 9. d l. ij.de aposta. a Cic.ij. de legi. b l. sacrilegi.ff.ad l.Iul.pecul. c l. si quis in hoc genus. C.de episc.& cler. d l. j. & iiij. C. de aposta.

q Exilio

27 Hinc obserua, † pro eodem delicto, duabus pœnis quem affici: vbi scilicet constat ex eadem lege, vtranque pœnam descendere.[a] in dubio quippè non est verisimile, vnum crimen eadem lege variis æstimationibus coerceri.[b] Nec diuersis legibus ob idem maleficium reus quis fieri potest:[c] cùm de eiusdem hominis admisso non soleat sæpiùs queri.

Pœna duplex quando pro eodem delicto.

a c. generaliter §. placet. 16. q. 1. & ibi.
b l. sanctio. ff. de pœn.
c l. senatus. ff. de accusa.
d l. licet. in fi. nauta. caupo.

IOANNES CORASIVS
Tolosas Valentiæ xxiiij. Maij,
M. D. XLIX.

ENARRATIONES
IN L. NON DVBIVM. C. DE LEGIBVS.

SVMMÆ RERVM.

1 *Scripti & voluntatis quæstio.*
2 *Mens semper verbis præponderat.*
3 *Verbis legis quando seruiendum.*
4 *Lex est de indubitabili.*
5 *Committere in legem.*
6 *Annullatio actus an sit pœna.*
7 *Pactum quid.*
8 *Conuentio.*
9 *Contractus.*
10 *Pleonasmos figura.*
11 *Naturalis obligatio, an oriatur ex contractu contra legem.*
12 *Lex quandoque ad præterita trahitur.*
13 *Imperare verbum.*
14 *Expressum quid in lege dicatur.*
15 *Inutile pro infecto haberi.*
16 *Facta pro infectis cur non habeantur.*
17 *Deo quid denegetur.*
18 *Facta pro infectis quando.*
19 *Clausula annullatoriæ virtus.*
20 *Ex & Ob, dictionum natura.*
21 *Iuramento quando firmetur actus.*

Theodosius & Valentinianus Augusti Florentio pp.

NOn dubium[a] est in legem committere[b] eum qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem:[c] nec pœnas insertas legibus euitabit, qui se contra iuris sententiam, sæua prærogatiua[d] verborum fraudulenter excusat.[e] Nullum enim[f] pactum,[g] nullam conuentionem,[h] nullum contractum[i] inter eos videri volumus subsequutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente.[k] Quod ad omnes etiam legum interpretationes, tam veteres,[l] quam nouellas trahi generaliter imperamus:[m] vt legislatori quod fieri non vult, tantùm prohibuisse sufficiat.[n] Cætera quasi expressa, ex legis liceat voluntate colligere.[o] Hoc est, vt ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solùm inutilia,[p] sed pro infectis etiam habeantur.[q] Licet legislator fieri prohibuerit tantùm, nec specialiter[r] dixerit, inutile esse debere, quod factum est. Sed & quod fuerit subsecutum ex eo, vel ob id,[s] quod interdicen-

te lege factum est, istud quoque cassum & inutile esse præcipi-
mus.[t] Secundum itaque prædictam regulam, quam vbique non
seruari, factum lege prohibente censuimus:[u] certum est, nec sti-
pulationem huiusmodi tenere,[x] nec mandatum vllius esse mo-
menti,[y] nec sacramentum admitti.[z] D.vij.Id.April.Constantino-
pol. Theodosio A.xvij.& Festo Coss.

Ioannis Corasij Enarrationes.

Scripti & voluntatis quæstio.

FRequentissima est in iure nostro,† scripti & voluntatis quæstio: vt ma 1
xima iuris pars, quemadmodum Quintil. ait, inde pendere videatur.[a]
Cuius quæstionis ratio trifariam tractari potest: vel enim vtrunque ambi-
guitatem habet ob verborum pura legis obscuritatem. Quo casu primùm
quod est verisimilius, & rei gerendæ aptius.[b] Deindè quod plerunque fieri
solet, magísque in regione frequentatur.[c] Ac demùm quod minus ha-
bet incommodi & iniquitatis sequendum est.[d] Vel nihil est in sermone
ambiguitatis, dubia tamen est legis sententia. Et tunc verbis seruien-
dum est,[e] neque ab eorum propria significatione temerè recedendum,[f]
tametsi dura ea lex videatur.[g] Cùm nemo voluisse præsumatur, nisi quod
verbis expressit.[h] † Vel pugnat apertè scriptum cum voluntate: & tunc 2
cùm non in verbis, sed in sensu & ratione leges consistãt:[i] stabimus volun-
tati aduersus scriptum.[k] iniuriámque legi faceret, qui verborum corticem
sequutus, contra legis sententiam niteretur.[l] Veluti si ex Municipij lege,
quæ muros conscendentem capite plectebat, is ad supplicium vocetur, qui
de mœnibus hostes strenuè depulit:[m] aut chirurgus, qui secta vena iuuit æ-
grum in palatio, petatur ad pœnam, quam municipalis lex infligit ijs, qui
sanguinem in palatio fecerint.[n] Neque enim verba legum captanda

Sensus legis.

sunt: sed qua mente scripta fuerint, prudenter animaduertendum.[o] Vn-
de non dubium, quin iniustissimi fuerint Thraces: qui cum centum & tri-
ginta dierum inducias pacti cum Thebanis essent, noctu populabantur a-
gros: ea versutia vsi, quod inducias dierum esse, non noctium callidè ni-
mis interpretarentur. Eos itaque qui superficiei verborum seruientes
mentem legis fraudulenter offendunt, pœnis legalibus hîc meritissimò
subiicit Imperator, damnans prætereà omnes omninò hominum conuen-
tiones quæ contra legis prohibitionem fiunt, ac quæcunque ex iis, vel ob
eas subsequuta sunt: licet aliquo verborum aucupio & colore defendi pos-

Exempla

sint. Veluti cùm creditor frumentum, vinum, vel oleum filiofamil. mu-
tuum dedit, vt iis distractis pecunia vteretur: quippè in Macedonianum
incidit,[p] licet senatus verba, ad mutuam pecuniam referantur.[q] Idém-
que si maritus, aut alius donare prohibitus, viliori pretio vendat, aut per in-
terpositum amicum donet.[r] alúsque permultis casibus, quos exempli gratia,
plena manu doctores congesserunt.[f] Atque hæc est summa, hic scopus

Verbis legis quando seruiendum.

constitutionis nostræ. Cui non obstat si dixeris, † verbis legis hærendum 3
esse,[t] nec ab eorum propria significatione temerè recedendum.[u] sed ea-
tenùs verba generaliter accipienda, quatenus sermonis proprietas ferre
potest:[x] tametsi lex vt scripta est, dura videatur.[y] quod non aliud legisla-
tor præsumatur voluisse, quàm quod verborum proprietate demonstrauit.[z]
Nam hæc omnia in dubio obtinent, vbi scilicet non appatet euidenter de
contraria legis voluntate.[a] Alioqui cùm non in figura verborum: sed in
sensu, vis & potestas legum resideat:[b] genuinam sermonis significationem

a Fab. Quinti. li.7. orat. insti. b l. quoties idẽ. ff. de reg. iur. c l. in obscuris. ff. eod. d c. ex parte. ad fi. de cẽsi. l. semper in obscuris. l. quoties nihil. & l. semper in stipu. ff. de reg. iur. e l. j. §. si is qui. nauem. ff. de exerci. f l. non aliter. ff. de lega. iij. g l. prospexit. ff. qui. & à quib. h l. Labeo. ff. de supel. leg. i l. scire leges. ff. de leg. c. Marcion. j. q. j. l z l. scire. §. aliud. ff. de excu. tuto. l c. fi. de regu. iur. in 6. & hic. m Quint. vbi s. n Bart. l. omnes populi. nu. 55. ff. de iusti. & iur. o l. pe. ff. ad exhib. p l. sed Iulianus § mutui. ff. ad Mace. q l. j. ff. illo tit. r l. sij. §. non tã tum. l. si sponsus §. circa. ff. de do. int. vi. s Accurs. l. contra legem. ff de legib. doctores hic. t l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercito. u l. non aliter. ff. de lega. iij. x l. cum lege. ff. de testa. y l. prospexit. ff. qui & à qui. z l. Plautius. ff. de aur. & arg. leg. l. Labeo. ff. de supel. leg. a d. l. j. §. si is qui nauem. b l. scire leges. ff. de leg. c. Marcion. j. q. j.

negli-

negligere possumus:[c] imò verò debemus,[d] & manibus pedibúsque legis amplecti sententiam.[e] Quæ si tacitis nobis intelligi posset, verbis omninò, inquit Cicero, non vteremur. Porrò verò mentem longè diuersam esse ab eo, quod scriptum demonstrat, multipliciter constare potest: sed potissimùm ex ratione legis cessante.[f] cùm enim tota mens legis ex ratione pendeat, & proficiscatur:[g] Quinimò eadem dicatur esse legis sententia cum ratione:[h] non dubium quin ex ea & extendatur, & coarctetur legis decisio.[i] vt vbi scilicet eadem est legis ratio, idem constitutum existimetur.[k] contráque lex quamlibet generalis à cessante ratione restringatur.[l] Nec habet hæc sententia controuersiam, vbi ratio est expressa in lege:[m] aut vnica tantùm probabiliter reddi potest.[n] Nam & ea pro expressa habetur:[o] vt in lege quæ fœminas extantibus masculis, successione repellit: in qua solam agnationis, familiæque conseruandæ rationem considerari contra Bartolum[p] meritissimò receptum est.[q] Vbi verò de ratione non planè certi sumus (vt plerunque fit, cum apud nos soleat obscurum esse, quid maximè mouerit legislatorem) in re dubia, sicuti diximus, melius est verbis legis seruire:[r] cum ea præsumatur legis sententia, quam verba demonstrant,[s] etiam si dura lex videatur.[t] Nisi tamen communis vsus loquendi (quem cuicunque verborum proprietati leges semper anteposuerunt)[u] propriæ significationi verborum repugnaret,[x] aut consequi posset indè aliquid absurdũ.[y] vt in eo quo iam vsi sumus exemplo chirurgi subito morbo correptum in palatio secta vena iuuantis. Rem quippè quæ culpa caret, in damnum aut pœnam vocare periniquum esset.[z] Legum autem verba sic interpretanda sunt, ne quicquam absurdi iniquitatisue contineant.[aa] Quæ diffusius hîc attingerem: nisi memor essem hæc omnia, quam copiosissimè alibi à me pertractata.[bb]

Quomodò cõstet sententiã cum scripto pugnare. Arg. à cessante ratione.

Verbis quando hærendũ.

c d.l.nõ aliter. d l.pe.ff.ad exhib. e l.scire.§.aliud ff.de excu.tut. & hic. f l.quod dictũ. ff.de pact.l.adigere.§.quãuis. ff.de iu.pat. g l.cùm mulier. ff.sol.mat. d.l.scire.§.aliud. h l.nominis.§.fi.ff.de ver.sig. d.l.cùm mulier §.j. i d.l.scire.§.aliud. k l.illud.ff.ad l.aquil. l c.statuimus.§.fi.61.dist. d.l. quod dictum. d.§.quamuis. m l.milites agrũ ff.de re milit. n Alex.l.quamuis.C.de fidese. o l.ij.ibi, si modo vnicus sit.ff.de lib.& posth. p Bart.l.liberorũ.ff.de ver.sig. q l.j.§.fi.ff.de vent.inspi. Bal.& doct.l.iij.C.de lib.pre. r l.j.§.fits qui nauem.ff.de exerci. s l.Labeo.ff.de supel.leg. t l.prospexit.ff. qui & à quib. u l.cùm de lanionis.§.asinã.ff.de fun.instru. l.vt Alphenus. l.anniculus.j. ff.de ver.sig. x l.librorum.§.quod tamẽ Cassius ff.de leg.iij. c.ex literis de spons. y l.vxorem.§.

a Non dubium.

Lex an de indubitabili.

4 Hinc quoque confirmo, quod alibi sæpè docui.[a] falsò perferri, † legem oportere dubitationis aliquid habere,[b] quippè qui sciam leges alicubi latas, quæ nullam habeant iuris dubitationem, atque adeò quæ nec olim vllam habuerint, nec hodie habeant.[c] Cuius rei vel vnum proferam exemplum. Filium, inquit Vlpianus,[d] eum diffinimus, qui ex viro & vxore eius nascitur. Sed si fingamus abiisse maritum, verbi gratia per decennium, reuersum anniculum inuenisse in domo sua. Placet nobis Iuliani sententia, hunc non esse mariti filium. Hæc ille. Cuius, quæso, sententia, quam potest habere dubitationem: quis obsecro tam stupidus, qui illo tempore putauerit anniculũ natum absente marito, qui x. annis fuerat, filium esse mariti. Minutiores sunt profectò hæ argumentandi ratiunculæ, quàm quæ vulgò recipi debeant: iã tum abest vt doctis eas scribere velim.

b In legem committere.

Committere in legem.

5 Committere † vt Sextus Pompeius ait, est propriè simul mittere. Cæterum eo verbo plerunque vtimur, pro facere, & delinquere. Vnde committere in legem, quod Cicero contra legem vocat,[a] is dicitur, qui contra legis dispositionem, quoquomodò facit.[b] Vel apertè præceptum legis oppugnando,[c] quod propriè contra legem fieri dicitur.[d] Vel per obliquum, & callidè sententiam eius circumueniendo: quod Iulius Paulus in fraudem legis facere dixit.[e] Veluti cum fœnerator vt Macedoniani pœnam effugiat, non pecuniam numeratam, de qua tantùm senatus verba facere videtur.[f]

concubine.ff.de leg.iij. z l.sancimus.C.de pœn.c.ij.de const. aa l.nam absurdum.ff.de bo.liber. bb in tract.de interpre.iuris, parte j.artis nostra. a in l.vn.ff.de of.con. in l.si testamento.C.de impu.& in l.quoties. C.de rei vend. b l.quod Labeo.ff.de ear edict.l.j.in fi.ff.ad munic. c l.quaris.ff.de natal.rest.l.qui sen, versi.& ideo.ff.de vsur.l.ij.§.constat.ff.de pœn.l. in seruili.C.qui da.tut. d l.filium.ff.de his qui sunt sui.

a Cic.pro A.Cluent.& in lib.de claris orato. b c.fi.de reg.iur.in 6.& hic. c l.contra legem.cum l.seq.ff.de leg. d c.quanto.de prin.c.fi.& hac l. e d.l.contra legem. f l.j.ff.ad Mace.

ſed oleum,aut triticum filiofamiliâs credit,vt inde pecuniam redigat.[g]

c Nititur voluntatem.

Offendés mentem Offendés verba.

Leges quippè non in verborum ſuperficie, ſed ſicuti ſæpè dictum eſt, in ſenſu & radice rationis conſiſtunt.[a] Etiamſi maximè verba legis alium habeant intellectum.[b] Et ideò perindè legem offendit, qui ſaluis verbis eius, ſententiam circunuenit,ac ſi verba quoque violaſſet.[c]quamuis non idem in eo,qui aduerſus verba committit,ſalua ſententia.[d]

d Sæua prærogatiua.

Id eſt dura,rudi,violentérque detorta verborum interpretatione.quid enim durius à bonóque & æquo magis alienum,quàm contortis callidè,& ſophiſticè verbis ſenſum legis aliò quàm oportet deflectere.[e]

e Fraudulenter excuſat.

Macedoniano quomodo fraus fiat.

Veluti fœnerator,qui vt illuderet Macedoniano,non pecuniam numeratam,de qua ſenatus loqui tantùm videbatur:[a] ſed triticum, vinum,oleũ,aut aliam rem filiofamiliàs credidit,vt inde pecuniam cõflaret. Neque enim is ideò ſenatuſconſulti pœnam euadit.[b] Nec diuerſum in eo qui emere prohibitus,fiduciarium amicum interponit,per quem acquirat.[c] Aut vetitus donare viliori pretio,vendit vel per ſuppoſitam perſonam donat.[d] Idémque ſi cũ mulier pro alio intercedere vellet,creditoris calliditate factum ſit,vt obligationem in ſe principaliter ipſa ſuſciperet.[e] aliiſque permultis caſibus in iure noſtro ſparſis,quibus verbis legis retentis,eiuſdem ſententiam homines improbi,circumuenire tentant.

f Nullum enim.

Annullatio actus an pœna.

Hinc coniuncto ſuperiore verſiculo,*nec pœnas*,doctores colligunt,† Annullationem actus pœnam eſſe,vbi ſcilicet irritus fit in odium perſonæ,[a] vt ratione prohibitionis.[b] Secus ſi propter omiſſionẽ formæ[c] aut quatenus in alterius puta minoris, aut mulieris fauorem irritatur:ne quod in eius gratiã introductum eſt,in eius odium reflectatur.[d] Cuius rei pleniorem diſputationem,affatim alibi attigimus.[e] 6

g Pactum.

Pactum.

Pactum † propriè & vt in pactorum tractatu ſumitur, ſignificat conuentionem,quæ non tranſit in ſpeciale nomen contractus.[a] Ex qua ideò paſſim iura dicunt actionem non dari,[b] quod ſcilicet conuentiones,quæ proprium contractus nomen non aſſumunt,non pariant actiones.[c] Quamuis generatim acceptum,quemcunque ſimultaneum duorum conſenſum deſignet.[d] Vnde Cicero *Pactum*,diffinit,[e] *quod inter aliquos conuenit.* 7

h Nullam conuentionem.

Conuentio.

Conuentionis † verbum,pacto generalius eſt:omnes omninò pactiones, & obligandi,contrahendi,diſtrahendíque modos continens,[a] ſiue re, ſiue verbis:ſiue conſenſu tacito,vel expreſſo: ſiue literis ineantur: & ſiue inter præſentes:ſiue inter abſentes,ex publica,priuatáue cauſſa.[b] Quæ omnia ſuo loco pleniore tractatu digeſſimus.[c] 8

i Nullum contractum.

Contractus.

Contractus † quemadmodum alibi docui,ſignificat propriè duorum pluriumue conſenſum,obligationis conſtituendæ cauſſa, & vt alter alteri obnoxius fiat,interpoſitum.[a] paulóque ſtrictiùs Labeo contractum diffiniuit *vltrò citróque obligationem.*[b] Quoquomodò autem accipiamus, nemo eſt qui non videat, conuentionis verbum (quo mutuus quicunque conſenſus ad 9

g l.ſed Iulia.§. mutui.ff.illo tit.
a l.ſcire leges. ff. de leg. c. Marcian. j. q.j.
b l.ſcire.§.aliud.ff.de excu. tut.
c c.quanto. de priui. c. fi. de reg.iur.in 6.& hic.
d l.fi. ad pr.ff. qui pec.tu. d.§. aliud.
e l. nulla.ff.de leg.
a l.j.ff.ad Maced.
b l. ſed Iulianus. §. Mutui. ff.illo tit.
c l. pupillus. ver.pe.ff.de autho.tut.l.pe.C. de iis qui vi.
d l.iij.ver. non tantùm.l.ſi ſponſus. §. circa.ff. de don. inter vi.
e l.quamuis.§. ſi cum eſſem.ff. ad Velle.l.cum ad C.il.ti.
a l. turpia. in pr. vbi doct.ff. de leg.a j.
b l. ſenatus.ff. de contra.emp. c. ſi religioſus. de ele.in 6.
c l.eius qui.ver. planè.ff.de iur. fiſ. c.ſi quis. de reb.eccl.
d l.quod fauore hoc tit.
e in l.fi. C. de poſt.hæred.inſt.
a l.iuriſgentiũ. ff.de pact.l.creditor. §. pen.ff. manda.
b d. l. iuriſgentiũ. §.quinimò.& §. vtpute.
c d. l. iuriſgentium. in princip. *d l. j. ff. de pact.l. pactum. ff. de polli.* *e Cice.ij.de rhetor. ad Heren.* *a l.j.§.conuentionis.ff.de pact.* *b l.j.§.fi.l.ij.l.iij. l.iiij.ff.de pact.l.j.& ij.ff.de act.& obli.* *c in tract.pact.& in rub.C.de pact.* *a l.iuriſgentium.in pr.ff.de pact.Theophi.§.j.Inſt.de obli.* *b l.Labeo.2.§.fi.ff.de ver.ſig.*

diſtra

distrahendam etiam & dissoluendam obligationē, ordinatus significatur[c]) multò latius patere, quàm verbum contractus.[d] Vt vix videre possim, quanam ratione ab inepta otiosorum verborum inculcatione vindicari queant authores legis nostræ. Nisi dixerimus eos figuratè loquutos. atque hic

Contra Imp. Pleonasmos. Parelcon.

10 esse figuram † Pleonasmos, id est superabundantiam: quæ tum fit, vt Quintilianus docet, quoties oratio plena, superuacuis verbis oneratur. vt videre oculis, ore loqui.[e] aut Parelcon, illi non valdè dissimilem, quæ syllabæ, dictionis, aut clausulæ ad rem de qua agitur minimè necessariæ, superflua est additio.[f] Vt cum Simo pater, de Pamphilo filio dicebat,[g]

Comperiebam nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere.

Abundat inquit illîc Donatus, dictio *Quidquam*, nam nemo quisquam non dicitur.

k Lege contrahere prohibente.

Naturalis obligatio an oriatur ex contractu facto contra legem.

11 Hinc plerique omnes probari contendunt, † ex contractu inito contra legis prohibitionem, nec quidem naturalem enasci obligationem, quod & aliis legibus confirmant.[a] spirantique ratione, quia iure gentium ex quo naturalis obligatio descendit:[b] superiorum legibus quilibet parere tenetur.[c] Et ita, inquiunt, ius ciuile, quod naturalem iam productam tollere nequit,[d] ne tamen in esse deducatur impedire potest.[e] Nec dubium quin pleraque multò facilius impediantur fieri, quàm facta tollantur.[f]

No. opinio.

Mihi verò cum naturalis obligatio ex consensu & naturali illa æquitate fidei seruandæ plerumque descendat:[g] nec possit iurisgentium ratio, ipsaque naturæ æquitas, vlla ciuilis legis authoritate corrumpi:[h] sed firma semper, atque immutabilis permaneat.[i] nunquam visum est, per aliquam iuris prohibitionem naturalis obligationis natiuitatem impediri posse. nam & pupillum sine tutoris authoritate contrahentem naturaliter obligatum habemus:[k] cum quo tamen tutore non authore contrahere, iuris ciuilis regulæ prohibent[l]. Quamuis non negem effectus obligationi naturali per ius ciuile tributos, ab eadem lege tolli posse.[m] Nihil enim magis naturale, quàm eadem authoritate aliquid dissolui, qua colligatum est.[n] Sic enim non potest lex ciuilis prorsus tollere iuramentum, quod est hodie de foro canonico, & spirituali.[o] At effectus à se iuriiurando tributos potest abrogare.[p] Et in simili dicimus, legem ciuilem, quæ ex nefario complexu natos, nequidem filiorum nomine dignauit:[q] facere tamen non posse quominus illi naturaliter filij sint.[r]

l Tam veteres.

Lex quando ad futura trahatur.

12 Nec obstat † quod legis natura sit, futuris negotiis formam dare, & ideo non soleat ad vetera, seu præterita, sed ad futura tantum protendi.[a] Nam hoc verum quatenus nouè lex aliquid constituit: secus si ius antea inductum duntaxat declaret, & interpretetur.[b] Cùm enim nihil conferat noui iuris, qui declarat:[c] sed veterem duntaxat scripti sententiam ob nubilam fortè, patefaciat & illustret.[d] Debet lex declaratoria ad præterita negotia (quæ tamen quoquomodo decisa non sunt)[e] summa ratione referri.[f] Quod & alij loco magis idoneo, extensissimè disputant.[g]

m Imperamus.

Imperare verbum.

13 Fieri igitur necesse est, & si non fiat, pœnam habet.[a] † Imperare quippè

c l. j. §. conuentionis. ff. de pact. d d. §. conuentionis. e c. præsens. 20. q. 1. f l. qui romæ. §. Calimachus. ff. de verbo. oblig. g Teren. in Andria. a l. si non sortem. in princip. ubi doct. ff. de cond. inde. l. cum lex. ff. de fideiusso. b l. cū amplius. §. is natura. ff. de regu. iur. c l. ij. ff. de insti. & iur. d l. Iulianus. in pr. ff. de cond. indebi. e d. l. si non sortem. d. l. cum lex. f l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui. g l. Stichum. §. naturalis. ff. de solut. d. §. is natura. h l. ij. §. fi. ff. de vsufruct. ea. re. i §. fi. Inst. de iur. natu. k l. si pupillus. ff. de ver. oblig. l. j. ff. de nouat. l l. contra. ff. de pact. m d. l. si non sortem. in pr. d. l. cum lex. n l. nihil. ff. de reg. iur. o c. fi. de iur. comp. in 6. p auth. decernit. C. de arbit. Cast. hic in fi. q § fi. in auth. qui mod. na. ef. fi. sui. coll. 7. r l. in bello. §. facta. ff. de captiuis.

a l. leges. hoc titu. c. ij. & c. fi. de constitut. b §. fi. in auth. de rapi. mul. col. 9. c l. heredes. §. si quid post. ff. de testa. d l. fi. ver. pe. C. de pact. e l. relegatorum. §. ad tempus. ff. de inter. & releg. f l. causas. C. de transact. §. fi. in auth. de fil. aut. do. instr. col. iij. d. §. fi. & hac. l. g dd. in c. fi. de constit. a c. fi. 14. q. j.

verbum, superbum est, maximæque authoritatis: vt patris in liberos,[b] domini in seruos,[c] Abbatis in monachos,[d] & principis in subditos.[e] innuens vt quod imperatur sine contradictione fiat.[f] plúsque esse imperare, quàm iubere, euidenter ostendit Chærea Terentianus:[g] qui Parmenoni seruo, an iuberet roganti, respondit.

Iubeo cogo, atque impero.

n Prohibuisse sufficiat.

Etiam si non vltra lex progrediatur, irritando quæ contra suã interdictionem facta fuerint. Sola quippè legis prohibitio importat annullationem actus.[h] Quod infra paulò latiùs attingam, in verbo specialiter.

o Cateráque quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere.

Obserua eum casum, in lege satis expressum dici, † qui licet verbis non 14 demonstretur, ex certa tamen legis sententia colligitur.[a] cùm enim non in verbis, sicuti sæpè diximus, sed in sensu, vis & potestas legum resideat.[b] Quod verba simul cum mente possunt, id ipsum legis sententia, de qua constat, pariter sola poterit.[c] Quocirca nec dubium, quin eo quoque casu decisio legis perpetuò locum habeat,[d] etiam si materia pœnalis sit & odiosa.[e] quod non propriè tum dicatur lex extendi, sed magis eum ipsum casum exprimere.[f]

p Non solùm inutilia.

Plus † est igitur aliquid pro infecto haberi, quàm reddi inutile.[a] Illo quippè 15 casu perindè omninò est, ac si nihil vnquam ea de re fuisset actũ.[b] & ideò, vt opinor ego, ipso iure, nulláque expectata iudicis sententia, nullus actus redditur.[c] Vbi verò lex nonnihil declarat inutile, hominis ministerium necessarium est.[d]

q Sed pro infectis etiam habeantur.

Hoc est † ad eum statum iuris authoritate facta contra legis prohibitionem 16 rediguntur, in quo forent, si nihil prorsus actum esset.[a] non quòd ea simpliciter infecta reddat. quippè factum, vt apud Plautum[b] Lyconides, & Demipho Terentianus[c] dicebant: nulla hominum conuentione, aut etiam legis authoritate, secundum veritatem infectum fieri potest.[d] Adeò, vt ipsi Deo Opt. Max. qui solus omnipotentia fulget, id denegatum ferant.[e] Vndè Hierony.[f] Audenter dicam (inquit) cùm Deus omnia possit, virginem suscitare post ruinam, non potest.[g] Factum enim & non factum contradictoria sunt.† Deus autem non potest, ea quæ contradictio 17 nem implicant.[h] Vt Theologi diffusissimè docent.[i] Quamuis interdum iuris interpretatione, perindè reddantur in effectu, ac si nunquam facta fuissent.[k] Vndè consulto voluit hoc loco Imperator, verbo (*Habeantur*) vti, quod non solet veritatem exprimere, aliud siquidem est quid esse tale, & aliud haberi pro tali.[l] Ne verò sua videatur lex abuti potestate, nihil contra veritatem inducit, nihil agit, nihil fingit, nisi magna subsit æquitas, & aliqua iusta causa:[m] quæ cum cessat, cessat quoque legis actio & interpretatio.[n] † Quare cum facta contra legis prohibitionem ius 18 habeat pro infectis: ad fouendam, augendámque (vt nemo non videt) legis authoritatem, & comprimendam improborum hominum audaciam:[o] respectu pœnarum, quæ istiusmodi legum contemptoribus infliguntur, pro infectis facta non erunt.[p] Ne pro legis vtilitate introducta, duriore interpretatione ad eius iniuriam producantur.[q] Et quoniam pœnas ob malefi-

b l. idonei. ff. de test. c l. pe. in pr. ff. de actio. empt. d c. si religiosus de elect. in 6. e hac l. non dubium. f d. c. si. 14. q. 1. g in Eunucho. h vt hac l. ver. licet legislator.

a l. prætor. §. 1. ff. de no. oper. l. his solis. C. de reuo. dona. b l. scire leges. ff. de legib. c. Marcion. 3. q. 1. c l. nominis. §. fi. ff. de ver. sig. d l. cùm mulier 3. ff. sol. matr. e d. l. prætor. d. l. his solis. f vt hic & d. l. his solis.

a c. imperiali. 25. q. 2. b l. iubemus. §. sanè. 1. C. de sacrosan. eccles. c vt hic & d. §. sanè. d l. 1. & tot. tit. ff. quod met. caus.

a l. iubemus. §. sanè. 1. C. de sacr. sanc. eccl. e. non solum. de reg. iur. in 6. b Plaut. in Aulularia. c Terent. in Phormione. d l. in bello. §. facta. ff. de capt. l. verum ff. de reg. iur. e Arist. 5. Ethi cor. Bar. hic. f Hiero. in Amos. 5. e. g c. si Paulus. 32. q. 5. h Bal. l. eam quam. nu. 34. C. de fideicom.

i Thomas. 1. parte. q. 25. art. 3. k l. iubemus § sanè. 1. C. de sacrosan. eccl. e. qua contra ius. de reg. iur. in 6. l l. si maritus. §. legis Iuliæ. vbi Bar. ff. de adulte. m l. denique. cum l. seq ff. ex quib. cau. maio. n c. statuimus. §. fi. 61. dist. o d. l. iubemus. §. sanè. in fi. p vt hac l. vers. nec pœnas. q l. nulla. ff. de leg. l. quod fauore. C. de le. ...

14 Expressũ quid in lege dicatur.

15 Inutile & pro infecto haberi.

16 Facta pro infectis cur non habeantur.

17 Deus quæ non possit.

18 Lex cur facta infringat.

cia solui, magna ratio suadet: publicáque postulat vtilitas.[r] Huc commodissimè pertinet, quod vulgò fertur, legis prohibitionem, nec personã, nec prohibitionis caussam egredi.[f] Et ideò non irritare actum, nisi quantum ad illum, cuius fauore prohibitio facta est, & quatenus id illi expedit.[s]

r *Specialitèr.*

Legis prohibitio habet in se clausulã annullatoriam.

19 Id est nominatim, & expressim.[a] †probat autem hic text. clarissimè, solam legis prohibitionem annullare actum contrà gestum:[b] & habere in se (sicuti dici vulgò solet) clausulam actus annullatoriam.[c] Quod in iis vulgò recipitur, quę perpetuam habent causam prohibitionis: non etiam si temporariã.[d] Rursus vbi prohiberetur actus substantia, non etiam si qualitas, quæ tantùm irritabitur.[e] Nam & dolum in contractibus adhiberi prohibitum est,[f] dolo tamen initi contractus valent.[g] Quoniam lex non consensum, id est substantiam actus[h] prohibet: sed qualitatem & modum deueniendi ad consensum. Denique obtinet regula, vbi lex consisteret in finibus prohibitionis: secus si progrederetur vltra, gestum contra suam prohibitionem cõfirmando.[i] Per manus quippe traditum est, multa vetante lege fieri non debere, quæ tamen facta viribus nituntur.[k]

s *Ex eo, vel ob id.*

Ex, dictio Ob, dictio.

20 Ex, †particula, idem quod propter, nonnunquàm significat.[a] sicut & verbum ob,[b] plerumque tamen solent hæ dictiones ita separari, vt vocula ex, caussam proximam, & immediatam designet.[c] Ob, verò caussam mediatam, & remotam,[d] sicut dictio propter.[e] Vt hîc sit constitutionis nostræ sensus. Factum contra legem non modò cassum, inutile & nullum esse, sed etiam quicquid ex eo (nisi cesset caussa probibitionis) mediatè vel immediatè sequitur.[f] Nam cùm principalis caussa non consistit, nec ea quidem quæ sequuntur.[g] Vnde iura quæ dicunt, transferri & possessionem,[h] & dominium[i] ex inutili contractu, aut si mauis ob ipsum contractum (cùm non ex contractu rectà, sed ex traditione propter contractum dominia transferantur)[k] nõ de eo genere contractus, qui fit contra legem, accipi debet:[l] sed de eo, qui ex alia caussa inutilis factus est, quàm quia lege prohibitus:[m] ex quo quæritur dubio procul dominium,[n] quod nuda tradentis voluntate, etiam ex falsa caussa transferri potest,[o] modò sequatur traditio.[p]

Dominiũ quomodo transfertur.

t *Cassum atque inutile esse præcipimus.*

Ipso iure scilicet, nulláque expectata iudicis sententia.[a] Quod non tantùm ex coniunctis istis dictionibus, *Cassum, atque inutile*, planè demonstratur:[b] sed etiam ex verbo *esse*, quod cùm præsentis temporis sit, operatur ipso iure.[c]

Ipso iure.

u *Quam vbique non seruari, factum lege prohibente censuimus.*

Sic legendum esse, & structura sermonis, & literæ sensus indicat. non vt Haloander nobis obtrusit, *quam vbicunque seruari factum lege prohibente censuimus.* Hæc siquidem verba nec nasum habent, nec congruam verborum constructionem recipiunt.

x *Nec stipulationem huiusmodi tenere.*

Stipulatio quippe de iis interposita, de quibus pacisci non licet, seruanda non est: sed omninò rescindenda.[a] Cúmque non soleat subiecta stipulatio

r l. ii a vulneratus. ff. ad leg. Aquil. l. si à reo. §. fi. ff. de fid.
f l. & si is. C. de prad. minor.
s l. Iulian. § si quis à pupillo. ff. de act. empt. & d. l. & si is.
a l. sed & si quis. § quæsitũ. ff. si quis caut. l. ab ea. ff. de prob. l. j. vbi dixi. ff. de of. eius.
b l. j. in fi. ff. de iis quæ pro non scri. Bar. l. fi. ff. de diuort.
c Accurs. l. non intelligitur. § pe. ff. de iu. fisc.
d gle. c. cũ a de spon. duo. & ele. j. de iure patro.
e auth. decernimus. C. de arb.
f l. j. & tot. titu. ff. de dol. l. bonã fidem. C. de act. & oblig.
g l. & elegãter. ff. de dol. l. si quis eum aliter. ff. de verb. obli.
h l. j. § pen. ff. de pact.
i l. j § j. ff. de fer.
k l. j. § biduũ. ff. quan. ap. sit. l. relegatorum. § ad tempus. ff. de interd. & releg. l. j. § j. ff. de fer.
a l. j. § ex incẽdio. de incend.
b l. si ab hostib. § si. ff. sol. matr.
c l. eo tempore. § fin. ff. de pec. l. vnic. C. si seruus extero.
d l. j. ff. de distract. pig.
e d. l. eo tempore. § fin.

f cle. vni. de immu. eccle. g l. cùm principalis. l. nihil de dolo. § j. ff. de reg. iur. h l. j. § si vir. ff. de acq. poss. i l. multum. in fin. C. si quis alt. l. & eleganter. in princ. ff. de dolo. k l. traditionibus. C. de pact. § per traditionem. de rerum diuis. in instit. l vt hac l. m Bart. d. § si vir. in fin. n d. l. eleganter. d. l. multum. o l. iij. § subtilius. vbi dect. ff. de con. ca. da. tot. tit. de cond. inde. p d. l. traditionibus. a authen. cassa. C. de sacr. sanct. eccl. b c. ij. vt lit non con. c. inter catera. de pra. c Acc. & Bar. l. iubemus nulli. § sanè. C. de sac. san. eccl. & l. in criminali. C. de iurisd. a l. iurisgentium. § pen. ff. de pact.

vim actus cui adiicitur, immutare: sed magis secundum eius regulari naturam:[b] vt & doctores alibi fusissimè tractant,[c] non potest contractus, qui lege reprobatur, per interpositam stipulationem confirmari.[d]

y Nec mandatum vllius esse momenti.

Et ideò qui huic mandato paruit, nihil à mandante iudicio mandati consequi potest.[a]

z Nec sacramentum admitti.

Vt videlicet gestum contra legis formam, confirmet.[a] † Iusiurandum quippè contra vim & authoritatem legum, veluti iuri publico repugnans, nullius est momenti.[b] Vnde nec pactionem roborat.[c] Cùm enim peccet grauiter, qui legem contemnit:[d] Non debet iusiurandum (quod iniquitatis vinculum esse non oportet:[e] iustitiámque præcipuè comitem habere debet[f]) eiusmodi contemptus legum adiuuare posse.[g] Quinimò nec ipsum iusiurandum seruandum est: gratiórque est hîc Deo præuaricatio, quàm obedientia.[h] Nisi quatenus hodie lege pontificia, sine salutis æternæ detrimento, posset seruari.[i] Ex iis patet, non obstare constitutiones, quę iuramenta minorum, super alienatione rerum suarum alioqui inutili confirmant: inuiolabiliterque seruari præcipiunt.[k] Nam hoc ideò (sicuti vulgò dici solet) quia non erant puberum contractus prohibiti, velut iuri publico, aut bonis moribus repugnantes: sed priuato tantùm minorum fauore: cui cùm facilè renuntietur:[l] receptum est accedente iuramento confirmari contractum.[m] Aut vt alij malunt, iusiurandum seruandum tametsi contractus nullus sit.[n] Cuius rei disputatio ex aliis locis petenda est[o] Ego verò aliter dico, ciuilem legem iuri iurando vim auferre respectu duntaxat earum conuentionum, quæ à iure communi remotæ sunt.[p] Cuiusmodi non est minoris contractus, qui iure potest, si non habeat curatorem, contrahere, quamuis si se reperiat læsum, beneficio restitutionis iuuetur.[q] Iure pontificio nō nego quin omne iusiurandum, quod sine damno alterius, propriæque salutis seruari potest, seruandum sit.[r] quia in eo Romani pontifices semper toti fuerunt, vt curarent ne Dei optimi maximi nomen sumeretur in vanum.[f] Quæ omnia vberiùs paulò alibi excussi.[t]

21 Iuramentum contra legē.

Auth. sacramēta declarata.

b l. si stipulatus. ff. de vsur. l. y. §. parus. ff. de priu cre. d. l. j. §. bellissimè. ff. vt leg. no. ca. c Mod in rub. ff. de verb. obli. d l. generaliter. ff. illo tit.

a l. si remunerandi. §. rei turpis. l. si mandauero. §. qui adē. ff. mandat. §. illud. illo titu. in Instit. a l. iurisgentiū. §. pe ff. de pact. b l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. j. c Accurs. l. ij. C. de agric. lib. 11. d c. ij de ma. & obed. c. qui resistit. 11. q. iij. e c. inter caetera. 22. q. 4. f c. & si Christus. de iureiur. c. animaduertendum 22. q. ij. g c. quintanallis. c. tua nos. c. veniens. c. intellecto. de iureiu. h §. j. in authēt. sacram. non so. coll. 5. i c. cum contingat. de iureiur. c. ij. de pact. in 6. dixi plenè in l. si quis pro eo ff. de fideiuss. k l. j auth. sacramenta. C. si aduer. vend. l l. si iudex. ff. de minor. l. pen. C. de pact. m d. auth. sacramenta. vbi doct. n d. c. cùm contingat. & d. c. ij. o doct. in d. auth. sacramenta. & in d. c. cùm contingat. p l. iurisgentium. §. pen. ff. de pact. q l. aut prætor. ff. de minor. l. si curatorem. C. de in integr. restit. r d. c. cùm contingat. d. c. ij. f Leuit. 19. c. habemus. cum seq. 22. q. j. t in l. si quis pro eo. ff de fideiuss.

IOANNES CORASIVS

Tolosas Valentiæ Allobrogūm vj. Iunij

M. D. XLIX.

ENAR-

ENARRATIONES IN L. PRIMAM C. DE IVRIS ET FACTI IGNORANTIA.

SVMMÆ RERVM.

1 *Error iuris & facti.*
2 *Ignorantia iuris qui excusentur.*
3 *Militibus cur magis quàm rusticis subueniatur.*
4 *Exceptiones quando opponi debeant.*
5 *Caussa.*
6 *Miles quando possit esse procurator.*
7 *Agere caussam.*
8 *Error facti facilius excusat.*
9 *Militaris priuilegij caussa.*
10 *Militiæ species.*
11 *Allegare & allegationes.*
12 *Sententia quam actionem pariat.*
13 *Exceptio quando post sententiam opponatur.*
14 *Dilatoriæ quæ propriè dicantur.*
15 *Restitutio in integrum an hîc sit necessaria.*

Imp. Antoninus A. Maximo militi.

QVAMVIS cùm caussam tuam [a] ageres, [b] ignorantia iuris [c] propter simplicitatem [d] armatæ militiæ [e] allegationes [f] competentes omiseris, [g] tamen si nondum satisfecisti: [h] permitto [i] tibi si cæperis ex sententia conueniri, [k] defensionibus tuis [l] vti. [m] Dat. vij. Calend. Maij, duobus Asperis Coss.

Ioannis Corasij Enarrationes.

Error iuris & facti.

1 ALiam † esse causam erroris in iure, & aliam ignorantiæ facti, non immeritò Neratius docuit.[a] Cum enim facti scientia, prudentissimos plerunque fallat.[b] Erranti in facto, si non ei magna possit imputari negligentia, [c] lex

Iuris ignorantia quos iuuet.

2 facile succurrit.[d] † Iuris ignorantia verò neminem excusat, sed potiùs cuique
nocet:[e] cùm ius certum sit & finitum, in medióque positum, vt ab omnibus cognoscatur:[f] ac ideò probabiliter ignorari non possit.[g] Vnde nec mulieres rusticíque iuris ignorantiæ prætextu; passim iuuari solent.[h] cùm saltem potuerint consulere peritiores, & ab iis quæ didicissent obseruare.[i] quod prudentem quemque patremfamiliâs facere conuenit.[k] Minori tamen ætati ob infirmitatem eius consil.j multis captionibus suppositi [l] iuris ignorantia

Milites iuris error excusat.

3 præbet excusationem.[m] † Militibus quoque, ius ignorantibus parcitur:[n] quos
nimirùm expedit, ab armorum vsu, alio studio non reuocari.[o] Ob probabilem quorum imperitiam prætereà, multis passim in iure nostro priuilegiis donantur:[p] inter quæ non minimum est, quod hîc ab Antonino refertur: vt exceptionem imprudenter omissam, puta pacti de non petend, oopponere

Exceptiones quo tempore opponendæ sint.

4 possint in executione sententiæ. † Cum alioqui cõstet, dilatorias exceptio-
nes, quæ non posteà superuenerunt,[q] ante litem contestatam:[r] peremptorias verò ante rem iudicatam,[s] obiiciendas esse. Post sententiam autem difinitiuam, à qua prouocatum non est (nam in caussa appellationis, quibuscũque allegationibus, & exceptionibus etiam peremptoriis [t] vti concessum

a l.j. ff. de iur. & facti igno.
b l.ij. eo. tit. ff.
c l. pen. §. j. ff. illo tit.
d l. cum quis. hoc tit. d. l. pen. in princ.
e d. l. pen.
f d. l. ij.
g l. leges sacratissimæ. C. de legib. l. pe. hoc tit.
h l. si emancipata. l. quamuis. & l. fin. hoc tit.
i l. in bonorum. ff. de bonor. pos.
k l. ij. §. fina. ff. quis ord. in bo. pos. ser.
l l. j. ff. de min.
m d. l. pen. ad princ. ff. hoc tit.
n l. fin. in prin. C. de iur. delib.
o l. milites agrũ ff. de re milit. l. militem. C. de procu. l. milites. C. de locat.
p l. j. ff. de test. mil. l. quà ignã. l. pen. C. eo. § j. eo. in Inst.
q l. ij. C. de consor. eiusd. lit. c. insinuante. de of. deleg.
r l. exceptionẽ. C. de prob l. fi. C. de except. l. ita demũ. C. de proc. c. inter monasterium. de re iud.
s l. peremptorias. C. sent. rescin. non poss.
t c. cùm Ioannes. in fi. de fid. inst. l. ij. in fi. C. sent. re. nõ pos.

est[u]) cùm ex ea nouum ius victori quæratur: [x] adeò quidem vt quod antea indebitum erat, authoritate rei iudicatæ incipiat nouè deberi. [y] Exceptio quæ nouum istud ius non concernit, [z] nulla potest opponi: [a] præterquàm vt diximus, à militibus, [b] quibus per occupationes militiæ quid leges præcipiant, non est otium cognoscere, nec integrum consulere prudentiores.[c] Nam *inter arma*, sicuti dici solet, *silent leges*. Et C. Marius inter armorum strepitum, dixit se verba formulásque iuris ciuilis, exaudire non posse.[d] Et cùm Cæsari pecunias ærario demere volenti, Metellus tribunus plebis fortiter resistens, leges quasdam proferret, non idem armorum, ac legum tempus esse, Cæsar respondit.[e] Ex his satis liquet, cur lex citius veniam dederit imperitiæ militis, quàm rusticorum, vel mulierum: quippè simplex est in his imperitia, qui præterea extra culpam omninò non sunt, cùm prudentiores consulere potuerint.[f] Quæ tamen ratio, in milite cessat,[g] in quo præter simplicitatem, concurrit quoque fauor reipublicæ, quam vt defendant durissimis laboribus, atque adeò mortis periculo se quotidie strenui milites exponunt,[h] vt & Cicero venustissimè docet.[i]

Militibus cur magis lex succurrat.

a *Caussam tuam.*

Hoc est litem & controuersiam tuam. † omnis quippè actio, quam in foro apud iudices habemus, caussa dicitur, vulgus appellat *Processum*. Secus igitur ducto à contrariis argumento,[a] si alienam caussam miles exerceat. Quod ita temperandum est, vt siquidem in rem suam procurator datus sit, cùm omne litis commodum, & detrimentum ad eum spectet: [b] caussa licet alterius nomine tractata, propria censeatur. [c] & constitutionis nostræ prærogatiua, miles vtatur. Idémque si communem caussam legionis & ordinis ageret: [d] cùm multò magis tunc vigeat huius legis ratio.[e] † Extra hos verò casus, miles alienam caussam exercere non potest. [f] nisi fortè ante contestationem litis, hoc oppositum illi non fuerit: [g] Quo casu verissimum putamus, post sententiam non licere militi vllam exceptionem allegare.[h] cùm eo modo non ipsi militi: sed alij potiùs consuleretur, cuius damno res sit cessura.[i] nisi isthæc in eum cudatur faba, hoc est damnum litis sit in eum recasurum.[k] 5 Caussa. 6 Miles quando caussam alienam agere poss. sit.

b *Ageres.*

Id est, tractares & exerceres. † neque enim is agere caussam tantùm dicitur, qui suas actiones intendit in iudicio: sed etiam qui tuetur & defendit, caussámque suam vel alienã in iudicio quoquomodò tractat.[a] Plinius,[b] Cæsar Vopiscus, inquit, cùm caussam apud Censores ageret. Vnde & agere dicuntur causidici, & oratores. Eorúmque orationes siue cùm habentur, siue cùm scriptæ sunt, actiones appellantur. Quod cùm non intelligerent interpretes, in expositione huius verbi mirè nugati sunt. 7 Agere caussam. Actio apud oratores.

c *Ignorantia iuris.*

Multo magis si facti: † cùm faciliùs erranti in facto, quàm in iure leges subueniant.[a] Interpretatio quippè facti, prudentissimos fallere potest[b] (præsertim milites armorum vsu & exercitio occupatos[c]) non etiam iuris ac legum constitutio, quæ ab omnibus sciri intelligíque debet: [d] præterquàm ab ipsis militibus, quos arma magis quàm iura tractare dignum est.[e] Vnde & in hoc singulare militis priuilegium continetur, vt omissam allegationem ignorantia facti post sententiam opponere possit, licet in aliis contrà,[f] quibus non 8 Erranti in facto faciliùs subuenitur.

u l. per hanc. C. de tem. app. x l. si fundus. §. si pluris. ff. de pig. l. nepos. ff. de fun. instr. y l. j. C. de con. ind. Bart. l. eleganter. §. fin. ff. illo tit. z l. si mater. §. eandé. ff. de excep. rei iud. a d. l. perempto rias. b vt hac l. c l. fi. C. de iur. delib. d Valer. lib. 5. c. 3. e Plut. in Caesare. f l. in bonorum. ff. de bonor. pos. g d. l. fi. h l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iud. i Cice. pro Murena. a l. cum prætor. ff. de iud. l. maritus. C. de procur. b l. si procuratorem. §. fin. ff. manda. c l. j. §. pen. ff. quan. appel. sit. d l. filiusfam. §. veterani. ff. de proc. e l. illud. ff. ad l. Aquil. f l. militem. C. de procur. g d. §. veterani. h l. peremptorias. C. sent. resc. non poss. i l. cum mandato. ff. de minor. k d. l. cum mã dato. versi. sed si. a l. j. in princi. ibi ad agendũ. ff. de edend. b Plin. lib. 17. nat. histo. c. iij.

a l. j. l. ij. l. iuris. l. error. l. penult. ff. de iud. & fact. ign. l. cum quis. hoc titul. b d. l. ij. c l. fina. C. de iur. delib. d l. leges sacratissima. C. de leg. l. pen. hoc tit. e d. l. fin. f l. error. hoc tit.

temerè

temerè permissum est, caussas transactionibus,[g] vel sententiis[h] legitimè finitas, aliquo colore suscitare.[i]

d *Propter simplicitatem.*

Militaris priuilegij causa.

9 Causa † igitur priuilegij est simplicitas & imperitia: non quælibet, sed ea tantùm, quæ ex iusta armorum occupatione procedit:[a] per quam militi nec prudentiores quidem consulere licet.[b] Vnde rustici, licet eos imperitia semper comitetur,[c] & plerunque soleat excusare:[d] non tamen hac prærogatiua florebunt: cum eis sit otium, de iuris traditionibus peritiores consulere.[e] Si qui verò periti iuris militent, vt sub Cæsare Trebatius, non hoc ideò beneficio carebunt: cum nõ cesset omninò ratio.[f] quandiu enim in castris degunt, per occupationes militiæ, non illis integrum est, legibus, quas cognouerint, vti: earúmque præcepta tam religiosè seruare.[g] *Silent quippe leges* (sicuti diximus) *inter arma.* nec patitur armorum strepitus, dicebat Marius, legum formulas exaudiri.[h] In otiosis porrò militibus & extra expeditionem, cum cesset ratio: legis quoque nostræ beneficium arbitror cessare.[i] Cum & idem in cæteris militum priuilegiis, non immeritò responsum sit.[k] Idémque in doctoribus & causidicis, quanuis & hi militare dicantur:[l] dicendum censeo:[m] cum eis non liceat, imò verò turpissimum sit, ius in quo versantur, ignorare.[n] Et Antoninus hîc militiam tantùm armatam, hoc exornet munere singulari.

Leges silent inter arma.

Doctores causidici.

e *Armatæ militiæ.*

Militia duplex.

10 Militiæ † genus duplex est. Armatæ, quæ in bello ab iis exercetur, qui publica merent stipendia.[a] & inermis, aut, vt Cicero maluit dicere, vrbana,[b] quam ij exercere dicuntur, qui sub stipendiis publicis, aut certo quodam reddito, aliter quàm in bello, reipublicæ inseruiunt: vt magistratus, Iurisconsulti, Medici:[c] quibus legis nostræ beneficium minimè competere, vel ex eo constat, quòd in illis cesset omninò priuilegij ratio, quæ est simplicitas, & imperitia, ex bellorum occupatione procedens.[d] Quod & hîc de legislatoris mente esse videtur: qui militiam armatam exprimẽs, inermem exclusit.[e] cùm præsertim ius singulare promulget: quod ad consequentiam producendum non est.[f] quanuis eadem subesse ratio videatur.[g] Addunt & alij tertium militiæ genus, nempè cælestis.[h] quam sacerdotes & clerici tractare dicuntur: quibus eodem argumento legis nostræ prærogatiuam competere negamus.[i] Nam nec quidem in iis omnino tolerabilis est ignorantia iuris,[k] præsertim pontificij[l] qui prætereà si non sat se rerum peritos intelligant, vt sunt homines otio nimio affluentes, possunt prudentiores consulere.[m]

Militia cælestis.

f *Allegationes.*

Legare. Allegare.

11 Vt legare † verbum, pro publicis, magnísque rebus propriè dicimus ita allegare pro priuatis. Idem enim est, quod priuati alicuius negotij causa quempiam aliò mittere, vel adhibere. vt cùm Pamphilus adolescens Simoni patri dicebat,[a]

Hoc modo te obsecro, ne credas, à me allegatum hunc senem.

Putabat quippe Simo opera Pamphili Critonem adhibitum, qui Glycerium ciuem Atticam esse diceret, ad disturbandas nuptias. Nonnunquam tamen à viris etiam latinis vsurpatur pro eo quod est in rem suam aliquid citare,

g l. fratris. l. causas. C. de transact.
h l. relegatorũ. §. ad tempus. ff. de interd.
i l. contractus. §. quæ tam. C. de fid. inst.
a vt hoc tex. in verbo, armatæ.
b l. j. ff. de mili. test.
c l. fin. C. de testa.
d l. si quis id quod. ff. de iuris. l. ij. ff si quis in ius voc.
e l. in bonorum. ff. de bon. pos. l. ij. §. fin. ff. quis ordo.
f l. illud. ff. ad l. Aquil.
g l. fi. C. de iur. delib.
h Valer. lib. 5. c. ij.
i l. quod dictũ. ff. de pact. l. adigere. §. quãuis. ff. de iur. patro.
k l. fi. C. de test. mil. l. pen. C. de testa. milit. l. fi. C. quib. non obiicit. l. j. §. sed hactenus. de milit. testa.
l l. aduocati. C. de aduo. diuer. iud.
m l. professio. C. de mun. patri. lib. 10.
n l. ij. §. Seruius ff. de orig. iuris. d. l. professio.
a l. miles. l. stẽ miles. ff. de re iudic. & hîc.
b Cic. pro Muran.
c l. Lucius. §. j. ff. de leg. ij.
d l. j. ff. de mili. test. l. fin. C. de iur. delib.
e l. cum prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procur. *f l. quod verò contra. cum l. seq. ff. de legib.* *g l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr.* *h Accur. & doct. l. miles. ff. de re iudic.* *i l. quod dictum. ff. de pact. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr.* *k l. repetita. vbi Accurs. C. de episc. & cler.* *l c. j. de consang. & affin.* *m l. in bonorum. ff. de bon. pos. l. ij. §. fin. ff. quis ordo.* *a Teren. in Andr.*

proferre, & adducere.[b] Vnde quatenus ad forensem controuersiam refertur, idem est quod de suo iure disceptare:[c] & in rem suam (vt Plautino verbo vtar) causificari.[d] & disceprationes illæ iudiciariæ, tam actorum quàm reorum allegationes dicuntur:[e] quas imprudenter omissas, solis minoribus,[f] & militibus[g] repetere concessum est. Eas autem siue in facto, siue etiam in iure consistant: cùm vtrobique sit eadem ratio.[h]

Allegationes.

g *Omiseris.*

Eas non proponendo in iudicio, cùm caussa tua disceptaretur,[i] & ob id fueris condemnatus.

h *Si nondum satisfecisti.*

Nec vltro, nec coactus, quia necdum tua sponte soluisti, nec adhuc sententiam iudex executus est. Dicitur autem, vt opinor ego, hac in re satisfecisse, non solum qui rem petitam actori præstiterit[a] (quæ tamen propria strictáque videtur huius vocis significatio[b]) sed etiam qui pignore, vel alia ratione ad creditoris voluntatem, eum securum contentúmve reddidit.[c]

i *Permitto.*

Ego Antoninus Imperator, qui totius orbis dominus sum,[d] ac velut supremus princeps, aliquem legibus soluere possum.[e]

k *Ex sententia conueniri.*

Actione † iudicati olim,[a] hodie verò actione in factum, quam solam ex 12
sententia iudicis, nedum arbitri,[b] hoc iure dari vulgò creditum est.[c] Sed ego cum illis sensi semper qui nō tantùm lege Pandectarum:[d] sed & hoc Codicis iure,[e] iudicati actionē ex sententia competere volunt. Cùm antiquata nominatim non reperiatur,[f] confugiendúmque non sit ad extraordinariam in factum actionem vbi propria datur, & ordinaria.[g] Nec me mouerit, quod ait Diocletiani lex. *Ad similitudinem iudicati, factum actionem ex iureiurando competere.*[h] Hæc quippe verba similitudinem notant in actionis natiuitate, non etiam in nomine: vt hîc sit sensus. Quemadmodum actio iudicati, datur ex sententia: ita in factum ex iuramento. Nec obstat item quod ex arbitri sententia detur actio in factum, non iudicati.[i] Nam hoc ideò, quoniam eius sententia propriè iudicatum dici non potest, ex quo ab eo proficiscitur, qui nullam habet iurisdictionem: sed notionem tantùm.[k] neque enim priuatorum consensus iurisdictionem tribuere potest.[l] Adhæc extra ordinem quoque, id est nulla actione proposita, iure suæ potestatis iudices possunt suas exequi sententias:[m] eorum officio tamen primùm implorato.[n] Quod pragmatici iam in nostros mores induxerunt.

Actio quænam ex sententia detur.

Executio fit quandoque extra ordinem.

l *Defensionibus tuis.*

Quibuscunque tam dilatoriis, quàm peremptoriis. † Vndè licet exceptio- 13
nes dilatoriæ, quæ nouè non emerserunt,[a] ante contestationem litis,[b] & peremptoriæ ante sententiam[c] opponi debeant: Milites tamen omnes omninò exceptiones præter eas quæ iudicium tantùm differebant:[d] post rem iudicatam obiicere possunt.[e] Nec ignoro ab aliis nostræ legis beneficium coarctari, vt de peremptoriis duntaxat loquatur: cum ius singulare conti-

Exceptiones quæ à milite post sententiā opponi possunt.

b Plin. in epist. c l. si quis ex aliena. ff. de iud. l. aut si. ff. de procur. d Plaut. in Aulula. e l. minor 25. omiss. ff. de min. l. j. C. de iur. emphyt. l. iubemus. C. de iudic. tot. tit. C. si ex fal. alleg. f d. l. minor. 25. g vt hac l. h Accurs. & Bar. d. l. minor. Fulg. hîc. i l. minor 25. omissam. ff. de minor. a l. j. ff. qui satisda. cog. b Auth. si quādo. C. de consti. pecu. c l. si rem. §. omnis. ff. de pig. action. d l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. e ca. proposuit. de concess. praben. l. princeps. ff. de legib. a l. miles. § fin. ff. de re iudic. b l. pe C. de arbit. c l. actori. vbi doct. C. de reb. cred. d l. si procurator. ff. de procu. l. iiij. in prin. & §. fin. d. l. miles. §. fin. l. Nesennius. §. fin. ff. de re iudi. l. hoc iure. ff. de solutio. e l. fin. C. de vsur. rei iudic. f l. præcipimus. C. de appell. g l. ij. l. quoties. ff. de præscript. verb. h d. l. actori. C. de reb. cred. i l. pen. C de arbit. k l. aut prætor. ff. de re iud. l l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iud. m l. si quis missus. ff. ne vis fi. ei. n l. iiij. §. hoc autem. ff. de damn. infect. a l. ij. C. de consor. eiusd. li. c. insinuante. de offic. deleg. b l. ita demum. C. de procur. c. inter monasterium. de re iud. c l. ij. C. sent. rescin. non pos. d l. si fideiussor. §. quædam. ff. mand. e vt hac l.

neat,

neat, quod in consequens produci non debet.[f] Et quoniam priuilegia strictè sunt intelligenda.[g] Quæ ratio nonnihil coloris haberet, si peremptorias exceptiones Imperator hic expressisset. Sed cùm de defensionibus, & allegationibus simpliciter verba faciat: nec dilatorias à peremptoriis separet, & in vtrisque sit eadem ratio simplicitatis, & imperitiæ militaris: cur aliud in his, quàm in illis dici debeat, non planè video.[h] Adde si placet, quòd hac in parte militi magis, quàm minori faueri vulgò creditur, cùm hic restitutionis tantùm beneficio,[i] ille mero iure,[k] (quod infra dicam) allegationem omissam repetere possit. Receptum autem est minorem post sententiam, dilato-

Dilatoriæ exceptiones quæ propriè dicuntur.

14 ria etiam exceptione restitutionis auxilio vti posse.[l] † Hæc tamen ego interpretor in propriè dilatoriis, quæ scilicet eò rectà tendunt, vt actionem, & solutionem differant: vt pacti de non petendo temporalis.[m] Dilatorias etenim iudicij, quales sunt procuratoriæ, & declinatoriæ fori:[n] vel à minore, vel à milite, post sententiam obiici posse, nec iuris, nec æquitatis ratio patitur.[o]

f l. quod verò contra. ff. de legib.
g l. si quando. in prin. C. de inof. testa.
h l. de pretio ff. de publ. l. illud. ff. ad l. Aquil.
i l. minor 25. ann. emissam. ff. de mino.
k vt hac l.
l d. l. minor 25. vbi Accurs. & doct.
m l. iij. §. fin. ff. de excep. §. appellantur. illo titul. in Instit.

m *Vti.*

Restitutio an in lege nostra sit necessaria.

15 Mero † iure, sicuti vulgò putatum est, & absque vllo restitutionis auxilio: cùm extensissimè beneficia principum accipi debeant.[a] Et dicat hîc Antoninus, *Permitto*, quod cùm verbum præsentis sit temporis, operatur ipso iure.[b] Ego verò minoris exemplo[c] restitutionem in integrum semper necessariam existimaui.[d] Quo etiamnum iure, merito vtimur. Etenim si qui reipublicæ causa absunt, veluti milites, tametsi prorsus non defendãtur, auxilium antè non habeant, quàm fuerint restituti.[e] multò minus cùm milites aliquo modo in iudicio defensi sunt: vt in specie legis nostræ. Scio alios, vt dixi, aliter interpretatos: sed suum cuique iudicium esto.

n c. inter monasterium. de re iud l. ij. § fin. ff. de except.
o l. si fideiussor. §. quadam. ff. mand.
a l. beneficium. ff. de const. princip. c. cum dilecti. de donat.
b Accurs. & Bar. l. iubemus nulli. §. sanè. C. de sac. san. eccl. & in l. in criminali. C. de iurisd.
c l. minor 25. omissam. ff. de minor.
d l. exceptiones. §. fi. de excep. tot. tit. C. de test. milit.
e l. j. l. milites. & tot. tit. C. ex quib. cau. maior.

IOANNES CORASIUS

Tolosas Valentiæ Allobrogûm viij. Iunij,

M. D. XLIX.

Ee

ENARRATIONES
IN L. CVM QVIS. C. DE IVRIS ET FACTI IGNORANTIA.

SVMMÆ RERVM.

1 *Error in facto proprio quando tolerabilis, & num. 13.*
2 *Indebitum quadruplex, & num. 14.*
3 *Indebitũ omni iure semper repetitur.*
4 *Pietatis caussa solutum an repetatur.*
5 *Ciuile indebitum non repetitur.*
6 *Condictionis indebiti ratio.*
7 *Naturalis obligatio duplex.*
8 *Naturale indebitum quando repetatur.*
9 *Indebitum ope exceptionis.*
10 *Consuetudines & statuta quæ possint ignorari.*
11 *Pecuniæ significatio quando latè vel strictè accipienda.*
12 *Ignorantia crassa non excusat.*
13 *Facti proprij error quandoque toleratur.*

a l. iij. ff. de damn. infect.
b l. iuris. l. error. ff. de iur. & fact. ignor.
c l. quamquã. ff. ad Velleian. l. fin. ff. pro suo.
d l. leges sacratissime. C. de leg. l. pe. hoc tit.
e l. lata culpæ. ff. de verb. sign.
f l. ij. ff. de iur. & fact.
g l. regula. §. sed iuris. ff. eo. titu.
h l. in bonorũ. ff. de bon. pos. l. ij. §. fin. ff quis ord.
i d. l. ij. ff. de iur. & fact.
k d. l. quamquã. ff. ad Vell. & d. l. fin. ff. pro suo.
l l. sed & si me putem. ff. de cõdi. indeb. Bart. l. Celsus. ff. de vsuc.
m l. nam hoc natura. ff. de cõdi. indeb. l. iure natura. ff. de regu. iur.
n l. iuris. l. error. ff. de iur. & fact.

Impp. Diocletianus & Maximianus A.A. & CC. Araphiæ.

CVM quis[a] ius[b] ignorans,[c] indebitam[d] pecuniam[e] soluerit, cessat repetitio:[f] per ignorantiam[g] enim facti,[h] repetitionem tantùm indebiti soluti[i] competere, tibi notum est.[k] D. V. Calend. Ianuar. CC. vj. Coss.

Ioannis Corasij Enarrationes.

VT tractatum repetitionis indebiti, per ignorantiam soluti Diocletianus summatim explicaret, duas regulas hîc proposuit: quarum altera indebitæ pecuniæ iuris errore solutæ nullam esse repetitionem tradit: altera solutum indebitè per ignorantiam facti, iure repeti posse. Neutra verò dubitatione caret. Nam prior ex eo dubia redditur, quòd soluens indebitum de damno certat.[a] Et in damnis rerum suarum constet iuris errorem, nemini nocere.[b] Posteriori autem regulæ illud obstat, quod vulgò iactatur, in proprij facti ignorantia, non est tolerabilis error.[c] Verum habent vtrámque rationem. Nam quod ad priorem spectat, cùm leges ab omnibus sciri, cognoscíque debeant:[d] culpam cõtrahit, qui ius ignorat.[e] & ideò iuris ignorantiæ prætextu, non potest excusari.[f] maximè quòd ei qui sua prudentia instructus non est, legum scientiam peritiores consulendo, si Iurisconsultorum copiam habuit,[g] non difficile sit assequi.[h] Quæ ratio cessat in facto, cuius interpretatio, hoc est scientia, prudentissimos plerumque fallit[i].

Iuris ignorantia non excusat.

†Nec sanè negamus parum probabilem esse proprij facti errorem.[k] Cæte- 1
rùm solet erranti, qui certat de damno vitando subueniri,[l] ex æquitate illa naturæ, quæ neminem patitur cum alterius iniuria fieri locupletiorem.[m] Quod si percuntetur quispiam, cur iuris ignorantia, quàm pariter in damnis non obesse constat:[n] diuersum statuit hîc Diocletianus. Respondeo quia

Error in facto proprio quandoque toleratur.

quia in specie huius legis, pecunia non erat omninò indebita, quippe quæ natura saltem, quoquomodò deberetur. quia fortè pacto nudo promissa,[o] aut (quod probabilius puto) in minus solemni voluntate relicta,[p] vel etiam quæ per Falcidiæ legis,[q] aut Trebelliani senatuscōsulti[r] authoritatem de legatis, fideicommissísve deduci poterat (nam hæc constitutio descripta mihi tota videtur, ex Pauli responso[ſ]) Quibus nominibus soluens, dici non potest omninò de damno tractare: cùm se eximat naturali obligatione.[t] Verum hæc res tota paulò sublimius repetenda est, adhibita vt assolet,[u] indebiti quadruplicis distinctione.

Indebitum omnino.

Indebitũ quadruplex.

2 Aliud † enim est omni iure indebitum, aliud ciuile, quoddam naturale, &
3 quoddam ope tantum exceptionis. † Circa primum quod omninò non debetur, neque natura videlicet, neque ciuili lege per manus traditúm est, eius per iuris errorem etiam soluti repetitionem esse.[x] cùm in damnis non obsit iuris ignorantia,[y] præterquàm, vt aiunt, si ex causa pietatis,[z] vel authoritate rei iudicatæ,[a] aut iurisiurandi[b] solutum sit. Idémque si nomine transactionis,[c] vel ob eas causas ex quibus lis inficiatione crescit.[d] Qui tamen casus parum mihi probabiles videntur, nec ad rem qua de agitur, valdè perti-

Indebitũ omni iure.

Pietatis causa in hoc tractatu quo modo accipienda.

4 nere. † Quod enim ad solutum ex causa pietatis spectat, generaliter nimis id proditum est cum Iulianus[z] specialiter in dote loquatur: qui casus vt ostendam mox, propriam rationem habet. Et quoniam periniquum esset hoc pietatis, religionísque velamento, ecclesiam, vel aliam piam causam cum alterius detrimento ditari:[f] eius præsertim, qui nullum donandi affectum habuisset. hilarem quippe datorem, non etiam inuitum, aut ignorantem diligit & amplectitur dominus.[g] Nec porrò diuersum Iulianus respondit,[h] tantùm docens, quod ex causa dotis solutum est, à muliere, quæ cùm nulla dote constituta nupsisset, falsò credebat se ad dotis cōstitutionem obligatam,[i] repeti non posse, *Quoniam*, inquit, *sublata falsa opinione relinquitur pietatis causa*, nempe onerum matrimonij: quæ cùm maritus sustineat, nonnihil ei à muliere vicissim quoque tribui, quo cōmodius subeantur, & pium & æquum est.[k] ac proinde mulier, quæ ex causa dotis soluit, velut debitam pietatem sequuta, non repetit.[l] Quod verò pertinet ad reliquos casus, hi minus mihi probari possunt. vtpote quibus semper debitum soluatur, vel ob iudicatum præcedens,[m] vel ob iusiurandum,[n] vel propter vinculum transactionis.[o] licet ex ea causa fortè indebitum esset, super qua iudicatũ, iuratum, aut transactio interposita est. & ita non pertineant ad regulam nostram, quę de omni iure indebito agit. Nec dissimili admodum ratione puto, indebiti ob eas cau-

Expositio §. si in ea.

01 sas soluti, ex quibus lis inficiando crescit, vt in lege Aquilia, & legato piis locis relicto,[p] repetitionem impediri.[q] Quod videlicet soluens, transegisse quodammodò videatur.[r] ne inficiatus temerè subiiceretur duplici periculo.[ſ] Solutum autem transactionis nomine, tametsi nulla subsit causa, repeti non potest.[t] Quod & illud præterea temperamentum recipit, Vt non aliter ex causis quæ per inficiationem crescunt, impediatur repetitio soluti, quàm si indebitum illud respectu soluentis, ei saltem qui accepit, debitum esset, quamquàm ab alio.[u] Nam & in simili dicimus, cessare legem Aquiliam, si quis falsò cōfessus sit, se damnum dedisse, quod reuera nullum datum erat.[x] Et certè nimis iniquum esset, iustum errorem adeò obesse soluenti, vt cum eius iniuria, & nulla subsistente causa ditaretur alter:[y] Satísque videri debet

o l. in iis. §. Imperator. ff. de solut. p l. fideicommissum. ff. de cond. indeb. l. fi. ff. de reb. eo. q l. si patronus. §. fi. ff de dona. l. j. C. ad l. falc. r l. patrem. cum sequ. ff. quæ in fraud. creditor. ſ l. regula. §. pe. & fin. ff. de iur. & fa. ignor. t d. l. j. C. ad l. falc. u Accur. & doctor. hîc, & in l. j. ff. de condi. indeb. x l. sed etsi me putem. ff. de cōdict. indeb. y l. iuris. l. error. ff. de iu. & fac. z c. pen. §. pen. j. q. iiij. z l. cum is. §. si in ea. ff de cōd. indeb. a l. si fideiuss. §. in omnibus. ff. mand. l. j. C. de cond. indeb. b l. non erit §. dato. l. nam & postea. §. j. ff. de iureiurand. c l. in summa. ff de cond. ind. l. ij. C. illo tit. d l. ea quæ. C. de cond. indeb. §. fi. de obl. quæ ex quasi cont. in Instit. e d. l. cum is. §. si in ea. f c. fi. 17. q. iiij. g 2. Cor. 9. h d. §. si in ea. i l. obligamur. §. lege. vbi Accurs. & alij. ff. de act. & oblig. k l. si maritus. ff. famil. erciscund. l. dotis fructus. ff. de iur. dotium. l l. in testamento. ff. de fid. libert. l. patrem. ff. quæ in fraud. creditor. m l. j. C. de cond. indeb. n l. actori. C. de reb. cred. §. item si quis postulante. de act. o l. in summa. ff. de cond. indeb. p §. ex maleficiis. de action. q l. ea quæ. C. de cond. ind. §. fi. de obl. quæ ex quasi cont. r Accurs. l. error. hoc tit. ſ d. §. ex maleficiis. t l. ij. C. de cond. indeb. d. l. in summa. u Accurs. d. l. ea quæ. & d. §. fin. x l. inde Neratius. §. fina. cum l. sequ. ff. ad l. Aquil. y l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. l. iure natura. ff. de reg. iur.

hac in parte ob præſumptam tranſactionem iuris regulam violari,quæ concedit repetitionem ab eo, qui rem ſibi debitam (nam ſecus ſi rem verè ſuam[z]) receperat, ſi is qui dat, non debitum dederit.[a] Sed iam ſatis diximus de indebito omni iure.

Indebitum ciuile.

Altera ſpecies indebiti, & ciuilis. † quippe quod ciuili lege non debea- 5
tur,ſed natura tantum.Vt in eo quod pacto nudo promiſſum eſt:[a] vel à pupillo,qui mutuum accepit ſine tutoris authoritate,debetur:[b] aut à verò debitore abſoluto:[c] aut ab iis perſonis, inter quas ciuile vinculum non conſiſtit.[d] ſimilibúſque caſibus,quibus,receptum eſt, ita demum ſoluiæ pecuniæ repetitionem dari,ſi per ignorantiam facti (non ſupinam, & cui nulla poſſit imputari negligentia[e])ſolutio ſubſequuta ſit,[f] Nam errore iuris ſolutũ,præterquàm in muliere,[g] & minore[h] repeti non poſſe certiſſimi iuris eſt.[i] Ego verò à veterum quorundam ſententia non valdè abhorrens,magis crediderim indebitum huiuſmodi,quouis errore,etiam facti,ſolutum, præterquàm à pupillo,furioſo,& eo cui bonis interdictum eſt,[k] nullo modo repeti poſſe.[l] Cùm vbique leges indiſtinctè dicant,eius quod ignoranter ſolutum eſt, repetitionem inhiberi.[m] Et ad compenſationis, retentioníſque effectum,
naturalem illam cauſam ſufficere.[n] † Deinde quoniam ceſſat ratio condi- 6
ctionis indebiti,ex bono & æquo introductæ:vt quod apud alterũ ſine cauſa eſt, reuocetur.[o] Néve contingat illum cum alterius detrimento fieri locupletem.[p] Is autem qui natura debitum accipit,nec habere rem ſine cauſa, nec cum alterius iniuria ditior factus,dici poteſt.[q] Cui præterea maximè iuriſgentium æquitas ſuffragatur. Vnde licet repetens indebitum, iuſti cuiuſdam erroris æquitate nitatur:Eius tamen qui tenet,conditio potior eſſe debet.[r] Iuuerit hæc,quia ſolutum indebitè pro alio debito,etiam naturali tantùm,[ſ] creditor retinere poteſt:[t] multò magis igitur pro eodem met.[u] Amplius puto, nec quidem mulierem ignorantia iuris ſoluentem, quod natura debitum erat,repetere poſſe,cùm hac in parte lex pupillis tantùm, furioſis, & iis quibus bonorum adminiſtratione interdictum eſt, ſubueniat:[x] nominatim autem mulieribus non ſuccurrat.[y] Nec iis, niſi quibuſdam caſibus ius ignorare permiſſum eſt.[z] Nam Vlpiani conſtitutio quæ vulgò citatur:[a] de debito,quod tametſi nitatur vtroque iure:per exceptionem tamen pro debitoris arbitrio,indebitum fieri poteſt,[b] verba facit. Nos de debito naturali tractamus, quod effectum habet ſaltem retentionis.[c] Nec vlla exceptione
ſubmoueri poteſt. Et † hæc in obligatione naturali vera,& propria: quæ vi- 7
delicet,vel ex æquitate fidei ſeruandæ deſcendit, hoc eſt ex ipſius debitoris conſenſu.[d] qualis ea eſt, quam nuda pactio parit.[e] Aut ſolemnis conuentio, inter perſonas,quæ ciuiliter obſtringi non poſſunt.[f] Vel ex æquitate illa naturæ, quæ neminem patitur cum alterius detrimento fieri ditiorem.[g] Si enim de obligatione naturali ex alia iuriſgentium æquitate procedente tractemus: veluti de ea qua tenetur hæres ad præſtationem relictorum in minus ſolemni voluntate:[h] aut ad ſolutionem quadrantis, contra legis Falcidiæ,[i] aut Trebelliani S.C.[k] authoritatem (quod hæc ſolemnia,& ſcrupuloſos apices, non cognouerit ius gentium[l]) adhibendam cenſeo noſtræ con-

Indebitũ ciuile.

Conditionis indebiti ratio.

Mulier errore iuris ſoluens non repetit.

Declaratur. §. interdum.

Obligatio naturalis vera & impropria.

z l.repetitio.ff. de cond. indeb. a l.ſi pœna.§.j.ff.illo tit. a l.iuriſgentiũ.§.igitur nuda.ff.de pact. l.in iis.§.imperator.ff.de ſol. b l.naturaliter.§.fi.ff.de condi.indeb. l.ſi pupillus.ff.ad l.falc. l.j.ff.de nouat. c l.Iulianus ff.de cond.indeb. d l.frater. vbi dixi.ff.illo tit. e l.nec ſupina. l.regula.ff.de iur.& fact.ign. f l.ſi ff.ad Maced.l.error.C.ad l.falc. g l.quamuis.§.interdum.ff.ad Vellecan. h l.interdum.ff.de condit.indeb. i l.ij.§.fina.ff.quod quiſque iur. l.fideicommiſſum.ff.de cõdict.indeb.& hic. k d.l.interdũ.arg.ab ſpeciali. l l.ſi is.& l.ſi pœna.ff.de cõd.indeb. m l.naturales.ff.de act.& obl. l.fideiuſſor.§ fideiuſſor.ff.de fideiuſ. l.naturaliter.ff.de cõdi.indeb. n l.etiam.ff.de compen. o l.pen.ff.de cõdict.indeb. p l.nam hoc natura.& l.indebiti.ff.illo tit.

q l.hoc iure.§.pen.ff.de donat.l.j.C.ad l.falc. r l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verber.obligat. ſ l.procurator.ij.§.ſi procurator.ff.rem rat.haber. t l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de cond.indeb. u Authen.multo magis.C.de epiſc.& cler. x l.interdum.ff.de cond.indeb. y l.fin.hoc tit. z l.pen.in princip.ff.de iuris & fact. a l.quamuis.§.interdum.ff.ad Vellei.in. b l.qui exceptionem.ff.de cond.indeb. c l.etiam.C.de compen.d.§.ſi centum. d l.Stichum.§.naturalis.ff.de ſolut.l.cum amplius.§.is natura.ff.de reg.iur. e l.in his.§.Imperator.ff.de ſolu. f l.frater à fratre.ff.de cond.indeb. g l.naturaliter.§.fin.l.nam hoc natura.ff.illo tit. h l.fin.ff.de reb.eo. i l.j.C.ad l.falcid. k l.patrem.cum l.ſeq.ff.quæ in fraud.cred. l l.j.ff.de milit.teſt.

ſtitutionis diſtinctionem, Vt eo caſu repetitio inhibeatur, quo per iuris errorem, non etiam per ignorantiam facti, ſolutio ſubſecuta eſt.[m] Vt enim venia dignus non eſt qui iuris errorem prætexit:[n] cùm ius ipſum ab omnibus cognoſci debeat.[o] nec difficile ſit per ſe, aut per alios peritiores, videlicet, quorum copiam habuit, legum ſcientiam conſequi.[p] Ita qui factum probabiliter ignorat: cùm eius interpretatio prudentiſſimos etiam fallere poſſit:[q] ſi non magna diſſentiant æquitatis ratio aliquam meretur excuſationem.[r]

Errans quis mereatur excuſationem.

Indebitum naturale.

Naturale indebitũ.

8 In tertia ſpecie,† quando eſt naturaliter indebitum, ciuiliter tamen debetur, vt in literarum obligatione antè biennium.[a] Et vbi pacto, vel iureiurando naturalis obligatio ſublata eſt:[b] tradi neque iniuria ſolet, quocunque errore ſolutum repeti poſſe:[c] (cùm in damnis, nec quidem iuris error noceat[d]) præterquàm ſi vel authoritate rei iudicatæ,[e] vel iuriſiurandi,[f] ſolutio fuerit ſubſecuta. Quorum ſimiliúmque caſuum rationem, paulò ſupra indicauimus. At dixerit quiſpiam, ſi naturalis ſola repetitionis effectum perpetuò impedit:[g] multò magis ciuilis, naturali validior & potentior: vtpotè quę actionem producere poſſit ſicuti doctores affatim oſtendunt:[h] quam vim & poteſtatem ſola naturalis non habet:[i] Et ei multò magis exceptionem lex tribuat, cui conceſſit actionem.[k] Reſponde, Condictionem indebiti totam naturali rationi innixam, ex bonóque & æquo perfectam:[l] in qua ideò magis æquitas naturæ poteſt, quam merum ius.[m] Et ita quàm ciuilis obligatio, quæ ſummum eſt legis ciuilis vinculum.[n] Licet, quantum ad pariendas actiones, (quæ ciuilibus legibus compoſitæ ſunt,[o]) ciuilis obligatio plus virium habeat.[p]

Cõdictio indebiti vnde fluat.

Indebitum ope exceptionis.

Indebitũ ope exceptionis.

9 Circa verò † quartam ſpeciem, cùm aliquid vtroque iure debeatur, hoc eſt, & ciuiliter & naturaliter: cæterùm per exceptionem indebitum fieri poteſt: recurritur ad vulgò probatam Accurſij diſtinctionem[a]. vt ſiquidem exceptio temporalis ſit, & dilatoria, velut quam habet in diem debitor, aut cui pactum factum eſt de non petendo intra certum tempus,[b] ſola iuris ignorantia repetitionem inhibeat, non etiam error facti.[c] reſpectu ſaltem commoditatis medij temporis[d] (reſpectu cuius plus debito ſolutum eſſe negari non poteſt.[e]) nam & in eo ſine cauſſa creditor reperitur locupletior factus.[f] Vnde iuxta conductionis indebiti naturam,[g] id creditor refundere cogi debet.[h] Qui verò exceptionem perpetuam habet: cùm in damnis nulla noceat ignorantia,[i] ſolutum quocunque errore repetit:[k] niſi in odium eius, cui debetur, exceptio prodita eſſet, vt Macedoniani.[l] quo caſu tamen adhuc erranti in facto concedi repetitionem receptum eſt.[m] perperámque iuris ignorantia ſolutum duntaxat, non repetitur.[n] Vt meritò quidam exiſtiment, debitorem triginta annorum præſcriptione tutum, cùm ea exceptio odioſa ſit:[o] ſi iuris errore ſoluat, repetere non poſſe: cùm maneat quoque naturalis cauſſa, quæ ſolet inhibere repetitionem.[p] Quod ſi exceptio, qua tutus eſt debitor, neque fauoris aliquid, neque odij contineat, qualis ea eſt, quam ad iuris rigorem conſeruandum inductam dicunt: vt excuſſionis,[q] diuiſionis, competens vel fideiuſſoribus ex epiſtola

Exceptione perpetua tutus an repetat.

Præſcriptione tutus an repetat.

m l.error.C.ad l.falc.& hic. n l.ij.ff.de iur. & fact.igno. o l.leges ſacratiſſimæ. C.de legib.l.penul.hoc tit. p l.pen.§.ſed iuris.ff.de iur.& fact. l.in bonorum.ff.de bon.poſ. l.ij.§.fina. quis ord.in bo.poſ. q d.l.ij.ff.de iu.& fact.ignor. r l.j.l.vlt.iij.l.nã.l.error.& l.pen.ff.de iu.& fact. a §.j.Inſtit.de lit.obl. b l.ſi vnus.§.pactũ.ff.de pact. l.Stichum.§.naturalis.ff.de ſolut. c c.turbatur.§.pen.j.q.iiij d l.iuris.l.error.ff.de iu.& fact. e l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.ff.mand.l.j.C.de cond.ind. f l.non eris.§.dato.l.nam & poſtea.§.j.ff.de iureiur. g l.ſi is.l.naturaliter.l.ſi pœnæ.ff de condi.indeb. h Bar.& alij.l.j.ff.de condi.indeb. i l.iuriſgentiũ.§.igitur nuda.ff.de pact. k l.j.§.quod autem.ff.de ſuperficieb.l.xxiiito.§.j.ff.de reg.iur. l l.indebiti.l.pen.ff.de cond.indeb. m l.qui æquitate.ff.de dol.excep. n §.j.Inſt.de obli. o l.ij.§.deinde.ff.de orig.iur. p ff.l.j.ff.de cond.indeb. a Accurſ.hic. b l.ij.ff.de except.§.appellantur.eod.tit.in Inſtit. c l.in diem.ff.de cond.indeb.l.ſi fideiuſſor.§.non malè.l.fideiuſſor quamuis.ff.mand. d l.ſi conſtante.§.quoties.ff.ſol.matr. e c.plus autem.Inſtit.de act. f l.ſed ſi vir.§.quod vir vxori.ff.de don.inter vir. g l.pen.de cond.indeb. h l.ſi non ſortem.§ libertus.verſ.nempè.ff.illo tit. i l.iuris.l.error.ff.de iur.& fact.c.pen.j q.iiij. k l.qui exceptionem.ff.de cond.indeb.d.l.ſi non ſortem.§.indebitum.&.§.adeo. l d.l.qui exceptionem. m l.fin.ff.ad Maced. n d.l.qui exceptionem. o l.fin.in fin.C.de annal.excep. p l.iij.§.fin.ff.quod quiſque iur.l.ſi pœna.l.naturaliter.ff.de cond.indeb. q Auth.præſente.C.de fideiuſſ.

diui Adriani,[r] vel pluribus reis debendi ex nouella constitutione;[s] aut etiam
litis pendentia,[t] quouis solutum sit errore, non repetitur.[u] Sed tempesti-
uum est, vt ad verborum Diocletiani expositionem pergamus.

r §.si plures. Instit. de fideiuss.
s §.j. in auth. de duobus reis. coll. 7.
t l. Iulianus. in princ. vbi Bar. ff. de cond. indeb.
u l. si testamento. §.j. ff. de fideiuss.

a *Cùm quis.*

Verbum hoc Cùm quis, tam masculos quàm fœminas complectitur.[a] Di-
ci quippè solet masculino verbo, fœmininum contineri:[b] etiam si subiecta
materia odium contineat.[c] Quare confirmatur hinc, quod aduersus cæte-
ros docui, mulieribus indebitam pecuniam iuris errore soluentibus, præter-
quam in Velleiano,[d] repetitionem denegari. Cùm enim illis, ius ignorare,
nisi quibusdam casibus permissum non sit:[e] non etiam, nisi casibus lege no-
minatim expressis (inter quos hîc non refertur) lex eis per iuris ign:ran-
tiam læsis succurrit.[f] Vnde nec personis, quæ locum repetitioni facere so-
lent, ab Vlpiano mulieres annumerantur.[g]

Masculinum concipit fœmininū.

a l.j. ff. de ver. sig.
b l. si quis id quod. ff. de iurisd.
c l. ait Diuus. ff. de iur. fisc.
d l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleia.
e l. pen. in prin. ff. de iur. & fact.
f l. si. hoc tit.
g l. interdum. ff. de cond. ind.

b *Ius.*

Scriptum scilicet, quod sex partibus constat, lege, plebiscitis, senatuscon-
sultis, principum placitis, prætorum edictis, & prudentum responsis, ex qui-
bus ius nostrum ciuile conflatur.[a] quod nec ignorare quemquam, nec dissi-
mulare fas est.[b] Secus in iure non scripto, † Vt consuetudinibus, & legibus 10
municipiorum: quæ cùm sint facti, & in facto consistunt, probabiliter igno-
rari possunt.[c] Nisi vel generales essent alicuius prouinciæ[d] (vt illa h[illegible] us re-
gni, *Mortuus saisit viuum*:[e]) vel vulgares, & notoriæ,[f] qualis illa Tolosæ, vt au-
ctorum verbo, non solares, sed parui, qui Gallico ære æstimantur xxvij soli-
dis cum dimidio, veniant. Quod nouissimi pluribus confirmant.[g]

Consuetudines quæ non possint probabiliter ignorari.

a l. ius ciuile. §. fin. l. ius autem. de iusti. & iur.
b l. leges sacratissimæ. C. de legib. l. pe. hoc tit.
c c.j. de const. in 6.
d Bar. l.j. C. de sum. trin.
e Chassa. in cõsuet. Burgund. tit. des successiens §.j.
f c. cùm venissent. de eo qui mitt. in pos.
g Felyn. c.j. col. 2. de re iudic.

c *Ignorans.*

Secus ergo si sciens.[a] Cùm enim non stultis, sed errantibus leges hac in re
subueniant:[b] Cessat, nec iniuria, repetitio, si debitor sciens prudens se non
debere, soluit.[c] Qui enim scienter indebitum præstat, donare videtur:[d] ex
quo nullo iure cogente soluit.[e] quæ præsumpta donatio, dubiò procul impe
dit repetitionem.[f] perfectæ quippe donationes temerè non reuocantur.[g]

Scienter soluens non repetit.

d *Indebitam.*

Quia fortè scriptus hæres, à quo legatum erat vltra dodrantem, persol-
uit quadrantem, quem falcidiæ legis beneficio retinere poterat:[a] aut fidei-
commisso vniuersali grauatus, cùm restitueret hæreditatem, Trebelliani se-
natusconsulti beneficio vsus non est,[b] ad quos casus, & similes, generalis no
stræ legis sermo, se referre videtur. vtpotè qui totus descriptus sit ex Pau-
li responso.[c]

e *Pecuniam.*

Quoniam primum à Seruio Rege, æs pecudum nota, signari cœpit:[a] Aut
(quod probabilius est) quia veterum omnis substantia in pecoribus præci-
puè consistebat: pecunia est appellata.[b] † Hincque tractum, vt pecuniæ no- 11
men, omnes omninò res, tam mobiles, quàm soli, atque etiam iura, cæterás-
que res incorporales, complectatur.[c] Vnde Iul. Paul. de oblato Sticho ser-
uo, oblatam pecuniam dixit.[d] Qui sensus in materia fauorabili præsertim,
accipi solet.[e] Et ideò si pecuniam mihi dones, quam Titius tibi debet, a-
ctionem quoque donasse videris.[f] In odiosis verò, restringitur, inquiunt,

Pecunia cur sic dicta.

Pecuniæ verbo quæ veniant.

a l.j. ff. de cõd. indeb.
b l. pen. §. pe. ff. de iur. & fact. ignor.
c l. cum qui. §.j. ff. de inof. test.
d l. qui fundũ. §. seruus. in fin. ff. pro emptor.
e l. donari. ff. de don.

f l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. g. l. perfectam. C. de donat. a l. regula. §. pen. & fin. ff. de iur. & fact. b l. patrem. cum l. seq. ff. quæ in frau. cred. c d. l. regula. §. pen. & fin. a Plin. lib. 33. c. iij. b c. totum. j. q. iij. Plin. lib. 18. c. iij. e l. pecunia verbum. l. pecuniæ nomine. ff. de verb. sig. d l. interdum. §. si. ff. de verb. oblig. e l. nam quod. §. fin. ff. ad Treb. f l. si sic. §. j. in fin. ff. de leg. j.

pecuniæ

pecuniæ significatio, ad pecuniam numeratam.[g] Quòd si materia subiecta, nec omninò fauorabilis sit, nec odiosa, pecuniæ verbum, ad res pondere, numero, mensuráue constantes referri voluit.[h] Sed cùm neque fauorem, nec odium leges hac in parte considerent: & in odiosis, pecuniæ nomen, extensissimè accipi legamus:[i] probari mihi non potest, recepta hæc sententia: ac proinde puto, iuxta legis rationem, & subiectum quæstionis argumentum, vel strictè, vel latè pecuniæ nomen accipiendum.[k] Vndè & in tractatu repetitionis indebiti, qui velut subnixus æquitate naturæ, & ex bono, & æquo proditus,[l] fauorabilis censeri debet, vel ex doctor. distinctione non dubium, quin extensissimè capiatur pro omni omninò re, tam mobili, quàm immobili, atque etiam iure incorporali:[m] Vt quamcunque rem per errorem soluens, casibus qui lege permitti solent repetitionem debeat.[n] Viget quippè semper eadem legis æquitatísque ratio.[o]

Communis senténtia improbata.

f Cessat repetitiò.

Culpam magnam contrahit qui ius ignorat.

Cùm in iuris ignorantia non sit tolerabilis error:[a] nec stultis, hoc est imperitis, & ius ignorantibus: sed errantibus in facto subueniri soleat:[b] leges siquidem scire tenemur.[c] Quapropter in eo culpa est, & quidem magna, qui legum constitutiones ignorat.[d] cùm potuerit (præsertim si sua prudentia instructus non fuit.) Iurisconsultos consulere:[e] sicuti vnumquemque diligentiorem patremfamiliâs facere conuenit.[f]

g Per ignorantiam enim.

Ignorantia crassa non excusat.

12 Modo † crassa quædã & magna negligentia, non ei possit imputari.[a] neque enim eius ignorãtia ferenda est, qui se dicit nescire, quod palã, & in omnium oculis positum erat.[b] quódque cæteri omnes in ciuitate sciebant.[c] nisi probabilem ignorantiæ causam alleget & doceat.[d] Rectè itaque scientiam, Iureconsulti diffinierunt, vt neque scrupulosam inquisitionem exigerent: neque crassam socordémque ferrent negligentiam. Sed eius scientiam acciperent, qui more prudentis patrisfamiliâs inquirendo rem notam habere posset.[e]

h Facti.

Error in facto proprio quãdo toleretur.

13 In † qua tolerabilis error est. cùm facti scientia diligentissimos & prudentissimos plerúmque fallat.[a] Et licet alioqui iustus non sit error in facto proprio:[b] vbi tamen certat errans de damno vitando ex quadam æquitate succurrit ei lex.[c] quod & interpretes alibi latissimè disputant.[d]

i Indebiti soluti.

Indebitũ quadruplex.

14 Indebitũ † quadruplex est omni iure indebitum, naturale, ciuile, & ope exceptionis. In prima specie eius videlicet quod omninò nõ debetur, nec ciuiliter, nec naturaliter, cum nullus obsit in damnis error:[a] constat, eius quocunque errore soluti repetitionem esse.[b] qua pariter ratione dicimus idem in secundã specie: hoc est, in naturali indebito, cùm aliquid videlicet, ciuiliter tantùm debetur,[c] vt in obligatione literarum antè biennium,[d] aut vbi pacto sublata esset naturalis obligatio.[e] vel iuriciurando.[f] Nam & iis casibus suadet repetitionem æquitas naturæ: cui totus condictionis indebiti tractatus innititur.[g] In indebito verò ciuili, quod videlicet natura debetur: si quidem permanẽs naturalis obligatio vera sit, & propria: quia vel ex æquitate fidei seruandæ descendat,[h] vel ex sanctissima illa æquitate naturæ, quæ ne-

Indebitũ naturale.

Indebitũ ciuile.

g l. sed Iulianus. §. mutui. ff. ad Maced.
h l. ij. §. fi. ff. si cert. pet.
i l. j. §. si cum l. seq. ff. de calumniator.
k l. quæro. ff. de iur. dot. l. si verò. §. fi. ff. sol. mat. d. l. j. §. fi. cum sim.
l l. indebiti. l. pen. ff. de cond. ind.
m d. l. pecuniæ. j. & ij.
n l. si pœna. §. si putem. l. sed & si §. fi. l. si nõ sortem. § libertus. l. is qui. l. cùm is. in pr. & §. fi. l. si is qui. cum simil. ff. de cond. indeb.
o l. illud. ff. ad l. Aqui.
a l. ij. ff. de iur. & facti ignor.
b l. pe. §. pen. ff. eo tit.
c l. leges sacratissima. C. de legib. l. pe. hoc tit.
d l. lata culpa. ff. de ver. sig.
e l. in bonorum ff. de bon. pos. l. pe. vers. sed iuris. ff. de iur. & fac.
f l. ij. §. fi. ff. quis ord. in bonor. possess.
a l. regula. §. sed facti. ff. de iur. & fac. ignor.
b l. sed & si. §. proscribere. ff. de instito.
c d. l. regula. §. sed facti.
d c. si quis mat. accus. poss.
e l. iij. l. nec supina. d. l. regula. §. sed fac. ff. de iur. & fac. ignor.

a l. ij. ff. de iur. & fac. ignor. b l. fi. ff. pro suo. l. quamquam. ff. ad Vellea. c l. sed etsi me putem. in pri. vbi doctor. ff. de cond. ind. d Barto. & alij. l. Celsus. ff de vsucap.
a l. iuris. l. error. ff. de iur. & fac. b l. sed etsi me putem. vbi doct. ff. de cond. ind. c c. turbatur. § pe. j. q. iij. d §. j. Inst. de liter. obli. e l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. f l. Stichum. § naturalis. ff. de solut. g l. naturaliter. §. fi. l. indebiti. l. nam hoc natura. ff. de cond. ind. h l. cùm amplius. §. j. ff. de reg. iur.

minem ditari vult cum alterius iniuria,[l] soluti repetitio impediatur.[k] Hoc enim est quod occini vulgò solet, naturalem causam inhibere repetitioně.[l] Si verò ex alia iurisgentium æquitate, veluti implědæ voluntaris defuncti,[m] spretis etiam ciuilis legis solemnibus, & apicibus, quos iusgentium non agnouit,[n] distinctione nostræ legis vtendum est, vt soluens per errorem facti repetat,[o] non etiam si iuris ignorantia.[p] Et ita hunc tex. accipimus: qui totus nobis videtur ex Pauli responso descriptus.[q] In postrema specie indebiti ope exceptionis, quod videlicet vtroque iure, tametsi debitum sit, per exceptionem indebitum fieri potest: siquidem exceptio perpetua sit, & in fauorem debitoris inducta, vt Velleiani: quocunque soluatur errore conceditur repetitio:[r] nisi sciens se tutum exceptione soluerit.[s] Si verò in odium eius cui debetur, prodita fuerit exceptio, vt Macedoniani:[t] perperam, id est per errorem solutum non repetitur:[u] nisi fortè per ignorantiam facti solutio fuerit subsecuta.[x] vbi verò competens exceptio, temporalis esset & dilatoria, veluti quam habet in diem debitor, aut cui pactum non petendi intra certum tempus factum est:[y] solutum præmaturè, licet per errorem facti, nõ repetitur:[z] nisi respectu interusuarij,[a] hoc est cõmoditatis medij temporis. Cùm enim eo nomine plus debito solutum sit:[b] in eáque sine causa creditor repetiatur locupletior factus:[c] ex natura condictionis indebiti, & summa eius æquitate creditorem cui tamen per ignorantiam facti solutum est) id debitori refundere oportet.[d] Quæ omnia: principio huius legis, accuratiùs disserimus.

k Notum est.

Vtpotè iam antè, veterum constitutionibus decisum.[e]

i d. l. nam hoc natura. & l. in re naturæ. ff. de reg. iur.
k l. si pœna. l. naturaliter. §. fi. ff. de cõd. ind.
l l. iij. §. fi. ff. quod quisque iur. l. naturales ff. de actio. & oblig. d. l. si pœna. d. l. naturaliter.
m l. j. C. de sacrosan. eccle.
n l. j. ff. de milita. testa.
o l. error. C. ad l. fal.
p l. pe. §. pe. & fi. ff. de iur. & fac.
q d. l. pe. §. pe. & fi.
r l. qui exceptionem. ff. de cond. ind.
s l. si non fortem §. indebitum. ff. illo ti.
t l. si ancillam. §. fi. ff. pro suo.
u d. l. qui exceptionem.
x l. fi. ff. ad Maced. & l. fi. C. ad l. fal.
y l. iij. ff. de excep. §. appellantur. illo tit. in Instit.
z l. in diem. ff. de cond. ind. l. fideiussor quamuis. ff. manda.
a l. si constante. §. quoties. ff. solut. mat.
b §. plus autem, de actio.
c l. sed si vir. §. quod vir. ff. de dona. int. vir.
d l. si non fortem. §. libertus. vers. nempè. l. in summa. §. in frumento. ff. de cond. ind.
e l. ij. l. penul. cum suis. §§. ff. de iur. & fac. ignor.

IOANNES CORASIUS
Tolosas Valentiæ Allobrogũm,
xxiij. Iunij,
M. D. XLIX.

ENAR-

ENARRATIONES IN LEG. PLACET. C. DE PEDANEIS IVDICIBVS.

SVMMÆ RERVM.

1 *Verus legis sensus.*
2 *Placet verbum est rationis.*
3 *Causæ leuiores.*
4 *Præsides de quibus cognoscerent.*
5 *Pedanei iudices qui.*
6 *Notio.*
7 *Examen.*
8 *Iudicem dare quid.*
9 *Status causæ indelegabilis.*

Impp. Diocletian. & Maximia. A. A. & CC. Vicarijs.

PLACET [a] nobis, præsides [b] de iis causis,[c] in quibus, quod ipsi non possent cognoscere,[d] antehac pedaneos iudices [e] dabant, notionis [f] suæ examen [g] adhibere: ita tamen vt si, vel per occupationes publicas, vel per causarum multitudinē omnia huiusmodi negotia non potuerint cognoscere, iudices dandi [h] habeant potestatem. Quod non ita accipi conuenit, vt in iis etiam caussis,[i] in quibus solebant ex officio suo [k] cognoscere, dandi iudices [*] licentia [l] eis permissa credatur.[m] Quod vsque adeò [n] in præsidum cognitione retinendum est, vt eorum iudicia non diminuta[o] videantur: dum tamen & de ingenuitate, super qua poterant etiam ante cognoscere: & de libertinitate præsides ipsi diiudicent.[p]

Aliis iudicis.

Ioannis Corasij Enarrationes.

HÆC constitutionis propositæ verba, sic frequentiore scriptorum calculo accipiuntur: vt causæ magnæ iurisdictionis, cuiusmodi sunt, quæ trecentos aureos egrediuntur,[a] non, nisi ob publicas occupationes, aut causarum multitudinem, mandari possint. Causæ verò iurisdictionis maximæ, velut status, & meri, mixtíque imperij, ab ipsomet præside iudicari, dirimíque debeant.[b] Qui sensus sicuti nouissimi docent, verbis rescripti non congruit. afferúntque ipsi tandem aliam declarationem, cæterum non minùs Impp. verbis repugnantem.[c] Sunt & alij, qui aliter, atque aliter.[d] Neque enim varias, variorum sententias referre mihi admodum curæ est: quòd præsertim videam ab omnibus, quorum in hanc diem ædita sit sententia, peruersè constitutionem nostram accipi.

a §. & iudicare in auth. de defens. ciui. col. iij.
b Bar. & doct. hic.
c Alcia. lib. ij. Paradoxo. ca. ij.
d Longoual. l. imperiu. j. parte. ff. de iurisdi.

Verus & german' legis sensus.

1 Ego igitur breuiter puto † hîc statui præsides prouinciæ aduersus veteris legis prohibitionem, de leuioribus etiam abiectioribúsque caussis posse, imò verò debere cognoscere, si non cura grauiorum auocentur. Tum enim, cum scilicet publicis & grauibus implicantur, aut causarum multitudine onerantur, humiliores illas causas delegare possunt. dum non existiment, liberta-

tem hanc dandi iudices protendi ad magna,& ardua negotia: quorũ ex antiqua lege,duntaxat cognitionem habebant: nisi forte ex causa veteribus legibus cognita,nempè absentiæ,morbi,aut simili. Quo fit,vt hac constitutione non censeatur diminuta vetus delegandi potestas: prӕterquàm respectu causæ status,quam præses per seipsum debet omninò tractare.

a Placet.

Placere † id dicitur principi, quod ratione & consilio probauit.[e] neque enim verbum *placet*, libidinis est, aut absolutæ voluntatis: sed honestatis & iustitiæ.[f] 2

Placet, verbum rationis.

b Præsides.

Quo nomine proconsules,legati Cæsaris,& quicunque rectores prouinciarum continentur.[g]

c De ijs causis.

Humiles: † & leuiores causas intelligit, hoc est trecentos aureos non excedentes. sic enim præscripsit eas,& definiuit Iustinianus.[h] de quibus vt statim dicam præsides in prouincia non cognoscebant. 3

Leuiores causæ.

d Non possent cognoscere.

Præsides † qui in prouinciis vicem agebant principis omniúmque omninò magistratuum,qui Romæ agebant,officio fungebantur:[i] de exilibus,humilioribúsque causis,hoc est,vt ex Iustiniano exposuimus,trecentos aureos non transcendentibus,[k] vetabantur cognoscere: ne à maioribus,grauioribúsque tractatione,quibus eum maximè animum intendere oportebat: disquisitione abiectiorum quæ legislatori non multæ curæ sunt:[l] hoc colore auocarentur.[m] vnde pedaneos iudices constituebant, qui hæc negotia disceptarent. 4

Præses de quibus cognoscere t.

Pedaneus iudex cur constitutus.

e Pedaneos iudices.

Habebat olim præses,suos assessores,quos in consilium re exigente adhiberet: è quibus disceptationi humilium leuiorúmque causarum, quas per se ipse tractare non poterat: nonnullos præponebat,[n] atque adeò grauia quandoque negotia eis demandabat. rarenter tamen, vbi scilicet personæ, aut causæ cogebat æquitas.[o] † Hi verò iudices ex assessorum grege sic delecti, quia non in loco illo excelso tribunalis sedebant, sed ad pedes præsidis, pro tribunali cognoscentis adstabant,[p] Pedanei à Cæsaribus dicti sunt.[q] vt & olim pedarij senatores appellati,qui voce suffragium non emitterent: sed taciti in aliorum sententiam pedibus irent.[r] Sanè verò Iurisconsultorum tempore pedaneus iudex dicebatur,quicunque in certa causa datus, vt controuersam litem cognosceret,& iudicaret.[s] 5

Pedaneus iudex,

Pedarius senator.

f Notionis suæ

Notionis † verbum hîc iuridiciariam præsidis authoritatem significat.[t] quamuis ad simplicem cognoscendi facultatem sine iurisdictione plerunque referatur.[u] Qua de re alibi. 6

Notio.

g Examen.

Hoc est † cognitionem,& iudicium. Quamquam enim soleat *Examinis* verbo, nouæ prolis multitudo in animalibus præsertim apibus demonstrati:[x] nonnunquam tamen eo quoque nomine designatur, filum illud trutinæ quod in statera,lances ad libramentum & æquilibrium dirigit. Vergilius.[y] 7

Examen.

Iuppiter ipse duas æquato examine lances,
Sustinet.

Vnde metaphoricôs,interdum pro iudicio vsurpatur. Persius,[z]

Non si quid turbida Roma
Eleuet accedas: examénue improbum in illa.
Castiges trutina.

Quo-

e l.j.ff. de consilis pr. vbi dixi.
f l.Thais. §.sorore.ff.de fid. liber. Panor.c.cũ venissent de instrm.
g l.j.ff. de offi. præs.
h §.audient. in auth. de iud. coll.7.
i l.iiij.l.ex omnibus.cum seq.ff. de offi.præs.
k d. §. audiẽt.
l §. si tibi in auth. de manda.prin.coll.iij. aut.nisi breues. C.de senten.ex breui cul. reci.
m l.fi.hoc tit.
n §. iudices. §. sedebunt. in auth.de iudici. colla.6.d.l.fi.
o l.fi. C.vbi & apud quem. §. & iudicare. in auth.de defen. ciui. col. iij. & bac l.
p §. illud. in auth.vt defun. seu fune.coll.6.
q l.fi.hoc tit.dixi c.2. nu.3. epist.quæsti.
r Gel. libr. iij. c.18.dixi l.ij.§. deinde quia difficile.ff.de orig. iur.
s l.iij.§.si quis. ff.ne quis eum. l.prætor ff.de tutor. & curat. dat.ab his. l.j. §.remouet.ff.de postula.
t l.notionem.ff. de ver.sig.
u l. ait prætor. ff.de re iudic.
x Cic.lib.de senect. Plin.lib. 31.c.j.
y Verg. lib.10. Æne.
z Aul.Pers.sa ty.j.

Quoniam igitur examen in statera, indicium nobis facit, rei ponderationis: factum est, vt in alia qualibet re, pro iudicio sumatur.[a] Ergo vt ad textum nostrum sermo recurrat: debent præsides, in iis causis de quibus antehac nō cognoscebant ipsi, examen, hoc est iudicium adhibere, vt non temerè Pedaneos iudices in iis substituant: sed per se cognoscant: atque talia negotia diiudicent. Cùm enim contingeret pedaneorum iudicum plerumque corrumpi iudicia:[b] placuit Imperatori, quo prouinciales humaniùs tractare, eorumque curam studiosiùs suscipere videretur, humiliorum etiam negotiorum cognitionem præsidibus iniungere.

a *Vt hac l. & alibi sæpè.*
b *l. si quis aliquid. §. iudices ff. de pœn.*

h Iudices dandi.

Iudicem dare. 8 In certis illis negotiis leuioribus, & humilioribus.† Est autem iudicem dare, in certa specialique causa, aliquem iuri dicundo præficere.[c] Quod hîc vbertim explicarem, nisi à me alibi, idque pluribus expositum fuisset.[d]

c *l. sæpè. §. fi. ff. de offi. præs. l. cùm prætor. §. j. ff. de iudic.*
d *in rub. ff. de offi. eius.*

i In iis causis.

Magnis scilicet, arduis, & grauioribus.

k Ex officio suo.

Hoc est ex propria officij dignitatisque præsidialis natura, quæ est vt ardua tantùm tractet negotia, neque se præses leuioribus implicet.

l Licentia.

Hoc est libera potestas[e] De hoc autem licentiæ nomine quando in bonam, quandóue in malam partem à bonis authoribus vsurpetur, affatim ostendimus alibi.[f]

e *l. j. nu. 16. ff. de offi. præfec. vrb.*
f *l. imperium. nu. 3435. ff. de iurisdict. omn. iudic.*

m Permissa credatur.

Etiam propter publicas occupationes, aut causarum multitudinem, vt superioribus concinnè aduersentur sequentia.

n Quod vsque adeò.

Grauium negotiorum cognitionem intelligit, ad id enim se refert, quod ante dixit, non habere præsides potestatem dandi iudices, in arduis illis negotiis, quæ per se ipsi omninò tractare debent.

o Non diminuta videantur.

Vult Imperator non ideò quod in magnis, arduísque causis præsides constituere pedaneos iudices prohibentur, præsidum in delegando potestatem, eorúmque iuridiciariam authoritatem in aliquo truncatam, inutilem, aut diminutam intelligi, quandoquidem ex causa veteribus legibus permissa, nempè absentiæ, valetudinis malæ, aut alterius legitimi impedimenti,[g] delegare non verentur,[h] præterquàm in causa status, vt subiungit. Quo intelligimus per hanc constitutionem causarum expeditioni non præcludi viam, sed certiorem potiùs tutiorémque viam experiri.

g *l. j. ff. de off. eius.*
h *Vt hac l.*

p Præsides ipsi diiudicent.

Status causa non delegatur. 9 At † præsidibus, maioribúsque iudicibus causæ status omninò tractari conuenit,[i] adeò vt nec quidem ob publicas occupationes, causarum multitudinem, absentiam, aut aliam quamlibet legitimam causam, alteri committi debeant. vt hîc disertè mihi Diocletianus & Maximia. Cæsares significare videntur, quorum ego constitutionem in vniuerso & singulis eius partibus sic breuiter verè, syncereque explicandam arbitror.

i *l. pe. & fi. C. vbi cau. stat. l. si pater. C. ne de statu defunct.*

IOANNES CORASIUS
Tolosas Valentiæ Allobrogûm,
faciebat.

FINIS.

ENARRATIONES IN L. CVM QVIS. C. DE IVRIS ET FACTI IGNORANTIA.

SVMMÆ RERVM.

1 *Error in facto proprio quando tolerabilis, & num. 13.*
2 *Indebitum quadruplex, & num. 14.*
3 *Indebitũ omni iure semper repetitur.*
4 *Pietatis caussa solutum an repetatur.*
5 *Ciuile indebitum non repetitur.*
6 *Condictionis indebiti ratio.*
7 *Naturalis obligatio duplex.*
8 *Naturale indebitum quando repetatur.*
9 *Indebitum ope exceptionis.*
10 *Consuetudines & statuta quæ possint ignorari.*
11 *Pecuniæ significatio quando latè vel strictè accipienda.*
12 *Ignorantia crassa non excusat.*
13 *Facti proprij error quandoque toleratur.*

Impp. Diocletianus & Maximianus A.A. & CC. Araphiæ.

CVM quis[a] ius[b] ignorans,[c] indebitam[d] pecuniam[e] soluerit, cessat repetitio:[f] per ignorantiam[g] enim facti,[h] repetitionem tantùm indebiti soluti[i] competere, tibi notum est.[k] D. V. Calend. Ianuar. CC. vj. Coss.

Ioannis Corasij Enarrationes.

VT tractatum repetitionis indebiti, per ignorantiam soluti Diocletianus summatim explicaret, duas regulas hîc proposuit: quarum altera indebitæ pecuniæ iuris errore solutæ nullam esse repetitionem tradit: altera solutum indebitè per ignorantiam facti, iure repeti posse. Neutra verò dubitatione caret. Nam prior ex eo dubia redditur, quòd soluens indebitum de damno certat.[a] Et in damnis rerum suarum constet iuris errorem, nemini nocere.[b] Posteriori autem regulæ illud obstat, quod vulgò iactatur, in proprij facti ignorantia, non est tolerabilis error.[c] Verum habent vtrámque rationem. Nam quod ad priorem spectat, cùm leges ab omnibus sciri, cognoscíque debeant:[d] culpam cõtrahit, qui ius ignorat.[e] & ideò iuris ignorantiæ prætextu, non potest excusari.[f] maximè quòd ei qui sua prudentia instructus non est, legum scientiam peritiores consulendo, si Iurisconsultorum copiam habuit,[g] non difficile sit assequi.[h] Quæ ratio cessat in facto, cuius interpretatio, hoc est scientia, prudentissimos plerumque fallit[i].
†Nec sanè negamus parum probabilem esse proprij facti errorem.[k] Cæte- 1
rùm solet erranti, qui certat de damno vitando subueniri,[l] ex æquitate illa naturæ, quæ neminem patitur cum alterius iniuria fieri locupletiorem.[m] Quod si percunctetur quispiam, cur iuris ignorantia, quàm pariter in damnis non obesse constat:[n] diuersum statuit hîc Diocletianus. Respondeo quia

Iuris ignorantia non excusat.

Error in facto proprio quandoque toleratur.

a l. iij. ff. de damn. infect.
b l. iuris. l. error. ff. de iur. & fact. ignor.
c l. quamquã. ff. ad Vellean. l. fin. ff. pro suo.
d l. leges sacratissime. C. de leg. l. pe. hoc tit.
e l. lata culpæ. ff. de verb. sign.
f l. ij. ff. de iur. & fact.
g l. regula. §. sed iuris. ff. illo. titu.
h l. in bonorũ. ff. de bon. pos. l. ij. §. fin. ff. quis ord.
i d. l. ij. ff. de iur. & fact.
k d. l. quamquã. ff. ad Vell. & d. l. fin. ff. pro suo.
l l. sed & si me putem. ff. de cõd. indeb. Bart. l. Celsus. ff. de vsuc.
m l. nam hoc natura. ff. de cõdi. indeb. l. iure natura. ff. de regu. iur.
n l. iuris. l. error. ff. de iur. & fact.

quia in specie huius legis, pecunia non erat omninò indebita, quippe quæ natura saltem, quoquomodò deberetur. quia fortè pacto nudo promissa,[o] aut (quod probabilius puto) in minus solemni voluntate relicta,[p] vel etiam quæ per Falcidiæ legis,[q] aut Trebelliani senatuscõsulti[r] authoritatem de legatis, fideicommissísve deduci poterat (nam hæc constitutio descripta mihi tota videtur, ex Pauli responso[s]) Quibus nominibus soluens, dici non potest omninò de damno tractare: cùm se eximat naturali obligatione.[t] Verum hæc res tota paulò sublimius repetenda est, adhibita vt assolet,[u] indebiti quadruplicis distinctione.

Indebitum omnino.

Indebitũ quadruplex. Indebitũ omni iure.

2 Aliud † enim est omni iure indebitum, aliud ciuile, quoddam naturale, &
3 quoddam operantum exceptionis. † Circa primum quod omninò non debetur, neque natura videlicet, neque ciuili lege per manus traditum est, eius per iuris errorem etiam soluti repetitionem esse.[x] cùm in damnis non obsit iuris ignorantia,[y] præterquàm, vt aiunt, si ex causa pietatis,[z] vel authoritate rei iudicatæ,[a] aut iurisiurandi[b] solutum sit. Idémque si nomine transactionis,[c] vel ob eas causas ex quibus lis inficiatione crescit.[d] Qui tamen casus parum mihi probabiles videntur, nec ad rem qua de agitur, valdè perti-

Pietatis causa in hoc tractatu quomodo accipienda.

4 nere. † Quod enim ad solutum ex causa pietatis spectat, generaliter nimis id proditum est cum Iulianus[z] specialiter in dote loquatur: qui casus vt ostendam mox, propriam rationem habet. Et quoniam periniquum esset hoc pietatis, religionísque velamento, ecclesiam, vel aliam piam causam cum alterius detrimento ditari:[f] eius præsertim, qui nullum donandi affectum habuisset. hilarem quippe datorem, non etiam inuitum, aut ignorantem diligit & amplectitur dominus.[g] Nec porrò diuersum Iulianus respondit,[h] tantùm docens, quod ex causa dotis solutum est, à muliere, quæ cùm nulla dote constituta nupsisset, falsò credebat se ad dotis cõstitutionem obligatam,[i] repeti non posse, *Quoniam*, inquit, *sublata falsa opinione relinquitur pietatis causa*, nempe onerum matrimonij: quæ cùm maritus sustineat, nonnihil ei à muliere vicissim quoque tribui, quo cõmodius subeantur, & pium & æquum est.[k] ac proinde mulier, quæ ex causa dotis soluit, velut debitam pietatem sequuta, non repetit.[l] Quod verò pertinet ad reliquos casus, hi minus mihi probari possunt. vtpote quibus semper debitum soluatur, vel ob iudicatum præcedens,[m] vel ob iusiurandum,[n] vel propter vinculum transactionis.[o] licet ex ea causa fortè indebitum esset, super qua iudicatũ, iuratum, aut transactio interposita est. & ita non pertineant ad regulam nostram, quę de omni iure indebito agit. Nec dissimili admodum ratione puto, indebiti ob eas causas soluti, ex quibus lis inficiando crescit, vt in lege Aquilia, & legato piis locis relicto,[p] repetitionem impediri.[q] Quod videlicet soluens, transegisse quodammodò videatur.[r] ne inficiatus temerè subiiceretur duplici periculo.[s] Solutum autem transactionis nomine, tametsi nulla subsit causa, repeti non potest.[t] Quod & illud prætereà temperamentum recipit, Vt non aliter ex causis quæ per inficiationem crescunt, impediatur repetitio soluti, quàm si indebitum illud respectu soluentis, ei saltem qui accepit, debitum esset, quamquàm ab alio.[u] Nam & in simili dicimus, cessare legem Aquiliam, si quis falsò cõfessus sit, se damnum dedisse, quod reuera nullum datum erat.[x] Et certè nimis iniquum esset, iustum errorem adeò obesse soluenti, vt cum eius iniuria, & nulla subsistente causa ditaretur alter:[y] Satísque videri debet

Expositio §. si in ea.

o l. in iis. §. Imperator. ff. de solut.
p l. fideicommissum. ff. de cond. indeb. l. fi. ff. de reb. eo.
q l. si patronus. §. fi. ff de dona. l. j. C. ad l. falc.
r l. patrem. cum sequ. ff. quæ in fraud. creditor.
s l. regula. §. pe. & fin. ff. de iur. & fact. ignor.
t d. l. j. C. ad l. falc.
u Accur. & doctor. hîc, & in l. j. ff. de condi. indeb.
x l. sed etsi me putem. ff. de cõdict. indeb.
y l. iuris. l. error. ff. de iu. & fac.
z c. pen. §. pen. j. q. iij.
z l. cùm is. §. si in ea. ff. de cõd. indeb.
a l. si fideiuss. §. in omnibus. ff. mand. l. j. C. de cond. indeb.
b l. non erit §. dato. l. nam & postea. § j. ff. de iureiurand.
c l. in summa. ff de cond. ind. l. ij. C. illo tit.
d l. ea quæ. C. de cond. indeb. §. fi. de obl. quæ ex quasi cont. in Instit.
e d. l. cùm is. §. si in ea.
f c. fi. 17. q. iiij.
g 2. Cor. 9.
h d. §. si in ea.
i l. obligamur. §. lege. & ibi Accurs. & alij. ff. de act. & oblig.
k l. si maritus. ff. famil. erciscund. l. dotis fructus. ff. de iur. dotium.
l l. in testamento. ff. de fid. libert. l. patrem. ff. quæ in fraud. creditor.
m l. j. C. de cond. indeb.
n l. actori. C. de reb. cred. § item si quis postulante. de act.
o l. in summa. ff. de cond. indeb.
p §. ex maleficiis. de action.
q l. ea quæ. C. de cond. ind. §. fi. de obl. quæ ex quasi cont.
r Accurs. l. error. hoc tit.
s d. §. ex maleficiis.
t l. ij. C. de cond. indeb. d. l. in summa.
u Accurs. d. l. ea quæ. & d. §. fin.
x l. inde Neratius. §. fina. cùm l. sequ. ff. ad l. Aquil.
y l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. l. iure natura. ff. de reg. iur.

hac in parte ob præſumptam tranſactionem iuris regulam violari,quæ con-
cedit repetitionem ab eo, qui rem ſibi debitam (nam ſecus ſi rem verè
ſuam [z]) receperat, ſi is qui dat, non debitum dederit.[a] Sed iam ſatis dixi-
mus de indebito omni iure.

Indebitum ciuile.

Altera ſpecies indebiti, & ciuilis. † quippe quod ciuili lege non debea- 5
tur,ſed natura tantum. Vt in eo quod pacto nudo promiſſum eſt:[a] vel à pu-
pillo,qui mutuum accepit ſine tutoris authoritate,debetur:[b] aut à verò de-
bitore abſoluto:[c] aut ab iis perſonis, inter quas ciuile vinculum non conſi-
ſtit.[d] ſimilibúſque caſibus,quibus,receptum eſt, ita demum ſolutæ pecuniæ
repetitionem dari,ſi per ignorantiam facti (non ſupinam, & cui nulla poſſit
imputari negligentia[e]) ſolutio ſubſequuta ſit.[f] Nam errore iuris ſolutũ,præ-
terquàm in muliere,[g] & minore [h] repeti non poſſe certiſſimi iuris eſt.[i] Ego
verò à veterum quorundam ſententia non valdè abhorrens,magis credide-
rim indebitum huiuſmodi,quouis errore,etiam facti,ſolutum, præterquàm
à pupillo,furioſo,& eo cui bonis interdictum eſt, [k] nullo modo repeti poſ-
ſe.[l] Cùm vbique leges indiſtinctè dicant,eius quod ignoranter ſolutum eſt,
repetitionem inhiberi.[m] Et ad compenſationis, retentioníſque effectum,
naturalem illam cauſam ſufficere.[n] † Deinde quoniam ceſſat ratio condi- 6
ctionis indebiti,ex bono & æquo introductæ: vt quod apud alterũ ſine cau-
ſa eſt, reuocetur.[o] Néve contingat illum cum alterius detrimento fieri lo-
cupletem.[p] Is autem qui natora debitum accipit,nec habere rem ſine cauſa,
nec cum alterius iniuria ditior factus,dici poteſt.[q] Cui præterea maximè iu-
riſgentium æquitas ſuffragatur. Vnde licet repetens indebitum, iuſti cuiuſ-
dam erroris æquitate nitatur: Eius tamen qui tenet,conditio potior eſſe de-
bet.[r] Iuuerit hæc,quia ſolutum indebitè pro alio debito,etiam naturali tan-
tùm,[ſ] creditor retinere poteſt:[t] multò magis igitur pro eodemmet.[u] Am-
plius puto, nec quidem mulierem ignorantia iuris ſoluentem, quod natura
debitum erat,repetere poſſe,cùm hac in parte lex pupillis tantùm, furioſis,
& iis quibus bonorum adminiſtratione interdictum eſt, ſubueniat:[x] nomi-
natim autem mulieribus non ſuccurrat.[y] Nec iis, niſi quibuſdam caſibus ius
ignorare permiſſum eſt.[z] Nam Vlpiani conſtitutio quæ vulgò citatur:[a] de
debito,quod tametſi nitatur vtroque iure: per exceptionem tamen pro de-
bitoris arbitrio,indebitum fieri poteſt,[b] verba facit. Nos de debito naturali
tractamus, quod effectum habet ſaltem retentionis.[c] Nec vlla exceptione
ſubmoueri poteſt. Et † hæc in obligatione naturali vera,& propria: quæ vi- 7
delicet,vel ex æquitate fidei ſeruandæ deſcendit, hoc eſt ex ipſius debitoris
conſenſu.[d] qualis ea eſt, quam nuda pactio parit.[e] Aut ſolemnis conuentio,
inter perſonas,quæ ciuiliter obſtringi non poſſunt.[f] Vel ex æquitate illa na
turæ, quæ neminem patitur cum alterius detrimento fieri ditiorem.[g] Si e-
nim de obligatione naturali ex alia iuriſgentium æquitate procedente tra-
ctemus: veluti de ea qua tenetur hæres ad præſtationem relictorum in mi-
nus ſolemni voluntate:[h] aut ad ſolutionem quadrantis, contra legis Falci-
diæ,[i] aut Trebelliani S.C.[k] authoritatem (quod hæc ſolemnia,& ſcrupulo-
ſos apices, non cognouerit ius gentium[l]) adhibendam cenſeo noſtræ con-

z l.repetitio.ff. de cond.indeb. a l.ſi pœna.§.j.ff.illo tit. a l.iuriſgentiũ.§.igitur nuda.ff.de pact. l.in his.§.imperator.ff.de ſol. b l.naturaliter.§.fi.ff.de cond.indeb. l.ſi pupillus.ff.ad l.falc. l.j.ff.de nouat. c l.Iulianus ff.de cond.indeb. d l.frater.vbi dixi.ff.illo tit. e l.nec ſupina. l.regula.ff.de iur.& fact.ign. f l.ſi.ff.ad Maced. l.error.C.ad l.falc. g l.quamuis.§.interdum.ff.ad Velleian. h l.interdum.ff.de condit.indeb. i l.iij.§.fina.ff.quod quiſque iur. l.fideicommiſſum.ff.de cõdict.indeb.& hic. k d.l.interdũ.arg.ab ſpeciali. l l.ſi is.& l.ſi pœna.ff.de cõd.indeb. m l.natur.des.ff.de act.& obl. l.fideiuſſor.§ fideiuſſor.ff.de fideiuſ. l.naturaliter.ff.de cõdi.indeb. n l.etiam.ff.de compen. o l.pen.ff.de cõdict.indeb. p l.nam hoc natura.& l.indebiti.ff.illo tit.

Indebitũ ciuile.

Conditionis indebiti ratio.

Mulier errore iuris ſoluens non repetit.

Declaratus.§.interdum.

Obligatio naturalis vera & impropria.

q l.hoc iure.§.pen.ff.de donat.l.j.C.ad l.falc. r l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verbor.obligat. ſ l.procurator.ij.§.ſi procurator.ff.rem rat.haber. t l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de cond.indeb. u Authen.multo magis.C.de epiſc.& cler. x l.interdum.ff.de cond.indeb. y l.fin.hoc tit. z l.pen.in princip.ff.de iuris & fact. a l.quamuis.§.interdum.ff.ad Velleian. b l.qui exceptionem.ff.de cond.indeb. c l.etiam.C.de compen.d.§.ſi centum. d l.Stichum.§.naturalis.ff.de ſolut.l.cum amplius.§.is natura.ff.de reg.iur. e l.in his.§.Imperator.ff.de ſolu. f l.frater à fratre.ff.de cond.indeb. g l.naturaliter.§.fin.l.nam hoc natura.ff.illo tit. h l.fin.ff.de reb.eo. i l.j.C.ad l.falcid. k l.patrem.cum l.ſeq.ff.quæ in fraud.cred. l l.j.ff.de milit.teſt.

ſtitutionis

stitutionis distinctionem, Vt eo casu repetitio inhibeatur, quo per iuris errorem, non etiam per ignorantiam facti, solutio subsecuta est.[m] Vt enim venia dignus non est qui iuris errorem prætexit:[n] cum ius ipsum ab omnibus cognosci debeat.[o] nec difficile sit per se, aut per alios peritiores, videlicet, quorum copiam habuit, legum scientiam consequi.[p] Ita qui factum probabiliter ignorat: cùm eius interpretatio prudentissimos etiam fallere possit:[q] si non magna dissentiant æquitatis ratio aliquam meretur excusationem.[r]

Errans quis mereatur excusationem.

Indebitum naturale.

Naturale indebitū.

8 In tertia specie, † quando est naturaliter indebitum, ciuiliter tamen debetur, vt in literarum obligatione antè biennium.[a] Et vbi pacto, vel iureiurando naturalis obligatio sublata est:[b] tradi neque iniuria solet, quocunque errore solutum repeti posse:[c] (cùm in damnis, nec quidem iuris error noceat[d]) præterquàm si vel authoritate rei iudicatæ,[e] vel iurisiurandi,[f] solutio fuerit subsecuta. Quorum similiúmque casuum rationem, paulò supra indicauimus. At dixerit quispiam, si naturalis sola repetitionis effectum perpetuò impedit:[g] multò magis ciuilis, naturali validior & potentior: vtpotè quæ actionem producere possit sicuti doctores affatim ostendunt:[h] quam vim & potestatem sola naturalis non habet:[i] Et ei multò magis exceptionem lex tribuat, cui concessit actionem.[k] Responde, Condictionem indebiti totam naturali rationi innixam, ex bonóque & æquo perfectam:[l] in qua ideò magis æquitas naturæ potest, quam merum ius.[m] Et ita quàm ciuilis obligatio, quæ summum est legis ciuilis vinculum.[n] Licet, quantum ad pariendas actiones, (quæ ciuilibus legibus compositæ sunt,[o]) ciuilis obligatio plus virium habeat.[p]

Cōdictio indebiti vnde fluat.

Indebitum ope exceptionis.

Indebitū ope exceptionis.

9 Circa verò † quartam speciem, cùm aliquid vtroque iure debeatur, hoc est, & ciuiliter & naturaliter: cæterùm per exceptionem indebitum fieri potest: recurritur ad vulgò probatam Accursij distinctionem[a]. vt siquidem exceptio temporalis sit, & dilatoria, velut quam habet in diem debitor, aut cui pactum factum est de non petendo intra certum tempus,[b] sola iuris ignorantia repetitionem inhibeat, non etiam error facti.[c] respectu saltem commoditatis medij temporis[d] (respectu cuius plus debito solutum esse negari non potest.[e]) nam & in eo sine caussa creditor reperitur locupletior factus.[f] Vnde iuxta conductionis indebiti naturam,[g] id creditor refundere cogi debet.[h] Qui verò exceptionem perpetuam habet: cùm in damnis nulla noceat ignorantia,[i] solutum quocunque errore repetit:[k] nisi in odium eius, cui debetur, exceptio prodita esset, vt Macedoniani.[l] quo casu tamen adhuc erranti in facto concedi repetitionem receptum est.[m] perperámque iuris ignorantia solutum duntaxat, non repetitur.[n] Vt meritò quidam existiment, debitorem triginta annorum præscriptione tutum, cùm ea exceptio odiosa sit:[o] si iuris errore soluat, repetere non posse: cùm maneat quoque naturalis caussa, quæ solet inhibere repetitionem.[t] Quod si exceptio, qua tutus est debitor, neque fauoris aliquid, neque odij contineat, qualis ea est, quam ad iuris rigorem conseruandum inductam dicunt: vt excussionis,[q] diuisionis, competens vel fideiussoribus ex epistola

Exceptione perpetua tutus an repetat.

Præscriptione tutus an repetat.

m l.error.C.ad l.falc.& hic.
n l.i.ff.de iur. & fact.igno.
o l.leges sacratissima.C.de legib.l.penul.hoc tit.
p l.pen.§.sed iuris.ff.de iur. & fact. l.in bonorum.ff.de bon. pos. l.ij.§.fina. quis ord.in bo. pos.
q d.l.ij.ff.de iu. & fact.ignor.
r l.j.l.vi.l.ix.l. iiij.l.error.& l. pen.ff.de iu.& fact.
a §.j.Instit.de lit.obl.
b l.si vnus.§.pacta.ff.de pact. l.Stichum.§.naturalis.ff.de solut.
c c.turbatur.§. pen.j.q.iiij
d l.iuris.l.error.ff.de iu.& fact.
e l.si fideiussor.§.in omnibus. ff.mand.l.j.C. de cond.ind.
f l.non erit.§. dato.l.nam & postea §.j.ff.de iureiur.
g l.si is.l.naturaliter.l.si pœnæ.ff.de condi. indeb.
h Bar.& alij. l.j.ff.de condi. indeb.
i l.iurisgentiū. §.igitur nuda. ff.de pact.
k l.j.§.quod autem.ff.de suspectis tut.l.sunt to.§.j.ff.de reg. iur.

l l.indebiti.l.pen.ff.de cond.indeb. m l.qui æquitate.ff.de dol.excep. n §.j.Inst.de obli. o l.ij.§.deinde.ff.de orig.iur. p ff.l.j.ff.de cond.indeb. a Accurs.hic. b l.ij.ff.de except.§. appellantur.eod.tit.in Instit. c l.in diem.ff.de cond.indeb.l.si fideiussor.§.non malè.l.fideiussor quamuis. ff.mand. d l.si constante.§.quoties.ff.sol.matr. e c.plus autem.Instit.de act. f l.sed si vir.§. quod vir vxori.ff.de don.inter vir. g l.pen.de cond.indeb. h l.si non sortem.§ libertus.vers.nempè.ff.illo tit. i l.iuris.l.error.ff.de iur.& fact.c.pen.j q.iiij. k l.qui exceptionem.ff.de cond.indeb. d.l.si non sortem.§.indebitum.& §.adeo. l d.l.qui exceptionem. m l.fin.ff.ad Maced. n d. l.qui exceptionem. o l.fin.in fin.C.de annal.excep. p l.iij.§.fin.ff.quod quisque iur.l.si pœna.l.naturaliter.ff.de cond.indeb. q Auth.præsente.C.de fideiuss.

diui Adriani,[r] vel pluribus reis debendi ex nouella constitutione:[f] aut etiam litis pendentia,[t] quouis solutum sit errore, non repetitur.[u] Sed tempestiuum est, vt ad verborum Diocletiani expositionem pergamus.

r §. si plures. Instit. de fideiuss.
f §. j. in auth. de duobus reis. coll. 7.
t l. Iulianus. in princ. vbi Bar. ff. de cond. indeb.
u l. si testamento. §. j. ff. de fideiuss.

a *Cùm quis.*

Masculinum continet fœmininū.

Verbum hoc Cùm quis, tam masculos quàm fœminas complectitur.[a] Diei quippè solet masculino verbo, fœmininum contineri:[b] etiam si subiecta materia odium contineat.[c] Quare confirmatur hinc, quod aduersus cæteros docui, mulieribus indebitam pecuniam iuris errore soluentibus, præterquam in Velleiano,[d] repetitionem denegari. Cùm enim illis, ius ignorare, nisi quibusdam casibus permissum non sit:[e] non etiam, nisi casibus lege nominatim expressis (inter quos hîc non refertur) lex eis per iuris ignorantiam læsis succurrit.[f] Vnde nec personis, quæ locum repetitioni facere solent, ab Vlpiano mulieres annumerantur.[g]

a l. j. ff. de ver. sig.
b l. si quis id quod. ff. de iurisd.
c l. ait Diuus. ff. de iur. fisc.
d l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleia.
e l. pen. in prin. ff. de iur. & fact.
f l. fi. hoc tit.
g l. interdum. ff. de cond. ind.

b *Ius.*

Scriptum scilicet, quod sex partibus constat, lege, plebiscitis, senatusconsultis, principum placitis, prætorum edictis, & prudentum responsis, ex quibus ius nostrum ciuile conflatur.[a] quod nec ignorare quemquam, nec dissimulare fas est.[b] Secus in iure non scripto, † Vt consuetudinibus, & legibus 10
municipiorum: quæ cùm sint facti, & in facto consistunt, probabiliter ignorari possunt.[c] Nisi vel generales essent alicuius prouinciæ[d] (vt illa huius regni, *Mortuus saisit viuum*:[e]) vel vulgares, & notoriæ,[f] qualis illa Tolosæ, vt aureorum verbo, non solares, sed parui, qui Gallico ære æstimantur xxvij solidis cum dimidio, veniant. Quod nouissimi pluribus confirmant.[g]

Consuetudines quę non possint probabiliter ignorari.

a l. ius ciuile. §. fin. l. ius autem. de iusti. & iur.
b l. leges sacratissimæ. C. de legib. l. pe. hoc tit.
c c. j. de const. in 6.
d Bar. l. j. C. de sum. trin.
e Chassa. in cõsuet. Burgund. tit. des successions §. j.
f c. cùm venissent. de eo qui mitt. in pos.
g Felyn. c. j. col. 2. de re iudic.

c *Ignorans.*

Secus ergo si sciens.[a] Cùm enim non stultis, sed errantibus leges hac in re subueniant:[b] Cessat, nec iniuria, repetitio, si debitor sciens prudens se non debere, soluit.[c] Qui enim scienter indebitum præstat, donare videtur:[d] ex quo nullo iure cogente soluit.[e] quæ præsumpta donatio, dubiò procul impedit repetitionem.[f] perfectæ quippe donationes temerè non reuocantur.[g]

Scienter solutum non repetitur.

d *Indebitam.*

Quia fortè scriptus hæres, à quo legatum erat vltra dodrantem, persoluit quadrantem, quem falcidiæ legis beneficio retinere poterat:[a] aut fideicommisso vniuersali grauatus, cùm restitueret hæreditatem, Trebelliani senatusconsulti beneficio vsus non est,[b] ad quos casus, & similes, generalis nostræ legis sermo, se referre videtur. vtpotè qui totus descriptus sit ex Pauli responso.[c]

a l. j. ff. de cõd. indeb.
b l. pen. §. pe. ff. de iur. & fact. ignor.
c l. cum qui. §. j. ff. de inof. test.
d l. qui fundũ. §. seruus. in fin. ff. pro emptor.
e l. donari. ff. de don.

e *Pecuniam.*

Quoniam primum à Seruio Rege, æs pecudum nota, signari cœpit:[a] Aut (quod probabilius est) quia veterum omnis substantia in pecoribus præcipuè consistebat: pecunia est appellata.[b] † Hincque tractum, vt pecuniæ no- 11
men, omnes omninò res, tam mobiles, quàm soli, atque etiam iura, cæterásque res incorporales, complectatur.[c] Vnde Iul. Paul. de oblato Sticho seruo, oblatam pecuniam dixit.[d] Qui sensus in materia fauorabili præsertim, accipi solet.[e] Et ideò si pecuniam mihi dones, quam Titius tibi debet, actionem quoque donasse videris.[f] In odiosis verò, restringitur, inquiunt,

Pecunia cur sic dicta.

Pecuniæ verbo quæ veniant.

f l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. g l. perfectam. C. de donat. a l. regula. §. pen. & fin. ff. de iur. & fact. b l. patrem. cum l. seq. ff. quæ in frau. cred. c d. l. regula. §. pen. & fin. a Plin. lib. 33. c. iij. b c. totum. j. q. iij. Plin. lib. 18. c. iij. c l. pecuniæ verbum. l. pecuniæ nomine. ff. de verb. sig. d l. interdum. §. si. ff. de verb. oblig. e l. nam quod. §. fin. ff. ad Treb. f l. si sic. §. j. in fin. ff. de leg. j.

pecuniæ

pecuniæ significatio,ad pecuniam numeratam.[g] Quòd si materia subiecta, nec omninò fauorabilis sit,nec odiosa,pecuniæ verbum,ad res pondere,numero,mensuráue constantes referri volunt.[h] Sed cùm neque fauorem, nec odium leges hac in parte considerent: & in odiosis, pecuniæ nomen, extensissimè accipi legamus:[i] probari mihi non potest, recepta,hæc sententia: ac proinde puto, iuxta legis rationem, & subiectum quæstionis argumentum,vel strictè,vel latè pecuniæ nomen accipiendum.[k] Vndè & in tractatu repetitionis indebiti,qui velut subnixus æquitate naturæ, & ex bono, & æquo proditus,[l] fauorabilis censeri debet,vel ex doctor.distinctione non dubium,quin extensissimè capiatur pro omni omninò re,tam mobili,quàm immobili,atque etiam iure incorporali.[m] Vt quamcunque rem per errorem soluens,casibus qui lege permitti solent repetitionem debeat.[n] Viget quippè semper eadem legis æquitatísque ratio.[o]

Communis sententia improbata.

g l.sed Iulianus.§. mutui. ff. ad Maced. h l. ij. §. fi. ff. si cert.pet. i l.j.§.si cum l. seq. ff. de calumniator. k l. quaro. ff. de iur. dot. l. si verò. §. fi. ff. sol. mat. d. l. j. §. fi. cum simi. l l. indebiti. l. pen. ff. de cond. ind. m d l.pecunia. j. & ij. n l. si pœna. §. si putem. l. sed & si.§. l. si nō sortem. §. libertus. l. is qui. l. cùm is. in pr. & §. fi. l. si is qui. cum similib ff. de cond. indeb. o l. illud. ff. ad l. Aqui.

f Cessat repetitio.

Cùm in iuris ignorantia non sit tolerabilis error:[a] nec stultis, hoc est imperitis, & ius ignorantibus: sed errantibus in facto subueniri soleat:[b] leges siquidem scire tenemur.[c] Quapropter in eo culpa est,& quidem magna,qui legum constitutiones ignorat.[d] cùm potuerit (præsertim si sua prudentia instructus non fuit.) Iurisconsultos consulere:[e] sicuti vnumquemque diligentiorem patremfamiliâs facere conuenit.[f]

Culpam magnam contrahit qui ius ignorat.

g Per ignorantiam enim.

12 Modo † crassa quædã & magna negligentia, non ei possit imputari.[a] neque enim eius ignorãtia ferenda est,qui se dicit nescire,quod palã,& in omnium oculis positum erat.[b] quódque cæteri omnes in ciuitate sciebant.[c] nisi probabilem ignorantiæ causam alleget & doceat.[d] Rectè itaque scientiam,Iureconsulti diffinierunt, vt neque scrupulosam inquisitionem exigerent:neque crassam socordémque ferreot negligentiam.Sed eius scientiam acciperent, qui more prudentis patrisfamiliâs inquirendo rem notam habere posset.[e]

Ignorantia crassa non excusat.

a l. ix. ff. de iur. & facti ignor. b l. pe. §. pen. ff. illo tit. c l. leges sacratissima. C. de legib. l. pe. hoc tit. d l. lata culpa. ff. de ver. sig.

h Facti.

13 In † qua tolerabilis error est. cùm facti scientia diligentissimos & prudentissimos plerúmque fallat.[a] Et licet alioqui iustus non sit error in facto proprio:[b] vbi tamen certat errans de damno vitando ex quadam æquitate succurrit ei lex.[c] quod & interpretes alibi latissimè disputant.[d]

Error in facto proprio quando tolerettur.

e l. in bonorum ff. de bon. pos. l. pe. vers. sed iuris. ff de iur. & & fac. f l. ij §. fi. ff. quis ord. in bonor. possess.

i Indebiti soluti.

14 Indebitũ † quadruplex est omni iure indebitum, naturale, ciuile, & ope exceptionis.In prima specie eius videlicet quod omninò nõ debetur,nec ciuiliter, nec naturaliter,cum nullus obsit in damnis error:[a] constat,eius quocunque errore soluti repetitionem esse.[b] qua pariter ratione dicimus idem in secundã specie:hoc est,in naturali indebito,cùm aliquid videlicet, ciuiliter tantùm debetur,[c] vt in obligatione literarum antè biennium,[d] aut vbi pacto sublata esset naturalis obligatio.[e] vel iuriciurando.[f] Nam & iis casibus suadet repetitionem æquitas naturæ:cui totus condictionis indebiti tractatos innititur.[g] In indebito verò ciuili,quod videlicet natura debetur:si quidem permanẽs naturalis obligatio vera sit,& propria: quia vel ex æquitate fidei seruandæ descendat,[h] vel ex sanctissima illa æqnitate naturæ,quæ ne-

Indebitũ quadruplex.

Indebitũ naturale.

Indebitũ ciuile.

a l. regula. §. sed facti. ff. de iur. & fac. ignor. b l. sed & si. §. proscribere. ff. de instito. c d l. regula. §. sed facti. d c. si. qui mat. accus. poss. e l. iij. l. nec supina. d. l. regula. §. sed fac. ff. de iur. & fac. ignor. a l. ij. ff. de iur. & fac. ignor. b l. fi. ff. pro suc. l. quamquam. ff. ad Velleia. c l. sed etsi me putem. in pri. vbi doctor. ff. de cond. ind. d Barto. & aly. l. Celsus. ff de vsucap. a l. iuris. l. error. ff. de iur. & fac. b l. sed etsi me putem. vbi doct. ff. de cond. ind. e c. turbatur. §. pe. j. q. iij. d §. j. Inst. de liter. obli. e l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. f l. Stichum. §. naturalis. ff. de solut. g l. naturaliter. §. fi. l. indebiti. l. nam hec natura. ff. de cond. ind. h l. cùm amplius. §. j. ff. de reg. iur.

munem ditari vnlr cum alterius iniuria,[l] soluti repetirio impediatur.[k] Hoc enim est quod occini vulgò solet, naturalem causam inhibere repetitioně.[l] Si verò ex alia iurisgentium æquitate, veluti implědæ voluntatis defuncti,[m] spretis etiam ciuilis legis solemnibus, & apicibus, quos iusgentium non agnouit,[n] distinctione nostræ legis vtendum est, vt soluens per errorem facti repetat,[o] non etiam si iuris ignorantia.[p] Et ita hunc tex. accipimus: qui totus nobis videtur ex Pauli responso descriptus.[q] In postrema specie indebiti ope exceptionis, quod videlicet vtroque iure, tametsi debitum sit, per exceptionem indebitum fieri potest: siquidem exceptio perpetua sit, & in fauorem debitoris inducta, vt Velleiani: quocunque soluatur errore conceditur repetitio:[r] nisi sciens se tutum exceptione soluerit.[f] Si verò in odium eius cui debetur, prodita fuerit exceptio, vt Macedoniani:[t] perperam, id est per errorem solutum non repetitur:[u] n si fortè per ignorantiam facti solutio fuerit subsecuta.[x] vbi verò competens exceptio, temporalis esset & dilatoria, veluti quam habet in diem debitor, aut cui pactum non petendi intra certum tempus factum est:[y] solutum præmaturè, licet per errorem facti, nō repetitur:[z] nisi respectu interusuarij,[a] hoc est cōmoditatis medij temporis. Cùm enim eo nomine plus debito solutum sit:[b] in eáque sine causa creditor reperiatur locupletior factus:[c] ex natura condictionis indebiti, & summa eius æquitate creditorem cui tamen per ignorantiam facti solutum est) id debitori refundere oportet.[d] Quæ omnia: principio huius legis, accuratiùs disseruimus.

k Notum est.

Vtpotè iam antè, veterum constitutionibus decisum.[e]

i d. l. nam hoc natura. & l. in re natur. ff. de reg. iur. k l. si pœna. l. naturaliter. §. fi. ff. de cōd. ind. l l. iij. §. fi. ff. quod quisque iur. l. naturales ff. de actio. & oblig. d. l. si pœna. d. l. naturaliter. m l. j. C. de sacrosan. eccle. n l. j. ff. de milita. testa. o l. error. C. ad l. fal. p l. pe. §. pe. & fi. ff. de iur. & fac. q d. l. pe. §. pe. & fi. r l. qui exceptionem. ff. de cond. ind. f l. si non sortem §. indebitum. ff. illo ti. t l. si ancillam. §. fi. ff. pro suo. u d. l. qui exceptionem. x l. fi. ff. ad Maced. & l. fi. C. ad l. fal. y l. iij. ff. de excep. §. appellantur. illo tit. in Instit. z l. in diem. ff. de cond. ind. l. fideiussor quamuis. ff. manda. a l. si constante. §. quoties. ff. solut. mat. b §. plus autem, de actio. c l. sed si vir. §. quod vir. ff. de dona. int. vir. d l. si non sortem. §. libertus. vers. nempè. l. in summa. §. in frumento. ff. de cond. ind. e l. ij. l. penul. cum suis. §§. ff. de iur. & fac. ignor.

IOANNES CORASIUS
Tolosas Valentiæ Allobrogûm,
xxiij. Iunij,
M. D. XLIX.

ENAR-

ENARRATIONES IN LEG. PLACET. C. DE PEDANEIS IVDI-DICIBVS.

SVMMÆ RERVM.

Impp. Diocletian. & Maximia. A A. & CC. Vicarijs.

PLACET [a] nobis, præsides [b] de iis causis, [c] in quibus quod ipsi non possent cognoscere, [d] antehac pedaneos iudices [e] dabant, notionis [f] suæ examen [g] adhibere: ita tamen vt si, vel per occupationes publicas, vel per causarum multitudinẽ omnia huiusmodi negotia non potuerint cognoscere, iudices dandi [h] habeant potestatem. Quod non ita accipi conuenit, vt in iis etiam caussis, [i] in quibus solebant ex officio suo [k] cognoscere, dandi iudices [*] licentia [l] eis permissa credatur. [m] Quod vsque adeò [n] in præsidum cognitione retinendum est, vt eorum iudicia non diminuta [o] videantur: dum tamen & de ingenuitate, super qua poterant etiam ante cognoscere: & de libertinitate præsides ipsi diiudicent. [p]

Aliis iudicis.

Ioannis Corasij Enarrationes.

HÆC constitutionis propositæ verba, sic frequentiore scriptorum calculo accipiuntur: vt causæ magnæ iurisdictionis, cuiusmodi sunt, quæ trecentos aureos egrediuntur, [a] non, nisi ob publicas occupationes, aut causarum multitudinem, mandari possint. Causæ verò iurisdictionis maximæ, velut status, & meri, mixtíque imperij ab ipsomet præside iudicari, dirimíque debeant. [b] Qui sensus sicuti nouissimi docent, verbis rescripti non congruit, afferúntque ipsi tandem aliam declarationem, cæterum non minùs Impp. verbis repugnantem. [c] Sunt & alij, qui aliter, atque aliter. [d] Neque enim varias, variorum sententias referre mihi admodum curæ est: quòd præsertim videam ab omnibus, quorum in hanc diem ædita sit sententia, peruersè constitutionem nostram accipi.

a §. & iudicare in auth. de defens. ciui. col. iij.
b Bar. & doct. hic.
c Alcia. lib. ij. Paradoxo. ca. ij.
d Longoual. l. imperiũ. j. parte. ff. de iurisdi.

Verus & german' legis sensus.

1 Ego igitur breuiter puto † hîc statui præsides prouinciæ aduersus veteris legis prohibitionem, de leuioribus etiam abiectioribúsque causis posse, imò verò debere cognoscere, si non cura grauiorum auocentur. Tum enim, cum scilicet publicis & grauibus implicantur, aut causarum multitudine onerantur, humiliores illas causas delegare possunt. dum non existiment, liberta-

tem hanc dandi iudices protendi ad magna,& ardua negotia: quorũ ex antiqua lege, duntaxat cognitionem habebant: nisi fortè ex causa veretibus legibus cognita, nempè absentiæ, morbi, aut simili. Quo fit, vt hac constitutio ne non censeatur diminuta vetus delegandi potestas: præterquàm respectu causæ status, quam præses per seipsum debet omninò tractare.

a Placet.

Placere † id dicitur principi, quod ratione & consilio probauit.[e] neque enim verbum *placet*, libidinis est, aut absolutæ voluntatis: sed honestatis & iustitiæ.[f] 2 Placet, verbum rationis.

b Præsides.

Quo nomine proconsules, legati Cæsaris, & quicunque rectores prouinciarum continentur.[g]

c De ijs causis.

Humiles: † & leuiores causas intelligit, hoc est trecentos aureos non excedentes. sic enim præscripsit eas, & definiuit Iustinianus.[h] de quibus vt statim dicam præsides in prouincia non cognoscebant. 3 Leuiores causæ.

d Non possent cognoscere.

Præsides † qui in prouinciis vicem agebant principis omniúmque omninò magistratuum, qui Romæ agebant, officio fungebantur:[i] de exilibus, humilioribúsque causis, hoc est, vt ex Iustiniano exposuimus, trecentos aureos non transcendentibus,[k] vetabantur cognoscere: ne à maioribus, grauioribúmque tractatione, quibus eum maximè animum intendere oportebat: disquisitione abiectiorum quæ legislatori non multæ curæ sunt:[l] hoc colore auocarentur.[m] vnde pedaneos iudices constituebant, qui hæc negotia disceptarent. 4 Præses de quibus cognoscet. Pedaneus iudex cur constitutus.

e Pedaneos iudices.

Habebat olim præses, suos assessores, quos in consilium re exigente adhiberet: è quibus disceptationi humilium leuiorúmque causarum, quas per se ipse tractare non poterat: nonnullos præponebat,[n] atque adeò grauia quandoque negotia eis demandabat. rarenter tamen, vbi scilicet personæ, aut causæ cogebat æquitas.[o] † Hi verò iudices ex assessorum grege sic delecti, quia non in loco illo excelso tribunalis sedebant, sed ad pedes præsidis, pro tribunali cognoscentis adstabant,[p] Pedanei à Cæsaribus dicti sunt.[q] vt & olim pedarij senatores appellati, qui voce suffragium non emitterent: sed taciti in aliorum sententiam pedibus irent.[r] Sanè verò Iurisconsultorum tempore pedaneus iudex dicebatur, quicunque in certa causa datus, vt controuersam litem cognosceret, & iudicaret.[f] 5 Pedaneus iudex. Pedarius senator.

f Notionis suæ

Notionis † verbum hîc iuridiciariam præsidis authoritatem significat.[s] quamuis ad simplicem cognoscendi facultatem sine iurisdictione plerunque referatur.[t] Qua de re alibi. 6 Notio.

g Examen.

Hoc est † cognitionem, & iudicium. Quamquam enim soleat *Examinis* verbo, nouæ prolis multitudo in animalibus præsertim apibus demonstrari:[x] nonnunquam tamen eo quoque nomine designatur, filum illud trutinę quod in statera, lances ad libramentum & æquilibrium dirigit. Vergilius.[y] 7 Examen.

Iuppiter ipse duas æquato examine lances,
Sustinet.

Vnde metaphoricôs, interdum pro iudicio vsurpatur. Persius,[z]

Non si quid turbida Roma
Eleuet accedas: examénue improbum in illa.
Castiges trutina.

Quo-

e l. j. ff. de constit. pr. vbi dixi. f l. Thais. §. sorore. ff. de fid. liber. Panor. c. cũ venissent de institu. g l. j. ff. de offi. præs. h §. audient. in auth. de iud. coll. 7. i l. iiij. l. ex omnibus. cum seq. ff. de offi. præs. k d. §. audiẽt. l §. si tibi in auth. de manda. prin. coll. iij. aut. nisi breues. C. de senten. ex breui cul. recit. m l. si. hoc tit. n §. iudices. §. sedebunt. in auth. de iudici. colla. 6. d. l. si. o l. si. C. vbi & apud quem. §. & iudicare. in auth. de defen. ciui. col. iij. & hac l. p §. illud. in auth. vt defun. seu fune. coll. 6. q l. si. hoc tit. dixi c. 2. nu. 3. epist. quæsti. r Gel. libr. iij. c. 18. dixi l. ij. §. deinde quia difficile. ff. de orig. iur. s l. iij. §. si quis. ff. ne quis eum. l. prætor ff. de tutor. & curat. dat. ab his. l. j. §. remouet. ff. de postula. t l. notionem. ff. de ver. sig. u l. ait prætor. ff. de re iudic. x Cic. lib. de senect. Plin. lib. 31. c. j. y Verg. lib. 10. Æne. z Aul. Pers. sa ty. j.

Quoniam igitur examen in statera, indicium nobis facit, rei ponderatoris: factum est, vt in alia qualibet re, pro iudicio sumatur.[a] Ergo vt ad textum nostrum sermo recurrat: debent præsides, in iis causis de quibus antehac nō cognoscebant ipsi, examen, hoc est iudicium adhibere, vt non temerè Pedaneos iudices in iis substituant: sed per se cognoscant: atque talia negotia diiudicent. Cùm enim contingeret pedaneorum iudicum plerumque corrumpi iudicia:[b] placuit Imperatori, quo prouinciales humaniùs tractare, eorumque curam studiosiùs suscipere videretur, humiliorum etiam negotiorum cognitionem præsidibus iniungere.

a Vt hac l. & alibi sæpè.

b l. si quis aliquid. §. iudices ff. de pœn.

h Iudices dandi.

Iudicem dare. 8 In certis illis negotiis leuioribus, & humilioribus.† Est autem iudicem dare, in certa specialique causa, aliquem iuri dicundo præficere.[c] Quod hîc vbertim explicarem, nisi à me alibi, idque pluribus expositum fuisset.[d]

c l. sæpè. §. fi. ff. de offi. præsi. l. cùm prætor. §. j. ff. de iudic.

d in rub. ff. de offi. eius.

i In iis causis.

Magnis scilicet, arduis, & grauioribus.

k Ex officio suo.

Hoc est ex propria officij dignitatisque præsidialis natura, quæ est vt ardua tantùm tractet negotia, neque se præses leuioribus implicet.

l Licentia.

Hoc est libera potestas[e] De hoc autem licentiæ nomine quando in bonam, quandóue in malam partem à bonis authoribus vsurpetur, affatim ostendimus alibi.[f]

e l. j. nu. 16. ff. de offi. præfec. vrb.

f l. imperium. nu. 34. 35. ff. de iurisdict. omn. iudic.

m Permissa credatur.

Etiam propter publicas occupationes, aut causarum multitudinem, vt superioribus concinnè aduersentur sequentia.

n Quod vsque adeò.

Grauium negotiorum cognitionem intelligit, ad id enim se refert, quod ante dixit, non habere præsides potestatem dandi iudices, in arduis illis negotiis, quæ per se ipsi omninò tractare debent.

o Non diminuta videantur.

Vult Imperator non ideò quod in magnis, arduísque causis, præsides constituere pedaneos iudices prohibentur, præsidum in delegando potestatem, eorúmque iuridiciariam authoritatem in aliquo truncatam, inutilem, aut diminutam intelligi, quandoquidem ex causa veteribus legibus permissa, nempè absentiæ, valetudinis malæ, aut alterius legitimi impedimenti,[g] delegare non verentur,[h] præterquàm in causa status, vt subiungit. Quo intelligimus per hanc constitutionem causarum expeditioni non præcludi viam, sed certiorem potiùs tutiorémque viam experiri.

g l. j. ff. de of. eius.

h Vt hac l.

p Præsides ipsi diiudicent.

Status causa non delegatur. 9 A† præsidibus, maioribúsque iudicibus causę status omninò tractari conuenit,[i] adeò vt nec quidem ob publicas occupationes, causarum multitudinem, absentiam, aut aliam quamlibet legitimam causam, alteri committi debeant, vt hîc disertè mihi Diocletianus & Maximia. Cęsares significare videntur, quorum ego constitutionem in vniuerso & singulis eius partibus sic breuiter verè, synceréque explicandam arbitror.

i l. pe. & fi. C. vbi cau. stat. l. si pater. C. ne de statu defunct.

IOANNES CORASIVS Tolosas Valentiæ Allobrogũm, faciebat.

FINIS.

INDEX SINGVLARIVM RERVM QVÆ IN COMMENTARIIS

Ioannis Corasij Tolosatis Iureconsulti celeberrimi, Consiliariíque Regij, in duos primos Digestorum libros, & nonnulla Iustinianei Codicis responsa habentur:

De litera A.

Anni

Delitera B.

Delitera C.

Capitoni

Condi-

De litera D.

Dispen-

De litera E.

Finis

De litera G.

De litera H.

De litera I.

Imperium

INDEX.

Ius ad

De litera L.

Libertas

De litera M.

Militi

De litera N.

De litera O

Populares

De litera Q.

De litera R.

Suburra.

De litera T.

De litera V.

Veritas

De litera X.

De litera Z.

F I N I S.